



(p. Strzelecki Biblioteka -
Zyczyt Kupie do Willanowa)


$\frac{213}{8} 1858$

534

J. O. Kigiejewi Tworzącemu Korybatowi Włodzimierzowi
Lubomirskiemu na pamiątkę ofiarowania
w dniu 27. września 1885 Roku.



II. 5.



CONSCIENCIA MILLE TESTES

IVRIS PROVINCIALIS QVOD SPECVLUM
Saxonum uulgo nuncupatur libri tres,
opera uigilanti in correctionem redacti
materiam, adiunctis simul glossis, ali/
isq; addicionibus nouiter recolle/
ctis pro interpretatione tex/
tus magis necessarijs.

Terminas *Woroniecki*
Annotata insuper in marginibus habentur
loca legum lurisq; Municipalis Maide/
burgen. materiam textus & glossarum
approbatia declarantiaq; grato
lectoris magnum afferen/
tes commodum.

Quæris cur cres/
cant numero/a
volumina legu.

Est ratio, ma/
gnus crescit in
orbe dolus.

Deus iudicium tuum Regi da
Et iusticiam tuam filio Regis.



Coram eo procident fortissimi
Et inimici eius terram lingant.
Coram eo procident fortissimi
Et inimici eius terram lingant.

IN REGIA POLONIAE CRACOVIA HIERONY,
mus Vietor excudebat, Mense Maio. Anno. M. D. XXXV.

Cum gratia & priuilegio Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae ac
Sarmatiae, ne quis infra decennium hoc idem imprime,
reuel alibi impressum huc aduehere aut uenudare,
audeat, sub poenis in priuilegio expressis.



235110 III

SERENISSIMO AC INVICTISSIMO PRINCIPI



pi & domino domino Sigismundo Dei gratia Poloniae Regi, magno Lithuaniae Duci, Russiae, Prussiaeque &c. domino & haeredi, Nicolaus Iaskerus Senatus Cracouien. A Secretis longam sanitatem foelixque in tranquillitate Imperium, ac seruiciorum suorum humillimam commendationem,



Apientum sententia est, Rex inuictissime qui alijs gubernando praest, non potestate sola, non armorum fortitudine aut diuiciarum abundantia, uerum dignitate, uirtute, prudentia, iusticiaque & pietate praesse debet, ut sic enim facilius subiecti parent uerentur, denique totius Regni salus certius asseruatur, ac omnia domi rectius foris administratur. Multa siquidem Regem uel Imperatorem quemque decent, sed illud in primis ut saluti Regni commoditati, paci, iusticiae, ut denique omni honestati & uirtuti subditorum pro-

uideat, benignitate, placabilitateque, magis quam seueritate eisdem dominetur, nihil etenim clementia in Principe praeclarius, seueritate ipsa nihil turpius, illa namque animos subditorum ad queuis obsequia (quo nil regno utilius accidere potest) conciliat paratosque reddit. Ista uero conspirationes & interitum affert. Amicitia insuper apud omnes non solum apud suos sed etiam exteris sibi accumulans, non tantum fidens suae potentiae quantum bonorum sinceritati & amicicie. Non enim Exercitum, non thesauros, praesidia esse Regni eloquentissimus testatur Salustius, uerum amicos, quos nec armis cogere, nec auro comparare queas, sola fide & beneuolentia parantur. Non purpura certe, non diadema, non sceptrum, non longus ordo stipatorum atque apparitorum, non splendor ephippiorum, non strepitus formidabilis armorum non auri argenti que immensum pondus uerae imperatoris ac Regis faciunt. At potestati uitae integritas, animi sinceritas, iugis honestorum utiliorumque Regni prouisio uirtuti copulata, ubi pietas in religione, benignitas in dominatione, modestia in potentia, temperantia in affluetia, liberalitas in erogatione resplendet & clarescit, hoc est uerae Regis esse, hoc laudabile praesidium, hoc admirandum principem, hoc potentem dominum, suis amabilem, hostibus terribilem, haec est uera dignitas praesidis, haec optima mens cuiusque regis, haec est solida uirtus gubernantis. Sed & praecipui sapientum, Principi curae esse debere testatur, ut prudentia omnes superet, iusticiaque praeceat, quodque sacris suffultus legibus, cunctum a deo sibi commissum populum gubernet & regat. Omnibus item prouinciarum praesidibus & praefectis in mandatis dando ut propriis reiectis opinionibus, sacratissimas amplectantur leges sanctionesque, uigore illarum omnia administrent officia iudiciaque, nec quidem unquam ab eis recedendo, foelix Regnum quod optimis legibus

John Iaskerus

& institutis rationi cōsentientibus ab optimis & sapiētibus gubernatur, hīs artibus Romanorū Respub. creuerat, & usq; ad ultimos fines terrarū imperiū suū propagauerat, dignitatis Maiestatem obseruando, iusticiāq; colendo, a qua ne exorbitaret a sapientissimis Græcorū leges petere non dubitauerūt. Neq; qd' sibi prestare minime potuerūt ab alijs turpe petere putarūt. Sed ut lex est res pulcherrima ita nisi uires suas retineat inanis & ieiuna. Quid enim recte instituta Regum seu Principū sint si nō obseruentur, si transgressores non puniantur, Optime siquidē Respub. se habet sancteq; & tranquille in eo Regno uiuitur, ubi leges obseruantur, iura custodiuntur, ubi iusticia inuiolate colitur. Summa & præcipua pfecto conseruatio Regnorū sunt leges ipse sancteq; constitutiones. Reipublice enim salutem afferunt eandemq; asseruant. Quare Maiestatem imperantis prudens illa uetustas, non solum armis decoratam, sed etiā legibus debere esse armatam digne censuit. ut utrunq; tempus & bellorū & pacis recte possit gubernari, & Princeps ipse non solum in hostilibus prælijs uictor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniāciū iniquitates expellat, fiatq; tam iuris religiosissimus, q̄ uictis hostibus triūphator Magnus. Apud priscos illos magno honore donabantur hī qui Rempub. armis defendebant uel adaugebant, oppressamue ab hostibus liberabant, uaria premia illis cōstituebantur, census ampli, coronæ uariæ, imaginesq; & statue. Quāto aut maioribus honoribus digni sunt legūlatores prudētissimi qui Ciuitates, Regna, Respub. fundarūt, ac sanctis institutis sacrisq; legibus instituerūt ac stabiliuerūt, rectas uiuēdi normas præscribentes, bene firmatas, & opibus auctas paceq; posteris tradiderūt. Ad omne tēpus leges sunt plurimū necessariæ Ab armis enim qñq; discedim⁹, iusticia uero et legibus semp indigemus. Hæc quoq; quæ fortitudine & armis fiūt unius ætatis res sunt, q̄ uero p utilitate Reipub. p sacras statuūtur sanctiōes æterna habent. Nimiū hac pte Rex. S. patria nostra tuæ Maiestati debet. Optimi enim nomen Regis & Imperatoris merito tibi uendicasti, qui potētia diuinitus concredita non abusus, uirtutē sanctamq; iusticiam & sacratissimas semper colis ac ueneraris leges, tot uirtutis specimina in te refulgent. tantus iusticiæ cultus, tantus æquitatis amor, tantus factorum memorabiliū cumulus, tot uictoriarum illustriū monimenta Regno & toti orbi notissima in te conspiciuntur. Fœlici æuo nostro faustoq; Maiestatis tuæ Imperio, clarissimos partos triūphos cernimus, uexilla hostibus crepta conspiciamus, te regnante omniū uiciorū fomentum exilium patitur, studiorum utiliorum, iusticiæ, ac omniū uirtutum ianua patescit, & iucundissimus eorum carpitur fructus, unde fit ut Maiestatem tuam fœlicissimam merito dixerim, cui dominus ea tribuit assequi quæ cæteris ambiciosi & supbis Regibus multis antehac sæculis attingere non dedit, & id affluētissime usq; adeo ut Maiestatem tuam non solum suis ad ornamentum sed cæteris quoq; Principibus ad exemplum naturam genuisse admiramur. Si uero quis perrexerit Princeps in uictissime Egregias laudes tuas præconijs efferre Demostenē licet agere

ſeu Ciceronē certe non ſufficeret tantæ prouinciæ, nec tuas ampliſſimas
uirtutes lingua aut calamo explicare poſſet. hoc te ſemper honore digna-
mur ut pater patriæ merito & ſis & dicaris, quā celebritate nominis tui,
mentis celſitudine, uirtutum omniū incremento, iuſticia, in ſubditos pie-
tate, liberalitate, prudētia, benignitate, fortitudine cōdecoraſti, inſtituto-
rūq; & ſacrarū legum obſeruatione reformaſti & cōmuniuiſti. Ego itaq;
animaduertens Sacraſſime Rex legum iuriumq; peritiam ex hīs quæ
præmiſſa ſunt cuilibet Reipub. plurimum eſſe neceſſariā, & ſine quibus
diu ſtare minime poteſt, cumq; ſæpe ac ſæpius reuoluerem iura Saxo-
nica Prouincialia, cum & Municipalia Maideburgenſia, quibus celebris hæc
noſtra Reſpub. Cracouiēſis, Tū & aliæ Regni ciuitates innituntur, reperi
loca mille adeo adumbrate ueritatis, quædam mutila, inuerſa quædam, ac
tantū deprauata, ut peritiſſimo cuiq; non parū negotij prima fronte faceſ-
ſerent, Collatis uetutiſſimis illius iuris codicibus curaui publicis licet oc-
cupatiſſimus negotijs, ut iura illa emēdaciora intelligibilioraq; ad cōmu-
nē totius Regni utilitatem patriæq; ornamentū prodirent in publicū, om-
nemq; contuli operā, omne quoad fieri potuit ſtudium, quo ſingulæ gloſ-
ſarū annotationes legumq; allegationes multis referte mendis, ueneran-
dis Cæſareis legibus ſacriſq; correfpondeāt canonibus, ita enim indubi-
tis cuiuſq; articuli & genuinus facilior fieri aut oſtēdi poterit ſenſus, cum
ſacris legibus ueluti parēti & fonti proprie adaptātur. Huiuſmodiq; ope-
ris mei inſtauratū & caſtigatū laborē Maieltati tuæ, S. Juſtiſſimo Principi,
potētiſſimo Regi, domino clemētiſſimo dicandū deuouendūq; puta-
ui, quippe ut animi mei affectū, pro eius in omnes pietate & gratia, uelu-
ti mancipij fidelis & ſubiecti eiufdē maieltatis tuæ, teſtarer & declararē,
nomenq; tam potentiſſimi patroni auſibus temerarijs inuidorum oppo-
nerē. Nec anget proſecto me Sereniſſime Rex iniquorū inuidia, optima
quæq; etiam optimo propoſito facta aut dicta calumniantiū, modo hæc
S. M. T. gratioſa acceptet mente, quod & maxime opto, fidiffime id con-
ſequi ſperās, ſi enim S. M. tuæ Optimo Principi ſtratagemata militū pro
ſalute & Regni pace facta, amplitudoq; pugnantiū, ſi armamēta bellica,
ſi deniq; omne id ſine quo uires bellādi non ſubſiſtunt grate apparent,
in ſpem uocor maximā & hoſce labores meos pro cōmodo & utilitate
ſubditorū Maieltatis tuæ, ſtatūq; ciuitatū, ac iuſticiæ augmento præſtitos
Maieltati tuæ, qui & iuſticiæ præcipuus cultor legumq; & conſtitutionū
omniū aſſeruator & cuſtos uigilantiſſimus ſit, acceptos fore quoq; & gra-
tos. Quod ſi S. R. M. tuæ gratia opus hoc frugiferum approbatum ex-
titerit, faceſſet omnis liuor inuidi & obtrectantis, cunctiq; ſubditorū tan-
to gratius id pro ſua utilitate & delicijs acceptabūt frequentius reuoluēt
ac tractabūt plurimūq; amplectentur, gratiaq; ſuſcultus Maieltatis tuæ
laboris & impenſarū me non pigebit, cui memet uti fidele mancipiū de-
uotiſſime recomēdo. Maieltatē tuam dominus deus felicem incolumem
uictoriſſimūq; & ſemper auguſtū in longos conſeruet annos. Cracouiæ
menſe Mayo. M. D. XXXV.



E mo inficias ibit Candide lector omnibus a natura inditā esse hominibus, uirtutis, cognitionis, scienciæq; cupiditatē, in qua excellere pulchrum putant, oppositū illius turpe duceñ. quare totius uitæ suæ conatus, omnia studia, omnē animi meditationē exercitationēq; eo deflectunt ac deuouent, quo sibiipsis amicis cæterisq; maxime uero patriæ (qd' precipuū uirtutis est) prodesse ornamentoq; fore possint. Non enim homines sibiipsis dūtaxat sed & amicis, multoq; magis patriæ esse natos Platonis sententia est, diuersoq; operū tramite, multiugo bonarū literarū studio, uario rerū agendarū officio, quisq; pro uoto suo ad eandē ueluti ad scopū, omnē posthabendo difficultatē dirigitur ac tendit. Quidam (sed rara auis) facile uoti cōpos fit, alter in ipso medio citra uel ultra deficit, alter in limine hæret, a cepto alter deterretur, uerū a proposito deterreri in operādoq; defficere uirtus nō est. At honestū ceptū constanter perfecisse honori semper fuit estq; multa siquidē ad uirtutis arcē nitenti continuo obstant, quod priscis illis celeberrimis uiris non fuit incognitū. Quapropter iter uirtutis tetrū, spinosum, uiamq; ipsius arduā & difficilē qua tēditur in altū nobis testati sunt. Vis tamē eius omnes ad se trahit, bonitas allicit, dulcedo fructus suauissima uel tantilla degustatione in cupiditatem sui inflammat exagitatq; omnia aspera complanans, omnia grauiā alleuians, omnia difficilia perstringens, contemptuq; superans, ardua est sed expetibilis, adepta incomparabilis. Nihil est tam durum quod nō superet, amorq; affectusq; boni. Et nisi spes eiusdem præclaros illos uiros tenuisset, certe fastigium uirtutis, quæ sola uera rationalis hominis possessio est attigisset nemo, nullumq; præclarorum gestorum pro amicis, pro patriā, imitandū exemplar, nullū sapientū uirorū illorum arcium bonarū relictū nobis esset fastigiū. Hī enim uitæ integritate, monumentis literarū, uiam assequende felicitatis & immortalitatis nobis designarunt. Illi ueluti digito præclaris & egregijs gestis cōmonstrarunt. Neq; ego hominē esse putaue- rim qui non hisce formulis institutus sit, qui nō tam certa uia eat, qui nō ad uirtutē aspiret ullā. Hominē enim sine uirtute, aut uirtutis disciplina belluam quandam teterrimā esse perhibent, cum cetui omniū mortaliū tū maxime honesto ac probitati perniciosam. Plures nihilominus instinctū naturæ posthabent. uiamq; uirtutis salutiferā relinquent. uitijs ueluti pseudo magistris addicti, uitā ignauā cū turpitudine q̄ sedulam cū honestate persequi malunt, cū nullus certe sit bonus uiciorū exitus, nullū scelerū ornamentū, nullum laudabile nequiciæ premiū, nullū malignantiū utile meritū. Illud saltem hoc genus solacij habet ut inter se inuidia nō exagitetur, neq; enim luscus lusco inuidet aut eodē pressus malo. At in-

probos quosq; excandescere aſueti etiā ſi deſiſtere uellent nequeūt, uirtus enim uiciū ſemper contrariū & inimicū habet. Quare cādide amiceq; lector ac ueræ uirtutis amator, ne mirere ſi tam frugiferū operis autorē Nicolaum Iaskerum Senatus Cracouiē. Secretariū, bonarum literarū amatorē, commendateq; uirtutis uirū quis inceſſere mordereq; perrexit. Ipſiusq; optimo pro utilitate Reipub. Regni ſuſcepto propoſito, magnaq; diligentia & impenſa non mediocri abſoluto labore oblatrare caninoq; dēte a tergo mordere, ſed & clauſtinis uenenofisq; inſultibus & ſugillationibus eidē detrahare auſus fuerit. Nunquam enim eiufmodi obtreſtatoribus quantalacūq; caruit uirtus quæ hoc quoq; exercicio clarior erit ac nocior. Eſt quod inuidet, eſt quod obtreſtent, nunq̄ enim antehac facilior intelligētia extitit iuris Saxonici Prouincialis, tū & Municipalis Maideburge. quod nunc is limauit ac inſtaurauit, textū ſpinofum ac tetrū intelligibilē & faciliore reddidit, materiā inſuper gloſſarū in multis locis mancam, obſcuram, defectuq; plenam, uetuiſſimis (ab ipſa Maideburgo) conuiſitis exemplaribus conformando in latinū uerſam perfectā effecit. Præterea erroneas legū, canonūq; in eiſdē gloſſis annotatas allegationes originalibus ſacrorū Canonū & legum adaptando omni menda purgauit, cōcordantias annotationū egregias addidit, deniq; prōptuariū Speculi Saxonū ac Municipalis Iuris Maideburge. magna opera confeſcit. Nunquā tot & tātis erroribus purgata lectio iuris illius ſincerior habita eſt, nunquā perfectior & uberior poſteritati tradita, quod non amicis modo, ſed & emulis cū relegerint, aliis confere. codicibus liquido apparebit. More ſuo facit peſſimus ille quiſquis ſit, cam quoq; gratiā præclari uiri in cōmuni omnes uirtutis ſectatores & cōmodo Reipub. bene uole. reportabāt, quorū exempla referre, Hiſtoriā texere magis eſſet q̄ epiſtolā ſcribere. Verū iniquos & ſceleſtos rerū iudices odioq; parricidiali ſpira. eos eſſe memineris, qui quod nō dū deguſtarunt, iaminiā damnare contendunt falſeq; inculcare conantur, peruerſitati animi ipſorū id adſcribetur non autoris ſinceritati, linguā acri bile infectā mellitiſſima quæq; nō niſi amara iudicare, non rei natura ita ſe habento ſed linguæ infecte culpa. Aranearū natura eſt quod ex eiſdē floribus uenena deſugūt, ex qbus apes mel decerpūt, ſic hoſce inuidos uirtutis alienæ emulos conſpicias, qbus nō aliud q̄ quod ipſi conſixerint placet. Non niſi nugas ſuas pluriſ facere ac pro ueriffimo reputari contendūt. Verba ipſorū tanq̄ Appollinis dictū in precio haberi maxime cura. quorū cor uafricia plenum, mens calliditate eſtuans, lingua præſentiffimo oppleta ueneno, nō aliud niſi gharis carcereq; tetro dignū in perniciē uirtutis excogitare norint. Sancta ſtudia omnibus pfutura, gratiſ referēdis loco, morſibus impetere conātur, ſed de hīs haſtenus. Tua iaminiā protinus rūpantur tibi Ilia Codre. Turgidoq; oppleta liuore tua tibi concrepet gula. At tu benigne lector tanti boni ingratus ne fueris, cōtra Oſores obicem te ponas fortiffimū, boni conſulens pro cōmoditate tua præſtitam operam & impenſas Vale.

Prologus.



Deus qui est principium & finis omnium rerum in principio creauit hominem quem paradiso ut ei obediret collocauit. Propria ipse elatus superbia obediētiæ factus uiolator malum tam penæ quā culpæ in suam progeniē dilatauit. Quam obrem unusquisque nostrū secundū prauē uoluptatis affectum oberrauit, quousque nos suo precioso redemit sanguine, legemque uiuendi nobis ostendit quam & gloriosissima morte confirmauit sua. Quare secundū quod nobis eam sanctissimi patres^a ac Romanorū principes. Præcipue uero Constantinus & Carolus diue memoriæ edocuerunt merito obseruamus.

Glosa.

Deus qui est principium &c. Interpretatur simul & translaturus in Germanicū Eckē de Repkaw Priuilegium præsens^b Saxonibus cum ad fidem conuersi sunt Cristianam a diuis Imperatoribus Constantino & Carolo pro iure datum. Exordium operis adeo summit omipotēti. Nec immerito est enim omnium scientiarum caput & autor: ut xxxvi. dist. §. hinc etiam. Cunctarumque gratiarum mirabilis elargitor xvi. q. i. reuertimini. Vnde & in omnibus ceptis pietissimus ille inuocandus est pater. C. de vere. iur. enucle. L. deo autore. Auxiliumque eius semper implorandum: ut in auten. de ar. in prin. Et quia iuris signanter saxonici in hac parte interpretationem facere intentio auctoris est, quare ne ab ignotis procedatur, definitio iuris in generali, tum & iustitię preponenda non immerito venit. ^c Iustitia etenim ut habetur insti. de iusti. & iur. §. i. & item ff. de iusti. & iur. L. iustitia. Est constans & perpetua uoluntas ius suum unicuique tribuens. ^d Ius uero ut Celsus eleganter definit est ars boni & equi. Vnde quandoquidem Ius omne exordium summit, vel a natura, vel ex consuetudine: ut. i. dist. humanum genus, secundum id etiā habetur iuris diuersitas. ^e Quoddam enim est ius naturale, quoddam uero humanum.

Naturale Ius dicitur quod deus ipse solus statuit, vel a solo deo promulgatum est, corroborationibusque hominum impressum. ^f Vnde & Ius istud naturale dicitur etiam esse Ius diuinum ex eo, quia omnibus creaturis deus illud statuit, vel quod natura omnia docuit animalia. Ius etenim istud non solum humani generis proprium est, sed & omnium animalium quę in cœlo, quę in terra, quę in mari nascuntur, hinc descendit maris & formine confunctio, quā nos matrimoniū appellamus, hinc liberorum procreatio & educatio. Vide mus enim cetera animantia feras quoque & bestias istius iuris peritiā censerī: ut habetur Insti. de iure. natu. in prin. ^g Ius uero huiusmodi dicitur naturale ex quatuor causis. Primo quia natura illud docet omnes homines: ut. i. dist. Ius naturale & insti. de iur. natu. in prin. Secundo quia est commune omnibus: ut insti. de re. dist. ui. §. singulorum. Tertio propter eius equitatem potissimum etenim equitatem suadet: si cut quando quis promittit aliquid est naturale ut illud adimpleat: ut C. de pactis. L. i. Quarto dicitur ex eo naturale quia est honestum, nullus itaque in honesti quicquid in eo exercere debet, & exinde venit quod pueris fragilibus sensu corruptis minime iniuriari debemus: ut insti. de obliga. quę ex delict. nascuntur. §. i. & ff. de mino. L. i. Et secundum Ius istud naturale omnia sunt libera & communia: ut insti. de iur. natu. & ciui. §. Ius autem & viij. dist. differt autē & xij. q. i. dilectissimi. ^h Ius Humanū dicitur quod ab hominibus propter societatis humane conseruationem constitutum est, & perficitur legibus moribusque & consuetudine. Vnde iuris humani uaria & multiplex habetur differentia ut ex sequentibus apparebit. ⁱ Quoddam enim est Ius gentium, quo omnes ferme gentes utuntur, usu enim exigente & necessitatibus humanis gentes iura quędam sibi constituerunt ut religio erga deum ut patrię pareamus, contra uolentiam resistamus. Item pacta & contractus quę apud omnes gentes valent, emptio, uenditio, locatio, conductio, societas, & exinde subsecuta bella, captiuitates, seruitudes &c. ut habet latius insti. de iur. natu. gē. et ciui. §. Ius autē. ff. de iusti. & iure. L. ex hoc iure ^k Ius ciuile quod unusquisque populus alicuius ciuitatis constituit, quasi Ius proprium illius ciuitatis ^l ueluti Atheniensium Romanorum &c. ut insti. de iur. natu. genci. §. Sed ius. Postquam enim populus habitare cepit, ciuitatesque erigi & construī ceperant, quicquid inter se iuxta eorum arbitrium constituerunt, ius illorum erat. ^m Secundumque nonnullorum opinionē iuris ciuilis origo primum cepit cum Enoch filius Chaim, ciuitatem primā construxit, quam ex suo nomine Enoch appellauit: sancitum ibidem erat, quicquid unus labor acquisiuit suo, hoc ipsius propriū erat. ut Insti. de iure natu. gen. §. Ius autē. ff. de iusti. & iur. L. Ius ciuile.

^f. De hac materia per totum uide abundantiū Iure Munia. ar. i.

^g. Ius Naturale q. t.

^g. Ius Naturale hoc nomine appellatur ex quatuor causis.

^h. Ius Humanum q. t.

ⁱ. Ius Gentium.

^k. Ius Ciuile.

^l. Variam iuris acceptionem uide infra eo. lib. ar. lv. Iure Munia. ar. i.

^m. Vide Iure Munia. ar. yij. glo.

^a. Iure Munia. in prol.

^b. Ecke translator fuit præsentis priuilegij Saxonie ex latino in Germanicū. Vide hoc idē infra li. ij. ar. xxxvi. li. ij. ar. xxxix. & xlv. Iure Munia. ar. x. glo. Ex mandato uero Imperatoris Ottonis Ruffi Burchardus de Manphelt sacri palatii Sequestrator. Priuilegium præsens glosis illuminauit legibusque & canonibus adornauit. Idem etiam Ius Munia. in luculentam redegit formam ut habetur Iure Munia. ar. x. glo.

^c. Iustitia q. t.

^d. Ius q. t.

^e. Iuris diuersitas unde ortum habeat.

1. Ius militare

Ius Militare¹ est belli inferendi solennitas, se deris faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugne commissio. Item signo dato receptio, flagitij militaris disciplina, si locus deferatur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, premiorum honor, veluti cum corona vel torques donatur. Item prede definitio: & pro personarum laboribus & qualitatibus iusta diuisio, ac Principis porcio: ut habetur dis. i. c. Ius militare, & exinde venit nobilitas stipendia.

Ius publicum P quod ad publicam statutum est utilitatem: ut est in sacris, magistratibus, sacerdotijs.

Ius Quiritum P a Quirino dictum, & dicitur Ius Romanorum quod nullus alter tenuit nisi Quirites hoc est Romani, vel qui Romano Imperio subiecti erant, in quo agitur de legitimis hereditatibus, de contractibus, de tutelis de usufruptionibus: &c. ut i. dis. Ius Quiri.

Ius prouinciale dicitur quod homines unius Regni vel prouincie statuunt, & inter se tenent, Exindeque colligi potest quod priuilegium presens Saxonibus datum, dicitur esse ius prouinciale seu ius proprium & priuatum, ex eo, quia priuatis hominibus & priuatae prouincie concessum est. Priuilegium etenim priuatorum lex est: ut iij. dist. priuilegia & Isidorus sexto etymologiarum.

Legum autem inuentores^r qui primi fuere declarare visum est. Moses gentis hebreę primus omnium, diuinas leges enodauit. Phoroneus rex Gręcis. Mercurius Trimegistus Egiptijs. Solon Atheniensibus. Ligurgus Lacedemonijs, & Appollonius illa confirmauit. Numma Pompilius Romanis^r subdelegarunt tandem Romani decem viros, qui leges Solonis ab Atheniensibus in latinum transferent, Fuerunt autem viri precati^r ut sequeretur Appius Claudius Titus Genutius. Publius Festius. Lucius Veturius. Gaius Iulius. Aulus Manlius. Publius Sulpicius. Publius Curiacius. Titus Romulius. Spurius Posthumius, legesque huiusmodi sic collectę, & alię itidem superaddite xij tabularum leges nuncupabantur a duodecim tabulis Eburneis quibus insculptę erant, & sic lex xij. tabularum ex accidenti dicta est: ut ff. de origi. iuris. l. ij. §. i. C. Iuris Naturalis precepta ut clare habetur insti. de iur. natu. §. iuris precepta.^u Sunt hæc honeste viuere, alterum non ledere, Ius suum cuique tribuere.

Et quia iuris, legis, consuetudinis frequens interuenit mentio, quid vnum quodque illorum sit declarare breuibus placuit. Ius supius descriptum habetur nec vltiori indiget declaratione^x Lex est constitutio scripta, unde lex seu constitutio Y necessario esse debet honesta, iusta, possibilis, secundum naturam & consuetudinem patrię, loco, temporisque conueniens, necessaria & vtilis, manifesta quoque ne per obscuritatem intactum quid continetur, nullo priuato commodo, sed communi

ciuium vtilitate conscripta, vbi si huiusmodi conditiones desunt constitutio erit reiicienda ut habetur iij. dist. §. erit autem.

Consuetudo dicitur antiqui mores.^z Vel consuetudo est Ius quoddam moribus constitutum quod pro lege suscipitur, cum deficit lex vel vbi nullum Ius habetur sumitur vigorem ex tacito populi consensu. i. dist. consuetudo & insti. de iur. natu. §. ex non scripto.

Ut autem consuetudo iuris vigorem habeat^a aliqui dicunt sufficere prescriptionem decem annorum: ut C. de tempo. in integrum restitut. l. finali & C. que sit longa consuetudo in glo. rubrice. aliqui quadraginta: ut extra de consue. c. vlti. aliqui cuius memoria non extat: ut ff. de aqua pluuiali. ar. c. l. i. & ff. de aqua quotti. & estiu. l. hoc iure. §. ductus aque. C. que sit longa consue. l. ij. ^b Verius tamen ad hoc quod consuetudo valeat requiritur, quod ad minus bis antehac secundum illam iudicetur: ut ff. de legi. l. cum de consue. Potissimum vero consuetudo loci illius habet vigorem legis. Si in contradictorio iudicio sit opposita parsque consuetudinem allegans obtinuit sententiam, ut cum consuetudo allegatur. x. vel xx. annorum. Aduersarius impugnat allegansque victor euadit, ut sic allegata consuetudo per sententiamque approbata habet vigorem. ff. de leg. & sena. l. de quibus causis & sequentibus legibus.

Si questio emergit de qua Ius scriptum non habetur, consuetudo seruetur in illa questione si non sit consuetudo iudicetur per similes, si hæc duo deficiunt iudicetur secundum consuetudinem vrbis Romę. Ratio quia sicut in defectu iuris nostri recurrimus ad leges Romanas & ab omnibus seruantur ut infra li. ij. ar. xxxvi. li. iij. ar. xliij. in glo. ^d Ita & consuetudo. Quia tantum valet consuetudo Romanorum non scripta. Id autem quod dictum est de consuetudinibus de consuetudine bona & non praua intelligi debet. Consuetudo etenim mala que est contra legem nature etiam contra Ius scriptum reiicienda est: ut viij. dist. c. mala. c. frustra & sequentibus. Consuetudoque & constitutio iuri cedunt naturali nehuiusmodi consuetudine quis excusatur: xxxij. q. vij. flagitia & de consue. c. vlti. Quod si instet quis duę vices faciunt consuetudinem. Verum est si populo placuerit vel senatui qui vicem huius representat, ut idem fiat in futurum & item quod duę vel plures vices consuetudinibus bonę & non prauę.

Queritur si alia sit consuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum terę sint diuerse & si Iudex habeat itidem suam consuetudinem R. seruabit Iudex quam volet. sed dices locus iudicij est spectandus R. aut consuetudo spectat ad lictis ordinationem, & tunc seruatur illa que est in foro iudicij, aut ad lictis decisionem, & tunc illa que in foro seu in loco contractus est. C. que sit longa consuetudo l. i. de hac materia vide abundantius insti. de

2. Consuetudo q. a.

2. Consuetudo quando vigorem legis habeat

b. De consuetudinibus vide infra ar. ly. et Iure Munia. ar. i.

c. Iur. Munia. ar. xliij. glo.

d. Vide con. li. ij. ar. xxvi. glo.

o. Ius publicum.

P. Ius Quiritum.

q. Ius prouinciale.

r. Legum inuentores q. fuere.

f. Vide de hac materia abundantius Iur. mu. ar. i. & ar. vij. & item. dist. vij.

r. Legis. xij. tabularum compilatores.

u. Iuris Naturalis precepta hoc idem vide Iure munia. ar. i. & ar. xvij.

x. Lex q. f.

y. Lex qualis esse debeat. vide hoc idem Iure munia. ar. i. & ar. xxij. et item ar. xliij. glo.

e. Consuetudinis tres virtutes.

f. Vnde & lex xij. tabularum consuetudinē esse seruandam suadet cum inquit ritus sacilie patricq; seruato

sur. natu. §. ex non scripto ff. de legi. & senat. L. de quibus causis, & post per totum C. que sit longa consuetudo. L. i.

Consuetudinis tres sunt virtutes, c. Imitandi legem idest in tantum valere sicut legem vbi lex non est scripta: vt insti. de iure natu. §. ex non scripto. Quod si concordet legibus fortificat legem viij. dist. frustra, Interpretandi legem vbi est dubia hoc est vbi lex esset intricata & non bene intelligibilis iudicari debet secundum consuetudinem approbatam f. o. prima enim est legum interpret consuetudo ff. de legi. & senat. con. L. si de interpretatione Et corrigendi quod distingue aut est generalis per totum mundum & sic vincit legem vbiq; aut specialis & sic vincit in illo loco vbi est dūmodo sit post legem inducta, alias vincitur lege superueniente: insti. de iur. natu. §. ex non scripto. & ff. de leg. & sena. consul. L. de quibus causis in fi. ff. de sepulchro vio lato. L. preter ait. §. diuus Adrianus.

Quare secundū quod nobis & c. Est em inter cetera vtriusq; iuris precepta illud precipuū quod nihil asserere presumamus nisi quod confirmare possumus. Aut auctoritate legis. C. de coll. L. illam. Aut auctoritate Canonis de consti. c. i. & c. Neinnitaris. Aut auctori. consuetu. insti. de iur. natu. §. Ex non scripto. & de consue. c. fi. & per to. Aut aucto. statuti loci singularis. ff. de iusti. & iu. L. Omnes populi. ff. de legi. in multis legibus de consti. c. i. li. vi. Et nostrum non est ius extendere seu producere. ff. so ma. L. si vero. §. de viro. & in dic. c. ne innitaris immo nec distinguere debemus vbi lex non distinguit. ff. de re. iudi. in multis legibus. ij. q. v. consuluisti. iura ergo que non apparent non sunt. nam ius finitum est & certū: vt in prohe. forum. & in prohe. insti. §. igitur. Et etubescimus loqui sine. L. in auten. de trien. & semis. §. consideremus. coll. ij. & C. de repudi. L. dissentientes, & de iur. filci. L. certa forma. li. x.

Nihil asserere presumamus nisi quod confirmare possumus. Aut auctoritate legis aut auctoritate Canonis, aut auctoritate statuti loci singularis.

In magna no appa rent non sunt Nam in finitum est & certum Et etubescimus loqui sine lege

a. Vide infra li. iij. ar. xliij. iure Munia. ar. vij.

b. iure Munia. ar. vij. glo. abunde uide super hac materia.

significatur, ut si qui inobedientes apostolico existerent, a principe ad obediendum & econtra cum necessitas hoc exigerit (alij addunt dummodo exercitus fuerit) cōpellant.

Glosa.

Liber primus Spe. Sax. diuiditur in lxxi. articulos: & tandem in paragraphos poniturq; singulatim notitia vniuscuiusq; articuli, tū & paragraphi. Præsens articulus tractat de duobus gladijs hoc est iudicijs spiritali videlicet & seculari que duabus commissæ sunt personis, spiritali apostolico, & seculari Imperatori. Vocanturq; Iudicia illa gladij, sicut enim gladio arcentur & puniuntur malefactorum, ita spiritali gladio arcentur anime excessiue, seculari vero homines excessiui. DVBIUM circa id exoriri potest c. ex quod qdem potestas spiritalis & secularis in his duobus gladijs fundata sit, quis illorum sit superior & dignior. Arguitur primum qd Imperator superior sit. Imperium etenim a nullo alio originem habet nisi a deo: vt. x. dist. quoniam. & xxij. q. iij. quæsitum. Secundo si papa deberet esse superior Imperatore extunc appellatio esset ab Imperatore ad apostolicum quod tamen non fit: vt extra de adpellationibus. c. si duobus litigantibus. & c. causam qui filij sunt legitimi, & ite Imperator tributū accipit quandoq; de Ecclesia & non Papa: vt. xi. q. i. c. magnum quidē est. In oppositum sunt alij qui dicunt apostolicum esse superiorem Imperatore. Primum deus etenim omnipotens apostolico spiritui alem & secularem potestatem dedit: vt xxij. dist. c. omnes. Præterea Imperator iuramentum prestare tenetur apostolico: iustitiā exaltare: iniustitiam vero deprimere: vt lxij. dist. c. tibi domino. Præterea apostolicus Imperium ex oriente in occidentem transtulit: vt extra de electi. c. per venerabilem, & item apostolicus in certis casibus ex autoritate potest Imperatorem: vt xv. q. vi. c. alius. de sen. & re. iudi. c. ad apostolice. li. vi. Ommissis tamē argumentis pro & contra militatibus R. qd vterq; illorum tam apostolicus q Imperator propriam habent auctoritatem in quantum non excedunt officium dignitatis sue. Vnde si Imperator non facit ea que Imperatorem decent. Itidem & apostolicus procedi contra cum potest non vt contra Imperatorem: sed vt contra excessiuum, potestq; deponi, excommunicari: vt infra li. iij. ar. lviij glo. In contrariū istius sunt certe quedam leges que disponunt quod Imperator est super omnes leges nec rigori legis subest nisi in quantum velint: vt C. de legi. L. digna vox, & ff. de legi. & senatus consul. L. princeps, Intellige tamē

sp. Sax. liber. i. h. 71 articulos

c. Papa an Imperator quis eorum dignitate maior argumenta p & contra.

Vide infra li. iij. ar. lviij iure. Munia. ar. vij. ad hanc materiam.

Articulus I

DVorum gladiatorum potestatem a spiritalē scilicet & secularem ad defendendum suum populum Christus in sua approbauit Ecclesia ex quibus apostolicū spiritalē & Romanum Impatorē seculare habere nemo ambigit ob quorum figurationem apostolico super equum candidum equitare constitutū est, b & in ascensu eius a Principe sella ne decidat tenebit in quo

A ij

quod Imperator non paritur rigorem legis inquantum Imperator sed postq̄ exautoris setur pati cogitur vt excessius vt dictū est. Apostolicus vero vt textus habet Imperatorem iuuare in Imperio debet omnibus viribus suis, demandareq; vt ius illius inconculse ab omnibus indifferenter obseruetur: vt. x. dist. si in adiutoriu. & c. de capitulis, dato etiam quod clericus sit. Canones etiam concordantiam & connexionem cum legibus habent, vnumq; aliud interpretatur sed & Imperator Papam iuuare debet inobediētes arcēdo. Nā Christianitas subest potestati sacri Imperij Romani: vt C. de sacro. san. ecclē. & xxij. q. viij. conuenior.

Notandum circa id d quod apostolicus seu Papa intronittere se quandoq; potest in ius seculare propter manifesta & enormia scelera precipiens iudici seculari vt puniantur vt xxij. q. iij. c. Maximianus & c. ab Imperatoribus. Imperator etiam quandoq; e iurisdictionem in personam spiritualem habere poterit, vt pote si prelatus eos corrigere nollet vel non posset: vt xxxij. dist. eos qui. Secundo ppter auariciam & inuersum iudicium prelatorum vt lxxix. dist. c. si quis pecuniam. Tercio propter heresim: vt viij. dist. c. quo iure, & xvij. dist. nec licuit. Item propter falsitates: vt c. ad falsarios de crimi. fal. Item propter seditioes factas, aut si excommunicationem respuerint: vt xxij. q. v. de liguribus. Item si potestas spiritualis quem coercere non posset: vt xxij. q. iij. c. ab Imperatoribus. Item propter rebellionem tributi ad defensionem reipublice de bonis ecclesie: vt xxij. q. viij. c. tributum.

d. Papa intronittere se potest in ius secularē.

e. Imperator iurisdictionem habet in personas spirituales, hoc idem vide infra li. iij. ar. lviij. Iure Munia. ar. viij.

uenire tenentur, ac per id omne eorum proprium banniti contra iudicē b omnino liberū faciūt. Proprietarij iure necessario suorum praefectorū iudicium quarent quod sex septimanarū spacio prouocetur, c & ex his si opus fuerit praeo eligatur. Pagani propriū non habentes suorum Gograuiorum iudicium expectent, d ibi & in omnibus legitimis iudicijs debet unusquisq; Scultetus clamores illatarum iniuriarum & humana uulnera alij ab alio illata, & comminationes ac euagationes gladiatorum factas in damnum aliorum e & hos qui ad iudicium cum tenebantur non uenerant, f omnemq; iniuriam poena mortis uel membri abscissione puniendam accusare, si coram iudicio nō fuerit incepta, alioquin ea nō accusabit.

b. Banniti etenim eorum proprio non aliud iudici obligantur nisi ut iudiciū Comitum frequentent hic ex textu et li. iij. ar. lxi. Quod si negligant proprium eorū consignari poterit. Si paruerint eliberant ut sic proprium suum ut textus habet.

c. Vide infra li. iij. ar. xlv. & lvi.

d. Gograuius uero qd sit, vide infra eo. lib. ar. lv. lvi. & sequentibus.

e. Qui autem iudicio pertinere dicantur, uide infra eo. lib. ar. lxx. & li. iij. ar. lxi.

f. Alij textus habent omnemq; iniuriā quae in uitam uel in cutem iudicatur.

Glosa,

Quilibet Christianorum adultus ter in anno synodo & c. Vnde de synodo & qui ad eam venire tenentur: vide c. decernimus xvij. dist. & xxv. q. vi. Episcopus. de ma. & obe. quod super his. C Si corā iudicio non fuerit inceptum. Nam ubi ceptum est iudicium ibi finem accipere debet. ff. de iudi. l. ubi ceptum & l. si qd ff. de iurisdictione. iur. l. cū quedā de fo. com. c. proposuisti. & litte. pen. nihil est innouandū vlti. pen. in rubro. & nigro. Et idem etiam si in alio iudicio res fuerit iudicata. ff. de excep. re. iudi. l. cū queritur & l. se. & l. si rem meā de excep. c. aduersario eo. ti. c. ij. li. vi. Nam res iudicata pro veritate accipitur. ff. de reg. iur. l. res iudicata. Nec recipitur probatio in contrarium C. de re. iud. l. sub spe. eo. ti. c. suborta. Item sententia facit ius inter partes elapsis decem diebus a tempore prolationis computandum: de re. iudi. c. cum inter vos s. vlti. & c. quod ad consultationem. C. de agri. & cens. l. litibus ar. de preben. nisi ver. qd ergo. Vnde nec error detectus retractat sententiam. ff. ff. hir. l. cum putarem. de re. iudi. c. inter monasterium. & c. e. Vide etiam in repetitione regulę possessor per. Pe. de ancho. Vt detur enim acquiescere finem is contra quem fertur cum non appellat, nam sententia auctoritate iuris suffulta tribuit ius illi qui non habuit, & aufert illi qui habebat, arg. de repe.

Articulus II

Quilibet Christianorum adultus ter in anno Synodo se praesentare tenentur, libertas est etiam tripartita. Quorum primi Episcoporum Synodum quærere solent & hñ banniti dicuntur Proprietarij summorum praepositorum. Pagani autem archipraesbyterorum. Simili modo & secularia iudicia quærere solent scilicet banniti Comitū a qd xvij. septimanis exponetur sub banno Imperatoris. Si autem in numero quindenali pro uolentia aliqua a superiori iudiciali termino iudicium expositum fuerit, etiā ibidem

a. Vide infra li. iij. ar. lxi. Iure Munia. ar. xlv.

c. pastoralis & datur illi pro quo lata est sententia actio in factum ex causa iudicati C. dere. cre. L. actori. ff. de re iudi. L. miles. §. si. Et res acquiritur per sententiam vt de cetero cum sana & pura conscientia possit teneri secundū ea quę notantur per hostien. in summa de re. iudi. §. quot sint sub. §. sed nunquid vers. sed quid si post sententiam vide in repetitione dic. regule. Nec princeps contra rem iudicatā concedit rescriptum. C. sententiam rescindi non pos. L. impetrata. Immo & alias in debis tum ex causa iudicati solum repeti non po. rest. C. de condi. inde. L. i. cum concor. ibi alle ga. in glo. adde notata infra. eo. li. circa ar. viij. ver. de transac.

Glosa.

Ex quo quidem in primo articulo duos Ec clesię datos esse gladios declaratum est, qđq vnus alteri auxilio esse debet, prosequendo itaq; autor intentionem suam dicit necessa rio omnes Christianos synodum conuenire debere vt ibidem de excessibus fiat discussio &c. vt textus habet. & xviij. dist. decernimus Signanter vero in huiusmōi synodo excessus notorij corrigi debent, si quis contra decem pcepta dei vel statuta Ecclesię excesserit, & hoc si & in quantum Iudicium seculare añ hac huiusmōi excessiui non correxerit, quia vt sic secundatio eum corrigere non oportet vt de excepti. c. cum quidam. li. vi. Si quis v o diebus feriatis excesserit h vel in locis sacris dato quod Iudex secularis eū puniat, nihil o minus in synodo accusandus erit, ac vtriq; iudici multam prestabit, vt infra eo. li. ar. liij. Notandum circa id i quod nullus damnatur post mortem iure spiritali nisi in tribus casi bus propter heresim: vt xxiiij. q. ij. c. vlti. sane profertur. Item si hereticis bona relinquerit sua, hoc est si hereticum heredem relinque rit: vt de hereti. c. si quis Episcopus. Item si in manifestis sceleribus deccat non confessus: vt lxxxvij. dist. c. neq;. Qui vero iure seculari accusari etiam post mortem possunt, suo loco declarabitur.

Illorum etiam qui ludicio interesse tenentur, vt textus habet libertas est triplex Banniti vi delicet Proprietarij & Pagani. Vnde pro expositione textus ampliori notandum, k qđ Banniti dicuntur qui propriam libertatē ha bent vñ huiusmōi proprium possident ratio ne cuius scabini esse possunt. Secundum v o lus seu. c. iij. Banniti dicuntur illi quos domi nus feudalis sede scabinali pferat ad edi cendum Ius sibi vel suis subditis, vel quia a domino inueudantur, ut sibi sententias inue niant.

PROPRIETARII sunt l q in prouincia pro prium habent & ex illo aliquid facere, serui re aut dare tenentur. C. de agri. & censi. in m tis legibus. CPAgani censuales m dicunt qui in bonis ex conductio sedent, ex quibus ali enari possunt ex certis causis. Quid autem v

nusquisq; horum demeretur, cum ad synodū vel ad iudicium non venerit inferius declarab itur, li. iij. ar. lxxij.

Articulus III



Rigenes septem fore se culi ætates quodq; in se ptima seculum finiri de beat enarrauit, & sicut in scripturis apparet, quaelibet secu li ætas per mille annos est repræsen tata. In Adā incepit prima, in Noe secunda, in Abrahā tertia, in Moyse quarta, in Dauid quinta, in Trāsmi gratione Babilonis sexta, in Christo septima in qua nūc sumus sine finis certa noticia. Sic etiā Clipeus seu cin gulus militaris in septimo terminat & primum habet rex Romanorum a Secundum Episcopi, Abbates, & Abbatisse, qui & superillustres di cuntur. Tertium laici Principes, ex quo facti sunt Episcoporu subditi & Vassalli, qui illustres nuncupan tur. Quartum nobiles & liberi do mini. Quintum prædictorum nobi lium uassalli & etiā banniti. Ipsoruq; ulterius uassalli tenent sextum, sicut autē in septima seculi ætate quoad finem est Ecclesia incerta, sic nec sci tur an cingulus militaris in septimo existit. Laici tamen principes cum facti sunt Episcoporu uassalli b sex tum cingulum in septimum reduce runt, sicut etiā ciugulus in septimo & seculum in septima finitur ætate, sic c gradus cognationis in septimo terminatur.

Nunc itaq; consideremus ubi co gnatio incipit d & in quo membro finiatur. In membro capitis mascu lus & fœmina qui quæ ue legitime contraxerunt constituuntur. In colli & corporis membro eorum proles

a. Iure Muni. ar. viij. glo.

b. Vide ad id in auten ut ab illustri. & qui. §. sanximus. coll. v. & dist. i. c. Ius Militare.

c. Nota quod gradus cognationis hoc Iure Saxónico finitur in se ptimo. Necessse est ergo in petitione heres ditatis, ut heres articu let se defuncto infra se ptimum gradum attin gisse, et id à multis ob seruatur, quous iure cō muni gradus se ad de amū extendit, ut insti. de gradi. cognat. §. hoc loco. & sequentibus.

d. Cognatio in propo sito large accipitur ex tendens se tā ad agna tos q̄ ad cognatos.

h. Qui autem sunt die es feriat, vide infra li. ij. ar. x. glo.

i. Post mortem dame nari unus potest in tribus casibus.

k. Banniti in propo sito scabini actu uel ap titudine dicuntur, & de his vide infra eo. li. ar. vi. lib. ij. ar. xij. lib. iij. ar. lxxij. Iure Muni ar. x. & item ar. xxxij glo.

l. Proprietarij q sunt.

m. Pagani q dicuntur.

Speculi Saxonum Liber Primus

quæ de eodem patre, & eadem matre originem produxerunt. Si autem de eisdem non sunt progenite paribus non in eodem membro constituantur sed transeunt in gradum remotiorem. Contrahant etiam duo fratres cum duabus sororibus & tertius eorum frater sibi alienam subarrauerit superduxeritque sponsam filii nihilominus eorum indistinctæ ad succedendum alter in alterius hæreditatem admittuntur, ^e dummodo in eadem sunt dignitate propagationis. Indistinctorum fratrum filii in membro annexionis brachii & corporis ponuntur, iidem & sororum Pueri isti primum gradum obtinent. fratrum uidelicet sororumue proles qui & Nepotes appellantur. In membro cubiti secundus est gradus & hi pronepotes dicuntur. In coniunctione manus & brachii ubi tertius qui abnepotes nuncupantur. In membro manus & digiti medii ubi quartus gradus illi antenepotes nominantur. In secundo membro digiti ubi quintus gradus qui trinepotes dicuntur. In tertio membro quadrinepotes ubi & sextus gradus est. In septimo unguis & non membrum reperitur & ideo ibi cognatio terminatur. Qui a primo gradu usque ad ultimum se æque in gradibus computant æque hæreditatem dimissam percipiunt. Qui autem se in proximiori gradu huic de cuius hæreditate agitur probauerit præferatur ei qui ulteriorem obtinet gradum. In septimo gradu terminatur cognatio in percipiendis hæreditatibus quis in quinto gradu apostolicus matrimonium contrahere concessit, ^f Qui tamen nullam decretalem in nostri iuris feudalibus & civilibus potest conde-

re præiudicium.

Glosa.

Origenes septem fore &c. Vide xxxv. q. iiii. c. vno. Et quod notatur in prohe. li. vi. super verbo perfectus ad hanc materiam abunde. ¶ In Adam incepit prima &c. & cum eo incepit ius naturale, unde dicitur lex palam autem est vetustius esse ius naturale quod cum ipso genere humano rerum natura prodijt. Ciuitas autem iura tunc esse ceperunt cum ciuitates condi & magistratus creati legesque scribi ceperunt ut in. §. singulorum. in sti de rediuisi ¶ Qui tamē nullam decretalem. Paragraphus iste erroneus est. Intelligendo ut sonat, quia Papa derogat per suas decretales statuta & consuetudinibus locorum irrationabilibus & alias ubi timetur periculum anime, etiam si hoc non exprimat, licet alias per posteriorem constitutionem locorum & personarum singularium consuetudines & statuta rationalia nisi hoc expresse caueatur non intendit in aliquo derogare: de quo in c. primo de constitutu. & in regu. possessor. de reg. iur. li. vi. Immo dicit etiam Imperator sacre leges non dedignantur sacros Canones imitari: in auten. ut cle. apud propri. Epif. §. si vero. coll. vi. & alibi dicitur Imperator quod per omnia vult sequi sacras regulas, quæ debent pro legibus valere ut in auten. quomo. oportet. Epif. & ceteri. clerici. §. i. & §. sancimus coll. i.

Glosa.

Id quod de etatibus mundi in textu habetur non præcise ad materiam pertinet operis cepti. Verum autor priuilegij comparisonem quam facit, quo clarius intentio eius appareat in declarando de clipeis militibus & gradibus agnationis, cognationisque &c. Omissa itaque etatum declaratione, nam & ad propositum parum spectant nostrum. Pro intellectu articuli presentis ^h Notandum venit quod Clipeus non est aliud nisi distinctio militie seu nobilitatis: ut dist. i. c. ius militare. Militia autem est duplex ⁱ Bellica & Iuridica Bellica quæ fit contra hostes armis nocere volentes in bello. Iuridica vero est peritia iuris iniustitie contrahentium: ut insti. in prohemo. Vtraque enim militia contigit homines occidi, bonaque nancisci, & perdi, & hoc cum audacia prauorum cohibetur: ut iiii. dist. facte sunt autem leges. ^k Militia iuridica est duplex Prima cum iure aliquid defenditur: ut C. de postulan. l. quisque. & in auten. ut om. obedi. §. i. Alia cum appositione penarum in dampnando transgressores sicut faciunt illi qui ex sententia interficiunt: ut spiculatores, præcones, nam & illi milites nuncupantur: ut habetur Iohannis xix. milites autem diuiserunt vestimenta sua &c. Milites huiusmodi fuerunt tor-

^e. Hoc est si sint generatione similes, de generatione uero similibus, & quomodo unus alteri similis generatione dicatur, uide infra co. li. ar. xviij. & li. & item lib. iij. ar. xlv. glo.

^g. Vide infra lib. iij. ar. xliij.

^h. Clipeus quid sit hoc idem uide infra lib. iij. ar. lxxij.

ⁱ. Militia duplex, uide seu. c. i. de hac materia abunde.

^k. Militia iuridica duplex.

**F. ARTICVLVS
ISTEREPRO-
BATUS EST.**

I. Iure Muniā. ar. viij.

m. Verū est quo ad se totum, secus autē quo ad certas partes.

n. Vide infra lib. iij. ar. xxix. Iure Muniā. ar. i. ar. ij. & viij.

o. Cognatio triplex.

P. Cognatio in ppositio to large accipitur extendens se tam ad agnatos q̄ ad cognatos. Vnde agnati dicuntur q̄ per uirilis sexus lineam coniuncti sunt in cōsanguinitate dicti ideo quasi nobis agnati uel à patre cognati ueluti frater ex eodē patre natus fratris filius &c. Cognati uero dicuntur qui p̄ foemini sexus personas nobis sanguine iunguntur, ut insti. de legitimi. agna. tute. §. sunt autem.

q. Ex cognatiōe spiritali nouem propinquitates nascuntur.

r. De successiōibus ui de infra li. i. ar. xviij. li. ij. ar. xx. Iure Muniā. ar. lxij. in autē. de hēre. quē ab intesta. deferunt. coll. ix. per totum. insti. de legitimi. agna. tute. §. i.

s. Nota quod in defectu descendentiū ascendentes succedunt p̄ omnibus collateralibus, ut infra eo. lib. ar. xviij. Ratio quia successio ex gremio excedere non debet & id in curijs dominorū cōmuniter tenetur licet ali-

tores & spiculatores: vt xxij. q. v. c. de occidendis. & c. non solum. Militia bellica est itē duplex acquisita & innata. **I.** Acquisita vt est Episcoporum, Abbatum &c. Innata uero vt est principum, superillustrum, & ista originem habet a rege Romanorum: nam Romanorum Imperator naturalis militiē primū obtinet gradum vt textus habet. **m.** Militiaq̄ huiusmodi nobilior est q̄ acquisita. **n.** Acquisita enim venit ex constitutionibus, naturalis uero ex natura, sed constitutio iuri naturali minime derogare potest. i. dist. c. omnes. insti. de le. agna. tute. §. vlti.

NOTANDVM p̄terea p̄o elucidatione textus **o** quod cognatio est triplex. Naturalis quē venit ex genelogia & secundum istā succeditur in bona tutelaq̄ adiudicatur: vt in fra li. ij. ar. xx. & xxx. in autē. de heredi. quē ab intē. per totū. coll. ix. insti. de legitimi. agna. tutela. §. i. **P.** Secūda est quē venit ex affinitate unde affinitas est attinentia personarum ex copula proueniens omni carens parentela. Affinesq̄ ex eo dicti quia duē cognatiōes quē inter se diuersę sunt propter nuptias copulantur. Postq̄ enim uir carnaliter coniungitur uxori omnes consanguinei uxoris efficiunt affines viro & econtra. Tertia cognatio fit ex baptismo quē & spiritalis affinitas dicitur & est propinquitas seu attinentia quē prouenit ex sacramento datione, vel ad sacramentum recipiendum attestatione vel tentione. **q.** Vnde ex cognatione spiritali quē ex baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur. Prima filiatio inter sacerdotem baptisatē & baptisatum. Secunda compaternitas inter sacerdotem & patrem baptisati. Tertia commaternitas inter eundem & matrem baptisati. Quarta inter filios sacerdotis & baptisati scilicet fraternitas xxx. q. i. omnes. & q. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptisatum & suscipientem de baptismo. Sexta filiatio inter eundem & uxorem suscipientis. Septima fraternitas inter baptisatum & filios suscipientis. Octaua compaternitas inter suscipientem & patrem suscepti. Nona maternitas inter eundem & matrē pueri, de his abunde vide xxx. q. iij. & sequentibus per totum. Ex prima itaq̄ cognatione quē naturalis dicitur **r** venit hereditatis successio, vltimē duē dūtaxat matris moniū impediunt. **c.** In successiōibus uero hereditatum triplex inuenitur gradus, descendentiū videlicet, ascendentiū **f** & collateraliū. Primus gradus est descendentiū vt filius, nepos & infra. Ascendentiū uero vt Pater, Auus &c. Vnde descendentes succedūt in defectu illorum ascendentes sequūtur, p̄ omnibus collateralibus: vt insti. de hēre. quē ab intesta. defer. §. si. autem. Nec inter ascendē. & descendē. matrimonium esse poterit, etiam si Adam uiueret nubere non posset vt insti. de nupti. §. ergo non omnes. De gradibus cognationis, affinitatis, immo declarationem glossę p̄sentis ampliorem vide. xxx.

q. iij. & sequentibus. & item. xxxv. q. iij. iij. & sequentibus: insti de nuptijs. & item de gradi. cognā. & ff. eo. ti. per totum Ibidemq̄ in titulis allegatis inuenies quod Canonistę gradus huiusmodi magis abreuiant propter matrimonij vetanda, legistę uero largius extendūt propter nanciscendam hereditatum successiōem.

Si autem de eisdem non sunt progenitę &c. hoc est si mater tua mortua sit, paterq̄ aliam superduxerit uxorem cum qua pueros procreat isti non erunt in eadem linea cum illis primis, sed medię fratres vocabuntur, ad hereditatemq̄ non nisi secūdum vnā partem pertinebunt, sic scilicet quod integri fratris filius eque propinquior est in tollēda successiōe sicut medius frater: vt infra eo. li. ar. xviij. & li. ij. ar. xx. Vide etiam ad hanc materiam in autē. de consangu. & vteri. fratri. §. i. coll. vi. C. de legi. hēre. L. de emancipatis.

Contrahant etiam duo fratres &c. filij illorū alter in alterius successiōe admittitur, ex eo quod patrueles sunt, sed si sororum pueri fuerint & alij pueri ex alia fratris uxore, quē nō fuit soror, uxor tamen tertij fratris propiores erunt ratione matris ad succedendū fratribus vel sororibus qui ex duabus sororibus processere in bonis ex matre deuolutis: vt infra eo. li. ar. xviij.

Qui autem se in p̄ximiori gradu &c. de his vide insti. de legitimi. agna. success. §. hoc etiam & insti. de heredi. quē ab intesta. deferunt. §. si autem.

Licet in quinto gradu apostolicus &c. Antiquitus etenim nullus matrimonium contrahere audebat nisi in septimo gradu: vt xxxv. q. iij. c. de affinitate. Posthac uero limitatū est admissumq̄ in quinto gradu matrimonium vt extra de consangu. & affini. c. non debet, & hoc intelligendum tam in gradu cognationis q̄ etiam affinitatis: vt ibidem in loco allegato xxxv. q. iij. c. de propinquis clare apparet.

Qui tamē nullam decretalē &c. Q. D. quod apostolicus nullam in contrariū legem condere posset. Contra id tamen argui potest per illud quod Christus in Euangelio dixit, qd̄ cūq̄ ligaueris super terram erit ligatum & in cōlo &c. Respondent aliqui quod & si qui dem apostolicus facultatē habeat legē imutandi, cum tamen facere id minime decet, qd̄ enim semel placuit amplius displicere non debet: ff. de reg. iur. L. quod semel, hęc tamē responsio est minus valida quantum ad apostolicū. Vnde & lex allegata quod semel placuit &c. Intelligi debet de hominibus priuatis cum quid promittunt aut stipulantur aut aliquid aliud faciunt displicere posthac eis non debet, immo firmiter tenere eos oportet vt insti. de obliga. §. i. & ff. de reg. iur. L. nemo. C. de nego. gest. L. si quis nolente. Potest itaq̄ apostolicus constitutionem antehac latā immutare: Constitutiones etiam omnes pro-

qui contrarium quādoq̄ pronuntiant, scilicet quod ascendentes cum quibusdam collateralibus defuncti simul admittuntur. Tenent etiam aliqui qd̄ auus siue auia & frater siue soror defuncti simul succedant potius tamen obseruandū est priuilegiū in successiōe huiusmodi.


Speculi Saxonum Liber Primus

pter actus humanos fiunt, sed quia tam homines q̄ actus illorum mutabiles sunt. Quare & leges occasione illorum sancite ex rationabilibus causis immutatur: vt in auten. qui. mo. na. effici. §. i. coll. vi. & C. de vete. iur. enucle. L. deo autore: & in auten. de cōsan. et vter. fra. §. i. coll. vi. Exindeq; sequitur qd' si quid apostolico antehac in iure nostro complacitū fuit ex certis causis nunc displicere eidem poterit. Quare & constitutionem contra Ius nostrum eidem ferre licebit: vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolice. li. vi. In scrinio enim pectoris sui omnia iura recondita habent. vt extra de constitu. c. licet Romanus li. vi. Preterea apostolicus reicere potest apostolorū canones: vt xvi. dist. c. Canones. Quāuis p̄ predecessores suos fuerint statuti. Apostolicus etenim nec Imperator quicq; constituere potest in preiudicium posteritatis sue: vt extra de rescrip. c. si gratiose. & c. vltimo li. vi. C. de legi. & constitui. L. digna vox. Concluditur ergo quod Imperator & apostolicus in contrarium iuris nostri constitutionem statuere possunt. Quare paragraphus articuli vltimus vbi dicitur quod Papa nullam decretalem in preiudicium iuris nostri condere potest locum non habet.

In contrarium tamen huius declarationis & pro roboratione paragraphi vltimi articuli presentis. Notandum quod ad immutationem constitutionis alicuius non sufficit id qd' homines & actus illorum mutabiles sunt, vt argumentum ex aduerso militabat. Verum ad id multę alię circumstantię requiruntur, potissimūq; ex triplici causa lex seu constitutio immutatur. Primo cum causa illa immutatur propter quam lex sancita fuit, vt quia lex est quod bona paterna in pueros hereditant, causa quia nullus est propior patri, & magis obligatus in obsequio fidelitate & honore, q̄ pueri eius, cum ergo pueri aliqui parentibus fidelitatem, obsequium, honorē, non exhibent, ratione cuius hereditare deberent, est constitutio noua in contrarium quod pater exhereditare potest puerū: vt in auten. de immens. donatj. §. i. coll. vii. & in noua cōstitutione Nōs Adalbertus & c. Exindeq; sequitur quia causa iuris Saxonibus dati fuit fides suscepta, durante ergo fide in eis, Ius illorum immutari non debet, nec noua constitutio in contrarium dari. Secundo quando Ius statutum ex antiquo in abusum venit & in malum vertitur: vt in auten. hęc constitu. in nouam constitutionem §. i. coll. vii. vt statutum fuit quod mulier dorem abrenunciare non posset nec obligare se pro marito in sua substantia: vt in auten. vt nulli iudi. §. & illud coll. ix. & infra eo li. i. ar. xxi. nisi illud concernatur venire in commodum dictę vxoris. Venit tandem in abusum quod mulieres iurantes huiusmodi pactis non contrauenire, per iudices nihilominus permittebatur eis iuramentum in contrarium, Constitutio

ergo noua sancita est qua derogatur legi allegare: vt de iure. iuran. c. licet. li. vi. Tertiū quādo noua actio quę antehac non fuit euenit, vt sic noua lex statui potest: vt in auten. vt de functi. seu fune. coll. v. per totū C. de legi. & constitui. L. ij. Ex quo itaq; causa iuris Saxonibus dati quę est fides suscepta, hucusq; illa sa manet nec illud Ius verum est in malum sed nec repugnat fidei Christianę. Quare apostolicus illud immutare nō debet: vt. xij. dist. c. Illud. & c. Ridiculum. Tum etiam quia immutatio iuris Saxonici magis pertinet ad Imperatorem q̄ ad apostolicū, nisi probare posset in eo contineri aliquid contra fidem Christianam, vt extra de foro competenti. c. Licet. & c. Ex tenore. & c. Ex parte. & extra de appella. c. Si duobus. Dato etiā qd' apostolicus aliquid statuatur, illud parum nobis obesse poterit, nisi ex nomine errorē exprimat, vt extra de cōstitutionibus. c. Licet Roma. li. vi. In generali tamen concludi quod apostolicus derogare iuri & legibus potest, priuilegiaq; reuocare, quę cōtra salutē animę, fidei Christianę repugnantia & contra honestatem sancita sint: vt extra de constitu. c. allegato. li. vi. habetur.

Articulus III



Vper gnauos et hominios nullum descendit feudum aut hereditas.

Qui autem propinquiiores illorum existunt, id quod ad ipsos peruenire ex bonis cernitur accipiunt, ac illis necessaria sumministrabunt.

Nascitur etiam puer surdus aut mutus, sine pede aut manu, idq; cū natus sit demonstratur. Iure civili hæres quidem existere potest, sed non iure feudali. Si autem feudum ante huiusmodi tempora sit sortitus propter superadueniens impedimentū feudum prius acquisitum non amittit. Quod & de leproso homine similiter enarramus.

Glosa.

Id quod in textu dicitur. Super gnauos hereditas non descendit. Intellige quoad administrationem vt infra patebit, quia debent esse

Alij addunt & de eromphroditis.

¶ Vide infra li. ij. ar. vi
Iure Muniā. ar. i.

¶ Ad immutationem
constitutionis quę res
quiruntur.

¶ Ex hac glosa colligi
potest qd' mulier do
talitum seu uite pro
uisionem quis illi ab
renundat repetere po
test nisi forsitan iurau
rit de non repetendo.
vide ad hanc materiā
Iure Muniā. ar. xxij. et
cxl. glo.

b. Tria genera hominū ex ciuitate pellēda.

c. Hoc idem lex .xij. tabularum suadet cū inquit in urbe ne sepe lito, ne uirito, ne factu rogum, aīa ne poslito.

sub cura aliorum. Quod vero de leproso homine dicitur, Leprosi etem de ciuitate expellēdi sunt. Vnde nota quod tria genera hominū b in ciuitatibus tollerari non debent, verū expelli, videlicet leprosi. c Cadauera mortuorum, & mendicantes validi, scilicet qui laborare possunt ne alios inficiāt: vt C. de mend. vali. l. Cunctis. li. xi.

Glosa.

Id quod dicitur de gnaui & hominū cionibus, hoc idem intellige de furiosis & surdis ex eadem causa quia defectuosi sunt, vbi est enim vna ratio ibi eadem est iuris dispositio. Agnati itaq; bona eorum administrabunt: vt insti. de cura. §. furiosi. Alij addunt articulum intelligi debere & de hermophroditis. Iuri naturali contradicere videtur articulus iste. Naturali enim iure succedere debent defectuosi, quod est maius scripto. Ius etenim naturale vetustius est, quia cum ipso genere humano natura illud prodijt. Ciuilia iura tunc ceperunt cum ciuitates & magistratus creati & fundati sunt. Preterea & iure communi merito succedere debent, afflictio enim superaddi afflictio non debet: vt vij. q. i. cum percussio. Intelligēdus est ergo sane articulus quod huiusmodi defectuosos hereditas interdicta est quoad administrationem non autem quod penitus excludantur: vt C. de Episcopa. audien. l. liberi furiosi. & insti. de cura. §. furiosi & §. sed & mente captis.

Articulus V.

a. Ex isto colligitur quod pueri emancipati filij, nullam sortem aui sui recipiunt nisi forsā aliqua bona a uo admortua sint, uide ad id. Iure Munia. ar. lxij.

b. Istud abrogatū est ut ex glosa colligitur & in auten. de here. ab intestato per totū.

c. Quæ autem ad parafernā spectare dicuntur, uide infra ar. xxij.

d. Iure Munia. ar. xxij. glo.



Contrahat si filius tempore patris sui a cū muliere sibi in generatione cœquali & ex ea prolem genuerit. Postmodū uero nondum ab hereditate & bonis patris diuisus ab hac luce per mortem decesserit. Proles eius mortuo auo in hereditate eius cū patruis & materteris accipit portionē b quod de nepotibus filiarū non est præsumendū. Filia quæ adhuc i domo est nō emancipata utētilia c seu parafernā matris sue cum sorore quæ iam emancipata est diuidere non cōpellitur. d Diuisionem uero rerū hereditariarum non poterit sibi denegare.

Mulier cum luxuria sui corporis famam quidem suam denigrare potest iura tamen sua aut hereditatē propter id minime perdet.

Clericus cum sorore sua e in utensilibus seu paraferna matris sue æquā habet portionem f similiter cum fratribus æquam partem in proprietate ac hereditate obtinebit. Impossibile uero est quem clericum nominare nisi sit doctus, ordinatus, & tonsuratus, priusq; hæc ad eum iure hereditario peruenerūt. Vbi uero mulier fratrem non habet supstitem nisi clericum ipsa sibi in hereditatis perceptione cœquatur. De clerici uero bonis g post mortem eius nemo utensilia potest postulare quare hereditariæ sunt omnia quæ sub ipso tempore mortis inueniunt. Non emancipata mulier utensilia matris suæ cum fratre clerico beneficiato aut præbendato non diuidet. Cum quibuscunq; bonis homo moritur hereditas appellatur.

Glosa.

In præcedentibus duobus articulis magister priuilegiij oculto meminit de hereditate & successione hereditatum hic iam in articulo presenti, apertius intentionem declarat suam diuisionem hereditatum prosequendo, cum dicit contrahat si filius &c. Circa id querere quis posset quid id sit quod puer filij recipit portionem patris in bonis aui. R. quod hoc efficit patria potestas seu possessio pueri filij præmortui, qui & remansit in domo aui loco patris sui. Quid si miles supducatur Rusticam an filij eius hereditant mortuo patre in bonis aui. R. quod iure prouinciali succedunt in bona aui loco patris, non autem iure feudali: vt in auten. coll. x. in prin. Textus tamen articuli nullam facit super iure feudali mentionem, sed successionem admittit dummodo sit in generatione equalis, vel in eadem dignitate propagationis, hoc est quod uxor sit libera & non serua. In textu cum dicitur Quod de nepotibus filiarum non est præsumendum &c. Contrariū istius habetur supra articulo tertio cum dicit qui a primo gradu usq; ad ultimum se equat

e. Iure Munia. ar. xxij. & liij. glo.

f. Ex his colligitur qd clericus parafernā duntaxat matris accipit & non sororis uel alterius cognatæ.

g. Ex textu isto trahi poterit quod mulieribus quæ hereditatem perapiūt nō opus esse geradam tribui, intelligitur tamen de mulieribus ex parte fusi descendētibz & non de relictis post mortem mariti. Quod autem mulieres perapiūt ante omnem diuisionem geradā. Ratio est, quia filij in recompensam perapiunt arma bellica seu Hergewet tum etiam feudum: ut infra eo. li. ar. xxij. Iure Munia. ar. xxij.

in gradibus cōputant per equū hereditatem relictam percipiunt. Rēdent aliqui quod ibi loquitur de successiōe collateralium, hic vero de linea recta descendentiū articulus disponit, vel limitatur hoc modo, quod videlicet filiarum pueri non accipiunt portionem nisi importetur illud quod mater eorum exportauerat: vt infra co. li. ar. xij. & li. ij. ar. xix. Vel dic & melius quod paragraphus articuli intelligitur de mulieribus sueuorum quę propter excessum exhereditabantur: vt infra co. lib. ar. xvij. & ar. xxx. Vel potius intelligendum est illud esse verum secundum iura antiqua. Descendentes etenim ex parte gladii iure antiquo ius melius habebant q̄ descendē ex parte fusti: vt insti. de here. quę ab intesta. deferunt. §. item vetustas. ius tamen illud posthac reiectum est: vt infra eo. li. ar. xvij. & in auten. de ricn. & semis. §. neq; illo. coll. iij. Sequitur textus autentice. Vnum ordinem ponimus in omnibus nepotibus & pronepotibus non feren. fœminam a masculo in talibus minui. Neq; enim masculus ipse neq; fœmina solum ad natiuitatis propagationem sufficiens est. Sed sicut vtrunq; eorum coaptauit deus ad generationis opus. Ita etiam nos eandem vtriusq; seruamus equalitatem. Filia quę adhuc in domo patris est non emancipata &c. Concordat insti. de here. quę ab intesta. defer. §. emancipati. Cum dicitur emancipati autem liberi iure ciuili nihil iuris habent neq; enim sui heredes sunt quia in potestate parentis esse desierunt neq; alio vllō iure per leges xij. tabu. vocantur, & idem dicitur in paragrapho emancipatos: insti. de exheredita. libe. In quantum hic dicitur de vtersilibus concordat allegatus paragraphus, hodie vō secundum leges aliter obseruatur: vide in auten. in successione C. de suis & legitimi. libe. vbi allegatus §. corrigitur. De dotata vero muliere an per consuetudinē vel statutum possit excludi: vide super R. de succes. ab intesta. in additione speculato. in versu, sed reducitur vbi innuitur quod excluditur. ^h Quod autē filia non emancipata vtersilia non diuidit cū emancipata. Ratio est, quia emancipata iam portionem cepit suam, ista vero non. Sed in expectando fuit in damnum & commodum. In damnum si forsan nihil supersit talium vtersilium. Ius autem disponit quod qui sentit damnum sentiat etiam & commodum: vt ff. de reg. iur. L. ex qua persona. insti de legi. agna. succes. §. Sed nos. & insti de legi. patro. tute. §. i. Immo si vellet importare emancipata vtersilia quę exportauerat non emancipata non tenetur secum diuidere. Mulier cum luxuria sui corporis hereditatem non perdit &c. Ratio quia si hereditatem perderet daretur occasio ex paupertate maiora patranda facinora, exindeq; parentibus & amicis leuitas maior subsequeretur. Prouidentia in eo filiabus vt parentes curent eo diligentius quo eas nuptui tradant: vt in auten.

vt cum de appel. commu. §. si alicui. coll. vij. Contrarium istius sentire videtur in auten. de nup. §. si vero. coll. iij. & ff. ad le. iul. de adul. L. ex lege Iulia. R. quod ibi loquitur de mulieribus maritatis. Articulus vero presens intelligit de mulieribus liberis & solutis.

Id quod textus habet quod Clericus vtersilia diuidit &c. hoc fit propter orationes quas fundunt & fundere debent vniuersaliter pro omnibus: vt in auten. quomo. opor. Episco. in prin. coll. i.

Impossibile vero est quem clericū nominare &c. Sensus paragraphi istius est, quod nullus clericus nominari debet, nisi sit doctus & ab Epō ordinatus, vt lxix. dis. c. Nō oportet.

De clerici vero bonis &c. Quicquid em bonorū sacerdos post se reliquerit, hereditas est. Si quid vero spiritual habuerit, ecclesie cedit vt xij. q. ij. c. i. & c. Relatum de testa. Quod si duplicia bona possideat: hoc est feudalla & hereditaria, nec dinosci inter illa potest quę pertinent ad hereditatem & quę ad feudum. R. Quod clericus literas vel notam aliquam moriturus sup eo relinquere debet: vt xxvij. dis. de Siracusane vrbis. Quid si non faciat. R. Quicquid manifeste cōmonstrari poterit quod hereditas sit heredibus ceder, residuū vero ecclesia tollit. ij. q. i. c. Manifesta. cum duobus sequentibus.

Cum quibuscūq; bonis homo moritur &c. k Circa id queri potest quid hereditas sit, lege etenim communi hereditas nihil aliud est q̄ successio in vniuersum ius^l quod defunctus habuerit: vt ff. de reg. iur. L. Hereditas. & ff. de vbo obli. L. Quis. & infra arti. seq̄ti glo. Vnde si mortuus ex pręda, furto, &c. bona possideat illud etiā ius hereditibus relinqueret, nullus enim pinguius ius in alium transferre potest q̄ quod solus habuit: vt ff. de reg. iur. L. Nemo. & Insti. de perpe. & tempo. acti. §. Penales. & si mortuus pro his inculpatus fuerit, respondere heres pro his tenebitur. Contrarium huius militare videtur articulus proxime sequēs, vbi dicitur, furta nec spolia &c. R. Quod heres succedit in ius mortui in bonis naq; omnia, hoc verum est ad quę mortuus ius habuit, illa etiā iusto possideat, quę vero per iniuriam a mortuo occupabantur, heres etiam iniusto illa tenebit. Quare & repeti bona huiusmodi ab herede possunt. Nullus em locupletari debet cum iactura aliena: vt ff. de reg. iur. L. Iure nature. & extra co. ti. c. Locupletari. li. vi. Vnde si mortuus fuit prędo uel fur, in bona ex pręda vel furto occupata & in iusto possessa heres non succedit. vt Insti. de perpe. & tempo. §. Nō autem. & C. de penis. L. Sanximus. Quinimmo non semper locū habet paragraphus articuli allegatus quod cū quibuscūq; bonis homo moriatur hereditas sit, datur em aliqui casus vbi mortuus bona sua in heredes transferre nō poterit, nec bona illa hereditas nuncupabuntur. Res etenim nominibus coequari debent: vt insti. de dona.

30

i. Iure Munia. ar. lviij.

k. Hereditas q. t.

l. Iure Munia. ar. xxi.

h. Iure Munia. ar. lvij.

m. Herede unus careo
re ex tribus causis dis
atur.

§. sed nos. Vnde circa id sciendū^m quod ex
triplici causa vnus heredē non relinquit. Pri
mo si contra imperium vel rempublicam ma
chinatus quid fuerit, etiam litte non contesta
ta. Quicqd bonorū relinquerit confiscabunt
vt insti. de herē. quē ab intesta. defer. §. p. cōtra
riū & C. ad. L. lul. maies. L. qsq. Secundo si
per annum & diem in proscriptiōe seu ban
no Imperatoris permanferit, vt infra eo li. ar.
xxxviij. Tertio qui seipsos interficiunt vt. C.
de bonis eorum qui sibi mortem consci. L. eo
rum. Contrarium istius videtur infra li. ij. ar.
xxxi. Vbi innuitur quod bona illorum qui
seipsos interficiūt heredes tollunt, & item. C.
de bonis damna. R. per distinctionem qui cō
sciū est mortis suis ipsius ex timore pēnæ vel
timore mortis quam ex sententiā iudicis su
ferre deberet, bona eius confiscantur nec ad
heredes cedunt. Qui vero ex insania, egritu
dine, & non animo deliberato seipsos interis
munt bona eorū in heredes veniūt, & hoc in
telligere vult articulus. xxxi. li. ij. & C. de bo
nis eorum qui mortem sibi consci. L. ij.

Articulus VI



Vm quibuscunq; bonis
homo moritur hæredi
tas appellat^a. Qui hæ
reditatem percipit debi
ta soluit quantuncunq; hæreditas,
in mobilibus uel sese mouentibus
perdurabit aut extenditur.

Furta, spolia, lusorie^b p^dita, soluere
non tenetur, nec aliqua^c debita nisi
de quibus hæreditas fuerat amplia
ta, uel quæ hæres personaliter fue
rat stipulatus, d^d hæc soluet, si ei erūt
per testimonium septuaginta duo
rum bannitorum aut totidem legit
timorum latinorum. (ali^j textus ha
bent originalium.) prout Iuris ra
tio exposcit declarata.

Si autem actor suis uoluerit renun
ciare testibus, e^c & in Iure Ciuili aut
feudali hæredem impecierit de sciē
tia sua, tunc necesse est ut de sua sci
entia dicat ueritatem, & si falsus fue
rit soluere debet. Si uero negauerit
ignorantiam suam iureiurando cō
firmabit, & ut sic absoluetur.

Debita etiam defuncti hæredibus
eius persoluentur.

Debita quæ homo personaliter de
bet non inducunt talem probatio
nem. Sed si impetitus ea fateatur,
soluere tenebitur. Si uero negauerit,
manifestissimum est iurare eum,
oportere.

Glosa.

Qui hæreditatem percipit debita soluit. & e
& hoc verum est, si fecit inuentarium alias
enim hæres tenetur ad solutionem omnium
debitorū. C. de iur. de liberan. L. scimus. Vn
de dicunt quidā quod hæres habet decem die
es a morte defuncti ad faciendum inuentariū
Speculator p^o dicit quod habet triginta die
es, a die adite hæreditatis, & q^udraginta dies
ad complendū de hoc in specu. de instru. edf.
§. dicto. ver. in huiusmodi autem.

Furta nec spolia & c. Hoc damnatum est per
Ius Canonicum de rap. c. in literis de sepul.
c. ultimo, & quod ibi nota in glo. finali. Se
cundum leges autem, hæres ex delicto defun
cti vel quasi non tenetur nisi in quantum ad
eum peruenit ex illo delicto vel nisi cum de
functo lis fuerit cōtracta C. ex delict. defun.
L. vni. & hic & infra li. ij. ar. xxxi. hoc idē etiā
nota p^o hostiensem in summa de testa. §. ad qd.
Nec lusorie perditæ & c. f^o Quid si aliquis mu
tuauit in ludo perditionis. Sed debitum pos
tea interuallo facto promissit, vel p^{re}ceptum
iudicis de soluendo sponte recepit. Dic quod
talis ad solutionē tenetur quia sublata est pri
ma turpitudinis causa ergo valet. ff. de con.
ob. tur. cau. L. penulti. C. qd me. cau. L. ij. Sed
quid de illo qui mutuauit in alea siue taxillo
rum ludo, iste tamen mutuum in aliam & vti
lem expendit causam, dic quod aut expressa
fuit causa mutui ad ludum, & tunc talis non
agat, expressa enim nocent. vt. ff. de pac. L. si
vnus. §. illud. Si vero causa non exprimitur
agere poterit. Cogitationis enim pēnam
nemo patitur. ff. de pe. L. cogitationes. De his
quanto plenius vide per Ioan. Andre. in ad
di. spe. de obli. & solu. super. R.

Glosa.

Sensus articuli presentis est qui hæreditatem
percipit debita soluit. Quantumcunq; hære
ditas in mobilibus perdurabit, hoc est secun
dum quod bona deuolutoria quæ post mor
tem ad heredē cedūt se extenderint. § Ex his
sequitur qd hæres nō teneat de suo proprio p^o
defuncto soluere vt. C. de iur. deli. L. scimus.
Quod si hæres negauerit habere bona ex qui
bus soluat, h^o vel nō omnia recognoscat, po

f. Nullus iudicium luso
rie p^dita pacta uera
balia aut manualia iu
dicare debet, de his ui
de Iur. Munid. ar. Cij.
& Cij. ff. de aleato.
L. i.

g. Iur. Munid. ar. xxvi.
glo.

h. Heres negans bona
p^{re}cepisse & aliter inue
nitur creditoribus duo
plum soluit.

a. Iur. Munid. ar. xxvi.
glo.

b. ARTICVLVS
REPROBA
TVS.

c. Iur. Munid. ar. Cij.
& ar. Cij.

d. Vide Iur. Munid. ar.
lxvij. glo. & ar. Cij.

e. Vide infra li. ij. ar.
xxij. & Iur. Munid.
ar. xvij. Paragra
phusq; iste intelligi de
bet, si actor ante quas
redā p^{re}stitā reo iura
mētū detulisset. Postea
enim reus non tenetur
etiam positionibus a
ctoris respondere, ue
rum actor cogetur as
ertionem probare. Con
cordat ad id L. quoties
§. p^{re}tor ait. ff. de no
xi.

stea vero aliter inueniatur duplum soluere cogitur, ut ead. L. §. licentia. Ante omnia tamen heres, id quod pro sepultura expendit desalcet, ut. C. eo ti. L. scimus. §. in computatioe. Leges uero quę contrarium senserint omnes sunt abrogate ut ea. L. §. ultimo.

Furta spolia, &c. Noradum circa id quod ad omnem querelam pecuniariam debiti heres respondere cogitur. Quod si mortuus accusetur pro furto rapina, heres respondet in restituendo illo nec aliter respondere cogitur sed nec ad maiora compelli ut ifra li. ij. ar. xxxi li. ij. ar. xvij. si uero insimuletur mortuus quod contra imperium aut rempublicam egerit, et de facinore in vita ipsius intentatum non est, heres defendere & pro ipso respondere potest. Si convincitur mortuus, hereditatem perdit, & bona illa confiscantur, ut. ff. ad. L. lul. maies. L. vlti. Insti. de here. quę ab intesta. desfer. §. per contrariu. ¶ Cū dicitur nec aliqua debita nisi de quibus hereditas fuerat ampliata. Vel quę personaliter fuerat stipulatus, ut Insti. de fideius.

Debita quę hō personaliter debet, &c. Contrarium huius leges quędam sentire videtur, ut. C. de contrahen. & Comi. stipu. L. veteres. eo. ti. L. si quis. C. de fideius. L. fideiussoris quidem heres. & tamen quod leges allegate intelligi debent de debitis quorū noticiā heredes habent & non de illis, debitis quę pater incognita remansit.

Si ei erunt per testimonium. lxxij. bannitorū &c. In contrarium huius videtur esse extra de testa. c. cum esses & de testi. c. in omni. & c. licet vniuersis. & tamen quod Ius presens specialiter sancitum est ex eo quia heres difficiliter citra iacturam conscientię pro facto mortui iurare potest, ut. xxij. q. ij. homines. Vnde circa id sciendum quod fideiussor molestari nō debet, quādiu principalis inueniri poterit, quod si presens non sit induci dantur ad certū tempus, ad statuendum principalem.

Cum dicitur septuaginta duorum bannitorum, &c. k probatio quę huiusmodi testimonij cū septuaginta duobus hodie de Iure Saxonico venit ad septem viros in Iure bene conservatos. Secundum vero Canones duo testes sufficiunt, ut extra de testi. c. in omni. & c. licet vniuersis.

Ibi cum dicitur. Necessē est ut de sua scientia dicat veritatem, &c. Vnde heres impetitus, ut de sua scientia dicat veritatem. recognosce re vel negare eum oportet. Vbi vero probatio defuerit, iuramentum cedit, & ut sic absoluitur, ut in auten. ut litti lu. per totum, coll. ix. & extra de proba. c. ij. & ff. de Iure iur. L. admonendi.

In textu cū dicitur nec aliqua debita, &c. concordat. C. ne filius ppatre. L. nec contra. Et si quędam leges quędam contrarium sentire videtur, ubi dicitur quod heres etiam fideiussor ripatris soluere tenetur. & tamē quod hoc seruatur in Lombardia & nō hic, vel dic quod

soluere cogitur, si mortuo patri pecunia deposita sit per illum pro quo fideiussorat. Existimatur enim non sine causa depositam apud eum fore pecuniam, vel etiam intellige, si iure contra eum occasione istius agebatur.

Nec lusorie perditā, &c. Quid si manifestum sit esse accommodatā pecuniam ut ludo perdat, de his vide. ff. de alec lusu. L. vlt.

Septuaginta duorum Bannitorum, &c. Vnde Banniti in proposito dicuntur qui in aliquo comitatu ad sedem pertinent scabinalem. Secundum vero ius municipale Banniti dicuntur, qui ad sedē iurarunt scabinalem. Tū etiam illi qui ex eorum quatuor progenitoribus non inculpati in eodem municipio resident. Et qui ad sedem scabinalem eligi possunt. m Originarij vero dicuntur quos Saxones prouinciā illam subiugantes ibidem in agris confedere permiserunt.

Articulus VII



Si quis ab alio quid accommodauerit, mutauerit, seu quicquid stipulatus fuerit, hoc reddere debet & adimplere, & quicquid fecerit hoc ipsum ratū & gratum habere tenetur. Si uero postea negare uoluerit suo se occasione illius liberabit iuramento dūmodo coram iudicio non fuerit factum, nam tunc actor cum testimonio duorum uirorum & iudicis eundem conuincet.

Glosa.

Stipulatus quicquid, &c. Etiam sine cause expressione. Quia ex stipulatione sine cause expressione potest agi, nā ipsa stipulatio est sufficiens causa ad agendum. Promissio enim & solutio paria iudicatur. C. ad. L. fal. L. vlti. ff. de dona. L. si patronus. §. i. & ff. de consti. pec. L. idē est. ij. sed nemo presumitur indebite soluere. ff. de proba. L. cum de indebito. Sic ergo dicatur quod nullus presumatur indebite promittere. Vnde cum causa promittendi spresumatur, non est necesse, quod causa inferatur. Nam & stipulatio dicitur a stipite quod est firmum, insti. de verbo obli. in prin. per se igitur sine alia causa firmitatem ad agendum designat, ut ibi probatur. Idem deducendo per singulas obligationes, insti. de obli. §. fi. ff. de procu. L. licet. §. ea obli. sed in alijs singulis obligationibus sine expressione cause agi potest, ergo & in ista.

l. Vide supra eo. li. ar. ij. & item li. ij. ar. xij. & li. ij. ar. lxxij. Iure Munia. ar. x. & xvi. & item ar. xxxij. glo

m. Supra eo. li. ar. ij. li. ij. ar. lxx. li. ij. ar. xlv. iij. Iure Munia. ar. l.

a. Et ut sic iuramentū cedit loco solutionis. L. ius iur. ff. de iure iur. & L. proprietat. C. de probatio & hoc intellige si actor sine testibus ageret alias secus.

b. Iur munia. ar. xyij.

c. Ex hijs colligi potest quod principalis de cetero iurare solus nō tenetur ex eo, quia testimonium iudicis iā est sufficiens, Iudex enī iurauit iusticiam facere unicuique. Idē est in arbi. compromis.

l. Fideiussor molestari non debet quādiu principalis haberi poterit.

k. Iure Muni. ar. lxxij. & cii.

Item quia in stipulatione est obligatio ciuili. Insti. de acci. §. de constituta. Item subest naturalis. ff. de pac. L. i. §. adeo. Cum igitur ibi sit utrūq; vinculum ad agendum promittens est necessario obligatus alio cuius rei soluēde causa. Insti. de obli. in prin. Et si promittens ab agere in libello petit causam sibi edi. respōdebit agens quod causam sui proprii facti, ipse idem scire tenetur. ff. p. suo. L. vi. ff. ad vellei. L. quamq;. Propter ipsius ergo scientiam cessabit editio. L. si quis ex argenta. §. prohibet. ff. de eden. Et hec vera donec probatum fuerit causam nullam vel falsam interuenisse, de quo plenissime in addi. spe. ti. de confel. §. nunc videndum. & que est, ubi tamē. Io. an. videt. declinare in partem contrariam cū Roff. ibi vide. Pactū se extendit ad pacificētes, non quo ad alios nec q̄ ad alias res, de pact. plerumq;, de transac. c. de cetero. & c. veniens de offi. ordi. dilectus, de re. iudi. c. penul. ff. de pact. L. si vnus. §. ante omnia, hoc fallit in contractu, in quo heres succedit de sol. c. i. Pro materia istius articuli, vide insti. de obli. & in ti. sequenti. Nam tunc actor cum testimonio duorum virorū. & c. Et nota quod licet per statutū remittitur omnis solennitas non tamen videtur remissa probatio duorum testiu. C. de testa. mili. L. miles in glossa.

Glosa.

In articulo presenti autor priuilegij intentio nem prosequens suam. Ius ipsum apertius declarat & interpretat. Poniturq; in textu quadruplex obligatio d̄ quā vnusquis iure ipso suadente seruare tenetur. Prima omne illud quod q̄s accomodat soluere eum oportet & hoc ibi, cum dicitur si quis accomoda uerit, vt Insti. qui. mo. re. contra. obli. §. i. ij. & iij. Secunda per verbale compromissum aut stipulationem, pro se vel pro alio factam & hoc ibi cum dicitur aut stipulatus fuerit, vt Insti. de duo. re. stipu. §. et stipulan. & ff. eo. ti. L. ex duobus reis stipulan. Tercio obligatio contingit per literas seu chirographos, cū videlicet quid per litteras se facturum promiserit, vt Insti. de litte. obli. §. i. & ff. de proba. L. cum. Quarto efficitur vnus debitor ex tacita obligatione, sicut qui bona tenet mea censualia, censum mihi soluere tenet vt. C. in qui. mo. pig. tacit. L. i. & Insti. de obliga. quæ ex con. §. i. & ff. de obli. L. consensu. Vnde si quid horum obligauerit sese vt textus habet adimplere tenet & non negare, vt. xxij. q. v. c. iuramēti. Si vero postea negare voluerit. & c. istud infra declarabitur arti. xv. Tum etiam habetur C. de cōtrahē. et cōmit. stipu. L. oēs. Dummodo coram Iudicio nō fuerit actum & c. nam citius conuincitur vt textus habet, q̄ quod euadere possit, vt extra de testi. c. li. cet. vniuersis.

d. Obligatio quadrifariam contigit.

Articulus VIII.

Proprietas & propriū appellatur^a possessio seu fundus qui a nullo recipitur in feudum uel hæreditatem sed per successionem deuoluitur ad hæredes absq; aliquo tributo successoris. Vbicunq; proprietas donatur seu impignoratur, aut testimoniū, de rogatione iuris, uitæ aut sanitatis cuiuscūq; concernens ferri cōtingat, hoc Iudex metseptimus, cū hñs q̄ coram eo sententias iure adinueniunt comprobabit. Testimoniū autem præconis^c uice stat duorum, ubi testimonium septem uirorum agetur, idest ubi septē testibus probanda uenit causa.^d Sua emenda pari modo^e & uerigeldus idest recōpensa est duplex, secundum conditionem naturalem ab eo tempore quo præco electus est. Transactio idest reconciliatio^f & pax stipulata seu iurata in iudicio concepta cum duobus testibus & iudicæ protestetur. Si uero extra iudicium facta fuerit^g testimonio septem uirorum comprobabitur.

Glosa.

Vbicunq; proprietas. & c. Regulariter uero de iure cōmuni probatur rei dominium non solum per testes. Sed etiam instrumentis & alijs probationibus, quæ dominium concludunt. Vnde dicit lex. Proprietatis dominiū non tantum instrumento emptionis. Sed ex quibuscunq; alijs probationibus legitimis ostendetur. C. de probaci. L. proprietatis. Transactio & pax stipulata. & c. Transactio enim seruari debet. Vnde dicit lex causas vel litteras transactionibus legitimis finitas resuscitariⁱ nō oportet. L. causas. C. de transactio nibus. Item dicit non minorem auctoritatem transactionum esse, quam rerum iudicatarū recta ratione placuit, nihil enim congruit ita fidei humane, quam ea quæ placuerint custodiri. L. non minorem. C. de transacti. Et licet post transactionem pars vna poeniteat in cō-

a. Primus iste §. ex uetustioribus extractus est codicibus.

b. Hoc refertur ad loca ubi acta non habentur, recordari enim eos oportet negotiorum corā eis actorū Indē intelligitur de testamentis quia uidelicet etiam eos recordari oportet. Concordat infra li. iij. ar. xxviij. iur. Munia. ar. xxxij. & lxx.

c. Vnum ex parte sui aliud ratione officij hoc idē habetur infra eo. li. ar. xv. & li. iij. ar. lvi. glo. secus ē si testetur duobus uel tribus ut sic enim unū uirum duntaxat ualet.

d. Idest satisfactio promalis uerbis uel alijs iniurijs.

e. Idest si interficeretur binā recōpensam soluet interfecto, sic etiam in uulnere duellari. Præterea contra eius testimonium duobus se excusari oportet testibus.

f. Iure Munia. ar. li. uide ad id.

g. Intellige in criminalibus, quia in Civilibus mettertius usus habet.

i. Vide Iure munia. ar. li.

Speculi Saxonum Liber Primus.

tinenti, etiam non prodest tum ei. C. de transac. l. quauis, nec potest lis amplius instaurari, cui semel renunciatum est. C. de pactis. l. postq. xxiij. q. iij. Si illic. ff. de solu. l. queritur. §. si venditor. Pacta enim sunt seruanda de pac. c. i. & iij. ff. de pac. l. ius gētium. §. pretor, etiam si facta sint inter hostes. xxij. q. iij. innocens. xxiij. q. i. noli existimare. Adde supra, que circa articulum tertium in glosa habetur, in quibus autem causis licet transire in diuersorio. Responsonem vide infra circa arti. lxi. ad de notata glo. circa arti. ij. supra. §. nam. ver. ceptum & li iij. ar. xc.

Glosa.

Expositio articuli presentis prout textus habet est^k quod accusatum vel reum cum iudice & scabinis quis conuincere potest. Similiter etiam testamētum septem testibus approbatur, vt. C. de testamen. l. hac consultissima & l. testamentum.

Transactio & pax stipulata. & c. Pro intellectu textus articuli notandum^l quod testificari non possunt infames. Preco, qui meretrices fouet propter commodum. Item iudicialiter condemnati^m Item qui tutoriam in iuste administrant, vel cum rebus in depositū datis, aut in societate dolose agunt, vt. C. de his qui nota. infra. l. i. vi. q. i. c. infames vero. Preterea iutores, histriones, leuones, latrones bibuli, vt extra de accu. c. si cōstituerit, et. xliiij. dis. c. non oportet, extra de testi. c. ex parte. A. Item periuri, vt extra de testi. c. sicut nobis & c. testimonium. Item predones, homicide, vt extra de testi. c. ex parte. A. Et itē preterio cōducti testes reiciuntur vt. C. de testi. l. si quis. Vide lacius ad hanc materiam. ff. de hijs qui nota. infra. l. i. & in multis alijs, & vi. q. i. c. infames, testificari etiam non potest qui minor quatuordecim annorum sit vt. iij. q. i. c. i. Sciendū tamen circa id quod iure spiritali infames testificari possunt, in certis casibusⁿ Primo occasione simonie, vt extra de simo. & licet heli, & c. si quis. Secūdo in causa matrimonij. Tertio in crimine lese maiestatis vel reipublice, vt in dictis capitulis liquet, & c. de testi. l. si quis. Vnde & iure canonico habentur versus quidam quibus testium inabilitas facile perpendi poterit, videlicet condicio, sexus, etas, discretio, fama, & fortuna, fides, in testibus ista requiruntur. Et consanguinei pariter domestica turba & clerici, laicos, a se fugit viceuersa res pariter gradus locus, his consonat tempus, de his abūsdantius, vide iij. q. ij. & iij. per totum.

Transactio & pax stipulata. & c. Aduertendum circa id specialiter venit quod criminaliter accusatus de facinore aliquo recognoscensq; factum in sua responsione. Concordia subsequuta se tueatur non dicitur vt sic uictus vt in. c. cū venerabilis de excepti. Immo ad probandum transactionem admitti,

debet non obstante quod actor illam negare velit. Si transactionem non probauerit, ex recognitione vitam ammittit, recognoscens enim propria conuincitur recognitione vt. C. de accusa. l. accusationem. §. nemo. ff. de confes. l. ij. Admittitur ergo probatio accusato transactionis, propter id ne actor eum p negatiuam in periculū inducat. Ius etenim fauorabilius est ac promptius vnum ad eliberandum q̄ ad condemnandum. ff. de acti. & obliga. l. Arrianus, & ff. de re iudi. l. inter pares, & extra de proba. c. ex literis.

Pax stipulata, in pposito in tantum valet, o sicut iuramentū super pace factum, vel pax post factū inita. ita quod illam causam nullo modo innouare debet & qui huic contra venit, eidem probatio cedit, de hac materia vide. C. de transac. l. causas, & l. non minorem. Insti. de excepti. §. comparate, et. §. preterea & ff. iur. iur. l. ij. in prin. s. eum cū quo Transactiōis virtus triplex habet. P. Primo destruit naturalem querelam vt. ff. de solu. l. stichum. Secundo listere facit iudicium vt Insti. de excepti. §. preterea. Tertio ligat eum qui promittit seu iurat ad seruandum illud ut. ff. de in litt. iuran. l. i.

^o. Iur. Muni. ar. li. glo.

P. Transactionis uirtus triplex uide hoc idem Iur. Muni. ar. liij.

Articulus. IX

Proprietatem alteri in iudicio dare qui fuerit stipulatus, ubi & pecuniam emptor dederit proprietatis donatori, & donator priusq; donatio perficiatur ab hac luce decesserit, donatio p hæredes eius erit adimplēda, dummodo ab altero pecunia integre fuerit perluta. Idem est de bonis mobilibus censendum. Quicunq; etiam cum aliquo cōuenerit & stipulatus fuerit sibi sua bona feudalialia corā feudi domino resignare, dūmodo ab altero infeudatio procuretur, & si is ante huiusmodi infeudationem morietur eius hæredi feadali si extat, alioquin uero hæredi prefata resignationem & infeudationem fieri sancitum est, dummodo pecunia stipulata integre fuerit exsoluta, aut hæredi pecuniam super hoc da

^k. Vide infra Spe. Sax. li. iij. ar. xxvij. Iur. Mu. ar. xxij.

^l. Testificare qui non possunt. Ad id concordat infra ar. xxxo yij.

^m. Vnde & lex xij. tabularum falsos testes grauiter punire sua det, cū dicit qui falsum testimonium dixisse cōuictus erit ē saxo Tarpeio deliator.

ⁿ. Infames iure spiritali testificari quandoq; possunt hoc idē uide infra li. iij. ar. xvi. & box. glo. Iure Muni. ar. iij.

tam restituere oportebit. Idem per omnia est si quis cum domino feudi conuenerit de certis bonis libere infeudandis. Si uero is qui prædictam debeat facere resignationem promiserit infeudationem alteri procurare, & si hoc fecerit, ac sibi cum testibus insinuauerit, ipseque huiusmodi infeudationem sine impedimento legitimo denegauerit acceptare, insinuans de cætero a prædicta procuratore fit immunis si dominus uel moriatur, uel suam uariauerit uoluntatem, resignationem tamen facere tenebitur si postea ipsemet prius recusatam infeudationem de nouo a domino poterit implorare. ^a Qui etiam alteri ante resignationem & infeudationem bonorum dimiserit possessionem ipse eiusdem debet esse uarendator, cum alter ipsius uarendatione indigebit. Si uero ab eodem huiusmodi possessio iure euincatur pecunia super hoc data merito est restituenda ^b si lius etiam resignationem promittens nisi ipsemet stipulatus fuerit, aut fideiussores super hoc dederit adimplere non tenetur.

Glosa.

Quicumque etiam cum aliquo conuenerit, &c. Nota si petitio est generalis & transactio specialis tunc non præiudicat, nisi in quo est transactum. C. de transac. l. age. sic & cum petitio est specialis & transactio generalis, ualet tantum ad speciem peritam. C. eo. l. si de certa. Nam & transactio facta super una re non porrigitur ad præiudicium super alia. C. eo. l. transactio, & in contrariis ultima ualeat. C. eo. l. si diuersa, & si non seruatur quod transactionis nomine est actum aut data possunt recipi, aut excipi nisi sit dictum ratio manente pacto. C. eo. l. cum proponas. Et viciant transactionem, metus salutis, periculum corporis, cruciatus. L. interpositas C. eo. Qui autem in hoc casu metum allegat illum probet. C. eo. l. transactionem. Infirmitas uero corporis non impedit transactionem sed infirmitas animi. L. sanum. C. eo. Et sicut querela indebiti, ita debiti cessat per transactionem. L.

si quidem. C. eo. Et si res aliqua detur ex causa transactionis, tunc debetur euictio secus si dimittitur. L. si profundo. C. eo. Et transactio etiam iurata preteritum falsi rescindi potest. C. eo. l. si ex falsis. Et conuentio facta licet sit inequalis que non est contra leges est seruanda. L. si pascenda. C. de pactis.

Si dominus suam uariauerit uoluntatem, &c. Nota ergo quod habens ius in re quod non est principale, sed secundarium, ut est utile dominium non potest quantum ad alienationem de ea disponere sine domini requisitione, aut uoluntate, ut. c. que in ecclesiis, de consuetudine. C. de lu. emph. l. si. Simile est in usufructuario quod non potest vendere usum rei irrequisito domino. Insti. de usu, & ha. in prin. Nota quod de rigore iuris domino etiam requisito non lente emere feudum non potest uasallus domino inuito, feudum vendere, maxime burgenfi siue ignobili. Et est ratio quia non potest feudum alienari, ut sic unum partium non liceat, quod alteri non licet. C. de fru. & li. expen. l. si. Et uidetur expressum de prohibendo. l. a perferri. §. pre. in fin. Et si diceretur quod uasallus hoc potest, per consequens potest alium in homagium surrogare. Transiit enim res cum onere suo. C. sine cen. vel reli. l. ii. quod esse non debet quia tenetur prestare operas que in faciendo consistunt, scilicet dominum iuuare contra inimicos, & similia in quibus non uidetur quod possit alium surrogare. ff. de solu. l. inter artifices, descenderes tamen de corpore suo bene potest surrogare, ut filios uel nepotes & hec uera de homine libero nisi casus immineat necessitatis quia tunc domino non expedit uasalli seruitium. ff. de oper. liber. patro. l. medicus, vide. C. in de noua. l. i. hec procedunt post requisitionem domini & ipse emerere noluit. C. de iur. emph. l. si. de loca si potuit, extrunc vendat homini sue conditionis uel melioris ut si sit nobilis, vendat nobili. Si enim venderet burgenfi uel ignobili istum dominus in uasallum recipere non tenetur si feudum est mobile, immo poterit occupare feudum uel saltem poterit eligere venditionem quem nouerit utilem sibi esse uasallum. Nam per talem substitutionem non uidetur esse ab homagio liberatus. C. de contra. & committ. l. i. l. veteris. ff. de duo. re. l. nemo.

Glosa.

Dicitur est superioribus quo pacto heres post mortuam manum impetratus respondere teneatur hic tandem declaratur quomodo actio eidem venit pro bonis ubi damnum & lucrum bonis adiunctum sit. Pro intellectu itaque textus ampliori querere unus possit, si heres venditionem negauerit, reperentique bona pecuniam desuper datam dare recusaret an emptor pecuniam propter id amittere debeat suam nec ne. ^c Quidam dicunt quod sic quia supplementum venditionis est traditio uel resignatio bonorum. Insti. de re. diui.

B ij

^a. Quod autem uenditor emptorem uarendare teneatur, uide infra l. ij. ar. xly. lib. iij. ar. iij. iur. Munia. ar. xcix. & Cxl. Vnde pro reboramento articuli presentis, est lex xij. tabu. in hec uerba, uendite res & tradite post pretium solutum aut si alio modo satis factum existat emptori acquiruntur.

^b. Ex isto sequitur & argumentum sumi potest quod filius in bonis paternis extraneo præfertur emptori, contra legem dudum C. de contrahen. emptione & uenditione.

^c. De emptionibus & uenditionibus uide infra l. iij. ar. iij. iur. Munia. ar. Cxl. glo.

Speculi Saxonum Liber Primus.

§. per traditionem. Et si eis obicitur ergo virumque perdit tam bona quam pecuniā. R. dent quod non, quia si probare poterit pecuniā datam restituere ille qui bona recuperare vult tenetur. Alij oppositum sentiunt completā venditionem asserentes, etiam si bona non tradantur dummodo pecunia soluta sit nec eam emptor ammittit mortuo venditore opinionem fundantes suam super paragrapho alie aut Insti. de donati. An autem heredes ad exemplū donationē vel resignatiōem rei vendite per patrem eorum teneantur. Quidā tenent quod sic, fundantes opinionem suam super. L. stipulatio ista. ff. de verbo oblig. Alij vero contrarium sentiunt dicentes quod heredes restituta pecunia quę desuper data sit a contractu venditionis per patrem eorum factę liberantur per legem primam. ff. de acti. empti. Cōtrouersia tamen vtrorūque de facili solui potest. Opinio enim prima intelligi debet, de his qui soli per se aliquid vendunt, ex necessitate enim iuris est ut illud teneant, ut. C. de acti. & obli. L. si cum. Secunda vero opinio intelligit de heredibus mortui, isti enim cogi non debent ad resignandum bona per patrem eorum vendita. Sed illa maiori iure obtrinebunt, restituta pecunia quam pater desuper acceperat, & id vult paragraphus vltimus articuli presentis ad hanc materiam vis de plura. ff. de acti. empti. L. i. & sequentibus. C. de acti. & obli. in multis legibus. C. de acti. empti. & vendi. per totum. Insti. de re. diu. §. vendite.

Idem per omnia est. & c. Ex isto paragrapho innuitur, quod vnus ius ex alio deriuari potest in decidendisque causis vno & eodem iure uti possumus: In similibus etenim causis etiam ius simile est. Instātia circa id formari possit. Paragraphus prædictum articuli esse superuacaneum super inuestitura etenim feudi. magis pertinet ad ius feudale quam ad prouinciale. R. quod autor priuilegiū incidentaliter hic de bonis feudalibus meminit, ex eo ne heres feudalis prædecessoris sui pecuniā pro feudo sibi pertinens tem perdat. Tum etiam quia promissiones omnes. Contractus venditiones ad ius pertinent prouinciale. Vnde ommissis his quę magis ad ius feudale pertinent de quibus & articulus præfens ad finem vsque tractat, in glossis per longum habetur declaratio. Notandum specialiter. Quod quicumque feudum vendiderit ille vendit quod suum non est. Sed eius dominum pertinet, dominus etenim bona huiusmodi sibi contulit in feudum, non tamen donauit, & ita quicquid vnus propriū non est, vendi non poterit. Quicquid autem iure vendi non potest, etiam iure varendari illud minime valebit. Promittat etiam vnus aliquid, quod suum non est, promissio illa inutilis efficitur, ut Insti. de inuti. stipula. §. i. & sequentibus. Vnde si quis feudum vendere promiserit, promissio illa inutilis erit. Sed et

venditio, ex eo quia feuda omnia dominum pertinent, nisi forsan consensus domini superueniat, pecuniā tamen desuper acceptam restituere cogitur, is qui vendiderit. Si consensus domini non superueniat. Vnde in textu tria specialiter tanguntur. Primo de venditione vel donatiōe cum quis aliquid alienat quod illius proprium est. Secundo de bonis quę dominus dare & cōferre potest. Tercio de bonis quę vnus vendit quę tamen nec dare nec conferre potuerat. Super primo venditor ab heredibus emptoris liberatur, si pecuniā desuper datam restituerit. Pro secundo dominus etiam erit per simile liber ab heredibus emptoris, cum rem emptam contulerit vel pecunia restituta sit. Pro tertio venditor liberatur ab emptore, si dominus consentire vel conferre noluerit & aliter non. Ius feudale de quo in præfens d. statutum est super bona quę militibus data sunt a Romanis pro stipendio. Vnde feudalibus bona seu feudum habere non est aliud nisi cum donatur quid ex bonis imperij aut proprio domini, militibus propter eorū dexteritatem vel nobilitatem, ex quibus tandem seruiciū præstare tenentur, nisi ex gratia absoluantur.

d. vide seu. in probe.

e. Bona feudalibus habere q. i.

Articulus X



Si pater filio suo uestimenta æquos aut arma donauerit, tempore quo donationē perficere potuerat, & filius eisdem uti ualeat donata huiusmodi post mortem patris cum fratribus diuidere, aut domino patris seu patris hæredibus, dato quod in generatiōe filii non fuerit æqualis reddere non tenerur. Etiam si filius a patre in bonis non sit emancipatus.

Glosa.

Si pater filio suo, & c. De multiplici peculio quid in quolibet sit speciale vide azo in summa. C. de bo. quę libe. & per hostien. in summa de pecu. cleri. C. quot sunt eius species et in specu. de actore. §. ve. Sed & filius familias, & se. Pro concordant. etiam istius articuli, vide. C. de colla. & ff. de colla. bono. per totum. Et quemadmodum hic dicitur de uestimentis, & c. Perinde etiam intelligendū erit, si filius libris quos pater sibi coemit aliquid lucretur. Si talis filius ad statum aduocatie vel magisterij puenerit, vide Guiller. in spe. de Iudi. & Baldum in additionibus ibidem.

Vide ad hunc passum Iur. Munia. ar. lviij. glo

Id quod in textu dicitur si pater filio & c. hoc itidem intelligendum est de filiabus & earum ornatu uel uestimentis iuxta ar. lviij. Iure Munia. Sed si fuerint emanapate cogentur illa uicuersa importare, ut infra co. li. Spe. Sax. ar. xiiij.

Id quod in textu dicitur equos etiam intelligitur de alijs mobilibus dummodo pater donationem facere poterit, ut infra co. lib. ar. liij.

Glosa.

Superius habitum est de bonis quę post mortem parentum heredibus pro utilitate veniunt hic declaratur quid pueris pro cōmodo cedere potest, tempore vitę parentū. Vnde notandum circa id specialiter quod omnia bona quę pueri acquirunt cum in potestate patris sunt, patrem pertinent & ipse cū his disponere poterit quicquid voluerit, vt Institi, per quas perso. no. acqui. in principio. Sciendum tamen circa id quod septena dona natiuenerunt quę filius diuidere non tenet cum germanis, nec patris sunt, cum per filiū vt sic acquiruntur. Primum quicquid pater filio dederit in vestimentis armis, &c. vt rextus habet illud heredibus sui patris restituere non tenetur, nec domino patris, dato etiā quod sibi in generatione sit inequalis, hoc est si ipse sit seruus, & pueri sint origenarij, etiā si filio pręigno illa dederit. Secundū quod diuidere non tenetur filius, sunt bona quę cum vxore accepit vt infra eo. li. ar. xij. et in auten. de non eligen. coll. i. Tertium quicquid lucratur in bello vel obsequio militari, vt ff. de castre. pecu. l. si forte. & l. castrę si, & Institi, per quas perso. no. acqui. §. igitur liberi. Quartum quicquid acquiritur ex disciplina magistris, doctoratus, officio aduocacie, vt. C. de inoffici. testa. in multis legibus. Quintum si filius cum patre aliqua bona per successionem equaliter hereditant vt in auten. de heredi. ab intesta. veri. §. si vero coll. ix. Sextum, si pueris aliquid datur cū conditione quod videlicet pater desuper nihil habeat, vt in auten. vt li. ma. & auie in prin. coll. viij. Septimum si patris bona excepta legitima causa sint abiudicata, vt si pueros procreans cum vna aliam superduxerit vxorem consanguineam, pueri prioris vxoris non diuident bona paterna cū pueris secūde, si probabitur incestum, vt in auten. de incesti. nupci. §. i. coll. ij. Et hęc sunt septuplicia filiorum peculia & dona, quę parentibus reddere aut cum alijs heredibus diuidere, etiā si per patrem emancipati non fuerint minime tenentur.

Articulus XI



Pater si post mortē matris filios^a sub tutela habuerit suos, postq̄ sese abinuicem sepeauerint ipse eisdem omnia bona materna^b (nisi prater ipsius culpā perierint) restituere tenetur. Idem de matre post mortē patris & de alio

quolibet tutore est censendum.

Glosa.

Restituere tenetur. &c. Et quando tutor confitetur per mediū contractus & proprio motu non nocet pupillo. Sed tantum cum in iudicio confitetur mandante & cogente iudice vt notat Cñus in. l. i. C. de confes. negligētiāq̄ in non conueniendo debitores & non collocando pecuniam, imputatur tutori vt. ff. de administra. tutor. l. Si tutor, potest tamen ipse tutor a pupillo pecuniam sub tuo recipere & seipsum debitore ascribere, vt. ff. eo. l. quotiens. §. non tantum. Et contra tutorem qui non fecit inuentarium absq̄ causa iuratur in litterem, & ante nō potest administrare nisi ea quę dilationem non recipiunt, nimia enim festinantia vel negligētia tutoris in rebus vendendis puritur. In tutandis autem rebus pupillaribus tutor non tenetur nisi de dolo & lata culpa, vt in. l. tutor. ff. eodem. Tutorq̄ non faciens ea quę facere quilibet legitimę se defendens non videtur recte defendere vt in. l. generaliter. ff. eodē. Nec potest tutor nomine pupilli plus expendere ex bonis eius q̄ ex suis honestissimis esset erogaturus, vt. ff. eodem. l. cū plures. §. nimum, debet enim tutor circa personā pupilli expendere quod moribus honestati & extimationi pupilli conuenit, vt in ea. l. §. cum tutor. Et tenetur ad hęc qui iussus est administrare, vt in. l. qui iussus. ff. eodem. In re denda etiam ratione tutoris sufficit contra eū probare quod fructus bona fide percipi potuerunt licet percepti per eum non probentur, vt in. l. tutorem. ff. eodem. Regulariter vero tenetur tutor illud facere quod diligēs paterfamilias esset factururus, vt. ff. eodem. l. a tutoribus. Expensę etiam circa personā tutoris non imputantur pupillo nisi ei per iudicem fuerit salarium ordinatum vt in eadē. l. §. vlti. Et quod tutor vel curator acquirat ex pecunia minoris efficitur minoris vt in. l. si tutor. ff. quando ex facto tuto. Teneturq̄ tutor reddere rationem in omnibus quę fecit cū facere non deberet & in his quę fecit prestando dolum seu latam culpam & quantam in suis rebus diligentiam adhibere deberet, vt. ff. de tuto. & ratio distra. l. i. vbi etiam in §. hanc actionem dicitur, quod hęc actio etiam cōpetit in heredes tuto. & here. pupilli.

Glosa.

In articulo presenti de tutoribus tractare incipit, & primum de tutoria patris respectu puerorum, daturq̄ in textu doctrina. Si qñ contingat pueros minores post mortem matris sub tutela paterna relinqui, quo pacto prouidere sibi debeat, vt nō incurrat potest

Septena dona quę filius cum germanis diuidere non tenetur.

Iure Muniā. ar. xvi. glo.

a. Iur. Muniā. ar. xxij. glo.

b. Intelligēdum est de bonis immobilibus nā mobilia omnia lucrantur maritus, ut infra eo. li. ar. xxxi. glo. Sed mobilia tenentur prestare non retento usu fructu.

Speculi Saxonum Liber Primus.

nam mali administratoris, alias dānum res
farcire teneretur, vt in auten. vt hij qui ob-
liga. §. Si vero coll. vi.

Et quia in tutelis multe & varie eueniunt
fraudes & deceptiones. Quare ad obuiandū
huic malo pro intellectuq; tam presentium
q̃ & sequentium articulorum. Consideran-
dum necessario sequitur, quid nomine tuto-
ris intelligere debeamus, & quomodo & q̃s
tutor esse possit. Tum & qui se a tutela excu-
sare poterit. *c. Vnde tutor in proposito dici*

c. Tutor q. t.

*d. Iur. Muniā. ar. xxvi.
glo.*

*Tutor eligi potest
iuxta velle suum*

*e. Tutores qui esse nō
possunt.*

*f. Iure Muniā. ar. xxvi.
glo.*

*g. A tutela unus se excu-
sare potest in certis ca-
sibus hoc idem vide Iu-
re Muniā. ar. xxvi. glo.*

*h. Mulier tutor esse po-
test in certis casibus.*

*i. Mulier habens ma-
ritum Iure Saxonico
tutrix esse non potest
quia est sub tutela uiri.*

*k. Auis nepotum ma-
tri annuatim rationem
tutele reddere tenetur
quia ipsa eorum est
heres.*

*tur quasi defensor, vel cui ex iure committitur
defensa illius d. qui propter imperfectā
etatem seipsum dirigere non potest, vt Insti.
de autorita. tuto. §. tutor. Vnde tutor ab officio
eligi potest ultra velle suum, & eidem
demādari officium poterit vt tutelam acce-
pter, vt Insti. de atilla. tuto. in prin. Tutor au-
tem esse nō admittit e qui paris conditionis
non sit, vt Insti. de legit. agna. tute. §. finali;
& item infamis, vt Insti. de suspes. tute. §. no-
uissimē & §. suspecti.*

Notandum etiam f quod vnus excusare se po-
test vt non sit tutor, vel quod tutelam nō ac-
ceptet ex certis causis. g Primo si multos ha-
beat pueros. Item si eum in obsequio domi-
ni in partibus longinquis esse oporteat. Item
Reipublice officio occupatus. Item propter
paupertatem, propter egritudinem, propter
inimicitias, vt quia pater erat ei inimicus.
Item propter senium, quia septuagenarius tu-
tor esse non potest. licet ipse tutorem habere
poterit si vult & nihil iuri derogabit suo. Itē
propter iuventam, vt infra. xx. annū, vt Insti.
de excusa. tuto. & curato. per totū. C. eo.
titu. & ff. eo. ti. Preterea mulier tutor esse non
poterit, vt ff. de reg. Iur. L. feminę. Circa id
tamen sciendum sequitur h quod mulier tu-
tor esse potest cum deficiūt ex parte gladij;
idest deficientibus legitimis ascendentibus
vel testamentarijs, nam legitimis transversa-
libus prefertur mater. i Item si propinquior
res ibi nullum habeat domicilium. k Item si
puer sit illegittimus vt. C. quan. muli. tuto.
offici. fungi. po. L. ij. Mulier tamen cogi nō
debet ad tutoriam acceptandam nisi eam be-
niuole affectet, vt in auten. vt sine prohibi.
matres & debito. §. in prin. coll. vij.

Articulus XII



Bi fratres aut alij bona
habuerint indiuisa eo-
rumq; seruicij labori-
bus & expensis ea me-
liorari & augeri con-
tingat, utilitas & fructus in his cō-
iunctim omnibus ascribetur, idem

de damno est intelligendū. Quic/
quid autem aliquis cum uxore sua
receperit in hac parte cum socijs su-
is & fratribus diuidere nō tenetur.
Si etiam quis bona sua ludo, luxu-
ria, donatione, aut alia prodigalita-
te dissipauerit, in idq; fratres seu so-
cij sui non consenserint, damnum
quod ex his euenit dissipantis est
propriū, & non suorum fratrum
aut sociorum.

Glosa.

Vbi fratres. &c. Qualiter autem fratres fiant
socij, & quibus modis societas contrahitur,
vide in quodam consilio quod incipit No-
bilis po. ad finem additione specu. primę &
secundę partis. Aut alij bona habent indiuisa
& eorum. &c. Vnde etiam dicit lex & quidē
si nihil in societate de partibus lucri & dāni
nominatim conuenerint equales scilicet par-
tes & in lucro & in damno spectantur, quod
si expresse fuerint partes, hec partes seruari
debent, vt Insti. de socie. §. i. Concordat etiā
lex si maior. C. communi diuidēdo, dicitur
autem talis societas leonina si quis velit ha-
bere spem lucri, ita quod alter totum dam-
num subeat. ff. pro so. L. si non fuerint. §. ita.
Vnde non est admittēda cum contractus nō
debeat claudicare. ff. de arbi. L. si cum dīs. §.
penul. in fi.

Vbi fratres. &c. vbi scias quod si fratres se di-
uiserunt tunc circa lucrum & damnum vnus-
quisq; tantum sibi negociatur. Si autē stant
simul, et si constat vnde lucrum prouenerit
quilibet sibi tantum acquirat. Si autem non
constat presumitur de bonis communibus
prouenisse, ideo fiet communicatio. Et predi-
cta vera de fratribus inter quos nulla socie-
tas contracta probatur. Sic etiam lucrum de
communi pecunia factum conferri debet,
& in duplo hoc presumitur ideo etiam ve-
nit communicandum. Sed si probatur socie-
tas omnia debent communicari, cum infan-
tibus tamen & pupillis ista societas contrahi
non potest. Et si vnus sociorū clam emit ali-
quas possessiones pro se & suis heredibus,
tunc nihilominus fructus sunt communicā-
di quia socius renūciare clam non potuit
societati. Sed debuit hoc facere altero sci-
ente. Si vero vnus ex duobus fratribus indi-
uisa habentibus fecit debitum, hoc de com-
muni solui non debet vt hic & C. de famil.
herci. L. certum, nisi tunc debitum sit oca-
sione communis utilitatis contractum, qd
tamen non presumitur nisi probetur. Sic nec
cōdemnatio vnus fratris debet solui de cō-

muni. Et si vnus fratrum habet filiam maritandam, ista nō est de cōmunibus bonis maritanda, quia onus liberorum sequitur patrē. De his vide per dominum Baldum in additio. specul. titu. de Iudi. post Guiller. vbi inuenies alleg. iur. Et Guiller. in specu. ibidem valet tit. de iud. in. §. sequitur, plene tractat de actionibus finium regundorum famil. hirciscunde, & cōmuni diuidundo. Ibi omnino videas.

Aut alia prodigalitate dissipauerit. &c. Et nota quod prodigalibus datur curator vt furiosis iuxta legem imperialem sic dicentem, lege duodecim tabularum. Prodigio interdicitur bonorum suorum administratio, quod & moribus quidem ab initio introductū est. Sed solent hodie pretores & presides si talē hominem inuenerint qui nec tempus nec finem expensarum habet. Sed bona sua dilacerando & dissipando perfudit curatorem ei dare exemplo furiosi, & tam diu erunt in curatione ambo, q̄ diu vel furiosus sanitatem, vel ipse prodigus sanos mores receperit, qd̄ si euenerit ipso iure desinunt esse in potestate curatorum vt in. L. i. ff. de cura. furi. vel alijs dandis. Et habent tales a iure curatores legitimos scilicet agnatos, vt. ff. de minori. L. patri & Insti. de curat. §. furiosi. Et licet istos curatores habent a iure, possunt tamen pro se & pro alijs in iudicio esse donec eis administratio bonorum iniudicio per iudicē interdicatur de hoc in specu. de actore. §. i. ver. Item opponitur contra actorem.

Glosa.

Articulus presens de societatibus tractat. Vnde societas iuste admittitur, si recte & rationabiliter inchoetur vt Insti. de socie. §. de illa sane. Pro intellectu textus ampliori sciēdū^a quod societas dissoluitur ex certis causis. Primo si vnus sociorum moritur, & hoc vel morte naturali violentaue, siue iure ipso moriatur, vt quia vel passus est capitis diminutionem ex sententia iuris, vel qui se in se uium dederit, vel in exilium missus, vel religionem intrauerit. Isti etenim iure pro mortuis reputantur, vt Insti. de capi. diminu. §. maxima & C. de sen. pas. & resti. & ff. de bo. dāna. L. i. Itē cum sociorū sunt multi vnusq̄ ex his perit, dissoluitur societas vt Insti. de socie. §. sed et si. Item si causa illa perit ratione cuius societas inita fuit etiā societas terminatur. vt Insti. eo. ti. §. item si alicuius. Item si bona socij propter excessum eius confiscantur, vt Insti. eo. ti. §. publicatiōe. Item si vnus sociorum propter debita aufugerit, vt Insti. eo. ti. §. item si quis & C. de cess. bo. L. i. Sciendum preterea^b quod nullus societate inire debet ea intentione quod ipse commodum habeat & socius eius damnum solus tolleret, vt. ff. pro socio. L. si non fuerit. §. aristo. refert. Quicunq̄ etiam societatem inierit, dā

num & lucrum tollerare cogitur, vt Insti. de socie. §. illud vero, & si quis in societate bona societatis nō custodierit vt sua propria refundere cogitur. Quod si premissa sufficiēti custodia damni aliquid contigerit sine damno manet, & si sibi non creditur iura recogitur, quod absq̄ eius culpa damnum illatum sit vt habetur feu. c. xxxij. Insuper socius equitans temere & sciēter cum mala societate si damni ei quid contigerit, illud solus tollerabit, vt Insti. eo. ti. §. si. & Insti. qui mo. contra. oblig. §. preterea. Socius etiam sortem suam perdere vel alienare potest, & nō sociorum suorum, & item fratres vel alij quicunq̄ sint societatem adinuicem habentes, diuisionem ita facere tenentur signanter si feudum in societate sit quod ille cui feudū cedit, non nisi vnus domini vassallus efficiatur, vt in auten. coll. x. per longum habetur.

Articulus XIII.

^a. Iure Munia. ar. lviij.

E Mancipati liberi^a post parentum obitum ad diuisionem hereditatis cum nō emancipatis minimā admittuntur, nisi prius cum iuramento bonorum cum quibus emancipati fuerint (prater utensilia & res expeditorias) fecerint collationem. Et si cum bonis immobilibus emancipetur, pro his se non poterint sacramentaliter liberare. Si uero diuisioni hereditatis renunciarunt, carere debent eadem nisi se iuratoriā studeant expurgare.^b Pro renuntiatione autem iudicialiter facta si probari ualeat nō potuerit iurare.^c Scultetus etiam contra paganum in huiusmodi causa uice iudicis i iudicio testificetur.

Glosa.

Emancipati liberi^d post parentum obitum, & c. Qualiter autem secundum. L. debeat fieri ista emancipatio, vide Insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. §. preterea emancipationem, & vide de hoc formam in specu. ti. de natis, ex li. ven. ad fi. ibi. Collationē, & hoc scias qd̄ qui debeat conferre, cogitur satisdare fideiussoribus vel pignoribus de conferendo, quod si recusat per contumeliam denegatur.

B iij

^a. Societas dissoluitur ex certis causis.

^b. De societatibus uide

^b. Ista renūciatio successionis est contra. L. si. c. de pactis & c. q̄ uis de pactis l. vi. ergo non tenet,

^c. Sequitur ergo quod corā ipso fieri potest renūciatio.

^d. Vide infra li. ij. ar. xix.

^e. Fieri enim debet coram competentibus iudicibus à magistratu ibidemq̄ parentes cōpareāt, & filios filias nepotesq̄ à sua dimittant manu capiēdo eos per manu & relaxare per uerba ad id idonea, uide hoc idē iure Munia. ar. lviij. gl.

Speculi Saxonum Liber Primus

tur sibi actiones, & si per importuniam dabitur curator bonis, vel fiat collatio re ipsa si cetera sunt re conferre, vel fiat cōpōsario vñ alterius loco collatiōis diuisio, vt in. L. ij. ff. de colla. bono. Castrense etiā peculiū vel qñ & quod nomine dignitatis filij ei a patre datur vel debetur in collationē nō venit, vt in L. i. §. nec castrense. ff. de colla. bono. & vide etiā supra eo. li. ar. x. Quod autē alias quis habet tempore mortis patris verū in collationē, secus in eo quod querit post eius mortem, & secus in his quę non transferuntur ad heredem, vt eo. li. §. Si emancipato. & §. Si impuberi. Et ius conferendi queritum transferitur ad heredes, vt in L. ij. eo. ti. Quod autē iuris sit de dote secundum ius municipale dicitur supra eo. li. arti. xij. Sed pro iure cōmuni vide. L. filium. ff. de collatio. bonorum cū concordant. ibi notatis, & de dotis collatiōe p totū vide supra. eo. li. ar. v. & iur. mu. ar. xxi. et Insti. de heredi. q ab intest. defer. §. emancipati & Insti. de ex here. libe. §. emancipata. Preter vtensilia & res expeditorias, fecerint collationem. & c. Qualis autem alias de iure communi debeat huiusmodi collatio fieri, habetur. ff. de colla. bono. per totum, & C. de colla. per totum. Si vero diuisioni hereditatis. & c. Pro quo vide pulchram distinctionem notatam infra li. ij. circa arti. xxx.

Glosa.

Articulus istum multi ignorare videntur, paucis etenim verbis multa in se complectitur. Tractat siquidē de patria potestate, filiorumque emancipatione de quo habundantius vide. C. de emanci. libe. & Insti. qui. mo. ius. patri. pote. sol. & in auten. cōstitutio quę de dignita. per totū. Intellecto tamē quantum potestatis pater habeat erga puerū, & quo pacto potestas huiusmodi patria soluitur, facile textus articuli intelligi poterit, vt cōmuniter tamē separatio patrię potestatis iure nostro tunc incipere dicitur, cū filius a cōmāsiōe & pane patris segregat. Pro intellectu itaq; textus ampliori. f. Notandum venit quod patria potestas erga pueros (intelligēdo tamen de non emancipatis) septena inuenitur. Primo quod pater filium vendere obligareue s tēpore famis poterit, vt. C. de patria potestate. L. si filius. Secundo, quod pater contra patrem iudicialiter querulari non potest, vt. C. de in ius vocādo. L. finali. Tercio quod vindicare erga patrem minime poterit, vt. ff. de iudicijs. L. lis & C. de patria potestate. L. congruentius. Quarto quidquid acquirit filius patris est, & omne ipsius ius erum seruatis tamen exceptionibus quę circa articulum. x. signanter in glo. habentur, vt Insti. per quas pso. nobis acqui. §. i. Quinto quod sine consensu patris querelas iudicialiter instituere nō possunt nisi in certis ca-

P. Patria potestas erga pueros septena.

B. Lex etiam xij. tabularum hoc idem suadet cum diāt, uendēdi filium patri potestas esto.

sibus, vt. C. de bōis, quę libe. L. i. Sexto si quid pueris per successionem venit patris est, excepto tamen castrensi peculio, vel quę ex milicia aut huic simili acquirit, vt Insti. per quas perso. nobis acqui. §. i. Septimo filio delinqūte eundē pater eliberare potest in suamq; acceptare patrē, vt. C. de emancipa. L. i. Octauum addunt aliqui quod necessaria patri subministrare coguntur^h Sed hoc est commune etiam emancipatis immo & filiabus, vt. ff. de liberi. agnoscen. L. si quis. C. de patri potes. L. filia. Emācipati itaq; pueri si quid bonorum ceperint importare tenentur, si diuisionem participare volunt vt in auten. de immensis donationibus. §. ij. coll. vij. Si vero diuisioni hereditatis renūctiarunt, & c. ex isto sequitur quod quicquid corpora liter probari poterit, pro eo iurare vnus minime potest.

Sculterus etiam, & c. hoc est is cui officiū iudicis subdelegatur in villa, & vocantur rusticorum prefeti in legibusq; pedanei nuntii cupantur, vt in auten. vt ab. illustri. & qui super eam sunt digni colla. v. Sed & arbitrorū testimoniū valet, in hīs quę coram ipsis acta sunt, vt infra li. ij. ar. xl. glo.

Emācipati liberi & c. Quo pacto autem pater emancipare filium debeat, & quę circa id seruāda, vide infra li. ij. ar. xix. & ar. xxx. glo. coram enim iudice prouinciali id cum facere oportet, vt. C. de emancipa. L. iubemus. Si etiam filius vnus efficiatur Princeps vel Senator, aut consiliarius Imperij liberatur a potestate patris & item filia quā primū maritatur, ius acquirit viri, vt Insti. qui mo. pa. pote. §. ij. & in auten. constitui. quę de dignitati. §. ij. coll. vi.

Nota super illo articulo Mañdeburgen, male pronunciant, & cum male seruant, in distinctione etenim tenent cum quibuscunq; bonis filia emancipata sit illo iam contentari debere, neccam posse ad diuisionem peruenire dicūc quis importauerit illa quibus emancipata fuerat nisi forsan patri bona ex admortuo veniant, quia vt sic filia ad diuisionem admitretur, adduntq; illud obseruari debere, iure municipali. Prouinciali vero iure procedit articulus presens & ita obseruā. est.

h. Lex tamen xij. tabularum limitare istud uidetur in hac uerba filius arote carens patris incuria eidem necessaria uitae subsidiaue ne prestat, alioquin parentes educare cogitor. E meretrice natus patrem non alito.

i. Nota si uir moriens relinquat pueros filios & filias omnes emancipatos illi secundum Maideburgen. non tenentur importare illa quibus emācipati sunt, sed relictam hereditatem mortui patris equaliter diuident, ut iur. Muni. ar. xcvi. glo.

Articulus XIII



Vamuis iure feudali dñs duntaxat unum de filijs cū feudo patris mortui ualeat in feudare, non tamen est ius terrę quod illud solus debeat retinere quin fratres ipsius ad æqualem di-

miserit in feudo porcionem. Sic etiam non est ius terræ si pater unum de filiis suis cum feudo suo emancipauerit, quod ipsum post patris mortē solus cū fratribus suis diuisione nō facta ualeat obtinere, Vñ et si quidem iure feudali sup eo impetere eundē nō ualebūt, iure tñ prouinciali si contra eum agant, eundē cōpellēt ad iustā & æquā diuisionē.

Glosa.

Quamuis iure feudali, &c. Verba sunt Becke de Repkau autoris priuilegij, estq; mirabile quid & diligenter attendendum quomodo ius vnum contrariari ut textus habet alteri debeat. Illud enim quod pro iure semel statuitur, Iuri posthac contrariari non debet. Si itaq; ius prouinciale & feudale in eo casu contrariantur necessario exinde sequitur, quod vnum illorum pro non iure immo pro iniustitia reputari debet. Præterea postq; apostolicus vel Imperator legem aliquam statuit quæ priori contrariatur illa prior annullatur a per posteriorem, etiam si illud in constitutione non expresserit ut extra de consti. c. licet li. vi. Ex quo itaq; prouinciale ius antiquius est feudali quare & constitutiones prouincialis iuris p subsequētes iuris feudalis leges annullari deberēt. Carolus etenim magnus. Ius prouinciale Saxonibus statuit. Fredericus vero Imperator ius feudale, ut in auten. de. vñ. feu. coll. x. Pro intellectu istius. Nota. quod diuersitas & contrarietas iuris potissimum ex tribus prouenit. Primo ex distinctione personarum sicut Ius militum est aliud q̃ ius rusticorum, ut insti. de mili. testa. §. i. C. de iure deli. L. si. C. de iur. & fact. ignoran. L. i. Secundo prouenit ex certa prouinciali consuetudine seu permissione sicut Anglicis admissum est contrahere in gradu consanguinitatis, ut. xxxv. q. iij. c. quēdā lex. §. quod scripsi. Tertio diuersificatur ius propter diuersitatem causarum ut & si quidem quilibet iure suo gaudere debet, & actor sequitur forū rei, inuenitur tamen causa quod coram extraneo iudice respondere vnum oportet, & hoc iure reconventionali, vel ex certis causis ad iudicium extraneū trahi poterit, ut secularis ad spirituale, ut extra de fo. compe. cum sit generale & iij. q. viij. cuius in agendo. In proposito ergo diuersificatur ius propter diuersitatem causarum, vna em causa exprimit ius prouinciale alia ius feudale. Sciendum præterea quod feudum amittit ex certis causis. Primo propter inordinatam donationem ut in auten. de immen. dona. §.

dudum coll. viij. Item si vassallus dominū iniuria affecerit, ita quod iniurias atroces in eū effundat vel manus impias inferat, vel iacturam molem ex insidijs suis ingerat, vel vitæ periculum aut substantiæ intulerit, vel qualdā conventiones, siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationes acceptor spopondit, minime adimplere voluerit, ut clare habet. C. de reuocan. dona. L. fina. & in auten. vel libe. de cete. au. annullo. §. quoniam autem coll. vi. Unde si in iure prouinciali contra eum agatur, &c. f. Querere vnus possit quo pacto occasione feudi actio sibi in iure prouinciali intentari valeat, ex quo super feudo Iudex prouincialis iudicare minime potest, nec actio nisi coram domino feudi institui poterit, etiam si clericus feudum a domino habeat, non nisi coram eodem agere & respondere tenebitur, & qui secus facit perperam agit, ut extra de fo. compe. c. ex transmissa, ex istoq; apparet, quod incidentaliter vnus propter certam causam extraneo subesse cogitur iudicio, ut ff. de verbo. obli. L. ij. Iudex etiā prouincialis super feudo iudicare minime debet verum causam relegare ad feudi dominū, g. ut infra li. ij. ar. ij. &c. Quod & si quidem vnus occasione feudi actionem instituere corā iudice prouinciali per directum minime poterit, iure tamen reconventionali eidē admittitur ut postquā is qui feudum occupat pro bonis hereditarijs coram iudice prouinciali heredi actionem intentet heres ut sic accusatus, responsionem denegare iure poterit quoad actori fideiussoriam statuat, item de respondendo in his, quæ contra eum occasione feudi agere habeat antequam in possessione bonorū hereditariorum admittatur. Quod cum factum fuerit ad respondendum ut sic pro feudo cogitur, & ita reticula captiabitur sua, careat ergo qui nouit. h. Sicut in exemplo, si frater meus bona feudalia occupare vellet ego seruabo hereditatem iuri prouinciali subiectam & exinde nihil sibi impartitam si tandem accusauerit me coram prouinciali iudice pro hereditate huiusmodi, defendā me respondurum, nisi & ipse promittat ibidem, occasione feudi mihi sese iustificaturum. &c. Alias non tenetur super feudo coram prouinciali iudice respondere. Quod autem feudum illud frater meus solus obtineat habetur feu. c. vi. in glo. Pater etenim illud sibi concessit, dominusq; etiam illud eidem contulit, et ita suum est nec cogitur post mortem patris cum fratribus illud diuidere, luerantur tamē illud fratres iure prouinciali, quia prouinciali iure sunt pares in diuisione sicut hic.

f. Occasione feudi quod actio coram iure prouinciali intentari possit.

g. Vide infra eo. li. ar. lxi. in glo. contrarium huius quod reconueniri non potest.

h. Addito ista est doctrina Bugsdorff. Præterea ista applicari potest ad illos qui bona terrestria & civilia possident.

a. Hoc idem lex xij. tabu. sen. tit. in hæc uerba quodcūq; postremum populus iusserit id ius ratumq; esto.

b. Vide infra li. ij. ar. xxvi. li. iij. ar. lxxij. Iur. Munia. ar. i.

c. Vide infra li. iij. ar. lxxij. glo. et Iure Munia. in prolo.

d. Diuersitas iuris ex tribus prouenit causis

e. Cause amissionis feudi.

Speculi Saxonum Liber Primus



Si quis alteri mobilia concesserit, impignora-
uerit, aut apud eum de-
posuerit locaueritue,
siue cum conditione siue non^a &
post modum ille uel hæres negare
uoluerit, cōdactor seu expositor fa-
cilius illud metertius probabit q̃
quod retentor suo iuramento obti-
nere ualeat. Possessor uero si hære-
ditarium quid in huiusmodi rebus
cōpetere sibi mōstauerit, uel quod
ita est ex foetu suorum animalium
educationem probauerit. Vel si ua-
rendam emptionis producere po-
tuerit ipse eas cum iuramento du-
orum obtinebit nisi defectum in
testibus siue in uarenda patiatur
Incusatus de quacunq; re^b quæ a/
pud eum non apparuerit suo se po-
terit excusare sacramento. Quæ au-
tem apud eum sensibilibiter demon-
strari poterint in his per iuramen-
tum non euadet.^c

Glosa:

Possessor uero si hereditariū. &c. aut pigno-
ratiū quid d^d & tūc possessor pignoris pro-
bet quātitatem debiti solo suo iuramento se-
cundum Inno. in causa & facit pro hoc finis
arti. viij. infra. li. iij. cum uero res impeteretur
ut furtiua uel rapta, uide arti. xxxvi. infra. li.
ij. & infra li. iij. arti. iij. Concordat lex Impe-
rialis quæ uult quod ex inopia probationis
regulariter uenitur ad iuramentum ut in. L.
in bonæ fidei. C. de rebus credi. & iureiuran.
ubi dicitur in bonæ fidei cōtractibus, necnō
& in ceteris causis inopia probationū emer-
gente per iudicem iureiurando causa cogni-
ta res decidi oportet, & uide etiam in. c. ij. de
probat. cum concordā. ibi notatis.

Glosa.

Si quis alteri mobilia, &c. In p̃cedentibus
dictū est quod in certis casibus hæres iura-
mento liberatur contra actorem. Articulus
p̃sens declarat, ubi negatiua absolui min-
ime poterit. Vnde pro intellectu textus cla-
riori. Notandum^e quod accommodatū ac-
cipi duplici^f, vnomō quādo illud tuum sit

quod cōceditur nec illud idē in natura red-
di oportet. f sed simile in natura uel bonis
ut sunt, pecunię uinum triticum oleum; &
ut communiter, ea quę mesurantur ponde-
rantur uel numero cōstant. Aliomodo quā-
do illud qđ commodatur tuum nō est. sed
illud idē restituere teneris, ut uestes, & qui,
pecora ut Insti. qui. mo. contra obli. §. i.
Aut pignora uerit aut apđ eū deposuerit &c.
ita quod hæres pignus, uel aliquid aliud qđ
in depositum datum fuit cum conditiōe uel
sine conditiōe, in bonis mortui inuenerit,
& si conditiō aliqua appōita sit, non iam ut
depositum erit. Sed magis pignoratitiū uel
conductum, deposito enim nulla conditiō
superaddi debet, ut Insti. de obli. quę ex
quasi con. nascun. in multis locis. Ex hac su-
praexpressa rerum accommodatarum di-
stinctiōe sequitur quod in his in quibus dif-
ferentia aliqua reperitur, & quę corporaliter
commonstrari poterint, hæres sine testimo-
nio retinere nō possunt. In illis uero ubi nul-
la est differentia. Sed per omnia vnum est si-
mile alteri, ut sunt pecunię, uinum triticum.
&c. illud hæres iuramento obtinebit suo. Sic
etiam iuratur in legibus cum alie probatio-
nes defunt, ut. C. de si. instru. L. si. & in autē.
ut litigan. iur. §. si autem col. ix. & ff. de res-
cep. arbi. L. ij.

Instare quis posset quod textus articuli con-
trariari sibi ipsi uideretur cum dicit. Si quis al-
teri mobilia concesserit, locauerit, &c. facili-
us illa metertius expositor obtinebit & Post
modum uero dicit quod incusatus de qua-
cunq; re. &c. suo se excusabit sacramento. &c.
quod articulus in se uerus est nec contradi-
cit sibi ipsi. Primus em̃ paragraphus intellis-
git de rebus quę adhuc in possessione sunt
tua, & manifestum est res illas expositoris fo-
re ut sic enim metertius locator qui illa in de-
positum dederat ea obtinebit. Sed si in posses-
sione ea nō habuerit nec appareant apud eū
esse, ille absoluitur iuramento ut textus habet
Testimonium p̃conis quoad casum p̃sen-
tem duplex est^h vnū ex parte sui, aliud ex
parte officij. Itidem & recompensa eius du-
plex ut supra arti. viij. exindeq; sequit̃ si alio
cuius genealogia est bona, emenda itidē bo-
na eiusdem erit, qui uis etenim emendam ob-
tinet secundum sui generationem. i Scidum
per modū Epilogi quod ex articulo p̃sen-
ti quatuor scitu digna elici possunt. Primo
quod hæres iurare non potest pro re locata
inuadiata, & alia quacunq; quę ostendi sen-
sibilibiⁱ potest, cōductoris esse uel locatoris
et hoc ibi si qđ alteri mobilia. &c. Secūdo
quicquid solus facere non potest, id facere ei-
dem licebit cum testibus uel per euitorē uel
quod hereditaria sua bona sint, uel quod
solus educauit & hoc ibi possessor uero. &c.
Contra id tamen argui potest per. L. ei in cū
bit. ff. de proba. & C. eo titu. L. actor^k assire-
mant enim actori incumbit onus probandi

f. Vide abundantius
infra li. ij. ar. xxxvi.
lure muniā. ar. Cxxxij
& Cxxxv.

g. Nota si cum testib-
us qđ accuset aliquē
cum testibus ille expur-
gare se se cogitur.

h. Glosa ista declara-
tiua est supra ar. viij.
nec p̃easē ad propo-
situm spectat.

i. Epilogus articuli.

k. Vide infra li. iij. ar.
iij.

* Vide ad hanc mate-
riam Iur. Muniā. ar.
Cxxxij.

b. Iur. Muniā. ar. xl.
& infra Spe. Sax. li. i.
ar. xxiij.

c. Textus aliqui ultra
id habent insertū ar-
ticulum octauum per
totum frustra tamen
hic repeti debet ibidē
uide.

d. Nota non suffiat di-
cere rem aliquam esse
meam sed necessario
rationē cōmonstrare
oportet rem huiusmōi
meam fore.

e. Accommodatum du-
plex.

Et quod & si quidē leges actori sepius probationē admittunt, quandoq; tamen ex responsione reo etiam incumbit probatio defensione sue. Sicut si quis dicat, vel inculpet aliquem quod equus sibi vel predecessori suo sit accommodatus. Reus vero in responsione equum dicat esse suum, asserendo eū ex educatione habere vel aliquo quouis iusto modo eum pertinere vt sic ex responsione probatio sibi cedit, & propior erit ad probandum responsuam suam, immo ex responsione efficitur actor, vt ff. de iure iurati. L. duobus reis. §. exceptio Insti. de excep. §. hęc exempli. Reo em̄ licet id quod & actori, vt C. de dilaci. L. si quando. Tercio in textu tangitur de rebus & debitis quę sensibilibus probari non possunt & hoc ibi inculatus pro quacunq; re, & c. pro his em̄ iurare potest nō solum iure Saxonico. Sed & Cesareo vt in auten. vt litti iurent. §. si autem coll. ix. immo & iure Canonico, vt. ij. q. iij. c. si legitimi, & c. omnibus. Quarto tangitur in textu de rebus sensibilibus & quę apparēt & hoc ibi, quę autem apud eum. & c. quia pro illis iuramento euadere nō poterit, abrogatur itaq; per id articulus sequens decimus octauus, qui dicit quod Saxo. pro omnibus iuramento se absolueri poterit. In omnibus etenim legibus, id obseruatur, quod pro rebus non sensibilibus & non cognitis iuramento absoluitur, pro manifestis vero minime, vt & textus p̄sens disponit pro intellectu m̄ articuli clariori m̄ nota qđ probatio est duplex, Corporalis cum quid sensibilibus probari potest & p̄sentialiter demonstrari, n̄ & istā Saxo. ab actōre sustinere cogitur. Nō corporalis quando obicitur aliquid p̄ verba alicui, & istā Saxo non sustinet quia leges magis credunt respondententi q̄ querulanti, vt ff. de reg. iur. L. fauora. ff. de acqui. possesi. L. vlti. C. de dona. inter. vir. & vxor. L. si maritus. Attende diligenter articulum istum, intellecto enim eo multa intelliguntur ex priuilegio, quia & septē articuli sequētes per id resoluūt, cū agi t̄ de p̄batiōe cōtra Saxonē.

Ex li. feu. C. XIX.

Vnusquisque propior est innocentiam suam expurgare quam quis eum cōuincere in his quę verbaliter cōtra eum proponūt, & quę extra iudicium fiunt. Probatio etenim duplex est, corporalis & simplex, cōtra corporalem probationē se expurgare minime poterit, nec aliquis pro eo iurare potest, sit em̄ cum factum sit p̄sens & manuale, vel est de tentus in facto sicut in homicidio, furto, deprehensus huiusmodi probationis testimonium contra se eum pati oportet. Alia probatio, quę est simplex & in illa potest vnus reus, vel nō reus fore. Et hoc sit duplici vel ex ipsius obligatione, sicut si solus se literis

obligauit, sigillum subimprimendo, & iste conuincit seipsum proprio sigillō & hoc fit ex eius voluntate quod reus efficitur, nisi iuret merseptimus quod sigillum nō sit suum nec aliquando erat suum, consuetudo tenet quod mertercius iurat, & hoc modo etiam mertercius feudum probare poterit.

Item secundo in probatione simplici, potest vnus innocentiam declarare dupliciter, vel ex parte persone coram qua actum sit, vel ex parte loci. Ex parte persone & hoc dupliciter, vel illa persona sit, vbi negari nō poterit factum, & hoc vel ex parte iudicij, vel de iure, de iure sicut sit coram Imperio vbi negari nō poterit, vel coram domino feudi, vel coram vassallis. Ex parte iudicij sicut coram iudice & Scabinis in loco consueto resisdētibus ibidem, si quid facit aliquis citius conuincitur q̄ negatiua euadere possit.

In generali itaq; apparet in probatione simplici reus propior est euadere. In alijs vero cōuincitur, & hoc ex gratia datum est Saxonibus, cum ad fidem conuersi fuerant.

Item hoc quod vnus propior sit iuramento euadere innocentiam q̄ alter eū conuincere ex eo sit, quia si vnus testes adducere cōtra aliā deberet magnas indigeret expēsas & si reicerentur testes differretur negotium, & si iterū testes contra testes adducerentur esset indecens & damnosum & ita ex his causis admittitur defēsa per iuramentum, Iusq; istud Saxonibus datū a Constantino & Carolo imperatoribus & in hunc vsq; diem obseruat.

Articulus. XVI



Nemo sibi aliud ius, nisi quod ei sua tradiderit propagatio usurpare poterit^a qui si sup̄ eo in iudicio contenderit & in probatione defecerit cadet iure ab utroq; nisi sit seruus manumissus cui libertorum iura conceduntur.

Vbi filius est liber & legitimus patris nanciscitur iura. Si autem pater uel mater in ministerialium constituit conditione eum uel eos erit proles secutura.

Glosa.

Vbi filius est liber & legitimus, & c. sequitur enim filius familiam seu agnationem patris & non matris, vt Insti. de legi. agn. tute. §. si

l. Vide infra li. ij. ar. ij.

m. Probatio duplex.

n. Nota quod testium dubietas semper cōtra eum qui producit est interpretāda, quia q̄ probare uult clare et apte ut faciat necesse est quod si omittit non prodest sibi talis obscura probatio, de p̄bationibus c. in p̄sens sentia in glo.

^a. Vide infra li. ij. ar. ij. li. ij. ar. xxxij.

Speculi Saxonum Liber Primus

& Insti. de pa. po. §. ius & C. de adopti. L. mulierem.

Glosa.

Nemo sibi aliud ius. &c. Intellige in recompenſa pro tempore illo, qui enim nobiliorē se fecit q̄ ex genealogia sit, iusq̄ suū aspernādo, aliud ius vsurpare sibi vult in probatio neq̄ defecerit cadit pro illo tempore iure ab utroq̄ vt textus habet.

Nisi sit seruus manumissus. &c. b Vnde circa id sciendum quod nullus seruo libertatē dare poterit nisi sit viginti annorum, vt insti. q̄ ex cau. manu. §. cum ergo. Qui etiam in fraudem creditorum manumittere velit id iure facere sibi non permittitur, vt insti. eo. ti. in prin. c Serui autē ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos viderē ac per hoc seruare nec occidere solent d dicti autem sunt serui non a seruando sed a seruādo, vt insti. de iur. perso. §. serui autem.

Cui libertorum iura. &c. Intellige erga extra neos non erga suum patronum. c Vnde circa id sciendum quod iura libertini erga patronum sunt hæc, quod videlicet eum debet honorare eiq̄ assurgere. Secundo quod temere in iudicio contra eum agere non debet vt in auten. vt libe. de cetero. §. illud vero coll. vi. & C. de obsequi patro. L. i. Tertio si necessitas postulet eum enutrire cogitur, vt ff. de op. libe. L. i. Quarto quod contra suū dominum nihil contumeliosi & de honestatis facere potest, vt C. de obse. patro. L. si manū. Quinto si dominus ingratum cernat libertū viceuerſa in seruitutē redigere eundē poterit, vt in auten. vt libe. de cetero. §. quapropter coll. vi. f Sexto, decedente liberto sine herede vel sine testamento, dominus percipit bona ipsius omnia, vt insti. de successi. libe. §. sed nostra, fallit tamē hoc in quinque casibus. g Primo si in manumissione hoc expreſſerit eūq̄ ab omnibus his conditionibus libertaue rit, vt in auten. vt libe. de cetero. §. illud. Secūdo si patronus cogat libertum vel libertam vt iuramento renūciat ne nubat, vt ff. de iur. patro. L. qui contra. Tertio si alimenta in labore non præſtet, vt ff. de iur. patro. L. diuus Claudius. §. Imperatores. Quarto si Patronus pecuniam ab eo extorquet ratione futurorum operum vel laborum non temporis refamīs, vt ff. eo. ti. in multis legibus & C. de operi. liberti. L. si quam. Quinto, si libertus necem domini vlciscitur quam verū heredes vlcisci neglexerunt, exindeq̄ libertatem meruit, vt ff. de iur. patro. L. vlti.

Notandum præterea venit h, quod manumitti non possunt quidam. Primo quando quis viginti annorum existens vltro se vendit pecuniam tollēdo, vt insti. de iur. perso. §. serui. Secūdo quibus propter excessum & enormem nefas manumissio iudicialiter interdicta est, propterq̄ nefas detentus & seruus factus vt C. quibus, ad libe. procla. L. ij. Tertio si cō-

cubuerit cum vxore domini sui, vt in auten. de inceſ. & nefan. nupci. §. iij. coll. ij. Manumitti etiam serui necessario veniunt ex certis causis. i Primo si vlciscantur necē domini, quam heres occultauit. Secundo si falsam monetā publicauerit. Tertio si detegunt crimen raptus virginum, vt C. pro quibus cau. ser. propri. L. ij. & iij.

Vbi filius est liber. &c. dictum est de seruis, tum de his qui manumissi sunt. Paragrahus præſens meminit de his qui liberi nati sunt. Vnde circa id nota quod hominum differentia triplex inuenitur. k Primi sunt & vocantur liberi qui videlicet parentum suorum libertatem nanciscuntur, vt Insti. de iur. nat. §. i. Secūdo sunt serui qui videlicet, xx. annorū existētes sese venundant, pecuniam desuper tollētes, vt Insti. de iur. perso. §. i. Tertio sunt liberti qui & siquidem non sunt nati liberi, libertate tamen donati, & ita libertatem non de iure habēt, sed ex gratia, vt Insti. de liberti. §. i.

Patris nanciscitur iura. &c. magis em filius ad patrem pertinet q̄ ad matrem, vt insti. de patri. potes. per totum & superius in præcedenti glosa tactum est.

Si autem pater vel mater in ministerialium conditione consistit. &c. Antiquitus obseruabat vt infra. li. iij. ar. lxxij. et. lxxx. qd' vē tres matrū inspiciebāt, exindeq̄ iudicabat foetus an liber vel seruilis conditionis sit, vt insti. de ingenuis. §. i. Sed ex his illud questum est. l si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit liberū an seruum pariat. Marcellus probat liberū nasci. Sufficit enim ei qui in utero est liberam matrem vel medio tempore habuisse vt liber nascatur. Tum etiam quia mater in seruitutem se dare potuit, non tamen prole, vt insti. de ingenu. L. ex his & illud, & hoc intellege secundum leges. Secundum Saxones vero super libertate prolis natę vide infra li. iij. ar. lxxij. & lxxx.

Articulus XVII

M Oritur autem uir a si ne liberis pater si fuerit b sin autem uocet mater & in successione fratribus preferatur. Patris matrisq̄ fratris uel sororis hæreditatē filius percipit & non filia nisi filius non supersit accepturus. c Quādo autem ad hæreditatem soror nō pertineat neq̄ frater d omnes qui se in uno gradu cognatiōis existere

i. Serui necessario manumittuntur ex certis causis, hoc idem uide iure Munia. ar. iij.

k. Hominum triplex differentia

l. iur. Munia. ar. iij.

a. Istud contrariari nō debet iuri cōmuni ubi frater ex utroq̄ coniunctus simul succedit cum patre ut in §. cōsequēs in auten. de hæredi. ab intesta. ueni.

b. iur. Munia. ar. lxxij. glo

c. Intellige quando q̄ post se nō relinqt fratres uel sorores ex utroq̄ aut altero patre tantū q̄ ex altero tātū excludit alios de quo in textu & ita practicatur.

b. Ad libertatē seruo rā dandā quę requiruntur.

c. Serui unde dicti.

d. Vide infra li. ij. ar. xxxiiij. li. iij. ar. xliij. iur. munia. ar. ij.

e. Ius patroni erga libertum.

f. Hoc idē cauetur. L. xij. tabu. Si libertus ab intestato moriatur nullum heredē suum relinquens patronus ei succedito.

g. Casus in quibus patronus non succedit in bona liberti.

h. Manumitti quidam non possunt.

d. Quando ad hereditatem soror non potest nec frater, hoc est quando defunctus hereditas alijs q̄ fratribus &c. Hic ius representatiuum admittitur & sic filius patris mortui patris succedit defuncto patri in locū patris sui, potestq; simili gradu agnitionis se ad bona trahere patris, cum fratre eiusdē defuncti iure representatiuo. Sed scabini rudes hoc non intelligunt, & hodie in collateralibus ius representatiuum non admittunt sed preferunt proximū.

e. E sic filij duorum fratrum aut plurium inter se succedentes defuncto eorum patrio tam in feudis q̄ in hereditate in capita succedunt contra cōmuniorem opinionem legistarum & iuris cōmunis & id obseruat Maideburgen.

f. Moritur uis relinquitur fratri ex utroq; & nepotem ex filia prēmortua, dicunt Lipsen. quod nepos tantummodo succedit ratione lineę descendē. Maideburgen. uero cōtrarium tenent scilicet quod frater succedit tantummodo ex ea ratione quod finis non ulterius procedit q̄ de patre ad filium & non ad nepotes filiarum & ita practicāt

g. De successione hereditatis optime sentire uidetur lex xij. tabularum in hac uerba intestatorum heredis

probauerint & siue sit uir siue mulier æquā hereditatis percipiant portionem, in his enim sexum non discernemus, quare heredes accelerantes appellamus. Attamen utriusq; sexus nepotes in successione patribus & matribus sororibus et fratribus defunctorum præferantur, eo quod successio non respicit gradus ascendentium & collateralium, quamdiu descendentiū gradus generitoribus suis in generatione equalis inueniantur. Si quis alij in generatione fuerit inequalis hereditatem eius non percipiet. Suaue etiā de fœminea cognatione hereditatem non accipiunt eo quod in eorū generatione omnes feminae propter prædecessorum fœminarum uitia sunt ex hereditate.

Glosa.

Moritur autē uir sine liberis. &c. Scias qd̄ quantum ad successionem ascendentium in parte concordat cum huiusmodi municipalium iure q̄ lex communis cum dicit, defuncto sine liberis, parentes si soli sint succedunt, salua gradus sui prerogatiua si pari gradu sint pariter succedunt paternis quidem dimidia, maternis alia dimidia delata licet dispar sit eorū numerus. Sed si cum parentibus fratres sororesue defuncto coniuncti super sint, uocantur cum ascendentibus in gradu proximiora ita ut uiriles faciant portiones exclusa prorsus omni differentia sexus. & patrię potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum sit mentio ut in auten, defuncto. C. ad tertul. & in auten, de heredi. ab intest. §. i. & §. consequen. coll. ix.

Filius percipit & nō filia. &c. unde dicit hostien. in. c. quod nobis, qui filij sunt legit. Si filius ergo heres, quod intellige de legitimo & uolente adire hereditatem. Excedunt enim filij matrem & uxorem in bonis patris de testa. raymun ver. sed quid & Rolandū in flore. de libe. & natura iam natis in prin. Et ipso iure filius solū in tribus casibus exheredatur in crimine lese maiestatis, heresis & simonie. vi. hostien. in sum. de heredi. in prin. In quibus aut casibus potest per patrem exheredari habes hoc in glos.

Attamen utriusq; sexus. &c. Concordat lex imperialis quę dicit in successione mortui pa-

tris famil, seu filij famil. liberi eius si sint omnibus alijs prelati succedunt. Primi quidem gradus equaliter, nepotes & ulteriores in stirpes non distinguendo sexum vel iura potestatis. Sed naturali causa sola inspecta ut in auten. in successiōe. C. de suis et legitimi. libe. & in auten. de here. ab intesta. §. si quis & §. reliquū coll. ix. & institu. de heredi. ab intesta. §. cum filius & §. si.

Glosa.

Superioribus declaratum est de successione descendentiū, Articulus hic præfens disponit de descendentiū & collateralium successione, & dicit quod pater & mater omnesq; ascenden. percipiūt hereditatem ante fratres & sorores, & ante omnes collaterales. Contra id instare quis posset quod frater meus maior iure hereditatem percipere debeat meam q̄ auus meus, ex eo quia est propinquior mihi & maiori iure in bona patris nostri succedit q̄ auus, & itē in bona aui propinquior est in succedēdo q̄ proauus. Quia sicut filius si res cedit patri, ita & auo in locum patris. & qd̄ hoc non refert h̄ ex eo quia auus qui post hac morietur bona ipsius cedent in fratres tuos. Si dicas quod bona aui mei potiori iure cedent pueris eius propinquoibus q̄ meis fratribus. & quod aui mei filius vel si plures sint non nisi unam portionem quicuius illorum accipit. Sors uero patrem meum premortuum concernens, mihi & fratribus meis iusto ueniet, & istud uocatur ius representatiuum secundum leges, quia puer succedit in locum patris, ut in auten. de here. quę ab intesta. ueni. §. si uero. coll. ix. semper enim propinquior est filius patris hereditatem accipere q̄ pater patris, ut in autē. eo. ti. §. q̄ coll. ix.

Filius percipit & nō filia. Dubitare quis posset. Si id locum habere debeat extitit filie omnes exheredes essent. & quod id obseruatum fuit iuxta iura antiqua quibus tamen derogatum est, ut. C. de legitimi. here. L. lege duodecim, & in autē. de here. ab intesta. §. i. coll. ix. quomodo autem etiā iure nostro id intelligi debeat infra articulo sequenti declarabit. Nota quod ascenden. hoc est Auus. Proauus ille qui est propinquior succedit unus solus, descenden. uero qui & propinquiore sunt in successiōe ascendentibus succedunt secundū stirpes k hoc est quotquot pueri sint accipiunt sortem quam pater eorū accepturus esset. Postq̄ autem frater vel soror nō supersit, illi qui propinquiore erūt succedent ut textus habet & insti. de heredi. quę ab intesta. de fer. §. cū filiis. Quare accelerant. heredes appellamus. &c. dicuntur autem ex eo heredes accelerant, quia in descendentes hereditas cedere dicitur, nam & secundum aliquos illud quod in descendentē cedit transire dicitur quod uero in ascendentē stare uidetur.

Generatione similis l̄ ut textus habet dicitur is qui patri similis est similem autem genes

tates primo suorum hereditatem uelint nolint ut sumpto his deficiamus agnatus proximus familiam habeto.

h. De iure representatiuo uide.

i. Limitatio articuli de filiabus.

k. Hoc approbat Accursius in auten. c. c. de C. de legitimi. heredi. quod fratrum filij succedunt in stirpes Bar. in L. ij. §. hereditas. ff. de suis & legitimi. Bal. in auten. cessante C. de legitimi. heredi.

l. Vide infra eo. lib. ar. li. lib. iij. ar. xlv. glo. seu c. xx glo.

ratione non aliud distinguit, nisi libertas & seruitus. C. Suaue etiā de foeminea cognatiōe &c. Suaui vero dicitur quorum matres per Sueuos ex prouincia ducte erāt, Hesternus si quidem cum Saxonibus Angliā debellans. Sueui interim Saxoniam impugnantes mulieres eorum abduxerant, in reditu Saxonū pueri mulierum quę cum Sueuis abducti erāt prout in antiquis habetur originalibus Sueui vocabantur, mulieresq; ille exhereditate fuerant & hoc intellige in earum generatione & non aliter. Cum itaq; dicitur quod mulieres hereditant intelligitur de alijs mulieribus quę ex hac genealogia non sunt, & per id soluitur iuris differentia.

In textu cum dicitur, eo quod successio non respicit gradus ascendentium q̄diu descendē tium &c. Naturalius cū est quod descendē. succedant q̄ ascendē, vt ff. de hō. damna. l. cum ratio. Dantur tamen certe quędam causę ubi parentes exhereditare filios possunt.

Vnde pro maiori istius declaratione notandum^m quod in legibus causę ingratitudinis propter quas pater potest filium exhereditare sunt hec. Prima si filius parentibus manus violentas intulerit eosdemq; percusserit. Secundo si grauem iniuriam eis fecerit. Tercio si in criminalibus eos accusauerit, in causa quę non sit aduersus principem vel rempub. Quarto si cum malis sicis conuersatus sit, vel magicam seu veneficia exercuerit. Quinto si super morte patris per venenum vel alio mō insidiari tentauerit. Sexto si nouerit suę aut concubine patris filius se se immiscuerit. Septimo si delator contra parentes filius extiterit, & per suam delationem in grauiā dispēdia eos perduxerit, vel si ex dilapidatione filij graue dispendium parentes sustinuerint. Octauo, si patrem captiuum per fideiussoriam liberare noluerit, siue fideiussoria extendat se pro persona sua vel debito eius in quantū potest, hoc tamē quod de fideiussoria dicitur ad filios masculos tantūmodo pertinet. Nonno si patrem prohibet elemosinas tribuere. Decimo si preter voluntatem parentum lusoribus, mimis, & histrionibus se se filius forciauerit & in hac professione permanserit, nisi forsan parentes eiusdem professionis sint. Undecimo si parenti filiam vel neptim marito elocare iuxta vires substantię prohibuerit tū & filia ipsa si eam pater nuptui tradere vult, illaq; renuit, verum luxuriose vitam agit etiā exheres erit, quod si vsq; ad xxv. annum parentes eam marito copulare distulerint, exindeq; forsan contingat eam in suū corpus peccare, aut sine consensu parentum marito se libero tamen coniungere hoc ad ingratitudinem filij non imputatur, quia non sua culpa sed parentum id cōmisisse cognoscitur. Duodecimo si parentibus furiosis vel freneticis debitam curam non impenderit. Tredecimo si parentem captiuum liberare non accelerauerit, eundemq; in illa captiuitate mori con-

tigerit. Quartodecimo si filius hereticus sit vt in auten. vt cum de appella. cogno. §. causas autem. coll. viij. & in. c. quinta vallis de iure iura. in glo. Adhuc est vnus casus infra eo. li. ar. lxij. in glo. hoc est quādo pueri mortē parentum iure non querulantur.

Articulus XVIII



Iriplicia iura saxonēs præter consensum Caroli Imperatoris sunt consecuti Ius suaui in odium foeminarum. ^a Secundum quod quicquid Saxo in iudicio non fecerit ^b si sacramentaliter negare uoluerit hoc quidem facere potest conuincibili probatione aliqua non obstante. ^c Tertium quod nulla in terra saxonie coram imperio sententia tam uera & iusta promulgatur d Saxo si eam increpare uoluerit deferens manui suę dextrę multitudinēq; maiori & si septenus alios septem debellauerit tunc maior pars uincentium sententiam obtinebit. Ad hæc omnia eorum antiqua iura cōsuetudinaria ab aula Christianæ fidei non deuiantia obtinuerunt.

Glosa.

Triplicia iura saxonēs &c. Christianę fidei Ecclesiasticęq; libertati cōtrauentientia. Vnde dicit lex communis. Cassa & irrita esse denūciari precipit omnia statuta & consuetudines contra libertates ecclesiarum, earumq; personas inductas aduersus Canonicas vel imperiales sanctiones & ea de capitularibus pēnitentis abolere mandat noua constitutio & de cetero similia attentata ipso iure inutilia decreuit, si quid contra fiat pēnę quę statutę sunt imminēbūt. Sed si p annū huiusmōi nouelle constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium ab omnibus occupantur, vt in con. cassa C. de sacrosan. eccle. sumptum de constitutione Frederici Imperatoris, & vide etiā de sen. ex communi. c. nouerit & c. grauem & de immuni. eccle. c. quoniam li. vi. & de cōstiti. c. quę in ecclesiarum & c. ecclesia. & quę in istis iuribus notantur. Quare etiam alibi lra,

^m. Cause exhereditationis liberorum quas tuordeam, uide hoc idem lib. i. j. ar. lxxxviij glo.

Id quod de elemosinis prohibendis in glosa meminit. Codices uerū sciores tū et in auten. ut cum de appella cogno. §. causas coll. viij. tum & in capitulo quinta uallis de iur. iuran. in glo. clarius passum istū declarant habetur enim ibidem generaliter quod filius conuictus si sit quia parentes suos testamētum condere prohibu erit ex eo sola causa eundem exheredans di licentiam habebūt rectius ergo ita passus præfens intelligi debet & non solum de elemosinis denegādis ut in glosa habetur nam causę huiusmodi exhereditationis ex loco autentice allegato C. c. quinta uallis de uerbo ad uerbum hic ingrossatę sunt.

^a. ARTICVLVS REPROBATUS.

^b. Distinctionem istius Paragraphi cum eius limitatione, uide supra ar. xv. in glo. & infra li. ij. ar. xxxiiij. i.

^c. ARTICVLVS REPROBATUS

^d. Iure munia. ar. xij. glo.

perator confirmat ecclesiarum priuilegia, & cōtra eas statuta infirmat vt in L. decernimus C. de sacrosan. eccle. & in L. omnia. C. de epis. & cle. Secundum quod quicquid Saxo in iudicio nō fecerit & c. hoc omnino est erroneū quia contra ius diuinum nam in ore duorum vel trium stat omne verbum idest probatio vt deutro. xix. & Ioān. viij. & ij. q. iij. c. i. de testa. cum esset. & c. relatum. de testi. in omni. & c. licet vniuersis. e iuramentum est remediū extraordinarium ad quod tunc demū recurritur cum alię legitime probationes deesse noscuntur, vt in c. sicut. & c. ad nostram de proba.

Tertium quod nulla in terra saxonie & c. hoc etiam est erroneum vt patet extra de purga. cano. c. ex tuarum & de purg. vulga per totū Nam si fertur iusta sententia ista est seruanda alias locus est appellationi, vt de re. iudi. qd ad consultationem & cāter. cum similibus, & infra li. ij. ar. xij. Vel aliquod priuilegium. Scias tamen f quod nemo presumitur priuilegiatus nisi illud probet, vt de priuile. c. porro. & c. recepimus, quia priuilegium non potest naturaliter haberi, vt C. de fide. instru. L. si solennibus secundum Baldum.

Antiquam consuetudinem secundum glo. & hoc scias qd cōsuetudo interpretat statutu immo corrigit, abrogat, detrahīt, immutat, & presumptionem inducit, de hoc phostien. & alios in c. cum dilectus de consuetu. & est consuetudo similis priuilegio C. de Epis. & cle. L. quisquis & de verbo signi. super quibusdam & dicit innocen. in c. cum contingat. de fo. compe. quod quicquid potest priuilegio concedi potest & consuetudine induci cū consuetudo superioris tacito consensu firmet vt nota lxiiij dist. ga. per innocē. de iudi. norat Pro quo etiam uide. eo. li. circa ar. lxiiij. infra. & in simili maior debet facere seruari statuta & consuetudines terrarum secundum Baldū in vli. feud. qui feudo pos. in §. i.

Glosa.

In textu cum dicitur preter consensum Caroli & c. non intelligendum est quod preter voluntatem eius factum sit, quia alias non valeret ius illud, sine etenim voluntate Imperatoris nemo ius cōdere potest, vt insti. qui mo. testa. infir. §. ex eo. in auten. de raptu. muli. coll. ix. C. de legi. & constitu. L. i. Nec contra mētem eius quicquam statui potest, vt C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. Sed quia non consuluit eis ad articulos presentes, ad instantiam tamen importunam eorum ex certis & legitimis causis eosdem illis confirmauit. Ius Suauis in odium foeminarum & c. Paragaphus iste non intelligitur nisi de mulieribus quę de genelogia sueuorum sunt, nam & iure Saxonico filie succedunt & hereditat quę sunt extra genelogiam prædictam eque sicut viri, vt supra. ar. v. & xvij.

Quicquid Saxo in iudicio & c. Intelligendū quicquid corporaliter contra eum probare non poterit, nam & iure saxonico testimonio Saxo vincitur, vt supra. lib. i. ar. viij. viij. xij. xv. & lxiiij. Item lib. ij. arti. vi. xxij. & lxix. Item lib. ij. articu. vij. xxi. xxij. xxv. xxvij. xxvij. & xxx. Quicquid vero verbis contra saxonem proponitur verbis se expurgat per iuramentum crediturq; in eo casu verbis eius expurgatiuis iuramento appposito & hoc intellige si coram iudicio actum non sit quia alias iudice conuinceretur vt supra declaratum est, quod autem accusato defensa per iuramentum venit ratio est. Ius enim fauorabilius est reo q̄ accusatori, vt ff. de reg. iur. L. fauorabiliores. & ff. de acti. & obliga. L. Atrianus.

Notandum circa id h quod iuramentum in iudicio fit ex tribus potissimum rationibus. Primo quia in prouincia saxonie cum vnus deferret iuramentum alteri non potest ulterius contra eum agere in illa causa si iurauerit, vt Insti. de acti. §. item si quis. ff. de iur. iuran. L. nō erit. §. finali. C. de re. cre. L. actori. & ff. de eden. L. pretor. §. sed et. & ff. de arbi. L. si cum dies. §. si arbiter. & C. de fi. instru. L. finali & in auten. vt liti. iur. §. si autem. coll. ix. Leges allegare disponunt quod vnus iuramento liber euadit, sed nec poterit actor super per iurio contra eum procedere; nec em sibi istud competit, sed deo omnipotenti cōmittendū est negotium, vt ff. de dolo. L. quod si deferente. Secundo quod ius saxonicum multas perplexitates non habeat, sed eo facilius omnibus in commune sit. Simplicitas enim est amica iuris, vt Insti. de fi. commissi. here. §. Sed quia. Tercio quia si admittatur actio in contrarium labor esset superuacaneus & difficultas adaugeretur qd fieri nō debet, vt in auten. de eccle. rerum immo. aliena. in prin.

In textu cum dicitur quod nulla in terra saxonie sententia & c. hoc præcise apparet esse falsum, contigere em potest ex dei permissione quod iustam habens causam per certamen cōuincentur, vt habetur iudicum cū tribus Beniamin decertabat cum alijs tribubus, Saxo nibus tamē ipsis in casu isto duellum potissimum admissum est. Si enim euenerit quod sententia coram imperio iniusta prolata sit ab ea appellare eidem minime licebat, quia Imperator superiorem iudicem supra se nullum habet. Quare confusus in deo iustitię suę dextram manus suę corpusq; periculo exposuit pro iustitia decertanda. Iureq; ipso duellum admittebatur, & a Romanis ortum habuit, vt ff. ad le. aquili. L. qua ratione. §. si quis in collutatione, & C. de attletis. L. i. li. x.

Ad hæc omnia eorum antiqua iura cōsuetudinaria & c. Saxones etenim antequam ad fidem conuersi sunt, & Imperio Romano subiecti erant, nulla habuerunt iura nisi consuetudinibus utebantur. vide ad id in auten. de priui. do. muli. here. non præstan. coll. ix.

C ij

iuramentum est remediū extraordinarium.

f. Nemo presumitur priuilegiatus nisi illud probet.

Comprehensio

g. Consuetudo interpretatur statutu, uide supra in prolo. & iur. re munia. ar. i.

h. iuramentum in iudicio fit ex tribus rationibus, uide infra li. ij. ar. xxxiiij.

k. Nota quod contra asseria probacio contra iuramentum hocem re non admittitur, sed id idem infra li. ij. ar. xxxiiij. Secus est secundum leges, ut in L. allegata habetur nisi forsan parti iuramentum deferatur, quomodo autem iuramentum deferatur a parte parti, uide supra ar. v. & infra li. ij. ar. xxij.

Speculi Saxonum Liber Primus.

Articulus XIX

^{a.} Que autē sunt arma bellica uide infra ar. xxiij.



Venus tam res expeditorias hoc est ^a arma bellica seu hergeweth ^q hereditarias non solum in tepimo tollit gradu sed quousq; computare poterit, cum de cuius hereditate agitur ei iure agnationis pertinere & quousq; probare poterit quod prædecessor illius sui in generatione prædecessoris, uel econuerso res expeditorias suscepit uel in iudicio eas acquisiuerat. Sueui etiam inter semetipfos & infra districtum fucuum licite a sententia appellabunt eamq; non esse admittendam fucuus in antiquiore eorum genelogia discutiendum deferet, quem & nominare oportet & ad plurimos sententiæ consentientes ad superiorem locum iudicalem in iudicijs celebrandis prouocando ac sese trahendo. Sueuorum iura non discrepant a saxonis nisi in successione hereditaria & appellationibus.

Glosa.

Articulus præsens non præcise ad priuilegiū saxonum spectat, sed sunt uerba Ecke magistri priuilegij ad similitudinē quandā posita.

Articulus XX

^{a.} Cum dicitur nomine dotis intelligi debet donationis ppter nuptias. Concordat iure Muni. ar. xxiij. & xxij. & ar. lvij.



^{b.} Que autem ad dotem pertineant uide infra co li. ar. xxxij.

^{c.} Per id intelliguntur etiam domus simpli-

Vnc intellige qd unusquisq; militaris ordinis ^a suæ uxori sine hæredum assensu ^b nomine dotis erogare ualeat anteq; cum ea ad prandium discubuerit. Seruum impuberem uel ancillam inennem sapiēs ^c & ædificia carpentata pecoraq; pascualia, id est quibus non la-

boratur, eidem libere erogabit. Vbi uero ad mulierem loca ædificiorum non pertinent post mariti sui mortui tricesimum infra sex septimanarum tempus tenetur sine foditione carpentata deportare. ^d Si autē damnum per fodimentum illatum domino fundi illud rependere secundum arbitrium paganorū fuerit parata, eo nolente, extunc ædificia effodientur dummodo scissuræ terrarum reparentur.

Permanserit autē ^e mulier cum marito hæredibus per tempus breue uel spatiosum non seperatis æmolumentis cum se ab hæredibus sepe rauerit accipiet omne ius in rebus quæ ibi protunc inuentæ fuerint si cut debuisset in tēpore uiri sui mortis suscepisse.

Manserit uero uidua in bonis mortui mariti sui cum filiis suis indistincta filiusq; matrimoniū cōtraxerit, mortuo post modum filio eius mulier in dotibus ac utensilibus & in domesticis cibarijs percipiendis mariti suæ preferetur, ^f quodq; ipsa mater adhuc dotem non acceperit non obstat, & econuerso est si filius in bonis matris decesserit materq; probare poterit possessionē pacificam præacta mater in perceptione dotis iuribus nuri preponetur. ^g Dotē mulier proprio obtinet iuramento ad possessionem uero testibus indigebit.

Sic etiam cognata eius si uxor uiro præmoriatur facilius ^h q; mater mariti utensilia obtinebit. Fictus est hospes in possessione matris suæ & econuerso.

Omnes qui de militari non consistunt progeniæ non nisi suum ualidiorem equum uel animalia cam-

iter erectæ non tamē totaliter consumatæ nec argilla adaptatæ uide infra li. ij. ar. xxi. Sed & alia ædificia his similia siue consumatæ sunt siue non quæ uerba debent esse consona rebus alias dixisset domos. Vnde dicere quis posset qd mulieres ædificia nequaquam tollunt. R. quod modernis quidē temporibus mulieres non dotantur huiusmodi ædificijs propter desolationem uillarum si tamen contigerit in huiusmodi ædificijs illas dotari necessario est ut sibi teneatur ut infra. L. ij. ar. x. d. in glo.

^{d.} Vetusiores textus habent & uerius. Si autem præbuerit hæredi ædificia redimere secundum arbitriū paganorum ipseq; noluerit extunc ædificia effodi possunt alio modo foue & scissuræ reparentur.

^{e.} Vide infra li. ij. ar. lxxvi.

^{f.} Iur. mu. ar. lvij.

^{g.} Iur. mu. ar. xxij. & itē. lvij. glo. uide amplius huius passus declarationem.

^{h.} Alij textus habent sed et neptis potius q; mater uiri obtinet suppellectilē matertere. i. sororis matris si moriatur ante uirum.

in sacris sepeliuntur locis si occisi fuerint, vt extra de tornea. c. felicit & extra de sagi. c. artem & xxij. q. ij. c. i. Pro exolutione tamen dubietatis responde quod militia duplex est. ¶ Quodam ex superbia & auaritia preueniens vt decertantes in torneamentis, guerris, preda, & illa est cum peccato, occisq; in torneamentis in sacris locis non sepeliuntur vt supra dictum est. Alia militia est ex necessitate & illa est honesta sine peccato immo meritoria, decertare enim vt sic licitum est pro defensione Reipublice, vt. xxij. q. ij. c. iustum. Et ite pro iustitia & pace, vt. xxij. q. viij. c. Si nulla.

Querere quis posset. Dominus indicēs bellum iniustum an peccat subditus qui bellum ire cogit. ¶ Cum dominus preceperit subditus ex obedientia secum expeditionem facere tenetur, nec peccat, dominus enim peccatum sustinebit, vt ceterima dis. Contra morem. & xxxij. q. v. Manifestum. Et extra de iure iur. Debitores.

Militibus preterea concessum est hostes occidere, vt. xxij. q. v. c. de occidendis. Tum & predam de hoste si princeps admiserit cum bona conscientia capere vt dist. i. Ius militare & xxij. q. v. c. dicat

Nota quod dos seu dotalitium in proposito vt textus habet dicitur ex eo quia manere per sponsum tribuitur, anteq; cum ea ad prandendum discubuerit, potest tamen & alio tempore dari. Secundum leges vero dotalitium dicitur esse donum illud quod sponsus tribuit uxori in recompensam dotis sibi date que & donatio propter nuptias appellatur, vt Insti de dona. §. est et. & §. sed nos.

Sepe & edificia carpentata vt textus habet. Iure Saxónico loco dotis erogari possunt, vel etiam non tribui si maritus vult. Idem & secundum leges, verum hec omnia in legibus donationes propter nuptias nuncupantur. Manserit autem mulier cum mariti heredibus &c. Exinde sciendum quod mulieres dotes tollentes hereditatem accipere non possunt, nec eam pueris erogare tenentur, si hereditatem accipiunt dote carebunt.

Manserit autem vidua &c. Contradicere paragraphus iste videtur legibus. Cautum enim est quod qui prior est donatione, etiam prius illam tollere potest, vt in aut. vt ex acci. instan. dotis §. si vero. coll. vij. & quod ibi loquitur de communibus rebus, hic autem speciatim disponit de edificijs carpentatis & suppellectili stannea ad que vxor filij propinquior est quam mater, sic etiam mater est propinquior si filius moriatur ad bona eius & hoc facit possessio bonorum illorum.

Notandum circa id quod matrimonij causa triplicia bona tribui solent. Primum est arra que datur ante sponsalia & soluit duplici qui occasionem dedit quod matrimonium ad effectum non cessit, vt. C. de spon. & ar. l. Mulier, si moritur simplum restituit, vt. C. eo. ti. l. Arris. Secunda donatio y dos vel dos

talitium dicitur, in legibus vero sponsalitia largitas nuncupatur & de ista hic in articulo presenti. Illam etenim mulier obtinet proprio iuramento sine testibus, quod videlicet dos huiusmodi data & largita sit. Ratio istius, quia Saxones mulieribus omnia ad iuramentum deferrebant, vt in sti. de acci. §. Itē si quis. Possessionem vero mortui mariti in qua dotalitium datum sit cum testibus merseptima obtinebit. Tertia donatio dicitur esse propter nuptias vt insti de dona. §. sed nos, et hec donatio similis dote esse debet, & quicquid in dote defecerit id etiam in dotalicio seu vite provisione deerit, vt in auten. de non eligen. mulie. secundo nubent. §. si. col. i. & in auten. de equa. dotis §. hoc autem. col. vij. & istud maritus nec cum voluntate nec sine voluntate vxoris vendere aut alienare poterit vt firmum sit, nisi recompensalis fiat reformatio quam & sufficienter declaret, vt in sti. qui alien. licet vel non. §. i. & in auten. vt immo. ante nup. dona. col. v. in prin. Mulier etenim illa omnia etiam tempore vite mariti sui lucrare poterit, vt infra eo. li. ar. xl vij. & arti. sequenti. Iur. seu. c. xxxi. in glo. Ex his etiam mulier nulla soluere cogitur debita immo ante omnes illud lucratur creditoribus, vt in auten. de equali. §. aliud. col. vij. nisi iuramento dotalitium abrenuntiauerit iuraueritque venditionem firmiter tenere vt extra. de iure iur. c. licet li. vi.

Ex Anno.

Sciendum generaliter quod dotalitium ex gratia mulieribus statutum est amplissimeque per legislatores in fauorem dotis sancite sunt leges, vt. C. de iure dorum. ff. eo. titu. per totum. ff. soluto matrimonio quomodo dos petatur per totum, in auten. de equali dotis & in alijs plerisque legum civilis & locis, dos etiam vt superius tactum est ante omnia accipitur debita excepto vno. Si militia ex dote emitur, vt in auten. de equa. do. §. his consequens col. vij. nec mulier dote cedere debet, sed & placuit textum autentice in fauorem mulierum sancte hic breuibus annotare. §. vt supra his consequens col. vij. Plurimum super his cogitantes non inuenimus mulierem iuste cedere privilegio dotis. Videbamus enim (que cause absurditas est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit questus & viuunt ex hoc questu, auersantibus autem & que semetipsas atque substantiam ad virum introducunt, non solum nullus sit questus a viris male degentibus, sed etiam minuantur. & spes eis nulla sit secundum hoc. Vnde volumus vt si quis domum renouasset aut etiam agrum emisset, non posset talia priuilegia mulieribus opponere infirmitatem namque muliebris nature satis nouimus, & quia facile circumuentiones fiunt aduersus eas, minui autem eis dotem nullo sinimus modo, suffi-

2. Donatio propter nuptias.

3. Dotis vel dotalitij prerogatiua vide.

1. Militia duplex.

2. Illi iniustum subditus sufferens ex mandato domini an peccet.

3. Militibus occidere hostes admissum est.

4. Dos seu dotalitium quare dicatur.

5. Matrimonij causa triplicia dona erogantur hoc idem vide Iur. Canon. ar. xxij.

6. Arra q. t.

7. Dotalitium q. t.

b. Ad hanc materiam de dotalitio uarias easdemq; utiles deq; siones Vide Iure Munia. ar. xxij. in glo. præscriptam per totum.

c. Pen. c. xxxi.

citenim quod a lucris cadunt. &c. ^b Et itē. C. de dotis promissi. L. ad exactiōem habetur quod dotis quam semel præstari placuit qualiacūq; sufficere verba censemus siue scripta siue non etiam si stipulatio nō fuerit subsequuta. Dos etiam repeti potest marito uiuente, sed uergere ad inopiam ut se & maritum puerosq; sustentet. C. de iure dotium. L. donatio. num quoq; non tamen illam alienare poterit uiuente marito, dotem præterea relicta capit ante omnes creditores. C. de iure dotium. L. in rebus dotalibus.

Nota mulier habens ^c uitæprouisionem a marito in mobilibus stipulataq; sit cum marito debitum in hunc effectum si maritus moreretur, quod ipsa debitum soluere deberet, in bonisq; nihil plus haberet nisi solam eius uitæprouisionem, hæredes uero mortui vendicent sibi bona huiusmodi relictam in eius uitæprouisione expediendo. Creditores tandem si citent relictam contra eam querunt lantes super stipulatione illa recognoscat ex bonis indiuisæ solutionem cum marito olim facere. Sed ex quo iā est bona diuisa in maritusq; hæredum bona huiusmodi perueniunt. Queritur an non maiori iure in heredibus debitū illud querere debeāt q̄ in ipsa. R. quod debitū illud creditor maiori iure querere debet in heredibus q̄ in uidua, & si quid defecerit in bonis mortui, mulier supplere tenet iuxta recognitionem de bonis suis.

d. Vitæprouisionis triplex beneficium.

Vitæprouisionis ex eo quia non durat nisi ad uitā d̄ triplex habet bñficiū. Primo quia actipitur post mortem uxoris. Secundo nulla exinde soluit mulier creditoribus debita. Tertio qd̄ maritus illud alienare nō potest. Vñ nota ex eo quia uitæprouisio nisi ad uitam datur uēdi non potest, quia si ex manibus quomocūq; dimitteret perderet illud, dato etiam quod esset in proprio.

a. Ex isto sequitur qd̄ proprium sine consensu heredum alienari non potest, uide hoc idem Iur. mu. ar. xxij. amplius.

b. Textus germanicus ultra id habet quātūcūq; iuuenes sint.

c. Non intelligas filios sed alios hæredes, quia filij contradicere non possunt de consuetudine hodie ut li. iij. ar. lxxv. in glo. & item glo. hic sequenti.

d. Hic annumerantur quercus fagus, ad id uide infra li. iij. ar. xxvij. glo.

Articulus. XXI.

Licite etiam datur ^a dotalitiū hoc est uitæprouisio mulieribus in uirorum proprietatibus cum ^b consensu hæredum ^c in iudicijs in quibus sunt situate dummodo ibi sit bannus regalis.

Dotalitiū idest uitæprouisionem mulieribus nullus infringere potest neq; hæredes iā nati, nec posthumid nisi ligna fructifera succiderent. Vel ascripticios bonorum hoc est homines seu rusticos ad bona per-

tinentes propellerent, uel quouis alio modo dotalicij dominiū in alium transferant ^e idq; in spacio cōpetenti, postq̄ requisite fuerint iure non reuocent.

Diuortium si fuerit iure celebratū mulier nihilominus dotalitiū sibi in pprietate uiri donatū obtinebit.

Glosa.

Diuortium si fuerit. &c. Cōcor. c. i. de donatione inter uirum, & uxorem. ubi dicitur mulieres cū pro aliqua licita causa a proprijs uiris fuerint separate, totam dotē precipimus eis reddi, & uide ibidem. c. ij. iij. & ult.

Glosa.

Vel quouis alio modo dotalicij dominiū in alium transferunt. &c. hoc est si a proprijs heredibus illud alienare uellent. Id enim facere minime possunt ut in auten. de non eligendi. muli. secundo nub. §. ij. col. i. & in auten. ut de exacti. instate. do. §. dudum coll. vij. & C. de iur. & fact. igno. L. ne passim.

Vir etiam duas habens uxores pueri primæ uxoris percipiunt dotem matris eorum ueltra omnes alios & patrē eorundē ut in autē. de exacti. instate. do. §. si uero coll. vij. & in auten. neq; uirum quod ex dote est, neq; muli. §. propterea coll. vij.

Pro elucidatione textus ampliori f̄ notandū uenit, quod nouem contigit modis mulierē uitæprouisionem seu dotalitiū ammittere. Tres modi in textu sufficienter expressi habentur ibi cum dicitur nisi ligna fructifera. &c. Quarto mulier ammittit uitæprouisionem si contra imperium consultauerit, uel cōsultatibus conscia sit. Quinto si honestatem matri monij transgredianur, nec obstat supra articulus quintus ubi dicitur quod mulier cum luxuria sui corporis hereditatem non perdit nisi famam, loquitur etenim ibi de mulieribus liberis & solutis, hic uero de coniugatis & eorum dotalitijs textus habet. Sexto si uitæprouisio infiduciata sit, uel alios machinantes uiro nō indicauerit. Septimo si p̄ter consensum mariti cū alijs cōuiuabat uel simul balneabat. Octauo si extra domum per noctem inhonestē manserit nisi forsan eam maritus expulisset. Nono si spectaculis teatris circensibus malis congregationibus præter uoluntatem mariti interfuerit seu inhonestē uixerit ut in autē. ut lice. ma. & auie. §. si uero & §. si quolibet coll. vij.

Notandū præterea q̄ quod sex sunt causæ propter quas uir dotem p̄dit, donationem uero propter nuptias dare cogitur. Primo si cōtra

^e spatumq; illud sunt ter quidēne a tempore quo sibi denuntiatur sit quod contra iuris ordinem in dotalitio egerit, simile uidetur de seu. c. lvij. lix. & lxx. Possunt tamē mulieres uitæprouisionē conducere, locare, indicendo prius heredibus si & in quantum ipsi arendam seu conductum tenere uellent alias sine consensu illorum id fieri minime potest, uide hoc idem Iur. Munia. ar. lyij. & xcvi. glo.

^f Cause perditionis dotalitij & uitæprouisionis, uide hoc idem Iur. Mu. ar. xxij. glo.

^g Cause sex p̄ditionis dotis, uide hoc idem Iur. Mu. ar. xxij. glo.

Speculi Saxonum Liber Primus

imperium mali quid machinatus sit. Secundo si alios contra imperium machinantes non publicauerit, verum facti conscius sit. Tercio si vite mulieris insidiatus fuerit. Quarto si castitati eius aduersatur eam ad adulterandum exponendo. Quinto si de adulterio eam calumniatus sit idque non probauerit. Sexto si concubinam apud se in domo fouet, nec eam alienare a se vult ut in autem, ut lice. ma. & auie §. causas, & §. si autem. coll. viii.

Diuortium si fuerit iure celebratum. &c. Istud contrarium esse videtur his que iam dicta sunt ubi tactum est quod dotalitium perdunt. & per distinctionem hanc quod diuortium est triplex. Primo propter casum cum vir vitam spiritualem seu contemplatiuam ducere vult, idque ut de consensu utrorumque sit necesse est, & cum sic separantur uterque retinet quod alteri donauerat, ut in autem, de rup. super occasionem. coll. iiii. Secundo propter impotentiam actus matrimonij ut in autem, eo. ti. & de his duobus modis textus intelligitur, quod diuortio facto dotalitium mulier obtinet. Separationes enim huiusmodi iure ipso fiunt nec vnus erga alium in matrimonio quicquam delinquit. Tercio prout hic in glossa superius tactum est, diuortium fit cum vnus iniuriatur alteri, & ille qui causam prestat iniurie perdit vel dotem vel donationem, immo ut aliquae glossae habent maritus omne suum amittit proprium. Quid si dotalitium in feudo sit, & quod retinebit illud iuxta reformationem suam quoad sibi dos restituatur. Quid si nec dotem apportatam, nec dotalitium reformatum a viro habeat. & quod in quartam partem bonorum viri succedit ut in autem, de exhiben. & intro. §. qm coll. v. Nota bene illam distinctionem, quia Maydesburgensis indifferenter pronuntiat quod vxor retineat bona etiam propter adulterium a viro diuortia, quod est contra istam distinctionem & casum in glossa notatum.

Sciendum etiam quod diuortia de quibus textus articuli presentis & prout etiam de diuortio in glossa meminimus vocatur distinctiones bonae gratie hoc est diuortia que ex voluntate fiunt, dantur tamen in legibus alie multe cause propter quas diuortia admittuntur, hoc est propter excessus precedentes. Et quia nihil naturalius est, & principalius matrimonio ipso ut ff. de iusti. & iur. l. i. Quare nullibi maiores emergunt causas, quam in matrimonio. Matrimonium enim audacem facit, ut ff. so. ma. l. i. ff. de bo. dam. l. cum ratio. §. penul. exindeque etiam apparet quod generationes a millenis annorum hucusque durat, ut ff. de iudi. l. proponeretur, & ff. de legatis. l. si grege, & l. si ita legatum. §. si domus propterque hanc hominum in matrimonio audaciam, leges potissimum ex causa matrimonij sancite sunt, ut Iustinianus meminit in autem, de rup. §. i. coll. iiii. ff. de origine iur. l. i. Homo siquidem nobilior est inter omnes creaturas ut ff.

de vfuris. l. in pecudum & si sit. de iure na. §. si. Propter hanc etiam causam Theodosius minor leges in causa matrimonij, posthac & gloriosus Imperator Iustinianus amplissime determinauit, ut C. de nuptijs. l. generaliter. Sed & authenticam super diuortijs constituit predecessorum suorum & suas ante hac latas corrigendo leges, ut in autem, ut fratrum filij. §. i. col. ix. Vnde & placuit constitutionem Bonifacii etiam propter sponsalia & matrimonia latam hic inferere que & sequitur, Ex sponsalibus puris & certis (etiam si conarguitatis affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla) dummodo non sint nulla ex defectu consensu oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia non autem ad precedentia dissoluendum impedimentum iustitie publice honestatis Quare ille qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & post modum cum secunda prioris consanguinea idem fecit ex priorum sponsaliorum vigore quibus per publice honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minime derogatur ad matrimonium contrahendum cum prima, remanet obligatus. Ille vero qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxerit si postmodum ante conditionis euentum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de presenti, cum secunda remanere debet cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem sicut consensum non habentibus & in certis nulla publice honestatis iustitia oriatur, ut extra de sponsali. vi. & ff. de regu. iur. l. expressa. Habetur & alia eiusdem Bonifacii constitutio quod & infantes contrahere possunt hanc etiam annotare placuit. Si infantes adiuucenti vel vnus maior septennio & alter minor sponsalia contraxerint, ipsi vel parentes pro eis nisi per cohabitationem eorum mutuam seu alias verbo vel facto ipsorum liquido appareat eisdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare. Sponsalia huiusmodi que ab initio nulla erant per lapsum dicti temporis minime conualescunt, & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus publice honestatis iustitiam non inducunt. Idem quoque si pubes, & impubes vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus etatem masculina non supplebat per verba contraxerint de presenti, Sponsalia enim illa que iuris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro, licet verba consensus exprimentia de presenti haberent & matrimonium contrahere intenderent contrahentes per aduentum pubertatis in matrimonium non transcunt de presenti, nec matrimonium quod ut matrimonium etate non tenuit prohibente per lapsum dicti temporis conalescit, nisi per carnis copulam subsecutam vel aliquem modum aliter contrahentes eisdem cum eiusdem perseverantia voluntatis ad pubertatis tempora per-

*h. Diuortium triplex
ter contingit.*

*h. pars vni
16.*

*1. Mulier indotata
in quarum bonorum
viri partem succedit
hoc idem vide infra
li. i. ar. xxiiij. & iure
Munib. ar. xxij. glo.*

uenisse constiterit euidenter, per dictum tamē contractū qui valuit vt potuit non sicuti agebatur publice honestatis iustitia est inducta. Porro ex sponsalibus quę parentes pro filijs puberibus vel impuberibus plerunq; contra hunc ipsi filijs expresse conserferint vel tacite, vt si presentes fuerint, nec contradixerint obligatur, & ex eis oritur iustitia publice honestatis. Et est idem si filij tempore sponsaliorum absentes & etiam ignorātes eadem sponsalia post scientes ratificauerunt tacite vel expresse alias ex sponsalibus contractis a patribus pro filijs nec ipsi filij obligant, nec publice honestatis iustitia inde surgit vltra de sponsa. impube. c. si infantes. li. vi.

Articulus. XXII

HAeres defuncti licite ad uiduā seruandarū rerū causa ne pereat infra tricesimū intrabit ^a secundum eius etiam uolūtatem ^b uidua sepulturam procurabit. Nullam autem præter id in bonis defuncti usq; ad tricesimum ampliore hares habebit potestatem. De hereditate primum detur familiæ prætiū de seruitum usq; in diem obitus patris familias, & ipsis mercenarijs usq; in diem tricesimum in expensis procuretur quo eis prouideāt ut alicubi recipiantur. Si autem hares ipse uelit usq; ad tempus constitutū permanere tenebūt & plenam mercedem accipere. Si etiam prætiū plusq; de seruiuerunt sunt cōsecuti hoc haredi reddere non tenētur. Et si hares mercenario mercedem anni negauerit uel dimidiū ^c hoc sacramentaliter contra haredem obtinebit. Qui super gratiā se in seruitio collocauit haredem per gratiā moneat. Morietur autem mercenarius ante tempus constitutum merces promissa secundū ratam temporis usq; ad ipsius seruiētis obitum eius haredibus detur. Posthæc uidua ^d

cum hærede domestica diuidat cibaria post tricesimum in omnibus curijs uel in eius potestate superextantia. ^e Tum & uidua res expeditorias hoc est arma bellica præstet quę sunt gladius mariti cum ualidiori æquo sellato, & meliora arma quę tēpore mortis possidebat pro uno homine spectantia. Cusinus cum lectulo linreamen cum mensali uno, ^f due pelues cum inanutergio, hæc sunt res expeditoriæ idest arma bellica uere quę debentur licet multi multas alias res apposuerunt. Quaslibet harum rerum quas uidua non habet non uidetur dare oportere, dummodo pro qualibet earum suum interponet iuramentum. De apparentibus quilibet uir aut mulier non iurādo sed eas præstādo absoluitur. ^g Vbi duo uel tres ad unam expeditoriā rem nati sunt senior gladiū tollit ^h in cæteris quilibet accipit suam portionem.

Glosa.

De hereditate detur primum familię prætiū. &c. Secundum leges autem cōmunes in pēsa fune ris ante omnia ex hereditate deducitur, & præcedit omne es alienū, vide in addi. spe. de parroch. in vers. po. rei. Et expense fune ris facie nde sunt pro modo facultatum & qualitate personę. ff. de reli. & sump. fun. l. i. & l. at si q. §. hæc actio et. §. iudex. et ad legē sal. l. i. Qui super gratia. &c. vide quēstionem notatam in additiōe. spe. de loca. & cōduc. §. post. q̄ in vers. libellum concipere. Per gratiā moneat, &c. Et qui gratiam allegat illam probare debet, vt no. Ioan. de elec. in causis super glo. pe. vers. Sed qualiter statur. facit de scis. c. ij. & de insti. cum uenisset. Et illud scias quod subiciens se gratię uel misericordię aut uolūtati aduersarij per id non renunciat iuri suo secundum Inno. & hosti. qui hoc. no. de renūc. ueniens, & ibi etiam plenius, per Ioan. gratia enim nō subsecuta talis recuperat ius suum, & huiusmodi gratia uel uoluntas reduci debet ad arbitrium boni uiri, qui dicit vt ibi, immo etiam dolus præsumitur eo ipso quod quis spe misericordię se alteri subiecit, & ipse misericordiam non fecit, prout legitur & no.

numerantur legumina, sicut pisa silgo, panis semina, potabilia & ista ex consuetudine per medium diuiduntur. Vide ad hunc passum. Iur. mu. ar. xxij. xxvi. & l. iij. glosa.

^e. Ad id secundū Lipsen. peruenient uestes quotidianę, Caldari unum magnū & aliud paruum de armis bellicis, uide Iur. mu. ar. xxv.

^f. Et iste iuxta aliquorum consuetudinē ligneę esse debet in quibus cibus apponi solet

^g. Arma bellica si diuendita sint, & ita in hereditatē cesserunt etiam femellis uere cedere debent.

^h. Vide Iur. mu. ar. l. xxvi.

^a. Sed uidetur quod ipsa non teneatur de mobilibus inueniri facere, ut. l. ij. quando & qbus quarta pars de li. x.

^b. Nota secundū Maydebur. hares tenetur soluere exegas sed secundū leges impensa fune ris ante omnia ex hereditate deducitur ut in spec. de instru. edi. §. ut autem caute. uer. circa legata. Vide et etiā ad id Iur. mu. ar. xxvi. & lxxvij. glo.

^c. Intellige cū in seruitio domini sit maiorē etenim mercedem q̄ unius anni, me septimus contra haredem probare tenebitur, uide de Iur. mu. ar. xxvi. et lxxvij. oppositum isti us de mercede domini respectu serui, tum & concordantiam in glosa. ar. lxxvij.

^d. Domestica cibaria secundum Maydebur. sunt: carnes salite, sumigate. (nō tamē porci crassati) inter cibaria etiā domestica cō

tatur in, c. sane de renuntia. Diuidat cibaria. &c. vide iur. muni. ar. xxiiij. ad hunc passum De apparētibus quilibet vir. &c. vide quē no tantur supra. eo. li. ar. xv. quia iuramentum extraordinarium solum admittitur in defectu probationis, vt. ff. de iure iur. L. admonēdi sumus, &c. C. eo. xi. L. in bonę fidei, & de proba. c. sicur.

Glosa.

Heres defuncti. &c. Paragraphum istum confirmare videtur lex Imperialis. ff. qui. cau. in pos. ea. L. tres fere, disponitq; articulus presens quo pacto heres hereditatem mortui vēdicare debeat. Ante tricesimum etenim nihil huiusmodi rerum derelictarum sibi usurpare poterit, hoc idem etiam creditores obseruare tenentur. Ante tricesimum siquidē pro debito quod mortuus eis remiserat heredes impetere minime debēt nec accusare. Sed nec iudex eosdem pignora aut arestare poterit nec aliquod iuris impedimentum imponere quo sepultura impediatur vel ante tricesimum, vt in auten. vt defunc. seu funera, non iniuri. in prin. coll. v. alias nullam super id facultatem habet.

Contrarium istius quod hic dictum est, videlicet quod heres ante tricesimum nihil rerum mortui sibi usurpare debeat certe quēdā sentiunt leges, vt. C. de acquire here. L. ij. vbi habetur quod in instanti heres se bonis intro mittere debet. & quod lex allegata per aliam limitat, vt. ff. de solu. L. quod dicimus, vbi Imperator inuere vult. Id quod diximus qd heres in instanti hereditatem adire debeat. Intelligi debet competenti tempore & nō eodē momento sicut nec creditor quicūq; obligatio nem ab aliquo habeat, in instanti cum sacco tollende pecunie gratia accelerare debet. Sed tempus competens prestolare vt. infra li. ij. ar. v. & li. ij. ar. xxij. in glo.

Preteritum deferuitū. &c. i. Ad id autem quod preteritum deferuitū sit duo requiruntur. Primo quod preteritum sit promissum. Secundo quod seruiant tempore illo & vt sic iuramento mercedem probare poterint alias non.

Si autem velit heres. &c. k. Ex textu hic colligi potest quod seruus conductitiū ad seruicium cogi poterit & quicquid lucratur seu elaborauerit ad dominum pertinet vt insti. per quas per. acqui. §. i.

Res expeditionis vt textus habet l. seu arma bellica, dicuntur res quibus ad expeditionē bellicam vtuntur. Si vero his careat diuidere nō tenebitur.

De apparentibus quilibet vir. &c. hic iterum clare habet quod pro his rebus quę sensibilibiter apparēt iurare Saxo non porerit, vt insti. de cura, in prin.



Bi filij inennes existunt a senior agnatus expeditorias accepit res & in his eorum usq; ad annos pubertatis tutor crit. Adueniēte tempore pubertatis easdem cum omnibus perceptis reddat, nisi probauerit ipsas in utilitatem eorum se impendisse, uel absq; sua culpa uolenter & casu fortuito easdem perdidisse. Dato quod puer suę sit factus potestatis b iure feudali, uerus tamen tutor pupillū in rebus potest & debet gubernare, & domino pueri secundū iura pupilli debitā prestare seruitutem, quamdiu propter infantiam & indiscretionem se nequit gubernare. c Tutor uero pueri hæredibus percepta singulis annis tenetur computare & ei uel eis satisfacere id est cautionē facere quod pupillares res ab eo non prauē cōsumantur q̄diu puer in ætate consistit pupillari, sapius enim accidere solet de iure alium esse tutorem & alium hæredem. d Vbi autem tutela & hæreditatis successio in unam concurrunt personam tunc neq; satisfacere compellitur, neq; alicui rationem & computum facere. Ipse etiā uiduæ tutor erit quousq; matrimonium contraxerit si ei in progenie fuerit comparatus. f.

Glosa.

Usq; ad annos pubertatis tutor erit. &c. Ad hoc dicit lex communis legitime tutelle lege. xij. tabularum agnatis delate sunt & confanguineis, vt. ff. de legit. tuto. l. i. Sunt autē agnati, confanguinei quiper virilis sexus personas agnatione coniuncti sunt, quasi a patre cognati, veluti frater eodē patre natus fratris filius neposue ex eo. Item patruus & pa-

a. Ex his liquet qd ei a potest quod proximior agnatus tutor est, non obstante qd possunt esse similes q succedere possent & in hoc non habet locū L. i. ff. de legit. tuto. in de Bar.

b. Hoc fit in xxi. anno Puer enim iure feudali tunc primum ad annos suos peruenit, ut infra ar. xlij. in glo.

c. Intellige ubi residet in bonis inanis cū fra. ribus sed si diuisus fuerit ex tunc ratione facere tenetur cum ad annos suos peruenit, uide ad hūc passū iur. muni. ar. xxvi. xlix. & Cxl. glo.

d. iur. muni. ar. xxvi.

e. Cōcordat iur. muni. ar. xlv. Contrarium tamen istius uide infra eo lib. ar. xlv. sub alio tamen sensu, videm limitationem uide xlv.

f. Ad hunc articulum & eius glosas alludere uide iur. lex. xij. tabularum cum inquit. Tutores liberis in potestate testamenti parentes danto si non sunt dati. Agnati qui successione sperant utores sumpto.

i. Ad id ut pretium de seruitum sit duo requiruntur.

k. Seruus conductitiū ad seruicium cogi potest.

l. Vide infra ar. xxviij. iur. muni. ar. xxv.

trui filius neposue, ex eo, vt. ff. e. l. sunt autē. Tenetur etiam rationem de rebus pupillariis reddere. Secundum leges autem tutor ad rationem finita tutela etiam obligatur vt sic cauetur, in omnibus quę fecit tutor cum facere non deberet. Item in his quę non fecit rationem reddet hoc iudicio prestando dolum & culpam, et quantam in suis rebus diligentiam deberet adhibere, vt. l. i. de tute. et rationibus distrachen. Etiam scias quod pro administratione tutoris sunt ipsius bona pupillo obligata secundum leges sic disponētes pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitorum existant tanq̃ pignoris titulo obligata minores sibi vendicare minime prohibentur, vt in. l. pro offi. C. de administ. tute. Et ad administratores qui tutores confirmant sine inquisitione, & fideiussores non recipiunt periculi periculum administrationis, vt in. l. tutores. ff. de confir. tu. Et spes primi legitimi tutoris non deuoluit tutelam ad sequentem, sed opus est datiuo, vt. ff. de legitimi. tute. l. i. §. si apud. Et si quis preuenitur iure succedendi non ideo priuatur onere tutele, vt in. ea. l. §. interdum. Pretor autem non potest se dare tutorē vel delegare vt in. l. pretor. ff. de tuto. & cu. da. ab his. Et cogitur tutor administrare & ad eum spectat periculum ex quo scit se datum, vt in. l. i. ff. de administ. tuto. Adueniēte tempore, &c. Et tenetur mater suis filiis impuberibus non adultis petere tutores & curatores vt. C. qui. pe. tu. l. matris. Nec potest tutor administrare nisi ei decernat administratio vt. ff. de auct. l. tutores. Primus enim emit a pupillo sicut extraneus vt ibi. Et casu fortuito perdit. &c. Vnde etiam dicitur lex communis tutoribus seu curatoribus fortuitos casus aduersus quos cauere non potuit imputari non oportere, sepe rescriptum est vt in. l. tutoribus. C. de periculo tuto. Tutor id est Curator & cuiusquidam administrationis non transit ad heredem, vnde tenetur ex culpa propria defuncti, vt in. l. curato. C. de nego. gest. vide etiam quantum ad tutorē ff. de neg. gest. l. iij. §. hęc autem ac. & C. ar. bi. tu. l. quicquid & C. de here. tuto. p. totū. Vel eis satisficere, &c. Concordat lex cum dicitur. Indubium non venit, tutores qui non testamento dati sunt administrandi potestatem nisi satisficere emissa saluam tutelam fore non habere, vt in. l. iij. C. de tuto. vel curato, quę non satisficere. Item dicitur ad hoc. l. vlt. C. eo. Tutor qui satisficationē cum dare debuit minime interposuit nihil omnino de bonis pupilli alienare potest. Postq̃ autē ad tutele administrationem electus est, & bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere cum potuisse et cetera. quę eius tempore artaretur potest sequi debuisset aperte claret. Item alibi dicitur, ne tamen pupillorum pupillarumue, & eorum earumue, qui quę in curatōe sunt negotia a tutoribus curatoribusue consumantur aut dirimantur. Curet pretor vt & tutores &

curatores eo nomine satisficere, exceptis tamen testamentariis & ex inquisitione datis tutoribus qui satisficere non onerantur, vt in. l. i. de satisficere. tuto. & curato. in prin. Scias tamen quod satisficere non est de substantia tutele & ideo alio die prestandi potest. ar. C. de pre. ci. impera. offe. l. vniuersa, & ff. qui satisficere. eo. l. de die. Non enim requiritur satisficere ad inchoationem nascentis officij sed ad executionem officij in esse producti. ar. no. in. l. i. ff. de usu fructu. de hoc vide in spec. xi. de tutore. §. generaliter, vbi hoc autem. Notandum tutor etiam non debet administrare nisi prius fecerit inuentarium, & per decretum iudicis sibi administratio concedatur, vt in. l. legitimos. ff. de legi. tuto. & ibi per Bart. Et tutor qui non satis dedit ipso iure minori non preiudicat. C. in quibus cau. resti. in integ. nō est necesse. l. si tutor.

Glosa.

In articulo precedenti habitū est quę sint arma bellica, hic tandem declaratur quis ea accipere debet. Vnde pro intellectu textus ampliori nota h quod Annos discretionis habere vel pueros ad annos peruenire fit quadupliciter. Primo cum annos pubertatis attingunt, & hoc fit in tredecimo anno iure feudali, vt feu. c. xxvi. Duodecimo vero iure provinciali, vt hic in articulo presenti & infra, arti. xliij. in glo. & insti. de curato. §. masculi. Secundo ad annos discretionis perueniunt in quatuordecimo anno, & vt sic testamenta condere possunt vt insti. qui. non est permis. face. testa. §. preterea. Tertio in decimo octauo anno & sic proprium eorum alienare poterit & nō prius, vt insti. ex q. caus. manumit. venit non pos. §. iuste autem. Contrariū istius esse videtur in autem. vt spon. lar. col. ix. vbi habetur, si testari poterit etiam propriū alienare & hoc fit in quatuordecimo anno. Soluitur dubietas per paragraphū allegatum, loquitur etenim ibi de his qui in lēto egreditur iacent & ita vnum non contrariatur alteri. Quarto in vigesimo primo anno & sic tutoriam administrare possunt, vt insti. de cura. & infra eo. ar. xliij. glo. Notandum preterea quod tutoria legitimorum triplex inuenit. Prima quę de iure fit, vt est agnatorū qui ex parte gladii ad id nati sunt, necessarioq̃ tutelam acceptant, vt insti. de legi. agna. tute. §. quod autem ff. eo. titu. pet. totum. Secundo tutores fiunt ex fide quia fidei sibi testator, & committit tutoriam, vt insti. de fidu. tuto. §. est & alia, & hi non tenentur satisficere pupillo super bonis, ex eo quia sibi & fidei sue commissā est administratio, propter fidem quam testator in eo nouit, vt insti. de satisficere. tu. in prin. ff. de confir. tuto. l. si filio & l. vtilitatem, huiusmodiq̃ tutorum constitutio admittitur, iure Saxonico, etiam in bona sanitate ex certis causis, coram iudicio tamen vt

h. Tutor nō debet administrare nisi prius inuentarium fecerit.

h. Annos discretionis attingere cōgit quadupliciter.

i. Tutoria legitimorum inuenitur triplex hoc idē vide tur. nu. ar. xviij. & xlix.

k. Notandum circa id quod pupillus educari nō debet apud illos qui successioni sue expectantes sunt. ut ff. vbi pupi. educa. l. i. & extra de conuer. in fi. c. ult. Intelligi tamen debet de his qui suspecti sunt & qui machinarent in moriem pupilli. Lex etiam xij. tabu. hoc idē suadet in hęc uerba apud spectum tutorem pupillum educari non oportet.

g. Tutoris administratio non transit ad heredem.

sic necesse est, iure vero feudali cum consensu domini fore debet. Tercio tutoria sit ratione superioritatis & domini ut domus sui vossalli minorennis tutor est, & item patronus sui libertini quem manumiserit, & hec vltima tutoria, quia est periculosior omnibus est etiam ceteris breuior, non durat enim nisi ad tredecimum annum. Secunda vero ad quartum decimum. Tertia ad vigesimum primum annum, de prima loquitur hic, de secunda infra articulo. xliij. de tertia ibidem etiam eodem articulo & insti. de cura. §. masculi.

Senior agnatus expeditorias accipit res. &c. Hoc fit propter curam administrationis vel tutorie. Nec obstat illud quod forsan obici possit, seniore agnatum non pluris iuris habere in bonis mortui quam alij agnati, ut in autē. de here. que ab intesta. defer. res enim huiusmodi expeditorie non sunt hereditas sed ad expeditionem bellicam & obsequium domini pertinent. ¶ Instare quod posset responsione hanc esse inualidam expeditorie etenim res etiam ad hereditatem spectare videntur, cum quibuscumque enim bonis homo moritur hereditas appellatur, ex arti. vi. supra, sed & infra arti. xxviij. hoc idem approbare videtur, cum dicit militaris stirpe natus, duabus personis hereditatem dimittere videtur. &c. R. quod hereditas non est quicquid hoc vocabulo nuncupetur non enim proprium nomen inueniri potest quo per directum res huiusmodi expeditorie appellitetur, nam res sunt infinite, nomina vero finita, ut isti. de gra. cogna. & ha. tenus & ff. de verbo signifi. l. iij. & sub isto si significato res expeditorias hereditatem intellexit supra in articulo. v. & vi. nam si pre-suppositum instans locum habere deberet quod videlicet omne illud quod post mortem alicuius relinquere hereditas sit extunc feudum quod tunc post mortem relinquatur hereditas esse deberet quod tamen non est, de his tamen latius infra articulo sequenti tractabitur.

Adueniente tempore pubertatis easdem reddet. &c. Ex isto sequitur iuxta glossas vetustiores quod rebus illis interim utitur, ex eo quod in damnum & lucrum tutoris expositae sunt, secundum naturam autem est commodum cuiuscunque rei eum sequi quem incommoda sequuntur, ut ff. de reg. iur. l. l. Secundum, quod autem bona pupilli periculo tutorum exposita sint habetur in autē. ut hi. qui obli. §. si vero. col. vi. Si vero habeat redditus sufficientes is cuius cura administratur, eos expedit, si vero plus sit quam sufficiat, quod plus est reponat. Quod si in bonis mobilibus bona fuerint lucrari aliquid cum his poterint, & diligentem adhibere circa id curam ut in eadem autentica habetur.

Vbi autem tutela & hereditatis successio. &c. Contra id certe quedam militare videtur lege, ut in autē. ut hi. qui obli. col. vi. insti. de satis. tuto. ff. rem pupi. fal. fo. l. non quasi, & de precto. sti. l. p. tutorie & ff. qui sat. da. cogun. l.

i. Omnes allegare leges inuere volunt quod satisfacere cogitur. R. leges allegare loquitur de tutore qui diuisa cum pupillo bona possidet, hic vero loquitur ubi tamen tutor quam pupillus coniuncta habent, sicut si forsan frater sui fratris super sit. Ipse etiam viduus tutor erit. &c. Intelligesi super sint pueri. Et ipsa eundem acceptare vellet alias viduus agnatus eiusdem tutor erit, ut infra ar. xlv.

Articulus XXIII



Post res expeditorias acceptatas tollet a mulier dotem suam, ad quam aequi cum uaccis, & capre cum porcis qui & quae gregatim pascantur^b pertinere dinoscuntur. Similiter sapes & carpentata aedificia. Crassati autem porci non his sed domesticis cibariis applicantur. Postea tollit mulier^d utensilia & quae ad ea numerantur, ut anseres & oves, cistas columnatas idest cum eleuatis tecturis, omne filum ne reatum lectulos idest puluinaria, Cussinos, linteamina, mensalia, balneamina, manutergia cum peluibus, fandelabra, linum, g uestes mulieribus, annullos, brachialia, idest brachiorum ornamenta, feta, omnes libros qui a mulieribus usitantur, & ad dei cultum pertinent. Paruas cistas, cortinas, perpendiculara cum uelaminibus & uelamen cum ornamentis. Adhuc sunt quaedam clenodia ad ea pertinentia, ut specula & acus ac alia quae pertranseuntur. Pannum autem non sarciatum ad mulierum uestimenta competens, & aurum per artificem non operatum ad ipsas mulieres non pertinebit. ⁱ Omnes res alie praeter nominatas hereditarie appellantur. ^k Et si praedictarum rerum aliqua tempore mariti loco pignoris fuerit obligate eas si uolue-

relinquere statim, ut infra l. iij. ar. xxxviij. ratio est, quia relicta uis duae cogitur dare. l. eo. Et sterna ad arma bellica pertinentia, ut supra ar. xxij. hoc tamen intelligendum de nobili foemina secus in rustica quia haec tenetur lectum sternere.

d. Quae autem ad utensilia pertineant uide iur. Mu. ar. xxij.

e. Maideburgen. indio serreter pronuntiant omnes & singulas. Lipsen. uero communem secundum tamen communem opinionem oues pastorem praecedentes ad utensilia pertinent, Oues uero quae in ouilibus occlusae fruuntur dote annumerantur, uide iur. Munia. ar. xxij. & lviij.

f. Alij addunt Caldar seu patellam pro coquenda cereuisia quae muro affixa non est sed preao alijs ex loco mota conduatur, uide ad id iur. Mu. ar. xxij.

g. Quae autem uestes pertineant mulierum uide de optimam distinctionem Bartol. in l. in his rebus §. soluto matrimonio ubi dicit quod tamen uestes ad quotidianum usum destinatae & non preao se spectent ad heredem mulieris uel ad mulierem.

h. Textus germanicus hacet pannum autem saraatum seu inasum.

i. iur. Munia. ar. xxij. & lviij.

1. Vide ad hanc materiam iur. Munia. ar. xxvi. & in autē. ut hi qui obli. se habere perhibent per totum Clariorē huius passus declarationē uide etiā ad id quae supra circa ar. xi. in glo. annotata habentur, an uidelicet tutor, frui potest rebus pupilli, cauetur enim quod nihil penitus bonorum pupilli usurpare sibi debet sed omnia pro commodo pupillorum agere.

a. Intellige si honesta sit, secus autem erit si illam propter aliquem excessum perdat ut supra circa ar. xxi.

b. Alij addunt aedificia quae nondum in toto constructa sed nec testae sunt, tum etiā uirgulta & palos quibus sepes construuntur.

c. Et ex his quae relicta uidua ut textus habet accipit nemini respondere tenetur nec lectum

l. iur. Munia. ar. xxij. rit is redimat¹ cui de iure debetur.
per longum habetur,
& item lviij.

Glosa.

l. Ad dotem etiam per
tin. re dicitur si quid in
pecunijs aut alijs res
bus sibi datum sit.

Et velamen cum ornamentis, &c. Vnde lex
communis dicit quod vxoris causa parata
dicuntur, que parata sunt ad vsum suum ser-
uiendi, vt. ff. de au. & ar. l. vxori. ij. in fi.

Glosa.

In textu cum dicitur equi cum vaccis, &c. Du-
bitare forsan quis posset quod & equi grega-
tim in campis degentes, etiam ad dotem per-
tinere deberent, nam & illi in campis pascun-
tur, & custodire eos oportet. R. tamen quod
non. Articulus enim intelligit duntaxat de
equis quibus laborari solet, in compedibusq;
in campum transeunt, & non de equis, grega-
tim in campis sine compedibus deambulanti-
bus, tum nec de equis redarijs & in aratro
laborantibus, quia illi ad dotem non perti-
nent. Sciendum etiam quod vacce vituli & eg-
gregatim sine compedibus ambulantes iure
provinciali ad dotem & geradam pertinent.
Iure vero municipali ad hereditatem pertine-
re videntur, vt ibidem. ar. xxvi.

Capre cum porcis, &c. Etiam de suisbus in-
telligere vult, alia autem maiora pecora ad he-
reditatem spectare videntur vt. seu. c. lvi.
Crassati autem porci, &c. Intellige qui iam ses-
eti & saliti sunt, quia alias ad hereditatem per-
tinent, domestica etenim cibaria dicuntur il-
la que ex necessitate & p vlu vnius anni ad-
aptata sunt, vt iur. mu. ar. xxij. & supra eo.
li. spe Saxo. circa. arti. xxij. annotata sunt.

In textu cum dicitur Oves, &c. Elici exinde
poterit quod mulier omnes oves post mortem
mariti loco gerade accipit. Sed si vir specialē
gregem ouium haberet cum pastore priuato,
post mortem vxoris eius cognate extradere
minime teneretur. Si vero mulier propriarium
ouium habuerat quid istud succedit ad eius
cognatam propinquiorem. Circa id attende
& diligenter conspice ea que habentur infra.
ar. xxxi. vbi dicit. Si autem viuere viro mulier
decesserit nulla mobilia preter vtenilia &
propriatatem in proximum heredem relin-
quit. Quod si nullas oves habuerit maritus
non tenebitur eius cognate loco gerade extra-
dere. Scabinusq; Maydeburgen. sic pnucliant.

Nota quandoquidem in antiquis speculi Sax-
onū glosis per Episcopum Maydeburgen.
cōpilatis inuenitur quod mulier post mor-
tem mariti argentum elaboratum tollere des-
beat. Queritur an maritus post mortem vxor-
is eius cognate extradere debeat vasa seu po-
cula huiusmodi, siue sint aurea, siue argentea.
R. quod non, sed duntaxat illud, quod mu-
lier importauerat sibi p gerada cederet, quod
q; maritus in vlu non habuit suo. Mulier ves-
torelieta tollit ea pro gerada post mortem

mariti ex ea ratione quia vt communiter estis
matur ex bonis vtrorumq; comparata fore,
quod non contigit in agnata. Itidem intelli-
gendum etiam est de ouibus vt supra annota-
tū est. Sed casus huius practica adhuc nō vidi.
Post res expeditorias, &c. Determinatum est
superius quid bonorum agnati ex parte gla-
dij descendē. principaliter vltra alios cohere-
des tollant, hic in articulo presentī annotat
quid in mulieribus ex parte fusi descendē-
tibus vltra alios etiam coheredes bonorum
cedit, quantumq; vxori relicte, & quantum
eius cognate rerum huiusmodi extradi debe-
at, & per id exoluitur dubietas, que & su-
perius iam limitata est, vbi dicebatur, quod
illi qui per equum, tam ex parte patris q; ex
parte matris, ad hereditatem pertinent, siue
sit vir siue mulier per equum etiam eandem
tollit vt supra arti. iij. & isti. Ad senatuscōsul.
Tertu. §. sed huius. Paragrapho enim allega-
to in suo robore permanente agnati ex parte
gladij ante omnia arma bellica tollitⁿ quia
etiam gerada a cognatis ex parte fusi in re cō-
pensam istius tollitur, & ita coquantur. Vnde
de gerada non aliud dicitur nisi suppellecti-
lis in domo viri pertinens.

Acqui qui gregatim pascuntur, &c. Ex his
apparet quod equi campestraliter semper des-
cētes, quorū & fera natura est ad id nō ptiēt.
Et aurum per artificem non operatum, &c. in-
tellige quod loquitur de auro seu argento nō
formato, hoc est vbi nulla species representat-
tur, quod illud ad ornatum mulieris cedere
debeat, vt in sti. de re. diui. §. cum ex aliena.

Et si pēdictarum rerum aliquē tempore mar-
iti impignorate sint, &c. Dicere quis possit
set nonne maiori iure ex bonis mortui com-
munibus eliberari illa debeant. Si enim mor-
tuus alicui heredum quicq; teneretur in com-
muni omnes alij heredes solutionem procus-
rare teneretur, ita per simile videretur, vt. C. de
acci. here. l. i. & fina. R. Quod mortuus i nihil
huiusmōdi rerum heredibus seu agnatis debe-
bat aut tenebatur tempore vitę suę. P Quare
ex communi substantia illud eximi oportet,
nam & mortuus si superuixisset nō aliud ius
ad huiusmōdi res mutadiatas habuit nisi quod
eas eximere poterat & hoc idem ius heredis
bus relinquit suis, nullus enim plus iuris in
alium transfundere potest q; quod solus habu-
it. ff. de reg. iur. l. nemo. ff. de pigno. l. pi-
gnoris.

Articulus presens intelligitur de mulieribus
que nullam hereditatem accipiunt vel accipe-
re possunt. Iste tollunt res huiusmodi cum
dotalitio seu vite prouisione, & nulla exinde
soluunt debita, & hoc etiā intelligendo si ex
stirpe procedunt militari. Sed si hereditatem
accipere possunt, datur arbitrio illarum acci-
pere quicquid volunt, & hoc si non sunt
Sueue, seu de genere sueuarum
Notandum tamen circa id^f quod nonnulla
rum prouinciarum cōsuetudo est, quod mu-

n. Vide supra ar.
xx. glo. & iur. Mu.
ar. xxij.

O. Res per mortem
oppignorate ex q;
bus bonis eliberari
debent.

P. iur. Mu. ar. xxij.
uide huius pas-
sus latorem amplio-
remq; declarationē.

Q. Practica huius
nunq; reperitur nisi
forfan quis intelli-
geat uelut quod ubi da-
tur tertia pars uxori
ibi gerada non
prestatatur, & ita
Lipsen. pnucliant.

R. Contrarium ergo
seruatur in rustias
fœminis que mor-
tuo uiro acapiūt ea
de quibus pactis do-
talibus conuenerūt
ut donationem pro
pter nuptias & uē
filia de qbus uxor
heredibus mariti, tā
lectū q; mensam præ-
parare cogitur alia
omnia bona sequū-
tur heredes mariti
nisi uacuis manibus
maritus & uxor cō-
uenissent & sua bo-
na laboribus acquisi-
uissent, tunc uxor
tertiam partem bo-
norū mariti haberet
segutur ergo qd arti-
culus presens &
xxx. infra de mulie-
ribus nobilibus in-
telliguntur.

S. Vide supra ar.
xxi. in fi. glo. iure
Mu. ar. xxij.

Equi. Simili vacce
pascuntur ad dotem
pertinent.

Capre cum porcis
ad dotem pertinent.

Cibaria dicuntur
p vlu vnius anni
apta sunt.

Oves ad dotem
pertinent.

Oves uxoris post
mortem mariti
debet.

m. An maritus post
mortem uxoris, agna-
te ipsius uasi argen-
tea loco gerade ex-
tradere debeat.

lier recipit tertiam partem bonorum mariti
& hoc fit eius donatio propter nuptias.

Articulus. XXV



Clericus diuidet cum fratribus ad quam diuisionem monachus non admittitur. ^a Monachus, autem puer & si minor annis exiuerit, iura feudi & ciuilia recuperabit. ^b Si autem adultus monachatur ex tunc iuribus feudi & Ciuilibus est omnino alienus ac feuda sua libere ad dominum suum reuertuntur, nam militiae cingulo renunciauit, ^c si religio eius cum monachis ubi effectus fuerat monachus uel cum septem uiris ei in generatione æqualibus poterit comprobari, qui eum uiderunt religiosum, & si in probationis anno exiuerit, credat minime iam dimissum se statum rehabiturum. Si autem religioni uir sine consensu speciali suæ uxoris fuerat mæcipatus, & ipsa eum iure repositat synodali, repetitus non feudi iura quibus renunciauit obtinebit, sed tantummodo Ciuilia quia militiae cingulo renuntiandi uir sine consensu mulieris liberam habet potestatem. Moriatu: si puer iuuenis, uel monachetur, qui res eius habent tenentur suo hæredi qui eas post mortem eius accepturus esset præsentare nisi forsan de ipsius fuerint consumpte uoluntate,

Glosa.

Clericus diuidet. & c. Quod clerici seculares in non feudalibus succedunt procedit de iure communi, ut. C. de epi. & cle. L. deo. & licet monachi hic excluduntur, tamen secundum ius commune pro eis succedunt monasteria ut de proba. c. in præsentia, ubi de hoc. Si autem adultus. & c. Vnde etiam cauetur in uisibus feudorum. Qui clericus efficitur aut uotum religionis assumit, hoc ipso feudum

amittit, ut in. c. qui clericus. ti. si. de seu. con. ten. sue. ubi dicit glo. quod hoc ideo accidit quia postquam incipit esse miles dei, desinit esse miles seculi, nec debet ad eum pertinere beneficium qui non potest gerere officium, ut in. c. miles. ti. de uas. al. mili. q. ar. bel. depo. et de uoluitur ad successorem, si quem habet, alioquin ad dominum ut ibi. Item alibi dicitur quod Clericus nullomodo in beneficium patrum succedit. Etiam si posteaque habitum religionis assumpserit eundem deposuerit, idem in omnibus qui habitum religionis assument ut conuersi, hi enim nec postea in feudo succedunt, & si quod habent perdunt ut in. c. si formina in si. de seu. for. in uis. seo.

Glosa.

Expeditum est superioribus quæ ad gerendam pertineant, quodque clerici ex speciali priuilegio eandem etiam tollunt Articulus præsens disponit quod clericus ultra id quod pariter nam accipit etiam ad diuisionem bonorum cum fratribus admittitur & hoc intellige in bonis hereditariis non in feudo, ut in auten. de sanc. Epis. s. ralem. c. l. ix. & in li. seu. ubi. per cler. seu. amitt. c. qui cler.

Dicere quis posset. Paragraphum articuli præsentis, quod uidelicet clericus ad diuisionem hereditatis admittatur esse superuacaneum, lure enim Canonico cautum esse legimus, quod clerici propria habere non debent, ut. xi. q. i. c. clericus & c. duo sunt. R. quod Capitula allegata magis sunt de consilio quam de præcepto. & hoc liquet ex. c. duo sunt ibidem. xi. q. ii. ubi dicitur quod conuenientius esset si proprium nihil haberent, sed ut omnia eis essent communia. Item responderetur quod canones intelligi debent de ordinatione quæ fuit in primitiua Ecclesia tempore primæ Christianitatis, ut. xi. q. i. c. dilectissimis. Tertio respondendum quod canones allegati intelligi debent de clericis qui prædia vel bona Ecclesiæ loco proprii sibi usurpare uellent, ut. xi. q. ii. c. nulli & c. quicumque. Intelligitur itaque articulus quod clericus diuidit cum fratribus hoc est uerum si non renunciauerit bonis alias secus erit. Querere quis possit. d. Clericus diuisionem bonorum expetere uolens coram quo iudice id facere debeat, an coram spirituali uel seculari. Dicunt quidam quod coram spirituali, ut. xi. q. i. c. Christianis & c. Siluester. R. tamen quod Canones illi intelligi debent, cum clericus contra clericum agat, uel laicus contra clericum extunc coram iudice spirituali illud ut faciat necesse est, e. Si uero clericus occasione hereditatis contra laicam actionem intentare uellet, coram iudice seculari id facere eum oportet, ut. xi. q. i. c. experientie & c. si quis, & c. de iurisd. om. iudi. per totum.

Ad quam diuisionem monachus non admittitur. & c. f. Quod autem monachus hereditatem non tollit cum fratribus hoc fit ex eo

d. Clericus diuisionem bonorum affectus coram quo iudice agere debeat.

e. Vide ad hanc materiam supra ar. xiiij. in si. glo.

f. Secus est de iure communi quia ibi monasterium succedit loco monachi. c. in præsentia extra de proba. & sic practicitur.

a. Vide infra li. ij. ar. xxiij. Contrarium tamen practicitur quia consuetudo uel ius laicorum eos non ligat.

b. Concordat iure seu. c. ij. in glo. & hoc si adultus sponte ingreditur monasterium hereditatem perdit, alias puer intrusus in monasterium si egreditur hereditatem non perdit

c. Hic monachus in testamento admittitur iure saxonico.

g. Monachi in triplici genere inveniuntur.

h. Idem sentiendum est de iure cōmuni L. deo C. de episco. & cleri. Nam qui clericus efficitur aut uotū religionis assumit, secundū amantur. c. qui clericus in ti. si de seu. contra. fac. in ufi. seu.

i. An quis cogi potest ad alterius ordinis susceptionem, argumēta pro & contra.

quia ipsi sunt mortui mundo, ut in auten. de monachis, in prin. col. i. & in li. seu. de vafal. mili. qui belli. ar. depo. L. miles. & xvi. q. i. c. placuit, & C. de ep. & de. L. vlti. non tamen intelligendum est de omnibus monachis. g. Vnde pro intellectu istius notandum venit quod monachi in triplici genere inveniuntur. h. Primi sunt qui libere religionem suscipiunt & de istis textus intelligi debet quod videlicet feudum & hereditatem perdunt ex eo quod mundo renuntiarunt. Secundo monachantur pueri qui ante annos discretionis ad religionem vel alliciuntur vel coguntur & isti exire possunt, necesse quicquid oberit ad recuperandum feudum hereditatemque, ut. xx. q. i. illud aut, & hoc ut textus habet. Si minor annis exierit, tempus vero illud ut communiter stat usque ad sedecimum annum, ut. xx. q. i. c. illud autem. Tercio Monachatur aliqui arctam susceperando vitam ad quam coarctantur in eaque perseverare non coguntur si timetur de periculo, ut extra de his quae vi. metus causa. c. cum dilectus. Illi vero qui beniuole religionem huiusmodi susceperant vel monachatur ad perseverandum cogi possunt, ut. xx. q. iij. c. propositum, & c. proclius. Ex quo quidem declaratum iam sit quod hi qui voluntarie religionis ordinem susceperant, ut in eo perseverent cogi poterint. i. Queritur an quis cogi possit ad alterius ordinis assumptionem ut si forsan apostolicus unum ab ordine suscepto relaxare velit eundem sibi interdicens & ad alium ordinem artare seu cogere nitatur. Quidam dicunt quod si non est attendendum est quis cogat, sed quale sit illud ad quid cogitur, ut. xxij. q. vi. c. vides, cum vero unus boni aliquid incipit cogi potest ut illud expleat & continuet, ut. xlv. dis. c. disciplina. Cum itaque unus vite spirituali seu contemplatiue incipiat eandem continuare & terminare in eodem ordine suscepto, vel in alio tenetur. Preterea transgressio voti seu promissionis non est aliud nisi renuntiatio boni, ut. xvij. q. i. c. qui bona. Cum itaque iste voluntarie bonam habuit postquam religionem vouerat, ordinemque susceptum ex certa causa tollere non potest, quare tenetur ratione voti alium acceptare ordinem, & si id facere recusat, signum est, quod illum primarii voti penitet, & si est ex corde poeniteat fidefragus erit apud deum, deus enim est iudex cordium, ut. viij. q. i. c. si ergo. Insuper quia omnes ordines pro uno habentur, super tribus etenim potissimum fundati sunt, obedientia, castitate & paupertate, & quicumque haec tria promittit, omnes ordines seruare promissit, & exinde apostolicus ex uno ordine eundem absolviendo ad alium eundem relegare potest, nec per id immutat votum suum licet habitus illerregularis immutatur. Cum vero ut sic habitus unius ordinis citra eius voluntatem in alium transmutatur, locus immutari dicitur & non ordo. Item in Euangelio habetur de potestate apo-

stolici, quicquid ligaueris super terram erit ligatum & in caelo, & quicquid solueris & ibi solutum erit. Si itaque absoluerit unum ab ordine aliquo, & ad alium eundem applicuerit, obedire ille cogit, immo & ligatus erit coram deo. Item apostolicus clericum secularem in ordinem aliquem regularem quem non promiserat, contra eius voluntatem decernere potest, a fortiori istum qui votum fecerat, & ordinem aliquem susceperat, alteri ordini applicare poterit, ut. xvi. q. vi. de lapsis. Contrarium tamen huius videtur esse tollerabilius secundum aliorum opinionem quam & glossa determinat, quod videlicet cogi non poterit ad alterius ordinis susceptionem. Si enim unus liberum arbitrium habet in promittendo, etiam illud habere debet in explendo, ut si quis promittat Cracouie soluere centum eosdem Verecijs soluere non cogitur nisi uoluerit, ut Insti. de actio. §. loco, & ff. de eo quod certo loco per totum. Qui itaque promittit vel uouet ordinem sancti Francisci non tenetur nec astringi potest ad ordinem sancti Domitiani: & c. Insuper pro roboratione opinionis secundae declaratur nullum debere cogi ad alium ordinem praeter illum quem promiserat susceperant, ut. xx. q. iij. c. praesens. Nullus enim ad aliquid ultra uelle suum cogi debet, ut. xxij. q. v. c. ad fidem. Qui enim ex coactione aliquid facit, illud reputatur tanquam infectum sit, ut extra de reg. iur. c. qui ex timore, nec aliquod meritum exinde sequitur cum quid contra voluntatem facit, ut. xij. q. ij. c. quam preposterum. Cum itaque nullum meritum exinde habet quare nec ad id cogi debet, ut. xx. q. iij. c. praesens, nihil enim ad ordinem susceperandum alium quem magis cogit nisi uoluntas eius propria, ut. xxij. q. v. c. ad fidem & c. praesens, & lxxij. dis. c. Episcopus & c. gesta. Ad argumenta itaque in contrarium adducta respondendum erit. Ad primum ubi dicebatur quod homo probus curare non debet quis eum cogit dummodo ad bonum cogatur, per id intelligere uult quod persona quae nos ad bonum cogit spernenda non est, non tamen innuere uult, quo unus cogatur ad id quod non promiserat nullus etenim artari debet contra uelle suum, ut. xxij. q. vi. c. vides. Id vero quod subiunxerat quod his qui bonum quicquam inchoatus est cogi potest ad explendum hoc, verum est, quod ad illud idem opus promissum cogi poterit & non ad aliud quod minime uouerat, magis enim peccaret si quis coactus ordinem aliquem susceperet, quam quod mereatur. Peccata enim committere magis quam plangere diceretur, ut. xx. q. i. c. sicut. Ad secundum ubi dicebatur transgressio voti vel promissionis. & c. Hoc verum est si voluntarie id faciant, in proposito autem secus est, quia ex mandato apostolici, votum primum infringere videtur. Id vero quod subiunxit, si quid in uno existens ordine tollere non valeat, in alio promissum explere teneatur, Intelligi debet

Speculi Saxonum Liber Primus.

de his qui arctiorem vitam q̄ ordo susceptus
in se contineat eligere velint, in proposito ve-
ro quibus ordo per apostolicum interdis-
citur non experunt strictiorē ordinem, quare
in priori iuxta promissum suum continuare
tenentur. Ad tertium ubi dicebatur quod om-
nes ordines pro vno habentur &c. Super tri-
bus enim omnes fundati sunt &c. R. Qd' &
si quidem similes sint quoad hęc tria, obedi-
tia videlicet, castitate, & paupertate, non ta-
men per simile in omnibus ordinibus hęc ob-
seruantur. Secundum em̄ diuersitatem ordi-
num maior vel minor obedientia, paupertas
&c. cernitur. Quare cum vnus ordinem vnū
promittit alium promittere nō videtur &c.
vnde nec ad id cogi debet. Pro quarto ubi di-
cebatur ^k quicquid apostolicus ligauerit sup̄
terram &c. Intelligendum est si non sit contra
Euangelium vel contra ius naturale, vt notat
Ioan. Andre. in glo. ordi. de sen. & re iudi. c.
ad apostolicę. §. Nos itaq; li. vi. Si vero apo-
stolicus vt argumentum vult cogere vnum
velit ad ea quę nō promiserit & omittere il-
lud quod promiserit esset contra ius natura-
le. Naturale enim & decens est vt id quod q̄s
promittat exsoluat & adimpleat, ad ea vero
quę non promiserit minime cogatur, vt. ff. de
stipula. l. ij. Vnde circa id ubi dicebatur qd'
apostolicus ligare & cogere vnum potest in
his quę non sint contra Euangelium. Notan-
dum venit quod ^l Coactio est duplex quędā
fit verbo & ista cogi possunt omnes homines
per ammonitionem vt faciant ea quę placita
deo sint. Alia fit facto quā artantur illi vt fa-
ciant id quod promiserint vel sponponderint
deo, vt. xxvij. q. i. c. si homo, huiusmodiq; co-
actio non pertinet ad illum qui id libenter fa-
ceret, sufficere tamen vel explere non potest.
Pro quinto quod clericus secularis ordini re-
gulari per apostolicum aplicari potest. Intel-
lige si aliquid excesserit extunc ordini alicui
subicitur ad tempus certum, vt vitam melio-
ret suam, nec proposito contradicit nostro, &
item quod ex vetustis legum voluminibus
allegat, quod vnus ad operandum bonum
cogi potest. Intelligitur quod cogi poterit ad
id quod promiserat, vel voluntarię id facere
incepit. Vel etiam cogi potest ad id quę ne-
cessario requiruntur ad salutem animę suę,
vt est Baptismus confessio, ea etenim nullus
facere poterit, nisi primum fidem voluntarię
susceperit, vt. xxij. q. v. c. ad fidem.
Queritur, quando quidem apostolicus illum
qui ordinem aliquem suscepit cogi non pōt
ad susceptandum alium cum a priori relaxa-
tus est. Vbi potissimum permanere & vitam
suam agere debeat. R. quod apud homines
spirituales, vt. xx. q. ij. c. p̄sēns, & extra de
regula, & transeun. c. consultis in fi. Vterius
querere vnus poterit apud quos homines spi-
rituales religiosi ab ordine relaxati habita-
re debeant. Nam & clerici seculares religiosi

dicuntur, vt. i. q. i. c. nullus itaq; Sed & laici
spirituales nūcupant, vt. xxvij. dis. c. si qua vi-
dua, decisio istius Canonistis relinquitur.
Si aut vir religioni sine consen- u uxoris man-
cipatus sit, illaq; eum iure repetat. &c. Vnde
sequitur quod monasterium deserere cogitur
vt. xxvij. q. ij. c. si quis coniugatus & c. si tu.
Et ipsa eum iure reposcit Synodali. &c. Ex
isto sequitur ^m quod actio occasiōe matrimo-
nij ad ius spirituale pertinet, vt. xxxij. q. v. c.
manifestum. Iuraq; Ciuilia per id recupera-
bit, vt. xx. q. ij. c. p̄sēns non tamen iura feudi,
seu quoniam de facto amittit non ex
eo quod monachus effectus sit, sed quia milli-
tię renuntiavit, feudum etenim militare sit-
pendiū est, vt. i. dis. ius militare, & in li. seu.
de milite qui bellica arma deposuit.
Moriatur si puer. &c. In isto paragrapho tan-
gitur de duplici morte naturali vi delicti &
Iuridica. ⁿ Vnde naturalis mors dicitur, cū
quis senio vel morbo correptus interit iure
vero mortuus dicitur cum sequis ordini aliis
cui applicat vel seruus efficitur. Monachi etiam
& serui pro mortuis iure reputantur, vt. xvi.
q. i. c. placuit insti. de capi. diminu. in prin. in
auten. demonach. c. conuersionis col. i. Ex
quo itaq; mortuus sit veimorte naturali vel
morte iuris quare hereditas presentanda est
his qui sunt propingues.
^o Ex quo qdē in principio textus articuli dis-
tum est si puer monachetur, minorq; annis
exiuerit. Iura feudi & Ciuilia recuperabit.
Querere quis posset, quo pacto tutor bona
eius in tutelam acceptate debeat, cum nescit
an in ordine suscepto perseueret necne. R. qd'
per modū tutele illa acceptabit. Sed hoc nō,
quod & ex subsequētib; facile intelligi po-
test, cū dicitur, quod illa presentare suo heres
di quicquid accepturus est tenetur, fore tamen
potest, quod heres huiusmodi tutor esse non
posset, vt supra ar. xxij. §. ij. insti. de legitti.
agna. tute. §. sunt autem. Vnde pro solutione
questiōis huius. ^o Notandū venit quod pos-
sessio tripliciter acquiritur seu vnus in posses-
sionem intromittitur trifariā. Primo per de-
volutionē ex morte alicuius, & vt sic ipso fa-
cto efficitur dominus & heres bonorum vt
insti. de here. quę ab intesta. defer. §. intestato-
rum. Secundo mittitur aliquis in possessionē
bonorum ex querela cum videlicet bona seu
possessio bonorum iure sibi adiudicatur, vt in
fra ar. l. xv. & ff. ex qui. cau. in posses. eatur. l.
p̄tor ait. Tercio possessionem vnus acquirit
ratione tutorię vt bona illa tanquam custos
prouideat, vt supra ar. xxij. & ff. qui. ex cau.
in posses. ea. l. tres fere, & in articulo hoc idē
tangitur. Circa idq; considerandum quod ex
nullo magis rationē heredi facere tenetur nisi
ex mobilibus illa etenim maxima indiget cu-
stodia nec illorum quicq; in propriam con-
uertere debet vtilitatem nisi certo sciat puerū
qui religionē intrauit vt textus habet in ea

^k. Apostolicus po-
testatem habet sol-
uendi & ligandi
quomodo intelli-
gitur.

^l. Coactio duplex

^m. Actio occasione
matrimonij ad ius po-
tinet spirituale.

ⁿ. Mors duplex natu-
ralis & iuris, vide
hoc idē li. ij. ar. lxxx.
glo. infra.

^o. Possessio tripliciter
acquiritur.

dem persequere, vt. xx. q. ij. c. presens. & ff. q. ex cau. in posset. ca. l. apud Iulianum.

Articulus XXVI.

Simonialis in abbatibus
sam aut monachus in
Episcopum eligatur p
hoc ab Imperio mili
tix cingulū & non iura ciuilia acqui
rere possunt.

Glosa.

Articulus iste non est ex priuilegio, sed est cō
stitutio Frederici Imperatoris li. feu. c. i. ex
mādatoq; ipsius hic insertus est, nō aliudq; p
id intelligi datur, ^a nisi qd' quibusdam feud
um clipeusq; militaris aduenire potest non
tamen ius prouinciale, hereditatē etenim ac
cipere minime possunt, nec post mortem eius
aliquis hereditatē vt textus habet. Ediuerso ve
ro si quis absq; voluntate vxoris religionem
intrauerit, repeti per eam potest, & exiens ob
tinet ius prouinciale, non tamen feudale, vt
supra arti. precedenti, & in li. feu. de mili. qui.
ar. belli. depolu. c. i.

Per hoc ab Imperio militix cingulū, & c. Ra
tio quia feudum illud accipit ab Ecclesia &
est similis illi q bona feudalia accipit cū vxor
resua, vt in li. feu. c. lvi. etiam alter ab ipso in
feudari potest. Quod si domino venerit actio
criminalis seu penalis iure prouinciali eandē
committere potest officiali suo iudicandam,
vt extra de offi. ordi. c. fi. li. vi.

Et non iura ciuilia obtinebit. & c. Intellige
in hereditate tollenda & in iudicio exercēdo.
Vnde circa id notādum pro intellectu supra
dictorum clariori ^b quod iudicium est dup
lex. Quoddam extenditur contra malefacto
res propter excessus, & hoc fit in causa crimi
nali. ^c Secundo occasione debiti in causis ci
uilibus. In primo nō possunt clerici per se so
li iudicare, vt extra de offi. ordi. c. fi. li. vi. In
secundo iudicium exercere possunt, & exin
de iura feudalia tenere poterint.

Notandū præterea ^d quod clericus in tribus
respondere cogitur coram iudice seculari. Pri
mo occasione feudi vt extra de foro compe
tenti. c. verum. Secundo si incorrigibilis sit in
iure suo extunc recurritur ad brachium secu
lare, vt. xvij. dis. c. nec licuit. Tercio si questus
sit coram iudice seculari contra aliquem, ibi
dem si reuenerit respondere tenetur, vt.
ij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agēdo. Cu
ius enim in agendo quis obseruat arbitrium
eum habere etiam cōtra se iudicem in eodem
negotio non dedignetur, quia & leges seculi

id ipsum fieri præcipiunt.

In textu cum dicitur & non iura ciuilia acqui
rere possunt, non intelligitur quod iure ciuili
seu prouinciali agere seu respondere non pos
sent sed quia hereditatem non percipiunt vt
supra tactum est.

Articulus XXVII

Quilibet mulier milita
ris ^a duabus vnīs hæredi
tatē post se relinquit &
in suos hereditat. Vtē
silia in propinquiorem cognatam ^b
quæ ei ex scemineo genere adhere
bit, hereditatem uero in proximum
siue masculus sit, siue scemina relin
quet, Masculus consimili modo mi
litaris duabus personis uidetur,
hereditatem dimittere, res expedi
torias id est arma bellica in proximi
orem agnatum, hereditarias uero
in proximum cuiuscunq; sit sexus,
dūmodo ei sit in generatione æqua
lis relinquet. Cæteri uero ^c cingulo
militix carentes post se tantummo
do hereditatē dimittūt picipiendā.

Glosa.

Masculus consimili modo militaris. & c. No
ta, ^d quod plura requiruntur ad militem
creandum. Primum vt preset sacramentū de
republica conseruanda. Secundum quod ense
accingatur. Tertium vt signetur stigmate in
brachio. Quartum vt scribatur in metricula.
Quintum vt examinetur de hoc notatur per
accut. circa legem milites. ff. ex qui. cau. ma
io. & in auten. de manda. princi. in fi. glo. col.
ij. & videtur quod milites nostris tēporibus
qui potius milites sunt ad prædam q ad iusti
tiam non gaudent priuilegijs militum secu
dum Guiler. in. spe. de procu. §. i. ver. itē qd'
est miles, licet etiam ense cingantur, vide etiā
de hoc in. c. in nostra de procura. in glo.

Glosa.

Articulus presens determinat de his qui du
plicem bonorum post se relinquant successio
nem, tribusq; communitur paragraphis. Pri
mus de successione mulierum militaris ordi
nis tangit. Secundus de successione viro
rum tangit.

D iij

^a. Feudum si ex de
meritis perdit uasallus
erga dominum suum
feudum illud domino
redit. Sed si demeruit
erga alium & in eo
perdit feudū illud ces
dit eius heredi tanq
illi qui est expectans
post mortem eius, ut
feu. c. liij.

^b. Iudiciū duplex

^c. Notandū quod iu
dicio præsidetur ex
dupliā causa. Primo
ex parte uel loco dei
quia omnes iudices in
loco dei præsent, ex
indeq; multam acci
piunt. Secundo ex par
te hominum ut teme
ritas refrenetur ut feu
c. li.

^d. Clericus in tribus
casibus coram iudice
seculari respondere co
gitur.

^a. Intellige de imo
mobilibus nā mo
bilia maritus acci
pit, ut infra eo. lib.
ar. xxi. Vide etiam
ad hūc passum Iu
re Mu. ar. liij.

^b. Sed si etiam hæ
reditas sit, datur
arbitrio cognata
si utensilia seu ge
radā accipere uult
uel hereditatem,
ut supra eo. lib. ar.
xxij. in fi. glo.

^c. Ex isto sequitur
quod rustia & q
non sunt de stirpe
militari non acci
piunt hereditatem.

^d. Ad militem cre
andum multa re
quiruntur,

Speculi Saxonum Liber Primus

rum etiam militaris ordinis. Tertius de his qui sunt extra stirpem militarem. Sed contra paragraphum primum militare videtur supra articulus. xvij. vbi dicebatur mulieres esse exhereditatas, tu tamen vide ibidem circa eundem articulum limitationem & solutionem legis pretaete, inueniesque in nullo penitus huic paragrapho contrariari. Et quia hic de viris & mulieribus militaris stirpis mentio fit. Vnde qui dicantur ex stirpe militari procedere, vide supra circa ar. xx. **¶** Querit rusticus in militem creatus, an ius militum habeat necne. Quidam dicunt quod sic. Postquam enim miles efficitur iure & privilegio militum merito gaudere debet utrum autem de man. prin. §. si vero col. ij. **¶** R. tamen quod iure Saxónico, ius militum nullus habere dicitur nisi pater & avus sui milites sint & vel ex ordine militari processerunt ut supra ar. xx. & x. col. in prin. Pro concordant. vero iurium allegatorum responde, quod lex pro prima opinione allegata, quod videlicet ius militum habeant intellige quoad honestum. Ius vero pro secunda opinione inductum intelligit quod huiusmodi rusticus miles effectus militare ius non habet quoad vile, sicut in simili si quis bona in possessione habeat illis tamen uti vel frui non posset. Quemadmodum bona que vasallus a domino habet, domini quidem sunt iure feudi vasallus tamen utitur bonis illis. Ratio autem quare ut sic rusticus miles effectus non omnino ius militare consequitur, si etenim Rex illum in militem creet, simulque ius militare sibi conferret extunc hereditum eius, qui expectantes sunt hereditatis sue conditionem faceret deterioiorem minus enim hereditatis acciperent quia iam militum ius habens duabus vijs hereditaret ut textus habet, alias non nisi secundum unum modum hereditat. Preterea Rex ipse dominiorum feudi in illorum feudo conditionem etiam faceret deterioiorem. Nullus enim de necessitate rusticum bonis in feudum tenetur, ut sic vero in feudum iam cum eodem cogere si militis ius haberet quod fieri minime debet, nullus enim locupletari debet cum iactura aliena, ut extra de deci. c. suggestum in textu, & in glosa eo. tunc dilecti. de ver. signifi. quid per nouale. xxv. q. ij. c. vltia. Nota quod in gerada in apposito est suppellectilis domestica Hergea etiam vero dicit illud quod ad expeditionem bellicam spectat, ut ff. de re. mili. l. ij.

¶ Rusticus in militem creatus an ius militum habeat.

¶ Vide supra ar. xx.

¶ Nota quod iure feudali rusticus effectus miles non tam efficitur de stirpe militari quam iure feudali nullus dicitur stirpis militaris nisi sius pater & avus milites sint vel ex stirpe militari fuerint seu. c. ij.

¶ Gerada alienari non potest vivere marito per mulierem sine consensu proxime cognate nec ipsi viro nec proximo cognate nec cui alteri, & hoc ideo quia non iam venit in possessionem suam, ut post mortem uxoris a primo cedit sibi in possessionem propriam & tunc distribuere potest sicut alia mobilia. Illud enim gerada non fit quod iur vel uxor uiuit nisi morte unius, ut habetur seu. c. lviij. Vide ad id iur. Mu. ar. xxij. ar. xxv. d. Sax. supra eo. ii. ar. xxij. in fi. glo.

¶ Circa id nota quod si quis sine herede legitimis moriatur relicta nihil omnino uxore illa succedat exclusio fit



Articulus XXVIII

Quid talium rerum videlicet expeditoriarum utensilium siue hereditariarum morte ali-

cuius heredibus non extantibus relictum sit post tricesimum iudicium vel preconium si huiusmodi res ab eodem postulate fuerint presententur qui eas per annum & diem hoc est per annum & sex septimanas integras heredibus expectatis si forte uenerint integraliter conseruabit. Elapso uero hoc spacio eas in usus conuertet suos, nisi forte haeres teneatur captiuus uel in imperii seruitio constitutus esset, uel ad limina sanctorum exul factus, nam tunc se in his negligere non potest, sed iudicem eum expectare oportere est manifestum. Predictam uero regulam de mobilibus intelligi debere iudicamus.

Glosa.

Elapso uero hoc spacio. &c. Perinde etiam immobilia prescribuntur, tempore tamen ad id prefixo, si heredes per spacium illud neglexerint & fiscus cum ut sic priuato succedit, presentare cogitur onera hereditatis, ut notatur in specul. de feud. §. ij. vers. xxij. Sic etiam fiscus est successor male acquiritorum, ut ff. de cas. lum. l. in heredem §. si de in offici. testa. l. Papinianus §. meminisse, & alia multa priuilegia fiscus habet, ut C. de priuilegiis §. per totum. Et merito fiscus prestat onera hereditatis huiusmodi deuoluit, quia ex quo fiscus succedit priuato, quare non proprio sed illius iure utitur, ut l. fiscus. ff. de iure fisci. & in l. si sub pignore. C. de fisco. vlt. li. x. & C. ad le. iul. de vi. publica. l. tutoris.

Glosa.

Articulus presens disponit de his qui bona relinquunt, illa tamen herede carere dicantur. Vnde pro intellectu istius notandum venit quod quadrifariam bona herede carere dicuntur. Primo si mortuus nullum relinquit heredem, ut sunt illegitimi, legitimus etenim quous unus sit, illegitimo tamen non succedit, ut infra eo. li. ar. li. & in auten. de incest. & nef. nup. §. sanximus col. i. & in auten. de trien. & femis. §. consideremus. col. ij. **¶** Secundo quous legitimus relinquat heredes succedere tamen non possunt propter excessum patris, ut si fuerit contra imperium machinatus, hereticus, vel metu mortis seipsum interficiens.

scio nec tunc habet liberos iste articulus per auten. preterea Cunde uir & uxor. Qui autem sine herede decedere dicuntur, uide infra eo lib. ar. li.

¶ Intellige de iudicio presidem seu iudicum exercenti & non de illo qui hereditario iudicium habet. Ratio quia ille providere exinde cogitur, patibulum, carceres, si uero quid etiam exinde presentem cedit, uide li. ij. ar. lvi. Ad hanc materiam uide etiam iur. Mu. ar. lxx.

¶ In textu ubi dicebatur qui eas per annum & diem conseruabit &c. Hic Saxo ualde breuiter introduxit prescriptionem an aut ualeat uide Dinn. in regula. possessor.

¶ Ignorantia enim non currit prescriptio quare computandum erit a tempore scientie per Alex. de immo. in l. si. C. de longi. tempo. prescrip.

¶ Intelligi ergo paragraphus iste debet quod res mobiles per se sumptae prescribuntur in spatio ut textus habet secus si adiunctae sint rebus immobilibus ut res hereditariae ipsi hereditati quae tunc prescribunt secundum naturam hereditatis, ut infra articulo sequenti, facit ad id lex prima §. placet ff. de ui. et ui. arma. & Albe. l. ij. C. de fidei. commi. In bonis ergo ut sic uacantibus & immobilibus succedit fiscus l. uacantibus C. de bon. uacantibus.

f. In fine articuli ubi dicebatur predictam regulam de immobilibus intelligi debere &c. Q.D. quia in sequenti articulo dicitur de prescriptione rerum immobilium ut differtentia sit inter mobilia & immobilia rerum prescriptione & quis articulus presens duntaxat in iudicis prescriptionem extendi uidetur, ex consuetudine tamen uenit quod omnes res mobiles anno prescribuntur, ut infra li. ij. ar. xxxi. in textu & item xliij. glo.

g. Bona herede carere dicuntur quadrifariam uide hoc idem iur. Mur. ar. xxvi. & lix. glo.

h. Nota quod hereditas alicuius dupliciter deuoluitur in principem. Primo propter excessum in reipub. uel si proscriptus sit. Secundo si herede caret, herede autem casere quadrifariam fit ut supra in glo. declaratum est. f. u. c. lxxij.

i. Heres nesciens mortem illius cui succedere debeat an nocet iuri suo.

k. Concordat infra ar. xxxiij.

l. Homines certi iura scire non tenentur hoc idem uide infra li. ij. ar. lv. li. iij. ar. xxxix. & lxx.

m. De prescriptionibus uide uidem infra co. li. ar. lxx. li. ij. ar.

ut supra. ar. v. inf. de here que ab intesta. de fer. §. per contrarium, & ff. ad le. iul. maiest. L. si. & C. de apost. L. ij. & L. apostatarum. Tertio quis heres sit & accipere possit, sed illud accipere non uult euitando forsan imperitio nem a creditoribus ut supra. ar. vi. & C. de repudi. & absti. L. si paterna, & C. de iure deli. L. scimus i. Quarto dato quod heres sit accipereq; possit & uult, ex negligentia tamen ad id peruenire non poterit, & de isto loquitur textus quod uidelicet iudex bona huiusmodi in usus conuertet suos, ut in auten. de spoli. lat. §. ij. col. ix. C. de iur. & facti igno. L. si emancipata.

Quiritur si heres nesciat mortem illius cui succedere debeat per idq; se negligat an impeditur ei in iure suo nec re. & sub distinctione, e, vel ignorauit mortem illius cuius successor esse debuit, vel nesciuit quod ius aliquod ad successionem bona illa habuisset. Si ignorauit de morte amici id eum non impedit, & immo infra annum & diem postq; rescuerit de morte recuperare illa poterit, ut C. de iure. & facti. ignoran. L. error. Si vero ignorauit ius se habere ad succedendum non excusabit eum post annum & diem, post mortem illius, ius erim suum unusquisq; scire tenetur, ut C. eo. ti. L. constitutiones.

Notandum tamen circa id, quod triplex hominum genus inuenitur qui iura scire non tenentur, nec eis obest dato quod nesciant, uide licet milites ut C. de iur. et facti. igno. L. i. l. uer. ut C. de tempo. in integ. restitu. miro. per totum. Mulieres ut C. de iur. & facti. igno. L. ne passim. Sed & rustici seu coloni ius scire non tenentur, ut infra li. iij. ar. lxxxix. glo.

Nisi forte heres teneretur caprius, &c. Sed & alia allegare poterit in subsidium sui impedimenta legalia, que & probare eum oportet. Que autem legalia impedimenta dicantur, uide infra li. ij. ar. vij. & in auten. de exhiben. & introdu. reis. §. plurimi. col. v. & C. g. cau. in integ. restitu. per totum.

Articulus XXIX



Proprietas & fundus a non nisi post tricimum & unum annum dieq; & sex septimanas aduersus Saxonem in Saxonia prescribuntur.

Imperium & Suauo in suis hereditatibus tacendo se negligere minime possunt, quodiu in probatione non deficient.

Glosa.

Proprietas & fundus, &c. Secundum leges enim, omnis actio siue in rem, siue in personam regulariter spacio triginta annorum tollitur, etiam cum mala fide, ut C. de prescriptione triginta annorum. L. sicut in rem & L. si quis emptionis. C. de consti. pe. L. ij. & hoc verum de perpetuis actionibus, secus de temporalibus, que minori spacio temporis excluduntur, sicut rehibitoria, quanti minoris & similes, ut in allegata. L. sicut in rubri. et §. sed si qua. & §. he autem, & inf. de perpe. & tempora. Vnde & in actione personali non requiritur vera possessio sed quasi possessio, nec aliter dici potest. ff. de peti. herede. L. regulariter, & L. etiam. §. vlti. & debito tempore elapso, ipse actiones terminantur, quia qui prescribit, similis est seductor siue satisfactori. ff. de administratione. L. si pupillus, & solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio ut inf. qui. mo. tolli. obli. in prin. de materia vero prescriptionis quantum ad actiones plenius, uide per hostem. in sum. titu. de prescripti. rerum, immobili. §. que res. ver. de quibusdā, usq; ad finem paragraphi, uide & notata in regula accessorium de reg. iur. li. vi.

Glosa.

Articulus presens disponit de prescriptionibus, & quo pacto per longitēporis prescriptionem res aliqua attribuitur huic cuius non erat, & auferatur illi cui pertinebat. Adinueniētaque prescriptio est propter id ut unus cuius postq; nandiscitur bona aliq; securus esse possit in possidendis illis, ut inf. de usuca. & lōgi. tempo. prescrip. per totum.

Et quia multi articulum presentem pro fundamento accipientes dicunt sola possessione bona prescribi posse, b. Quare pro intellectu istius. (f. frequenter etiam ista in iure occurrunt.) notandum uenit, quod ad ueram possessionem requiritur fides bona, hoc est, qd' his a quo unus emit aliqd, vel qui mittit me in possessionem certo sciat se esse uerum dominum, ut ff. de contrahen. empti. L. qui fundum, huiusmodiq; fidē habere debet tempore reuenditionis abcessionis seu refrigerationis. Secundo quod possessionis habeat legitimas & rationabiles causas, ita quod bona ipso iusto emit vel hereditario sibi cesserūt, ut ff. de acquiren. vel amittiten posses. L. i. & L. possideri autem, ac sequentibus.

Notandum tamen circa id, quod quinq; sunt que iusto possideri aut prescribi non possunt. Primo famuli nostri qui quantumcuq; longotēpore seruiunt nobis non patiuntur prescriptionē ut iusto serui dicant vel sint ut C. de prescrip. lon. tempo. L. si. Secundo res sacre que emuntur. ff. de religio. & sumpti. L. los

lxxxij. Vnde ex isto sequitur quod Saxo non prius prescriptio patitur nisi pro ut hic expressum est ut C. de prescrip. lxxx. annorum.

b. Ad uerā possessionem que requiritur.

c. Que prescribi non possunt hoc idem uide de infra li. iij. ar. iij. iur. Munia. ar. CxL & itē li. ij. ar. xliij.

cum, Tertio serui fugitiui qui furtim aufugiunt, vt. ff. de seruis fugi. l. i. C. eo. ti. l. itidem i. Quarto sit res furtiue vt infra. li. ij. ar. xxxvi. & C. de prescrip. long. tempo. per totum Insti. de vsucapi. & lon. tempo. prescrip. §. furtiue. Quinto per violentiam occupata, vt. ff. eo. ti. l. iij. Saxo tamen non prescribit nisi in xxx. annis & anno ac die. C. de prescrip. xxx anno. l. i. & ij.

Sciendum circa id quod Ecclesie & domus sacre prescribunt in quadraginta annis, vt in Autē. hęc cōstitutio. §. i. col. viij. & si qm cōtrarium alie sentiunt leges illis per presentem constitutionem derogatum est. Mobiles tamē res prescribi triennio possunt, licet contrariū articulus p̄cedens vigesimus octauus sen- ciat, tu tamen responde quod ibi loquitur de bonis mobilibus ad quē se nullus in annali spacio trahit, & ita vnū nō cōtrariatur alteri. Item in bonis immobilibus quē propriū nō sunt, prescribitur inter presentes secundū leges in decennio, vt insti. de vsuca. §. ij. Imperiū vero seu res fisci nullomodo prescrip- tionem patitur, vt insti. eo. ti. §. res fisci. Si qs vero contra Imperiū emerit quid e in qu nō quemio prescribit. Ab Imperatore vero vel eius clarissima coniuge si quid emptum sit, in instanti prescribitur vt insti. eo. ti. §. vlti. insti. de petici. h̄redita. l. nec vllam.

d. Intelligi in rebus fisco acquisitis secus in acqrendis ut insti de vsuca. §. res fisci. glo.

e. Intelligi qui a fisco rem alienam emit insti de vsuca. §. Editio. glo.

Articulus. XXX



Vilibet aduena in per- cipiēda h̄reditate suc- cedit, non secundū suā personā, a sed secundū iura terræ Saxonie cuiuscunq; etiā sit Bauarie, Francie, uel Sueuie, na- tionis.

Glosa.

Sed secundum iura terre. &c. vnde dicit lex communis. Qua in prouincia quis deliquit aut in qua pecuniarum, aut criminū reus sit, aut de terra, siue de p̄prietate, siue de posse- sione, aut ypoteca, vel dere qualibet reus fue- rit, & iuri illic subiceat, quod ius perpetuum est, vt in autē. qua in prouincia. C. vbi de. cri. agi. opor. Item alibi dicitur. Illic vbi res h̄re- ditarias esse proponis h̄redes in possessionē rerum h̄reditariarum mitti postulādum est. Vbi autem domicilium habet qui conueni- tur vel si illic vbi res h̄reditarie sit sunt de- git, h̄reditatis erit controuersia terminanda vt in. l. vnica. C. vbi de h̄reditate agatur. Status enim ciuitatis non debet alicuius ar-

tis vel peregrini libidine violari. viij. dis. quē contra morem, vnde vulgare est prouerbiū. Terrę quā pergis cape mores quos ibi cernis.

Glosa.

Doctrina articuli presentis est. Quod si quis cuiuscunq; etiam nationis fuerit domicilium in terra Saxonie suscepit successores eius h̄re- ditatem iuxta iura prouintie tollere debent & id ex duplici causa. Primo quia priuilegiū presens quod & perpetuum est ac immuta- bile largitum est prouincie & non peroris priuatis. b Priuilegia enim personalia cum personis intereūt, vt viij. q. i. c. Petisti. & extra de reg. iur. Priuilegium. li. vi. Priuilegia vero quē prouincijs dantur immutabilia sunt & eterna, vt. xvi. q. i. hinc est, & xxiij. dis. c. cō- munis filius. & extra de insti. c. Cū venissent. Secundo propter id vt etiam ibidem recon- ueniri possit, vbi em quis queratur vel ex- petit aliquid ibidem etiam respondere tenes- tur, vt infra ar. lxi. & extra de fo. com. c. ij.

Articulus XXXI



Maritus & uxor a bona inter se possident indi- uisa. Si autem uiro uiuē te mulier decesserit nū- la mobilia præter utensilia. Proprie- tatem uero si possidet in proximum h̄redem relinquet.

Nulla etiam mulier c de suis rebus in aliū trāsferre quicq; potest quod hoc disenciens maritus sustinere cogatur.

Postq uir d mulieri copulatur, tunc omnia eius bona in suam accipit tu- telam. e Ideoq; mulier nullam ei fa- cere potest f in suis mobilibus uel proprietate donationē ut per id post mortem ipsius a ueris eius h̄redi- bus alienēt, & ex eo apparet quod uir in substantia suā uxoris, nō po- test ius aliud sibi uendicare nisi eā g quam circa desposicionem nactus est tutelam.

Glosa.

b. Nota quod & iure feudali iudex indicare debet nō secundū iura actoris sed secundum iura prouinae seu. c. lxxv.

a. Cōcordat infra ar. xlv. & li. iij. ar. lxxvi. & lxxij. Iur. Mu. ar. xxij. xxij. xxvi. et lviij.

b. Ex isto dicunt quid- dam qd uiricus suis præignis mortua co- rum matre in bonis mobilibus præter utē filia nihil dare tenco- tur.

c. Cōcordat Iure. Mu. ar. lxxv.

d. Iure cōmuni maritus non potest esse tutor uxoris suæ uel curator. l. maritus. C. qui. da. tu. & cura. pos.

e. Iur. Mu. ar. xxvi.

f. Intelligi nisi autori- tate alterius tutoris ad hoc dati donatio huiusmodi fieret pro- ut etiam practicatur maxima iudicialiter donatioq; huiusmodi si est facta non ualet nisi post mortem uxo- ris qua confirmatur donatio, ut l. i. C. de donatio. inter uir. & uxo.

g. Id est nisi id quod in prima matrimonio copulatione suscep- rit scilicet tam mulie- ris q rerum suarum tutelam

a. Hoc idē ad qlibet alia prouinciam uel ciuitatem applica- ri potest, quod ui- delicet h̄reditas de uoluta secundū iura eius loā expetenda sit.

Maritus & vxor. &c. Secundum leges autem res constitute extra dotem mulieris non sunt in dominio mariti nec cadunt sub ypoteca sua. Vnde dicit Imperator, cum te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse sed ad sustentandam ea extra dotis causam filie tue prae-
dia assignasse proponas civilium munerum vel onerum municipalium obtentu ex perso-
na mariti eius, quomodo matres ex perso-
na filiorum interpellari non possunt, cum neque
maritum pro vxoris obligatione conveniri
posse constat, nisi ipse pro ea obnoxius fecit.
Certissimum enim est ex alterius contractu
neminem obligari, vt. in. L. cum te. C. ne vxor
pro mari. h. Sic etiam ob mariti culpam mu-
lier non potest conveniri nec perdit bona sua,
vt. C. eo. titu. L. ij. & in. c. ex literis de pigno-
ri, cum concordant ibi notatis, Ex eo apparet
&c. Quae enim sunt gerenda cum alio possunt
expediri tutore auctoritate secus si cum ipso
tutore, vt in. L. potest. ff. de aucto. tuto. Nec
enim ipse tutor in rem suam auctor esse potest
vt in. L. de aucto. tu. §. si. In omnibus autem con-
tractibus ubi surgit obligatio contra pupil-
lum requiritur tutoris auctoritas, vt in. L. eo. ti.
§. i. & ff. eo. titu. ubi dicitur quod regula iu-
ris civilis est in rem suam tutorem auctorem
fieri non posse, & sic ipse tutor & emptoris,
& venditoris officio fungi non potest, vt. in. L.
eo. L. pupillus. §. item, ubi etiam dicitur quod
nec per interpositam personam emere debet res
pupilli fortius ergo prohibet donatio vt hic
in textu.

Glosa.

Si autem viro viuentis mulier decedat, &c.
hoc verum est si consuetudo patrie non esset
in oppositum id est ubi consuetudo sit, quod ma-
ritus tertiam vel medietatem bonorum vxoris
accipit. Quia ibi & mobilia veniunt in diuis-
sionem & ita maritus non accipit inprimis
mobilia sed in commune cedunt.
Quando vir mulieri copulatur, tunc omnia
eius bona in suam recipit tutelam, &c. In-
tellege bona immobilia & dotalitium, secus
autem est dicendum de bonis mobilibus, quia
illa recipiunt iure proprio, & ideo post mor-
tem mariti proximus heres mariti habebit ta-
lia bona absque omni donatione quamque fuerit
vxoris, & quis vxor adhuc viuat, & hoc ve-
rum est nisi tunc vxor talia bona in sua pro-
pria semper retinuerit possessione, & ea mari-
to suo in usum tractanda non dedisset, tunc
enim vxor mortuo marito talia bona per se
retineret.
Vt per id post mortem ipsius a veris heredi-
bus alienentur, &c. nisi forsan bona illa fue-
rint labore eius acquisita vel sibi donata & no-
per successionem hereditata aut deuoluta.
Pro intellectu textus clariori notandum, quod
ex quo quidem matrimonium spirituale quid
est. Quare auctor privilegij nihil vel admodum

parum de ipso tractat. Verum de bonis con-
iugatorum pertinentibus, in plerisque locis,
tamen & in presenti articulo differit, causaque oc-
casione huiusmodi bonorum¹ partim etiam
ad forum spirituale pertinet vt est actio occa-
sione dotalitij seu donationis propter nuptias,
occasione enim huiusmodi donationum &
dotalitij, etiam iure spirituali actio intentari po-
test. Vnde & in textu duplex tangitur dona-
tio. Prima si vxor alicui extraneo donauerit
aliquid & illa nihil iuuat nisi subsequatur ma-
riti consensus & hoc fit ex tribus rationibus.
m. Prima quia vir est caput vxoris, & illa vi-
uere cogitur secundum velle ipsius, nec est sui
iuris vxor, vt. xxxij. q. v. hec ymago & c. no-
luit, c. mulierem. Secundo quia bona ipsorum
possident indiuisa, bonaque communia & in-
diuisa vnus sine alio alienare non potest, vt.
ff. pro socio. L. ij. Tertio quia vxor est sub tu-
tela viri, pupillus vero nihil facere potest sine
voluntate tutoris, vt in. L. de auctorita. tuto. §.
auctoritas. n. Secunda donatio tangitur in tex-
tu cum dicitur, ideoque mulier nullam marito
facere potest donationem, &c. & hec donatio
etiam progressum non habet immo inutilis
efficitur.

Querere circa id quis posset. Ex quo quidem
mulier potest alio extraneo bona conferre con-
sensu accedente marito, & ita velle suum iuuat
alterum. Quare consensus suus etiam sibi ipsi
proficere non deberet. R. quod in obstaculo
est tutoria quam ipse gerit. Tutor etenim
nullum donum a pupillo accipere debet ex eo
quod facilius inducere pupillum posset, vt
omnia bona sibi abscederet. Tutoris vero ius
est vt pupillum ab omni collusione defendat,
quare nec ipse solus eundem colludere debet
vt in. L. de tutel. §. i. & in auren. vt hi. qui obli-
se habe. per hi. §. quod si quis. coll. vi.

Ibi cum dicebatur quod vir copulatus vxori
omnia mobilia praeter utensilia iure proprio
occupat, &c. dicere quis posset paragraphum
istum contrariari legibus quae disponunt quod
tutor nec quicquam bonorum pupilli pro se
retinere debet vt in. L. de excusa. tuto. §. item
& c. qui da. tuto. pos. L. i. & ff. de tuto. & cu-
ra. da. ab his. L. si. R. quod leges praetacte dispo-
nunt de tutoribus si forsan quid pupillis quo-
rum ipsi tutelam administrant accipere velint
& ita de tutela minorennium loquuntur. Ar-
ticulus vero praefens de tutela mariti respec-
tu vxoris quae & diuersa est, differit. Vnde cir-
ca id nota o. Tutoris & administratoris differ-
rentiam. Illi etenim qui pueris dantur, tuto-
res vocantur. Senibus vero & mulieribus afci-
ti, administratorum & curatorum nomen for-
tiuntur, vt in. L. de excusa. tuto. §. qui tutela,
& de isto hic in textu intelligere vult.

Ideoque mulier, nullam facere potest marito in
mobilibus vel proprietate donationem, &c.
Per id intelligere geradam vult, quia illa co-
gnata tollit. Alia vero bona omnia mobilia,
E

1. Causa occasioe do-
tis tam in iure spūali
q̄ auli institui pos-
test,

m. Cause quare ux-
or sine consensu ui-
ri nihil alienare pos-
test.

n. Vide ad hūc passū
Iur. Mar. xxvi. glo.

o. Tutoris & admin-
istratoris differen-
tiam vide.

h. Mulier ob mariti
culpā non cōuenitur.

i. Sēs articuli præsēn-
tis est qd' mulieris mo-
bilia post mortē eius
relinquuntur apd' ma-
ritū, hereditas ad p-
ximiorē heredē. Sup-
pellectilis uero seu ge-
rada ad cognatā ce-
dit nisi forsan uxor ex-
tra cōmunē usum ser-
uasset mobilia, nā tūc
illa bona post obitū
suum trāsmittit ad p-
ximiorē heredē &
non ad maritū ita
Henric super textū
ar. lxxvi. infra l. ij.

k. Ista interpretatio
reprobatur a multis &
est nullius rationis, im-
mo cōtra rem pub. et
cōtra legē primā. ff.
solu. ma. & nunq̄ uas
l. re potest huiusmōi
consuetudo aut inter-
pretatio ut eleganter
Alexandrinus differit
c. si. de do. inter uir.
& uxor. Alij aut iam
temporis in practica
sic interpretatur hūc
articulū, qd' maritus
mortua uxore acquirit
quidem res mobiles
uxoris, sed uiro prae-
mortuo uxor retinet
res huiusmōi suas mo-
biles.

P. intelligitur de iure saxonū uir mortua uxore succedit in dote & alijs bonis secus de iure communi ubi pater succedit ut L. dos. C. soluto matrimonio.

¶ Et sic dos in pecunia cedit lucro marito contra Bald. L. dos. C. soluto matrimonio.

¶ Vxorēs relicte post mortem mariti dotem importatam nō tollunt sed loco ipsius dotalitium seu donationē ppter nuptias accipiunt rationes uide.

¶ Nota iur. seu. Mulier accipit dotalitū ante omnia dato qd bona mariti obligata sunt. Vnde arca id queritur si uir uendat bona in quibus dotalitium inscriptū sit uel denominatum quid fieri debet qd pfiat emptori. & quod id fieri debet de scientia uxoris, & quod per sententiam sit iuridicam & qd tandem uxor iuramento renūctiet uiri suo seu. c. lvi. Etā mulier necessario habet tutores super dotalitio uiuente marito. Primo quod maritus illud uendere aut alienare obligatū reū; non potest siue sit consensus mulieris siue non, sine consensu illius tutoris. Secundo quod ille aſuius tutor post mortem mariti bonis dotalitij se intromittat in

maritus retinet ut paragraphus secundus eiusdem articuli disponit, & infra li. iij. ar. lxxvi. § ij. & ita sub hac limitatione paragraphus iste quartus non contrariatur articulo secundo. Notandum circa id quod aliqui male intelligentes articulum istum signanter vero paragraphum quartum ubi dicebatur, postq; vir mulieri copulatur, &c. putant quod maritus ex quo est tutor bonorum uxoris, quod vxor post mortem mariti omnia acciperet mobilia & dotem quam importauerat, & geradā donationemq; propter nuptias, ita quod maritus in illis bonis nihil haberet nisi tutoriā ex parte uxoris. Intelligendus ergo paragraphus est P quod maritus accipit dotem importatam in pecunijs paratis, nō nomine tutorio, sed sibi datur ex eo ¶ quia ipse sibi uicuerit reformationē facit in dotalicio & uitę prouisione. Parafernam uero & proprium ac uitę prouisionem mulieris maritus in tutela accipit, & illa mulier marito dare nō potest, nec a ueris suis heredibus alienare ut supra declaratum est. ¶ Quod autem mulier post mortem uiri dotem importatam nō recipit ¶ probatur per articulum. lxxvi. li. iij. ubi habetur quod mulier post mortem mariti accipit donationē propter nuptias utens filia, & domestica cibaria, ibidē uero de dote importata nulla mentio est. Preterea probari etiam poterit tribus rationibus quod mulier dotem importatam non tollit. Primo si enim mulieres post mortem uiri dotem importatam accipere deberent, esset aliquod ius vel priuilegiū tempore Caroli Imperatoris (qui & multas in fauorem mulierum sanxerat leges) datū, nec hucusq; occultatum fuisset. Secūdo quia si relicta uidua acciperet dotalitiū, geradam cibaria domestica, heredes ut in plurimum exheredarentur. Terrio si et in quantum dotem, donationem propter nuptias, geradam, & uitę prouisionem tollerēt, extitit mulieres maius commodum haberent in bonis uirorū, uiri uero ipsi nullum sustinerēt, quod fieri minime debet. Dotalitiū etenim eis datur in recompensam dotis importate, ut infra li. iij. ar. lxxv. glo.

Articulus XXXII



Nulla mulier^a usufructū sui dotalicij, sed nec eius hæres, potest fundi proprietatem sibi uendicare quādiu appareat quod in eo dotalitium sit sibi concessum. Quod si attentauerit huiusmodiq; fundum

reformati dotalicij suā esse proprietatem dixerit ac repulsam iure in eo pacietur, utrunq; hoc est tam dotalitium q̄ proprietatem perdit.

Glosa.

Nulla mulier propter usufructum &c. Et est ratio, quia usufructus constituitur in rebus alienis. ¶ Est enim ius alienis rebus utendi, fruendi, salua rerum substantia, ut ff. de usufruc. & quemadmodum quis utatur. L. i. & insti. eo. in principi. & constituitur inter uiuos patribus & stipulationibus. Item in iudicio famul. hircif. & cōi. diui. ut si iudex uni proprietatem adiudicet, & alteri usufructum, ut ff. c. L. §. i. Item & in testamento ut insti. eo. §. i. Constituitur autem in fundo rustico & urbano & edibus, & in seruis, & in iumentis, & ceteris rebus etiam sterilibus, exceptis his quę usu consumuntur ut insti. eo. §. constituitur, & hoc uerum est de usufructu formali, qui supra est descriptus. Sed utilitatis causa etiam receptū est ut in his quę usu consumuntur constitui possit non uerus, sed quasi uerus, ut in pecunia frumento uino oleo. &c. ut insti. eo. §. sed utilitatem, & ff. de usufruc. earum rerū quę usu. consu. L. ij. & iij. Pertinet etiam ad usufructum lac & lana agni hedi, & uitali si in singulis animalibus usufructus est constitutus, & si aliquod moritur periculum erit fructuarij non proprietarij. Secus si usufructus uniuersitatis vel gregis est relictus, ut ff. de usufruc. & quemadmodum quis utatur. L. uerus & c. L. vel inutiliter, quid ergo & insti. de rerū diuisi. §. sed si gregis. Et cauere debet uerus usufructuarius qd ipse re utatur & fruatur arbitrio boni uiri, & de restituenda re, vel eo quod ex ea extabit finito usufructu. ff. de usufruc. quemad. ea. L. i. & per totum, & hec cautio non potest remitti per testatorem. C. eo. L. i. & ij. Quasi autem usufructuarius cauere de restituenda consimili quantitate, vel summam debet uero restituere proprietario vel eius heredi. C. de pigno. L. cum constet. Et ammittitur usufructus morte usufructuarij & maxima & media capitis diminutione & si res perijt in qua relictus est, ut insti. eo. §. finitur, & ff. qui. mo. usufruc. ammit. L. i. & per totum & c. eo. L. penul. Si etiam plures sunt usufructuarij vno mortuo sua pars acquiri alijs iure accrescendi. ff. de usufruc. accres. per totum. Ammittitur etiam non utēdo spacio decennij inter presentes vel. xx. inter absentes ut. C. eo. ti. L. penul. secundum Azo, licet alij aliter dicunt & sic lōgo tempore ammittitur usufructus. Sed personalis actio quę pro eo competit non ammittitur ipso, sed per exceptionem quia tempus non est modus tollende obligationis. ff. de acti. & obli. L. obligatio

instantiq; illa expetat loco relicte ex quo ipsa clipeo caret bellico. Tertio quod uiro uiuente & ad inopiā declinante etiam constāte matrimonio ut usufructus dotalitij p tutorem expetatur. C. de iure do. L. ubi adhuc. De hoc uide latius seu. c. lx. Item si mulieri loco dotalitij denominetur in bonis certa pecunia uel summa uel frumentū mulier non debet taxare secundum uelle suum quomodo ei placuerit nec frumentum taxabit iuxta uoluntatem sed secundum commune forum.

a. Vide infra li. ij. ar. xxi. iur. Mu. lviij.

b. De usufructu uide abunde.

num. In hoc autem casu non ammittitur quidam quis saltem per annum utitur nomine suo alias secus. ff. de usufructu & quemadmodum. L. arboribus. §. usufructuarius & §. sequenti, & L. non utitur, & L. sequenti. Ammittitur etiam confusione cum scilicet ad proprietatem redit. ff. quibus modis usufructus amittitur. L. si seruus. Diminuto etiam numero gregis cuius usufructus relictus erat in tantum quod grex esse desinat ammittitur usufructus, ut ff. qui usufructus amittitur. L. si. Secus autem si non gregis sed corporum relictus est usufructus. ff. qui usufructus amittitur. L. quid tamen §. si. Ammittitur etiam rei mutatione super quo vide. ff. de usufructu & quemadmodum. L. quotiens §. si. & ff. qui usufructus amittitur. L. repeti. §. penult. & si. & L. quid tamen §. agri. usque in finem leg. & L. nisi & L. si cui & L. si ager & L. cum usufructu. hic etiam per ius municipale perditur propter abusum et merito quia est gratia, et ea abutens perdit eam ut in. c. tuarum de priuilegiis. xi. q. iij. priuilegium.

Glosa.

Nulla mulier, &c. Superioribus declarata habetur maxima mulierum super eorum dotalicio prerogatiua, quodque nullus illud eis infringere potest. Articulus presens precauet et precauit ne itidem mulieres abutentur dotalicio ne forte abutendo reformationem dotalicij eandem perdant, merito autem et iusto mulieres in dotalicio seu reformatione vite provisionis tueri et defendi debent, ipse tamen ediuerso precauere debent ne iniuste in huiusmodi reformationibus agant, ut ff. de reg. iur. L. mulieribus, et. C. de iur. et fact. ignoran. L. ne passim, articulusque iste confirmatur per paragraphum ultimum articuli, xliij. infra libri. iij. ubi dicitur quod qui in suo feudo aut dotalicio matris aut suae cognate voluerit proprietatem comprobare nisi hoc testimonio sex banitorum probauerit succumbet. Contra id arguitur. Textum articuli esse insufficientem, fieri enim potest quod vite provisionis mulieri in proprio seu hereditate reformatam sit, moriatur tandem pueri quibus proprietatem illa pertinebat, huiusmodi hereditas seu proprietatem in sinum deuoluitur matris ex arti. xvij. supra, quae & vite provisionem ibidem habuit. Quare & proprietatem illorum bonorum sibi usurpare poterit, & quod textus in se verus est unde & si quidem mulier morte decedens pueri hereditatem seu proprium occupet non loco tamen vite provisionis seu dotalicij, sed ratione deuolutionis illud obtinebit, & ita mutatur casus. Quod si attentauerit, &c. Ratio autem istius est quia false in bonis illis egit abususque est gratiae sibi date & concessae. Cum vero gratia quis abutitur perdit eam. Multe siquidem prerogatiuae & gratiae mulieribus in eorum dotalicio seu vite provisione concessae sunt ut po-

te quia exinde nulla tenentur soluere debita, ut in autem. de equa. do. §. his consequenter col. vij. & item ex quo quidem bona mariti pignus sunt eius dotalicij. Quare ante omnes creditores illud tollit. ut. C. q. po. in. pi. habean. L. vlti. et item neque cum eius voluntate nec sine voluntate alienari possit, ut in fin. qui aliena li. vel non. §. i. In autem. ut nulli iudi. liceat ha. lo. conse. §. & illud coll. ix. C. ad Velleia. L. antiquae iuris di. & L. si mulier. Quare & beneficij collati gratia esse debet mulier precauendo ne iuri & priuilegio derogat suo. Isto etiam modo ammittuntur omnia priuilegia cum videlicet quis male uti velit priuilegiis concessis ut extra de priuilegiis. c. tuarum. c. ut priuilegia, & extra de postu. prela. c. gratum, & extra de regulari. c. licet. et. xi. q. iij. c. priuilegiis. ff. de lega. L. cum pater. Notandum circa id quod dotalitium mulier perdit ex triplici causa. f. Primo propter heresim ut in autem. de priuilegiis. do. muli. hereti. non prestan. §. i. coll. vij. Secundo si a marito nulla legitima habita causa separaretur vel diuorciaretur, ut in autem. de nup. §. si vero. coll. iij. Tertio ex causis supra circa art. xxi. in glosa expressis, & in autem. ut lice. ma. & au. §. si quoslibet. col. vij.

c. Priuilegia quomodo amittuntur.

f. Dotalitium mulier perdit ex tripli causa

a. Concordat iur. d. n. ar. lviij.

b. Textus uetustiores tum & germanicus hunc paragraphum ita legunt & intelligibiles. Et dirimit omnis possessionis sponsones in feudo patris ex eo quod post mortem patris uixit, oiaque feuda patris uacabunt domino a quo tenebantur si puer fuerit ostensus tantus & talis quod uiuere potuisset.

c. Secus si natus & mortuus sit ante patrem quod ut sic expectantia feudale non infringit. seu. c. xx.

d. Nota hic quod si puer ante baptismum moritur Christianus tollet hereditatem pagani cum puer nondum baptizatus sit.

e. Hic est casus quod sacerdotes, monachi, mulieres testificari possunt. Concordat iure d. n. ar. xxi.

Articulus XXXIII

Nunc considerate de impregnata muliere quae se in uiri sepultura uel tricestino ostenderit parituram & post modum partus uiuus fuerit emissus, idque mulier cum quatuor uiris qui eum plorantem audierunt, & cum duabus mulieribus quae ei in partu ministrauerunt poterit comprobare. Posthumus hic sui patris hereditatem obtinebit. Qui si posthac moriatur in matrem suam eam transfert, si ipsa ei in generatione poterit coequari & infringit omnem in patris feudo expectantiam feudalem & tunc feuda ad minimum reuertantur quia puer humanus & uiuus post patris mortem apparebat. Si uero puer Ecclesiae manifeste praesentetur omnes qui eum audierunt & uiderunt ad testimonium eius uitae admittantur.

E ij

e. Abutens gratia perdit eam.

d. Dotalitij prerogatiuae.

Glosa.

Nunc considerate de impregnata, &c. Vide. L. sicuti, ff. de ventre in pos. mit. vbi inter alia sic dicit. Pregnantem esse mulierem omnino oportet, nec dicere se pregnantem sufficit, quare nec retinet bonorum possessionem nisi vere pregnant fuerit & mortis tempore, & eo quo mitti in possessionem se petit, &c. vide etiā in ar. xxxviii. li. iij.

Glosa.

Lex presens maxime utilis est quo ad duo, p viditur enim per eam ne pueri posthumi in hereditatibus eorum ab alijs olim mortui heredibus defraudentur, qui inuidia ducti dicere forsan possent posthumum non esse mortui puerum, consilium itaq; datur mulieribus vt se pregnantes declarent circa viri sepulturam vel infra tricesimum mulier enim impregnata esse potest & fetum portare ante q̄ dinoscatur quadraginta diebus, vt in aucten. de testi. & que parit. Ad id etiam vide infra eo. li. ar. lviij. & insu. de pupil. substi. §. sui autem, consulitur etiā vtrū se pregnantē mulier declaret ne forsan heredes allegent puerum non esse natum ignorantiam allegantes tum & propter alia incommoda que exinde emergi possint, quibus per presentem constitutionem obuiatur, difficilime etenim mulieres in casibus emergentibus sine impetitione perinanere possint nisi legibus tueantur. Nā illud quod medicamenta morbis hoc exhibent iura negocijs vt in aucten. hec constitutio innovat. §. quot medicamenta col. viij. f. Vnde & sciendum quod mulier fetum portare potest decem mensibus & duobus diebus & non longius, vt in aucten. de testi. & ea que pariat. col. iij. ff. de suis & legit. here. L. intestatori. §. si. Secundo utilis est lex ista prouiditur em per eam quod matres puerorum qui viui nati sunt & tandem moriuntur hereditatem tollunt, vt supra ar. xviij.

f. Mulier quādiu fetum portare potest.

g. Expectantia feudalis q. t. Hoc idem vide infra li. iij. ar. lxxv. & lxxvi.

Et infringit omnem in sui patris feudo expectantiam feudalem, &c. §. Vnde expectantia feudalis dicitur cum dominus vasallo viuente promittit bona vasalli alteri cum condicione si videlicet ille vasallus sine herede decederit, in proposito itaq; ex quo mulier impregnata post obitū mariti manet, mortuus non dicitur decedere sine herede feudali, vt ff. de reg. iur. L. Si quis, de hoc vide amplius seu. c. v. vbi dicitur quod expectantia feudalis dicitur esse pactio seu promissio feudi vt si vnus habeat feudū actu & alteri promittatur post mortem eius. Si ille sine herede decedat vide etiam ad id infra li. iij. ar. lxxvi.

Omnes qui eum audierunt & viderunt ad testimonium admittantur, &c. Intellige qui testificari possunt, vt ff. de testi. per totū. No-

ta tamen quod in casu presenti omnes tam sacerdotes, Monachi^h & mulieres testificari possunt de baptismo pueri & est ius speciale quo ad hoc quia testificantur puerum baptisatum & nemini per id preiudicant seu nocet quare iure id admittitur vt. de conse. dist. iij. c. paruulos.

h. De mulieribus quā testificari possunt, vide de Iur. Mu. ar. lviij. occasione dotalitij & item testimonio conuina ar. xci. ibidem.

Anno. ex. L. xij. tabu.

Concordat ad id lex. xij. tabu. cum inquit in decimo mēse legitimus infans nascitur. Qui vero post decem viros leges Rome tulerunt decimo item nono & propter doctissimi Hippocratis autoritatē septimo mēse perfectum partum nasci posse existimauerūt, & ideo vtero ex his temporibus natos ad legitimam hereditatem admiserūt quod Plautus & Menander veteres poetę etiam tradiderunt. Cicerilius autē & post Aristotelem Marcus Varro & Gellius refert octauo etiam mēse partum nonnunq̄ edi posse scriptum reliquerunt & Gell. ipse negotio magnę rei postulante sua etate diligēter Romę quesitum fuisse dicit an octauo mēse infans viuus ex vtero editus & statim mortuus lustrum liberorum suppleuisset, quum abortio nō partus mēsis octauo intempestiuitas quibusdam videretur. Verum tamen huiusmodi quasi monstruose raritates a Romanis non fuerunt Varronis testimonio receptę. Sed & cum femina honestis moribus non ambigua pudicitia in vndecimo mēse post mariti mortem aliquando peperisset, quoniam in decimo mēse non vndecimo gigni hominē decem viri scripsissent Romę, an illa mulier post mariti obitum cōcepisset autore Gellio disceptatum & in cōtroversia deductū est. Sed requisitis veterū philosophorū & medicorū sententijs in vndecimo quoq; mēse partū edi posse diuus Adrianus causa cognita decreuit quod etiā Marcus Varro post Aristot. lib. xiiij. rerum diuinarum tradidit & Plinius Vestiliam septimo mēse Corbulonem, octauo Cesoniam Caisar Principis coniugem, & vndecimo Sugillū Ruffum genuisse dicit. Sed hoc a sequētib; legulātoribus non est receptū. Nam Vlpianus de legitimis heredibus post decem mēses natum non debere ad legitimam hereditatem admitti scribit, quod contrarium esset si illo tempore regulariter nasci posset aliquis. Iustinianus quoq; vndecimo mēse partum edi non posse constituit. Non preteribo tamē quod septimo libro naturalis historię de hac re Plinius & Massuriū autoritate scribit. L. scilicet papirium prętozem quum mater se tredecim mēsibus partum tulisse diceret bonorū possessionem contra secundum heredem legitime agentem dedisse quoniam ei nullum certum tempus pariendi statutum videretur, 10. g. maiora nostrę etatis fœminę bonis mari-

ris partus intempestiuitatem atq; celeritatem admirantibus persuadent vt tertio mēse im-
mo postera nuptiarum die partus nasci possit, certe tales viri multo v̄to ab interiore for-
minatum tunicā procedente impleti sunt, q̄
hec incredibilia & has mulierum fraudes ad-
mittūt, validis proculdubio argumētis opus
esset anteq̄ similia euēire crederemus.

Articulus XXXIII



In iudicis licentia^a po-
test quis suam alienare
proprietatem dummo-
do alienationi ab hære-
dibus alienisus præbeatur, & dum-
mō ab alienatore^b dimidietas man-
si & soli idest curiæ fundi in qua cur-
rus uerti poterit reseruetur de quo
fatis iudici in iure fiat. ^c Si quis pro-
prietatem suam domino ita dederit
ut cum ea per dominum uiceuersa
infeudetur, ista donatio domino nō
proderit, nisi eam proprietatem per
annum & diem libere possideat,
peracto hoc spacio eandē proprie-
tatem in feudum cōferre secure po-
test quia deinceps donator de sua
re in hac hæreditate uel propieta-
te monstranda nō audietur. Alij tex-
tus habent nec ipse donator nec
hæres suus illud propriū sibi a mo-
do poterint in proprietatem uendi-
care. Impediet uero iudex^d iniuste
aliquem in suæ proprietatis aliena-
tione cum Rex fines Saxonie atti-
gerit coram eo donandi liberam ha-
bebit facultatem dūmodo iniustum
iudicis impedimētum demōstretur.

Glosa.

Ex paragrapho primo articuli presentis col-
ligitur^e quod venditio immutat dominū
& nō iuridica abscessio seu resignatio, ita qd̄
si quis vendat bona alicui, dato quod iudex
iudicialiter ea in ipsum nō transfundat vel re-
signet, bona tamē illa apud emptorē manēt.

Querere quis posset ad quid ergo resignatio
iuridica utilis sit. ^f R. quod resignatio iuridi-
ca utilis est ad quatuor. Primo quia per resi-
gnationem venditio firmatur & stabilitur, vt
Insti. de re. diui. §. per traditionem. Secundo
quod onera & seruicia bonorum amplius in
venditore exposci non debent, vt. C. de agri.
& censu. L. iij. Tertio quia venditor forū seu
venditionē negare non poterit, vt supra ar.
xviii. & isti. de emp. & vend. §. emptor. Quar-
to quod possessionis rationabilem causam ha-
beat & id iuuat eum quoad prescriptionem
vt insti. de vsucap. & longi. tempo. prescrip.
§. iure Ciuili.

Dummodo alienationi consensus heredum
præbeatur, & c. ita quod heredes abrenunci-
ent bonis vel in instanti si presentes sint, vel
infra annum & diem cum absentes fuerint nō
contradicant.

Impediet uero iudex aliquem, & c. Impedimē-
tum seu error iudicis ^g est duplex. Primo ex
ignorantia, & isto modo resarcire cogitur dā-
num si cui per eius ignorantiam illatum sit,
vt insti. de obliga. quæ ex quasi delict. nascū.
§. si iudex. Secundum impedimentum seu er-
ror iudicis fit ex malitia, & ratione istius ab
officio suspenditur infamisque declaratur, vt.
C. de pena. iudi. qui male iudi. L. finali.

Cum rex fines Saxonie attigerit, & c. Intelligi
si iudicium tale sit a quo ad imperiū præci-
se appellatur. Sed si alter intermedius iudex
fuerit, illi erit insinuandum, vti forsitan sculte
tus excesserit Comiti denuntiabitur. Si vero
comes deliquerit Regi maiestati duntaxat
insinuandum erit dato etiam quod Comes a
Marchione comitatum habeat non tamen ad
eum negotium deuoluitur. Sicut nec senten-
tia reprobata in comitatu in Marchiam ap-
pelatur, vt infra. li. ij. ar. xij. Vide etiā adhuc
passum. ff. de appella. & rela. L. Imperatores.
& extra de appella. c. si duobus.

Dummodo ab alienatore dimidietas mansit,
& c. Queritur quare iudex istum qui proprie-
tatem vendit cogere debet vt certam partem
fundi relinquat, videtur enim id esse contra
ius commune, nam & nihil convenientius est
naturali equitati q̄ voluntatem domini volē-
tis rem suam in alium transferre ratam habes-
ri, vt insti. de re. diuisione. §. per traditionem.
Causa etiam quorū id fieri debeat quam & in
textu ponit vt videlicet iudici exinde in iure
satisfiat insufficiens videtur. Exinde enim se-
queretur, quod & successor suus id facere tes-
tatur, & vt sic a iudicis seruitute nunq̄ liber-
rari possit. Quinimmo bona illa iudicio obli-
gantur semper. Contrarium etiam habetur
infra. li. ij. xxiiij. §. ij. vbi habetur quod vnus
bona sua alienare poterit, vt cum ea vedit re-
signat, & c. quod tamen fieri non posset stante
paragrapho articuli presentis. R. quod sensus
articuli istius dependet ex articulo quin-
to infra secūdi libri vbi habetur quādo quis

^f Resignatio hære-
ditatū utilis ad qua-
tuor. concordat iur.
Mun. ar. xx. glo.

^g Impedimentū seu
error iudicis duplex.

Nb

^a. Proprietas quidem
alienari potest sine
consensu iudicis illud
tamen tanq̄ propriū
possideri non poterit
nisi resignatione iudicis
iudicialiter facta ut infra
ar. li. lib. ij. ar. xxx. iur.
Mu. ar. xx.

^b. Passus istius textus
et tota sequens glosa
intelligitur casualiter
nō præse scilicet qd̄
qui seruat dimidium
mansum ut releuetur
ab onere satisfaciendi seu
fideiussoris, siue sit as-
gens, siue conueniens.

^c. Alij textus habent
ut exinde iudicia obse-
quia præstare possit.

^d. Hoc idem intellige
de scabinis si uid. licet
preao corrupti alis
quem in iudicio negle-
xerint, vide de hoc iur.
re mu. ar. xi. & xvij.

^e. Vide contrarium in
fra li. ij. ar. iij. in glo.
ubi dicitur quod q̄d iudic-
ialiter bona non
resigno mea tamdiu
mea sunt.

in illa Iurisdictione tantum proprii habuerit quantum verigeldus eius sit fideiusoriam contra querulantem statuere non tenetur. Ex quo itaque ius est quod ille quibus ut sic habuerit fideiusoriam statuere non tenetur. Iusque etiam sit ut supra allegatum est, quod unusquisque proprium suum alienare potest ex duplici itaque causa future preceue difficultati quia vel ipse solus accusatur, vel pro accusato fideiuber, & ita respectus habetur ad bona ipsius nec fideiusoriam statuere cogitur, ut infra. li. ij. ar. v. ff. de legi. & sena. consul. L. sed & posteriores. Si ergo fideiusoria facta posset vnus bona huiusmodi sua, ratione quorum sibi credebatur abscedere vel resignare, iudex ut sic colluderetur nec haberet unde fideiusoriam querat. E diuerso etiam iudex posset occasione huiusmodi fideiusorie vnum qui amplas hereditates seu proprium magnę estimationis haberet, impedire quod illa alienare seu vendere non posset non sine detrimento illius. Quare ius mediū illius statuit, quod vnus qui accusatur, rationeque bonorum possessorū fideiusoriam statuere non cogebatur, alienare & diuendere semper illa poterit, reseruata dimidietate mansi ut textus habet, ut videlicet exinde iudici respondeat, hoc est quod ipsum meret, vel illum pro quo fideiussit iudicio presentet, & ut sic iudicium illesum manebit, ipse vero non priuabitur alienatione bonorum suorum, ut insti. ex qui. cau. manumit. nō pos. §. iuste autē. Ex textu presenti habetur h. quod medius mansus valet verigeldum qui quandoque facit decem octo libras, quandoque decem, quandoque nouem denariorum illius prouintię vbi negotium agitur communiter currentiū ut infra. li. ij. ar. xl. & xl v.

h. Concordat infra li. iij. ar. xlv. l. v. m. ar. xij.

Articulus XXXV



Thesaurus omnis subterraneus profundius meatu aratri iacens ad imperij pertinet maiestatem. Argentum sub terra absconditū ne mini excidere licet sine proprietarij illius loci uoluntate. Si uero uoluntas ipsius aduenerit, in operis loco aduocatiam obtinebit.

Glosa.

Omnis thesaurus subterraneus. &c. Lex tamē cōmunis aliter disponit, ut §. Thesauros. Insti. de rerum diuisione cum dicit thesauros quos quis in loco inuenerit suo. Diuus Adrianus naturalem sequitatem secutus, ei con-

cessit qui eos inuenerat. Vnde thesaurus a. dicitur esse pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita, ut. C. de thesauris L. i. li. x. in prin. Vel Thesaurus est dispositio pecunię cuius memoria nō extat, ut. ff. de acquiren. re. domini. L. nunq. §. thesaurus.

Nota quod thesaurus in quinque locis inueniri potest. b. Videlicet in locis Imperij Ecclesię, obligatis bonis, communibus locis, & in loco proprio occupatoris. In quatuor primis locis si ex casu nulla ad id data opera thesaurum inuenerit medietas illorum est cui locus pertinet. Inuentori vero alia medietas cedit, ut insti. de re. diuisi. §. si quis & ff. de acquiren. re. domi. L. si is qui. §. quod si creditur. In proprio vero solo, si inuentus sit per aliquē thesaurus apud ipsum totus manet, ut insti. de re. diuisi. §. thesauros, & in glo. ibidem, nec requiritur illi qui sic thesaurum in solo proprio inuenerit consensus a domino suo thesaurum effodiendi, sibi etenim iure communis pertinet, nec id repugnat articulo presenti qui intelligi debet de thesauro in loco imperij inuento & non de loco alicuius priuato, c. vel etiam intelligitur articulus de thesauro per nigromantiā inuēto ut. C. de thesau. L. vnica. Si vero quis ex cōducto thesaurum tibi querat in fundo tuo thesaurus inuentus tuus erit soluto mercenarij pretio. Si vero aliquid aliud laborans mercenarius thesaurum inueniat, medietas thesauri tua erit. Alia medietate circa laborem permanente precusodito tamen eo quod ad actum istum eundem non conueneras, v. ff. de acquiren. re. domini. L. si is qui in aliena. §. creditor.

Argentum sub terra absconditum. &c. Ex eo notatur thesauri & minere differentia accipiturque argentum hic in textu pro minera ipsa, ut. ff. de acquiren. vel ammitti. posselli. L. peregre, & hoc ex eo quia nominalunt finita res vero infinite, ut. ff. de verbo signi. L. iij.

Si vero uoluntas eius aduenerit aduocatiam obtinebit, &c. Intellige sub distinctione si totale dominiū illius loci ipsius sit & nō alterius. Querere quis posset, d. Quid si vnus proprietatem seu dominium agri seu fundi non habuerit, sed duntaxat usufructum obtineat an facultatem habeat argentum fodiendi. Quidam dicunt quod sic, quicquid etenim commodi & utilitatis, ex fundo ad usufructū si bi concessio comparare poterit, hoc eidem facere licet, dummodo nullum damnum in fundo usufructuario committat, nec locum illū deteriore faciat, ut insti. de usufruc. §. i. & ff. eo. ti. L. i. & ij. Ex quo itaque ager seu fundus per argentū fodinam nō deteriorabitur quare eisdem fodere licet. Preterea quicquid in iure prohibitum non est hoc cuique facere licet, ut. C. de testamen. L. sancimus. Cum itaque id facere prohibitum non sit ergo, &c. r. nō obstantibus argumentis in contrarium adductis, quod usufructuarius cui ager pro cultura in usufructum datus est mineram fodere minime pro-

a. Thesaurus q. t. concordat infra li. ij. ar. lxi. glo.

b. Thesaurus in quibus locis inueniri potest.

c. Dicunt quidam sepius se sententiam obtinuisse iuxta hanc glossam quod quando solum est priuatum in quo thesaurus reperiatur sit habet locum dispositio iuris communis. Textus uero articuli intelligitur de solo publico seu Imperatoris.

d. usufructuarius an potestatem habeat in loco usufructus mineram fodiendi.

c. Vsfufruarius in
fodiendi argentum nō
habet, ut infra ar. liij.

f. Vide ad hunc pāsū
ff. de usufruc. & quē
admodū quis utatur
L. item si fundum. §.
sed si & metalla.

terit ex eo, nā cūi ager pro cultura in vsum
datus sit huic facultas argentum fodiendi cō-
cessa non est, ex vi vocabuli. f Et item fundū
ad vsufructum concessum vsufruarius il-
lese seruare debet, quod non esset si foderetur
vel effosam terram in fundum exporteret, vt
ff. de vsu. & habi. L. finali. Nec illud te releua-
re poterit, quod in contrarium allegabatur.
Quicquid in iure prohibitum non est, id fas-
cere liceat, &c. Interimittitur p̄suppositū pro-
hibetur enim istud vt infra eo. lib. ar. liij. in
fi. et insti. de re. diuis. §. thesauros, & §. si quis
& C. de thesauris. L. vnica.

Articulus. XXXVI

a. Iur. Mu. ar. iij. &
xcvi.



I maritata mulier^a ante
definita tēpora maturi-
us prole genuerit, pro-
les huiusmōi in iure suo
increpari potest. Idem est de prole
uiduæ post obitum mariti tardius
nata censendum.

Glosa.

Poterit increpari, &c. Nota tamen hic quod
si sententia proferatur a iure pro aliquo deli-
cto, quod tunc nō est alia sententia necessaria
requiritur tamē iudicis declaratio vt patet de
homici. c. pro humani in fi. lib. vi. & hoc ibi
notat. arg. & allegat. concordan. Vide etiam
pro hoc quod notat Io. an. de penis. c. feliciis
super verbo infamis. li. vi. in nouel. Et p̄di-
cta declaratio debet fieri per inquisitionē par-
te vocata pro quo vide notata ad remis. in
ele. p̄senti in glosa ord. de censu.
Proles in iure suo poterit increpari, &c. & ex
isto sequitur quod illegittimus procurator esse
non potest. Quia ille procurator esse non po-
terit qui in iure suo redarguitur vide ad id in
fra eo. li. ar. lxi. Textus articuli in se planus est
nec multa indiget declaratione, vide etiam ad
hanc materiā supra quē notata habentur, cir-
ca articulū. xxxiiij. Iur. muni. ar. xcvi. seu. c. xx

Articulus. XXXVII

a. ARTICVLVS
REPROBTVS
Vide infra eo. li. ar. li.
in glo. & c. referente
extra qui filij sunt legi-
tami.



Xorem alicuius^a mani-
feste adulterans uel so-
lutam & liberam uio-
lans posteaq; matrimo-
nium secum contraxerit proles ex

ea nunquam legitima procreabit.

Glosa.

Si quis vxorem, &c. Vnde dicit lex commu-
nis commissum antea adulterium cum eo cui
se postea nuptijs sociauit, velamento matri-
monij non exstinguitur, vt in le. commissum.
C. ad le. lul. de adul.
Iste articulus erroneus est & per ius cano-
nicum condemnatus crimen enim adulte-
rij nō diuidit matrimonium nisi in tribus ca-
sibus. Primo cum quis adulteratur & dat fi-
dem adultere viuente legitimo viro vt extra
de eo, qui duxit in matrimo. quam polu. per
adulte. c. ij. Secundo cum de facto contrahis
cum secunda viuente alia coniuge, vt eo. titu.
cum haberet. Tercio cum alter eorum cum ef-
fectu machinatus est in mortem defuncte, vt
xxi. q. i. per totum. Potest etiam secundum ca-
nones rapta contrahere matrimonium cū ra-
ptore, vt extra de rap. c. si. licet secūdu antiq̄s
canones & leges olim nō poterant. vt. xxxvi.
q. ij. de puel. & c. si autem & c. placuit & C.
de raptu. virgi. L. vna. §. sin autē. Et cū dicto
& c. si cōcordat. c. deniq; & c. tria. xxxvi. q. ij.

Glosa.

Articulus p̄sens de legitimis disponit pu-
eris. Vnde circa id quēre vnus possit. Qua-
re id sit, quod proles huiusmōi ex matrimo-
nio vt textus habet progenita illegitima di-
catur. & quod id statutum est propter abho-
minationem peccati. Peccatum etenim istud
cōtra naturā hoc est cōtra ius naturale & cō-
tra decem p̄cepta fit, vt insti. de iur. na. §. i.
Pro intellectu textus ampliori. Notandum
quod peccatum luxurię committitur trifariā
primo naturaliter & voluntarie contra deū,
vt cū solutus cum soluta fornicatur, vt. xxxi.
q. i. c. quomodo. Secundo fit volūtariē & na-
turaliter contra deum & contra decem p̄ce-
pta, vt est adulterium. Tercio fit volūtariē cō-
tra naturam, contra deum, & contra decē p̄ce-
pta. Primum vocatur simplex luxuria quę
fit inter duos solutos, vt. xxxi. q. i. c. quomō.
Secunda vocatur adulterium, vt. xxxi. q. i. c.
illud. Tercia propter eius abhominationem
subtrahitur, vt. xxxij. q. vij. c. adulteri. c. offere-
bas & c. flagitia, hec vltimę duę secundum le-
ges p̄na capitis puniuntur, vt. ff. ad le. lul.
de adul. L. i. & in auten. vt non luxuri. contra
na. §. omnibus. coll. vi.

In textu cum dicitur posteaq; matrimonium
secum contraxerit, proles ex ea nunquam
legittima procreabitur. &c. In contrariū istis
us sunt certe quēdā leges quod videlicet pue-
ri cum non nupta procreati matrimonio sub
sequito legitimantur, ex matrimonio enim
legittimi efficiuntur, vt extra qui filij sunt legi-
tami.

b. vide ad id infra
eo. li. ar. li.

c. Matrimonii impe
dienda tria.

d. Concordat lex xij.
tabu. cum inquit, me
chū in adulterio de
prehensum necato.

e. Adulteri incom
moda.

f. Adulterium nō ul
tatur in sex casibus

gittimi per totum. Quinimmo pueri huius
modi heredant cū illis qui tempore matri
monij procreantur vt in multis legibus pra
dicatur. & quod leges huiusmodi nō contra
riantur articulo presenti, b pueri etiam huius
modi subsequuto matrimonio efficiuntur le
gittimi ex facto nō de iure. Vnde circa id sci
endum quod tria sunt matrimonium impedi
entia. c Primo quādo coniugatus seu coniu
gata sese desponsant, tēpore quo adhuc spō
sus prior viuit. Secundo si in mortem mariti
machinata est vel econtra, vt. xxxi. q. i. relati
& extra de eo qui dux. in ma. quam polu. per
adul. c. significauit. Tercio si publicē cū ea sese
commiscuit, vt extra eo. ti. c. cū haberent. C.
ad le. lul. de adul. L. castitati. In hoc casu mari
tus nedum querulari contra adulterum pos
test, sed & contra ipsum solusmet iudiciū ex
tendere d si eundem apud vxorē pruenierit,
& si eum detineri nō valeat vulnerare vel oc
cidere eum poterit, vt. C. ad le. lul. de adulte
L. Gracius contingat etiam quod vir de vxo
re suspicionem habeat super aliquo adultero
& eidem cum testibus indixerit vt vxorē
suam in pacesinat, e si posthac eundē prue
nerit, cum vxore sua in occulto aliquid loqui
in domo sua vel in domo adulteri aut in po
pinis, vrbaniq; prēdij manibus proprijs eū
dem impune occidere poterit. Si vero in alio
loco talem inuenerit cum vxore loquentem
tribus testibus fide dignis conuocatis quibus
probare possit eundē cū vxore loq iudici cri
mina examinanti tradendus venit, q veritate
cognita eundem punit. Si in Ecclesia custo
di ecclesie indicere debet vt seruetur, & ipse
Episcopo denuntiēt vt eos tormētis tradat,
vide de hoc abunde in autē. vt lice. ma. & auī.
§. his quoq; coll. viij.
Notandū tamen circa id quod maritus adul
terium vlcisci in vxore adultera non potest
nec eidem occasione adulteri actionem inten
tare in sex casibus. f Primo si ipse q; adul
ter est, vt. xxxij. q. vi. c. i. Secundo si occasiōē
ei ad id dederit, vt. xxvij. q. ij. c. si tamen, & in
auten. vt lice. ma. & auī. §. quia vero. col. viij.
Tercio si ab ea absentatur & in tantum abest
quod ipsa putet eum mortuū fore, vt. xxxij.
q. ij. c. si virgo. Quarto si coacta id fecerit, vt
xxij. q. vii. c. pposit. to & ff. ad le. lul. de adul
re. L. si vxor. §. si quis. Quinto si adulterū pu
tauerit fore suum maritum, vt. xxxij. q. ij. c.
in lectum. Sexto si eam post commissum ne
fas fouet, factum enim per id approbare vide
tur, vt. ff. ad le. lul. de adulte. L. in crimine.
Vel solutam & liberam violauerit, de his vi
de. C. ad le. lul. de adulteris. L. propter vio
latam & L. de crimine.
Vxorem alicuius manifeste adulterans. &c.
Aliqui limitare textum istum videtur quod
loquitur de his qui alterius vxores adu
teratur, & tandem eas in matrimonium ducit
viuente priori marito, illi etenim cum alic

nis vxoribus verum matrimonium acquies
re nō possunt nec pueros legitimos procre
are ex eo quia alterius vxor est.

Textus germanicus vltra id articulus in se
continet latinus infra scriptum habet para
graphū, § Certantes & eorū proles histrio
nes & omnes illegittimi, fures, pcedones, vel
qui occasione illorum concordiam ineunt,
vel illa reddunt iudicio conuicti, vel qui cor
pus curtum aut crines redimunt, omnes sunt
infames. &c. Paragraphus tamē iste magis p
tinet ad articulum sequentem vt ex ipso etiā
articulo apparebit. Hīs etiam hīc expressis
annumerantur illi qui ante tempus a iure de
terminatum vel tardius nascuntur. Ecclesiā
violatores, sententiarū, fornicarij, periuri, la
trones, nigromantici, venefici, venena tribu
tes de bellis publicis fugientes falsarij, apo
stote & qui indigna sibi petunt, & alij q; plu
rimi de quibus amplissime vide. vi. q. i. infam
es & C. ex qui. cau. ali. infam. irroga. p. totū,
& infra. c. sequenti. li. iij. ar. lxx. Annumeran
tur etiam hīs, vsurarij, scortatores, heretici,
vt. C. eo. ti. L. improbum vnde isti supranos
minati ex quo quidem infames sunt ad testi
monium non admittuntur.

g. Certantes in pposita
to actores arene in le
gibus nūcupantur &
sunt hi qui pro pecu
nia decertant.

Articulus XXXVIII



ertantes seu pugiles,
& eorū proles, histrio
nes, Ioculatores, & om
nes illegittimi, uel qui
paciscuntur seu cōcordauerint pro
spolio, furto, uel ea reddūt (alij tex
tus addunt & qui uitam, cuttim, aut
crines redimerint) si in hīs coram
iudicio cōuicti fuerint, notantur in
famia^a & iuri sūt alieni.^b Qui p an
num & diem in proscriptione Im
peratoriae Maiestatis deniq; steterit
ille iuri erit alienus & eius feudum
domino liberum uaccabit nec non
eius proprietas esse imperij Maie
statis pronuntiatur. Si uero hære
des ipsius proprietatem huiusmodi
infra totidem tempus cum suo iura
mento nō absoluerint eandem per
dūt, nec occasiōe illius sicut nec pri
cipalis agere poterint, nisi iustū & le
gale eis obstat impedimētū quod tū

a. De iure priuatis ui
de infra li. iij. ar. xvi. et
lxx. lxx. lxx. lxx. lxx.

b. Quo pacto autē in
proscriptionem Impe
ratoris unus uenit ui
de infra eo. li. ar. lxxi.
de proscrip. etiā has
betur abunde eo. li. ar.
lxxij. & lxxi. lxx. lxx.

hæredes declarare tenentur. Ministerialium proprietas licet iuri dero-
gent suo extra suorum dominorū
successionem, in regalem deuenire
non potest potestatem.

*c. Vide infra ar. li. iur.
Mu. ar. lix. glo.*

Illegittimum legitimos non posse
acquirere liberos indubitati iuris est.
Si quis in proscriptione regalis cul-
minis per annum & diem fuerit, &
si postmodū ei tam matrimoniū, q̃
Iuris beneficia sentencialiter interdi-
cantur adhuc remissionem ac rela-
xationem proscriptionis impetrare
poterit puta ut ex ea proscriptione
non interficiatur. Capitis tamen di-
minutionē quam passus est per id
non recuperabit nisi in acie Impera-
toris seu Regis ubi rex cum alio re-
ge pugnaverit præferat lanceatūq;
aliū inuadat, tunc primum sta-
tum & non bona sibi abiudicata re-
cuperabit.

Glosa.

Certantes. &c. Casus autem in quibus quis
notatur infamia vide plene notatos in sacra-
mentali domini Guil. de modo laud. ritu.
de irregularitate propter infamiam, & in au-
reo repertorio domini Guil. durandi sub ti-
tu. de pœnis. §. ante omnia, & in remissorio do-
mini Caspa. de cal. sub litera. §. infamis, ubi
habes istam materiam ad saturitatem.
Et eorum proles, &c. Nā soepe solet filius si-
milis esse patri, vt. C. ad leg. iul. maiest. L. q̃
quis, & in auten. de referendarijs. §. i. coll. ij.
& nota de fil. præby. c. Michael, & qui filij
sunt legitimi, c. transmissi.

Glosa.

*d. Vnde annus & dies
quid sit concordat
Iur. Mu. ar. iij. & xxi.
glo.*

*e. Proscriptio simplex
q. t.*

f. Proscriptio maior.

83

Ex articulo presenti tria per ordinem eliciū-
tur documēta. Primum quid annus & dies d
sit. Secūdo quid proscriptio simplex. Tercio
qd proscriptio maior seu bānicio. C Vnde an-
nus & dies iure Saxónico est annus & sex se-
ptimane. e Proscriptio vero simplex, est cū
vnus propter excessum vel propter non cō-
parationem iuris contumax pronūciatur,
qui & iure infamis quodammodo est, cum ta-
men vulnerare vel interficere nō licet f. Pro-
scriptio autem maior seu bannicio est proscr-

ptionis confirmatio, vt cum vnus simplicem
proscriptionem anno & die tollerat in maio-
rem proscriptionem incidit, bonaq; eius con-
fiscantur & iuri infamis pronūciatur, occis-
diq; poterit. C. de hōis p̃scrip. L. deportate.
Si vero hæredes ipsius hereditatem non elibe-
rauerint, &c. Querere vnus possit quo pacto
id fieri debeat. §. 12. qd hæredes bona huius
modi publicata & confiscata eliberare possūt
acceptis literis a Iudice illius prouinciæ, curis
amq; insequantur regis, & iurent quod ipsi,
nec facto nec consilio conscij sunt in excessu
patris, quodq; proscriptionem imperij nunq̃
demereri volunt sic eos deus adiuuet & omēs
sancti, & vt sic bona viceversa eliberāt, vt. C.
de bonis proscripto. L. penulti. & vlti.
Ministerialium proprietas. &c. Nam huius
modi hereditas eorum domino cedit, vt. C.
co. ii. L. i.

*g. Bona confiscata
quomodo per hære-
des eliberantur.*

Illegittimum legitimos non posse acquirere.
&c. Intellige de illegittimis hoc est de illis
qui superducūt scienter vxores cum quibus
de iure contrahere non possunt, matrimoniū
etenim illorum de iure nō tenet, vt. xxxij. q.
vij. c. si quis, & alijs ibidem sequentibus. Vel
dicendum quod illegittimus non acquirit le-
gitimos pueros. Intellige quoad hereditatis
successionem. Vel dic quod loquitur de illis
qui se ipsos illegittimos effecerunt, sicut sunt
illi qui contra Imperium machinari sunt, &
& non de his qui illegittime nati sunt, nā isti
legittimari possunt per subsequens matrimo-
nium, & legitimos procreare pueros ad quē
bona sua hereditabunt, vt infra eo. li. ar. li. &
supra arti. precedenti. C. de natu. libe. L. hūa-
nitatis, & in autē. qui. mo. na. effi. sui. in prin.
col. vi.

Adhuc remissionem proscriptionis impetra-
re poterit, &c. hoc est speciale Saxonum, qd
iuri seu honori restituūtur & non bonis. Bo-
na enim illius vel alter possidet, vel imperiū
cui de iure adiudicatum est, nulli etenim gra-
tia declaranda est cū damno alterius, vt. xxv.
q. ij. c. vlti.

Articulus XXXIX

Qui sua Iuris beneficia a
ex furto aut spolio ut
supra dictum est perdi-
derunt. b Si denuo spo-
lia uel furta cōmisisse dicantur uel
pro his accusentur ipsi suis iuramē-
tis excusari nō poterint. Sed ex his
tribus actibus unum magis eligant
congruentem uel ferrum candens

*a. ARTICVLVS
REPROBATVS.*

*b. Vide ad hanc ma-
teriam Iur. Mu. ar.
xxxij. & xcij.*

manibus portent uel in aquam buli-
entem brachium usq; ad cubitum
imponant aut ab incurfu in area cō-
tra certantem se defendāt. Alij tex-
tus habent aut contra pugilem pro-
prio corpore decertent & hoc facto
expurgabuntur.

Glosa.

Qui sua iuris beneficia &c. vide in. L. Lom-
bar. de patrici. L. iij. & de homici. lib. ho. L.
ultima. **C** Sed ex his tribus hoc est dānatū p
ius. canonic. vt in. c. ex tuarū de purg. cano.
& de purga. per totum. Concordat autem ad
hunc textum in vfi. feud. de pace. tenen. §. Si
miles in glo. que incipit per iudicium. ^c &
ibi vide, immo secundum iura can. possit se
talis expurgari cum alijs qui tamē numerus
compurgatorum est arbitrarius, vt de simo.
c. Cum essent. de ac. c. cum p. & c. inquisitio-
nis. §. pen. & ij. q. v. Omnibus in fi. & de pur.
ca. c. Ex tuarum. & c. Cum in iuuentute. Re-
quiritur tamē in purgatoribus quod sint eius-
dem status et cōditionis sicut principalis, vt
ij. q. v. Omnibus. & c. Si legitima. & c. Pres-
byter. Hoc verum nisi essent tales inimici als
suspecti tunc reperirentur etiam alij Ar. c.
Cum in iuuentute. §. si de pur. ca. vel si tales
in isto loco non reperirentur, vt in. c. Quoti-
ens de pur. cano. Item requiruntur tales cō-
purgatores qui vitam et conuersationem in-
famati principalis cognoscant de pur. ca. c.
constitutus in presentia. Qui etiam vicini sint.
Quis autem dicatur vicinus, vide in reperto.
Caspar de cal. c. de vniuers. vicinus. & in. c. Fe-
licis. §. Presbiter in glo. de pe. li. vi. & honesti. de
purg. ca. c. Cum dilectus. Et non tantum de-
bere habere notam eius vitam & conuersatis
onem presentem, sed etiam preteritam, vt in
c. inter sol. §. Ipsum. de purga. ca. & hoc verū
in grauibz criminibus, vt heresi & similibz
scilicet quod quis sepurget de peccato secū-
dum Hostien. Et est purgatio de obiectione cri-
mine innocentie ostensio, que etiam est tunc
indicenda quando quis infamatus est apud
bonos et graues homines de aliquo crimine
deficiente accusatore et probatione certa, vt
de purg. ca. c. si quis. et. c. quotiens. et duobus
c. precedentibus. et. c. Nos. Interdum tamen
infamia non habuit ortum ab inimicis, vt in
dic. c. Cum in iuuentute, nisi tūc tanta sit in-
famia quod scandalum generet. Ar. de purg.
ca. c. ij. infi. et. c. inter sol. §. i. vel nisi ipse prin-
cipalis se ad hoc offert, vt in dic. c. cum in iu-
uentute. §. Ceterum. Et post prestitam purga-
tionem ratione infamie preterite, talis accusa-
ri non potest, nisi accusans suam vel suorū in-
iuriam prosequatur, ff. de accus. L. Si cui. §.

^c. De purgationibus
obiecti criminis vide

hisdem, vel nisi doceat primum accusatorē
preuaticatum fuisse. ff. de preuatic. L. iij. vel
nisi velit probare quod purgans deierauit,
quod fieri potest cum sacramentum purgati-
onis est iudiciale, & contra iuramentum iudi-
ciale probatio admittitur. ff. de iureiuran. L.
Admonendi. & C. de reb. cred. L. si. Iuret autē
infamatus se immunem ab eo de quo contra
eum laborat infamia. Compurgatores vero
iurabunt quod credūt infamatum verum iu-
rasse, vt in. c. quotiens. & c. fi. de purg. ca. de
his vide plenius in sum. per. Hosti. ti. de purg
ca. per totum. & que scripta sunt remissive
circa. i. glo. in. c. ij. de accusa. li. vi. Deficiens
autem in purgatione de crimine punitur vt
conuictus vt de simo. c. de hoc. & de accusa. c.
inquisitionis de simo. per tuas. & in dic. c. in
sol. qui dicit vt in sum. Hosti. dic. tit. §. fina.

Glosa.

Superiori articulo dictum est de infamibus
qui sint & quo pacto infamia cōtrahitur, hic
tractat de nocuentis illorum nō enim adeo
facile vt textus habet expurgari possunt su-
per obiecto crimine sicut ceteri qui bonę fa-
me sunt, vt. C. de sen. pas. et resti. L. Generalis
Et hoc generaliter intelligi debet de cōmibus
supra expressis. Vnde pręda vt furto antehac
notatus si pro aliquo facinore posthac accuse-
tur, excusationi sue non creditur, nec aliter ex-
purgari poterit nisi vt textus habet, ita quod
deus speciali gratia per illos probationis as-
ctus innoxii eū fore declaret, vel p. certamē
innocentiam ostendat. Vnde certantes in pro-
posito dicuntur qui pro pecunia in duello de-
certant, habenturq; pro infamibus, vt p. cē-
denti articulo dictum est. ^d Duellum tamen
seu pugillatio abrogata nunc est, & venit ad
iuramentum septem virorum, nisi forsan in
certis casibus.

Vnde notandum circa id ^e quod duellum ad-
mittitur in tribus casibus. ^f Primo si interfe-
ctum accuset quis quod eum in defendendo
se se occiderit, consanguineus vero mortui
eundem defendere velit, vt infra eo. li. ar. lxxij.
& in li. feu. de pa. tenen. §. Si quis homi. Se-
cundo si in crimine lese maiestatis fuerit ac-
cusatus, & mortuus a successoribus purgari
deberet, vt. ff. ad le. Jul. Majest. L. His q. Tercio
si alloquatur pro duello iudicialiter, vt
infra eo. li. ar. lxxij. li. feu. de pace tenenda per
totum.

^d. Vide infra ar. lxx.
ij. Iur. Mu. ar. xxxv.

^e. Duellum admittitur
in tribus casibus.

^f. Duellum fieri potest
occasione falsi pro
fraude imperij auita-
tis, furto, pręda, stu-
pro, & item duellum
india poterit fornica-
rio & fidefrago seu.
c. ly.

Articulus XL



Vi fidefragus ^a uel ab
Imperij seruiicio profu-
gus sentencietur id-
est si conuictus fuerit

^a. Concordat infra li.
ij. ar. xvij. & lxxxij.
& lxxxvij. & item li.
ij. ar. lxxi. Iur. Mu. ar.
iij. vide ad hanc ma-
teriam.

de fide fracta, uel quod de obsequio
Imperatoris fugerit, perdit honorē
feudum non tamen uitam

Glosa.

b. Infideliter agere cō
tingit tripliatē.

Pro intellectu clariori notandum ^b quod cō
tra fidem seu infideliter agere contingit tripli
citer. Primo cum alicuius fidei committitur
aliquid sicut est tutoria societas, vel cum ad
seruandum sibi quid datur, ille vero infideli
ter administrat & agit. Secundo cum infide
liter quis agit in his rebus quę ad fidem exis
git vel emonet commodat vel conducit. Ter
tio infideliter agere contigit violando saluū
conductum, vel defraudando aliquē. In pri
mo efficitur vnus infamis, vt Infi. de suspec.
turo. §. Suspectus autem. In secundo perdit
bona & honorē vt hic in textu. In tercio per
dit honorem & vitam, vt. ff. ad le. lul. maies.
L. iij.

c. Practici quomodo
fidefragis accusatur.

Qui fidefragus vel profugus sententiatur
vel potius accusetur &c. ^c Queritur quomō
contra eum procedi debeat, an iure experiri
secū oporteat necne. ^q. Quod nō, q̄a pro hu
iusmōi excessibus nō requirit q̄d iure secū ex
piat. An corā dño vel alijs hominibus & ver
bis tractari male debeat. ^q. quod nō, p̄ id em̄
nequaquam per sententiam condemnabitur,
dicendum ergo quod in duabus primis quę
relis accusari sine clamore debet & hoc si ma
nuale factum non sit vt infra li. ij. ar. lxiiij. In
tertio vero termino cum clamore tanq̄ cōtra
malefactorem & tandem expeti debet ac cau
tione prouideri terminoq̄ assignato proceda
tur cōtra eum vt contra malefactorem. Post
q̄ vero iam proscribi debet vel in mortē sen
tentiari honore & bonis priuabitur. Nullus
tamen contra eum sententiam inuenire debet
nisi ipsius accusati similes in scuto sint. Ex eo
quia tangit lus feudale,
Vel ab Imperij seruitio profugus. &c. Con
trarium sentire videtur. L. iij. ff. ad le. lul. ma
ies. vbi dicitur quod capite priuari debēt. ^q.
quod lex allegata intelligi debet de illis qui
ex conflictu fugiunt vel dominos suos iuuare
in bello possint. Articulus vero presens lo
quitur de his qui ex bello vel seruitio imper
ij vel qui dominos suos iuuare per amplius
non possunt, vt. ff. de re militari. L. omne. §. q̄
in acie. vi. q. i. c. infames. ff. de mili. testa. L. ex
milita. feu. quę fuit causa benefi. ammittē. c. i.
§. item qui.

Articulus XLI



Gat si uirgouel^a uidua
Iure provinciali contra
suum tutorem, eo quod
ipse eius uel earum feu
dum dotalitium aut proprietatem
ex carū alienauit potestate, tribusq̄
edictis citatus non comparuerit ut
suspectus abiciatur tutoriaq̄ sibi in
terdicatur. Et ex eo tempore iudex
eius uel earū tutelam susceperit bo
naq̄ earundem minus iuste a con
demnato tutore alienata in prædi
ctę uel prædictarum reuocet pote
statem restituatq̄ omnia quibus in
iuste fuerant spoliata.

Glosa.

Vt suspectus abiciatur. &c. Causaq̄ suspecti
tutoris agitari potest tam coram ordinario q̄
delegato, & omnes tutores cuiuscūq̄ sint cō
ditionis poterint accusari de suspecto si male
gerūt. Quilibet etiam admittitur ad accusan
dum de suspecto ^b etiam mulier, nam quod
publicū est omnibus patet. Et obfacta atroc
tia tutor non solum remouetur, sed etiam pu
nitus, vt in. L. i. ff. de suspec. tuto. Potest etiā
tutor suspectus remoueri ex officio iudicis si
ne accusatore. ^c Remouetur autē tutor ob do
lum in tutelam commissum. Secus si extra tu
telam & propter inimicitias cum pupillo vel
eius parentibus. Item propter res male vendi
tas item si indebite denegauit pupillo alimē
ta item si non fecit inuentarium vel pecuniā
pupilli non deposuit ad comparationem, vt
in. L. tutor. ff. de suspec. tutor. ^d Tutor vero
remotus absq̄ dolo, non est infamis. Et idem
prohibere, gerere, & remouere, vt in. L. hee
erim. ff. eo. Satisfactio etiam non impeditur
quin tutor si male gerat possit remoueri, vt.
ff. eo. L. suspectus. Item tutor potest remoue
ri propter latam culpam. Item ex sola contu
matia redditur tutor adeo suspectus vt pos
sit remoueri, vt in. L. impuberibus. ff. c. Et di
citur tutor suspectus ex moribus non ex di
uitiatum defectu, vt. ff. eo. L. suspectū & post
remotionem nō spectat ad tutorem periculū
tutele, vt in. L. decreto. ff. eo.
Item iudex dat alium tutorem seu curatōrē.
Nam & secundum ius commune propter litē
quam quis habiturus est cum tutore vel cura
tore, datur curator, presenti tamen & petenti
vt. ff. de tutelis. L. si pupillus.

^a. Vide infra ar. xlv
ij. Iur. Mu. ar. xxv.

^b. Cōcordat iur. Ma.
ar. xxvi.

^c. Tutor quādo abi
ciatur.

^d. Agitur ergo cōtra
tutorem durāre
tutela. L. si tutor. §.
si intestamēto & §.
fina. de tutelis.

Glosa.

Speculi Saxonum Liber Primus.

Pro intellectu textus notandum venit, quis iudex tutoris esse debeat. Quo pacto & ob quam causam accusetur, & item quæ ipsius poena. Super tutorem etenim iudicat iudex provincialis, in ciuitatibus vero iudex civilis, ut in auten. de defen. ciui. coll. iij. & ff. de offi. pref. l. i. ff. de suspic. tuto. l. i. Tutor vero accusare possunt ^c puerorum mater, Auia, Amis, & quelibet alia mulier quæ ex fide id facere dinoscatur, ut insti. de suspic. tuto. §. consequens. C. eo. ti. l. pietatis. §. si. In contrarium istius videtur esse lex secunda. ff. de reg. iur. ubi habetur quod mulieres agere seu accusare non possunt, nisi ipsarummet iniuriā. R. quod istud ius est speciale in fauorem tutelæ datum quod tutores etiam per mulieres accusari possunt, potissimum propter duo. Primo si infideliter administrant bona pupilli. Secundo si miseriam pupillos pati permittant ut insti. de suspic. tuto. §. si qs. & §. nouissime. ^f Tutorum vero poena est quod infames efficiuntur si & in quantum ob dolum commissum reiciantur, ut insti. de suspic. tuto. §. suspectum Tutoris autem infamia tunc contrahitur quando per iudicem pronuntiatur hisce verbis. Ego prohibeo tibi tutelam propter commissum dolum. Si vero dolum non exprimat, sed simpliciter tutoriam sibi inhibeat non sit infamis, ut insti. eo. ti. §. suspectus, & ff. eo. ti. l. iij. in fi. & l. hęc. §. qui, poena etenim semper minuitur dum de excessu dubitatur, ut ff. de poenis. l. penulti. Et ex eo tempore iudex tutelam accipiat. & sic scilicet quod eandem in bona per tutorem eius alienata viceversa introducat. Agat si virgo vel vidua, & c. Is articulus loquitur & meminit de personis quæ per se ipsas instituere querelas possunt, sicut sunt mulieres puellæ, & c. Si vero pueri sint eis curator ad di debet, ut insti. de auto. tuto. §. vlti. ff. de ver. signi. l. quod dicimus. C. ne quis in sua cau. iudi. l. vnica.

Articulus. XLII



Nte tempora discretionis & tempore senectutis potest unusquisque tutorem habere si uoluerit, uel absque tutore sui iuris permanere. Qui suum tutorem in presentia habere non poterit tenetur eum ad terminum propter actionem suam sibi assignatum presentare, post uiginti unum annum homo discretionis attingit annos, & post sexa

ginta annos dies transcendit eisdem. Quare tutorem si uoluerit ibidem habere, nec per id emendam suam si quis in eum deliquerit, sed nec uergeldum diminuet. ^b Si is de cuius aetate dubitatur pubes in locis congruentibus apparebit, annos pubertatis eum impleuisse credendum est. Quando puer pubes factus fuerit licite suæ uxoris & aliorum tutor esse poterit, ^c etiam si duellum pro his esset ineundum, nam qui seipsum tueri uallet, non prohibet suos tueri pupillos.

Glosa.

Quomodo quis annos discretionis attingat uide ampliorem huius declarationem supra circa arti. xxiij. in glo. & quia de tutoribus in textu mentio sit, pro declaratione itaque articuli ^d notandum quod tutela contingit dupliciter, aliquando fit in bonis seu occasione honorum ut supra habuit est. ^e Secundo contingit in defendendo honorem alicuius sicut cum aliquis unum defendit in duello & hoc tangitur in textu cum dicitur quod emendam & uergeldum per id non diminuet, & exinde sequitur quod unus honorum suorum curatorem statuere potest, nec per id emendam diminuet suam & secundum hunc modum procuratores seu feudarii tutores etiam dicuntur, ut ff. de pro cura. l. i. uide etiam ad hanc materiam insti. de cura. §. i. ubi dicitur masculi quidem puberes & femine uiri potentes usque ad. xxv annu completum curatores accipiunt.

Notandum preterea ^f quod tutela octo finitur modis. Primo si pupilli ad annos peruenerint. Secundo si arrogati sint impuberes hoc est, cum se unus alicui in filium dederit. ^g Tertio cum deportatur uel in seruitutem redigatur, aut ab hostibus capiatur. Quarto si tutor datus sit sub certa conditione. Quinto si moriatur tutor uel pupillus. Sexto si tutor clipeum immutet hoc est paciatur capitis diminutionem aut econtra pupillus. Septimo si datus est ad certum tempus. Octauo si suspectus fuerit, uel qui iusta causa excusauerit sese, de his uide insti. qui. mo. tute. fini. §. ite finitur tutela. ff. eo. ti. C. eo. ti. per totum.

Circa textum cum addebatur, cum pilos in barba, illis & sub ascellis habuerit, & c. Consuetudo ista abrogata iam est per sanctiões imperiales, ut insti. qui. mo. tute. fini. §. pubertatem. Cum dicitur pubertatem autem veteres qui dem non solum ex annis sed etiam ex habitu corporis existimari volebant, nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum res

^c. Alij textus habent & pro monomachia respondere poterit.

^d. Tutela contingit dupliciter concordat infra ar. sequenti.

^e. Tutoria triplex inuenitur, quedam est bonorum, quedam honoris quedam uite. Tutor bonorum iure feudali est dominus feudalis. Tutor honoris est quilibet patronus cause, & iste est duplex uel potius triplex. Quidam ex legitima agnatione, ut qui de uirili sexu coniuncti sunt quasi à parrenati & hij etiam sunt tutores uite. Quidam per seeminini sexus personas cognati iunguntur, ut insti. de legit. agna. tute. §. ij. Tertia fit à iudicio s. u. c. lvi.

^f. Tutela octo finitur modis, concordat iur. Mu. ar. xxvi.

^g. Tutela iure seu inter mulierem & tutorem finitur octo modis. Primo si mulier uite prouisione uel dotalitium demeruerit ex causis in xxxi. c. li. seu expressis. Secundo cum ad annos peruenerit quia tunc sibi tutorem eligere poterit. Tertio si tutorem in maritum legitimum duxerit. Quarto si ad tempus electus sit. Quinto si passus est capitis diminutionem. Sexto si tutor moriatur. Septimo si mulier moriatur. Octauo si ex causa à tutela depositus sit, uide seu. c. lvi.

^c. Tutorem quis accusare potest.

^f. Tutorum poena.

^a. Nota secundum leges annos discretio nis puer non attingit nisi in xxv. anno ut insti. de cura. §. i. ubi dicitur masculi quidem puberes & femine uiri potentes usque ad. xxv. annum completum curatores accipiunt, qui licet puberes sint adhuc tamen huius ætatis notantur ut sua negotia tueri non possint. Secundum saxonos uero & ius puinaale in xxi. anno, annos attingit discretionis ut hic in textu & etiam infra in glosa uide pau. l. omnes. C. de his qui ueni. et. a. ipeira. ubi ex statuto minor uel maior fieri potest & c. nec potest petere resti. in iure ange. l. i. C. si de momen. possesi. in fi.

^b. Alij textus habent si pillos in barba illis sub ascellis habeat, annos attingisse discretionis dicitur. Vide ad id l. ætate. ff. de minoribus, ubi habetur quod ex ætate presumitur quis maior uel minor.

porum existimans bene putauit, quod in scæ-
minis impudicum antiquis visum est, idest in
specificationem habitudinis corporis, hoc etiam
in masculos extendere, & ideo nostra facta cõ-
stitutione promulgata, pubertatem in mascu-
lis post decimum quartum annum comples-
tum illico initium accipere disposuimus. An-
tiquitatis normam in fœminis bene positam
in suo ordine relinquentes, vt post duodecim
annos completos viri potentes esse credant,
Textus tamen articuli dicit hanc consuetudi-
nem seruari debere si de annis alicuius dubi-
tatur. Q. d. si de annis alicuius dubitatur in
specificatione habitudinis corporis obseruet, si ve-
ro de annis notitiam habeat inspicere nõ erit
necesse.

Et post. lx. annos & c. Huic. §. cõtrariari vide-
tur, Insti. de excusa. tuto. §. Item maior, ubi
expresse habetur, quod is qui annos transce-
dit suos septuaginta annorum esse debet. ^b Is
vero qui attingit viginti quinque annos, a pri-
mo annos attingere dicitur. R. quod tempo-
re Iustiniani qui constitutiones statuit illas, ho-
mines fortioris nature fuerunt, q̃ tempore Ca-
roli qui ius Saxonibus præfens dedit. Quare
& tempus abreuiauit in attingendis discretio-
nis annis tum & in transcendendis eisdem vt
textus habet articuli, vide ad hanc materiam,
insti. de excusa. tuto. §. minor & C. de legitti-
tute. L. fina.

Sciendum tamen secundum ius prouinciale
nostrum Saxonicum quod puer annos attingit
pubertatis post duodecimum annum. i
Secundũ vero ius feudale in tredecimo. Ad
annos vero discretionis nõ peruenit nisi post
vigesimalium primum annum secundum ius
nostrum. Secundum vero leges post vigesi-
mum quintum vt supra arti. xxij. glo.

ⁱ Secundum ius Saxo-
nicum anni puberta-
tis quãdo attinguntur
Concordat Iur. Mu.
ar. xxvi. glo.

^k In quibus annis ma-
trimonia contrahere
possunt.

^l Iure spirituali ad
annos quando perue-
nitur.

^m Prelature in quibus
annis cõferri debent.

Sciendum præterea si matrimoniũ valere de-
beret in sponsalibus puer ad minus debet esse
septem annorum ^k secundum ius canonis
cum, quod si infra septennium cõtractus fit,
tenent sponsalia, si postmodum fiat consen-
sus. Si vero posthac non cõsenserint contra-
ctus erit nullus, vt extra de spon. impube. c.
si infans. §. si. li. vi. & xxvij. q. ij. lex.
Sciendũ præterea quod iure spirituali ad an-
nos non peruenitur, l. ita quod sine tutore
querulari possit nisi habeat quatuordecim an-
nos, vt extra de iudi. c. si annũ. li. vi. Prelatus
ras vero ^m & dignitates iure canonico habe-
re admittuntur. xx. attingentes annum &
hoc intelligendum de prelaturis quibus cura
animarum adiuncta non sit, vt extra de eta.
& quali. c. permittimus. li. vi.

Articulus. XLIII.

IN uiolentiarum actio-
ne ^a quæ duellum non
infert, tum & in omni
manuali facto. ^b Iudex
mulieribus licite dabit tutorẽ, si ue-
rum suum tutorem protunc habe-
re non possunt. Si autem per eã ac-
tionem alicui partium duellum infe-
ratur, idest si casu ad duellum uene-
rit, extunc tutor eius nõ erit alius ni-
si is qui est in generatiõe sibi æqua-
lis, & ad eam iure agnatiõis p̃tinet.

Glosa.

In articulo presenti declaratur id quod supe-
rius tactum est. Quod quidã sunt tutores bo-
riorum, & quidam honoris & vite, hoc tan-
gitur in articulo cum dicitur in actione quæ
duellum non infert, vel cum duellum infera-
tur. In actionibus duellum non inferentibus
tutores esse possunt, procuratores seu seren-
darij seu alter quiuis qui de iure iuuare ali-
quem potest vt hic in textu & C. de in litem.
dando tuto. vel cura. L. ad protegendam. Si
vero actio ad duellum cedit extunc, tutor sit
proximior agnat, vt. ff. de legi. agna. tute. L. ij

Articulus XLIII.

Proponat si scemia aut
uidua ciuilitate ^a aduer-
sus suum tutorẽ quod
ipse eius uel eorum bo-
na occupauerit, uel si maritus uxo-
ri suam proprietatem in modũ pro-
pter nuptias donationis ^b in recom-
pensationem erogauerit idest dede-
rit, in his casibus Iudex eius uel ea-
rum tutor erit.

Glosa.

Proponat si scemia. & c. Ad hoc etiam dicit
lex imperialis, eum quem vt suspectum tuto-
rem vel curatorẽ accusas, pendente causa co-
gnitionis ab administratione rerũ
tuarum donec causa finiatur preses prouin-
ciæ iubebit. Alius tamen interea in locum eius
in administratione rerum tuarum ordinan-

^a Cõcordat Iur. Mu.
ar. xxvi.

^b Quod autem fas-
cium manuale dica-
tur, uide infra li. ij.
ar. xxxv.

^a Cõcordat Iur. Mu.
ar. xxvi. glo.

^b Ex isto colligitur
quod mulier tutorẽ
necessario habere de-
bet ad acceptandum
donationem.

Speculi Saxonum Liber Primus

c. Tutor defendere pupillum debet impensis pupilli.

us est, vt in. L. eū quem. C. de suspect. Et hoc nota quod tutor loco domini habetur cū tutelam administrat, non tamen pupillum sponsiat. ff. pro emp. L. qui fundū §. si tutor & ff. de fur. L. hoc interdū. c. Tutor autem defendit pupillum expensis pupilli. ff. de administratione tuto. in multis legibus, & de pe. c. in quibusdā. Et potest tutor pupillam maritare & omnia eius bona in dorem assignare, de testa. c. rānūtius. Et sicut tutor prohibetur emere rem pupilli, sic & eius vxor. C. de contrahē. emp. & vendi. L. cum ipse. Nota quando infans vel minor conuenitur, vel eius bona sunt peritura, vel imminet es alienum iudex dat ex officio curatorem liti de consilio coniunctorum alias procedi non potest ius illud quando non reperitur tutor, idem infurioso vide per Bald. in li. feud. ti. de va. mili. qui. c. i. vide etiam per Bald. de ap. in spe. ante medium versū. sed quid dices.

Glosa.

Id quod in articulo presenti habetur quodā modo supra ar. xli. tactum est. Articulus tamen presens & ille. xli. in eo differūt. Ibidem enim contra tutorem agitur quod bona alienet sita hoc est quia ex possessione ea dimiserit, illa vendendo. Hic vero quia bona huiusmodi solus occupat vel tollit & hęc est magna differentia, hic etenim solus facit, ibi vero alteri facere permittit, vide ad id in auten. vt liti. iurent in exordio. §. i. coll. ix.

In textu cum dicitur bona eorum occupauerit, &c. Quid si sibi donauerit vel vendiderit an illa iure retinere possit. Quidam dicūt qđ sic per. §. per traditionem, insti. de rerum diuisione, nihil enim conuenientius est naturali equitati, qđ voluntatem domini volenti rem suam in alium transferre ratam habere. & tamen quomocūq; tutor a pupillo bona acquirit, vel illius cuius est tutor, in dolum fit pupilli, & ita occupare bona pupilli iniuste dicitur, cōtra iuris enim dispositionem facit. Sed quicquid non iure fit iniuste fit, siue illud solus faciat, siue alter nomine ipsius, vt in auten. vt hñ qui obli. §. quod si quis. coll. vi. Dicere quis possit responsionē hanc esse minus validā, nam paragraphus ille dūtaxat disponit de pueris minorennibus, & non de mulieribus quę annos perfectos habent. & quod & si quidem paragraphus allegatus ita se habeat. Principium tamen & paragraphus primus eiusdē tituli disponit de adultis, annosq; habentibus qui sub tutela sunt alicuius, vt in auten. co. ti. §. i. coll. vi.

Vel si maritus uxori loco donationis propter nuptias recompensationem fecerit, &c. sic scilicet quod ipsa dotalitium seu vitę provisionem in aliquibus bonis reformatā dimittat. Maritus vero in alia hereditate recompensam hoc est aliam reformationem facere

velit, vide ad id. C. de cōpensa, & C. ad Vel. lciauum. L. iubemus. & in auten. vt immobili. ante nup. coll. v. d Vnde & periculosum est bona huiusmodi in dotalitiū assignata emere quous tutor vel maritus recompensam faciat, emptor siquidem tutus non erit cum bonis illis, recuperare etenim bona huiusmodi iure possunt, etiam si emptori promiserint. Dato etiam quod recompensa hoc est reformatio huic similis per maritū facta probari possit, nisi forsan de nō agendo vel repetendo iura uerint, vt in auten. vt immo, ante nup. do. §. i. coll. v. & in auten. vt nulli. iudi. li. habe. §. & illud coll. ix. & extra de iuriuran. c. licet. li. vi. Per simile etiā intelligi debet de illis quibus bona aliqua conferuntur vt exinde obsequiū aliquod prestent, vel pecunia aliqua datur vt emolumentum aliquod sit. Illi vero profugos se faciunt in recompensamq; illius donationis vel pecuniam collatam restituunt, vel pro obsequio ratione bonorum acceptorum obligato recompensam faciunt. Vnde circa id sciendum e si vnus profugum se declarans bona sua cuiq; dimiserit vel ea alienauerit pro non facto reputatur quinimmo bona huiusmodi per creditores repeti possunt in debito si ille profugus sit, de hoc vide. ff. qui in fraudem creditorum & C. eo. ti. per totum.

d. Bona in dotalitium assignata emere periculosum est.

e. Bona in fraudē creditorum alienari minime possunt alias recuperantur.

Articulus XLV

Licet maritus uxori suę quantū ad progeniē nō sit æqualis, ratione tamen consummati matrimonij eius tutor est a & efficitur si bi æqlis b moriente aut uiro, mulier ab eius absoluitur iure, & primum statū quē ante copulationē uiri habuit recuperabit, innatumq; ius acquirit, & ideo non mariti eius sed ei in progenie æqualis & proximior agnatus, ex parte gladij tutor eius erit. Exindeq; mulier nulla bona siue uiri consensu donandi uendendi neq; resignandi habet potestatem, & hoc propterea quia ipse ea cum uxore noscitur possidere.

Virgines tamē & uiduę proprietates suas sine tutoris autoritate uendere possunt c si tutor haeres earum non fuerit,

a. Vide infra li. iij. ar. xlv.

b. Concordat L. maritus C. de procura. et item L. doce. C. de rei. uendi. an autē appellacione uxoris etiā intelligatur sponsa que per uerba de præsenti contraxit matrimonium sed nondum est traducta in domum mariti, uide Ange in §. fuerat Insti. de acti. in xv. & xvi. col.

c. Alij textus habent nisi tutor ut haeres ad illa pertineat.

Glosa.

Licet maritus, &c. Pro concordantijs istius vi de ff. ad municip. l. filij. §. ij. & l. ult. ff. de iudi. l. exigere. ff. de sena. l. femine. C. de nupci. l. cu te. & C. de digni. l. mulieres li. xij. & C. de inco. l. fi. Et hoc scias qd vxor etiam nō dotata debet ali a viro, & in domo viri si vir viuit dum tamē operetur viro. Sed mortuo viro debet ali extra domū viri si mas le tractaretur in domo. Et intra annum restitu tionis dotis mulier debet ali ab heredibus vi ri de fructibus sue dotis, de hoc in specu. ti q fil. sunt legi. & ibi per Bald. in additioni. Et extenditur priuilegium vxori concessum etiā ad spōsum sicut priuilegium concessum mor nachis extenditur ad regulares, & cōcessum religiosi ad Episcopos de sen. excom. cano ni. in glo. extendendū, vide etiam supra. co. li. circa ar. xij. & ar. xx. & circa. ar. xxxij. Nota etiam d quod quicquid acquirit vxor de operibus suis, acquirit marito suo sicut li ber homo bona fide possessus secundum Ino no. de testa. cum in officijs. Dicit tamen Bar. quod si vxor gerit in animo acquirendi sibi ipsi, tunc nō acquirit marito quia acquisitio nes iuris gentium sunt & fundantur in cōsen su. ff. de dona. l. qui mihi & C. de donatio, inter virum & vxor. l. si filij tui. Maritus autē tanquam tutor & coniuncta persona propo nit actiones pro vxore, vt in. l. maritus. C. de procurato. Quamuis tutores vel curato res in causa pupilli vel adulti procuratores non faciunt nisi lite ase contestata vt in. l. ne q. C. eo. e Et licet cōiuncta persona non cogi tur mandatum allegare debet tamen cauere. C. eo. l. exigēdi. Et licet iure lōbardo, vxor transiit in potestatem viri secus tamen de iure Romano, vt nota. C. de cōdit. inser. l. si vxor & nota. insti. ad trebelli. §. postea, nisi quoad debitum carnis vt ibi. Secundum leges vero viduaretinet domicilium honorē & digni tatem defuncti sui mariti donec & quousq; al teri nupserit vt. ff. ad municip. l. filij. §. vidua C. de nup. l. cum te. ff. de senato. l. femine & notatur in. c. ex parte ad fi. vlti. glo. de fo. cō pe. Et sic etiā intellige hic glosam ordinariā.

Glosa.

Superius in articulo. xxij. habitum est de tu tela agnatorum de qua etiam vide Insti. de le gi. agna. tute. §. i. Dicitū prēterea est supra ar. ti. xli. §. iij. de tutore per iudiciū dato de quo etiam vide. C. de in litrem dando tuto. vel cu rato. l. ij. hic in presenti articulo habetur de tertia tutela quā sit per voluntariam electio nem, & hęc est mariti erga vxorem. Vnde notandū circa id quod tutoria mariti differt ab alijs tutorijs vel tutoribus datius quadrifariam. f Primo quia non necessario

indiget satisfatione vel assecuratione bono rum quorum est tutor sicut alijs tutores facere coguntur, vt supra ar. xxij. §. iij. Insti. de sa tisfa. tuto. vel curato. §. ne tamen. Secundo quod rationem facere non tenetur, quemad modū illi coguntur, vt supra ar. xxij. In aus ten. vt hi q obli. §. si vero. coll. vi. Tertio qd alienari non potest quemadmodum alijs cōs tingit, vt supra ar. xli. insti. de suspec. tuto. §. nouissimē. Quarto nō necessario venit quod sit paris conditionis, quemadmodum alios esse oportet, vt supra ar. xxij.

Notandum prēterea g quod paris conditio nis esse intelligitur trifariā. Vnomo ex par te progeniei seu genelogie, vt insti. de legit. agna. tute. §. sunt autē. Secundo, ex parte nos bilitatis ex qua cognatio oritur. In autem. vt ab illustribus. §. quēcūq; coll. v. & de his duo bus tangitur hic in textu, nam maritus ista ha bere non tenetur ad hoc quod tutor sit vxor is. Tertio paris conditionis esse sit cum vterq; sit liber, nā a cōtrario sensu illos dicimus nō esse paris conditionis cum vnus est liber & al ter seruus. Ille etenim qui seruus est non est equalis illi qui est liber, vt insti. de iure. pso. §. summa itaq; & istud prēsupponitur in ma trimonio, h quia nullum matrimonium esse potest inter liberum & seruum secundū leges vt. C. de incestis nup. l. Cum ancillis. Secun dum canones tamen matrimonium valet si sciuit eū seruū fuisse, vt. xxix. q. ij. Si femina. ¶ Moriente autē viro &c. Vxor siquidem iu ra nanciscitur viri qdiu ipse vixerit & nō vl tra, vt in autē. de consul. col. iij. C. de nup. l. Cum te. ff. Ad municipales. l. filij. §. ij. ff. de sena. l. Femine. C. de digni. l. xij. per totum. In autem. de nup. §. attamen. col. iij.

Considerandum insuper i quod tutele mariti cum alijs tutelis conuenientia inuenitur tri plex, seu vt alijs volunt tutele mariti triplex effectus. Primo quia mulier sine voluntate viri nihil facere potest, & hoc tangit in textu ibi, & exinde mulier. Secūdo quod vxor ma rito de bonis suis nihil dare potest, vt supra arti. xxxi. & iur. mu. ar. xxvi. glo. In autem. vt hi qui obli. §. quod si quis. col. vi. Tertio qd nec alteri alienare poterit, vt insti. qui. alie. li cet vel non. §. i.

Et ideo non mariti eius sed in progenie pro genie proximior agnatus tutor eius erit, &c. Dubium circa id exoriri possit. Quandoquis dem superius in articulo. xxij. §. vlti. habetur quod tutor filij minorennis etiam tutor vi due esse debet, hic vero In articulo presenti dicit quod nō mariti eius sed proximior agnatus esse debeat, & ita vnum contrariari vi detur alteri. & quod nulla est in eo contrarie tas superius etenim in articulo allegatō in telligi debet de mulieribus pueros habentibus vnde tutores puerorum etiam viduē vt sic tutores erunt quoad alium superduxerit maritum, hic vero in articulo presenti loquit

F ij

d. Vxor quicquid ac quirit de operibus suis marito acquirere di catura

e. Coniuncta persona ut est maritus cum uxore mandatum alle gare non cogitur des bet tamen cauere.

f. Tutoria mariti per respectum ad uxorem differt ab alijs tuto rijs quadrifariā con cordat. Iur. Mu. arti. xxvi. glo.

g. Paris conditio nis esse intelligitur qua drifariam vide infra lib. iij. ar. lxxij glo.

h. Inter liberum & seruū matrimoniū nullum esse potest.

i. Tutelle mariti res pectu uxoris cum alijs tutelis conueni entia triplex.

de mulieribus que nullos habent pueros, ut sic etenim tutor ipsius erit proximior agnatus & non eius mariti, huiusmodi etiam tutores superintendere debent, ne maritus dotalitium seu vite provisionem alienet, ut insti. qui alic. li. vel non. §. i. In autem. ut immo. ante. nup. dona. col. v. nā alienatio huiusmodi nullum robur habet etiam si tor fenciat, ut. C. ad velleia. L. iubemus, in autem. ut nulli iudi. liceat, habe. §. illud. col. ix. ff. de dona. inter virū & vxor. L. i. ¶ Virgines & vidue. &c. hoc fit ex eo quia tutores non participant cū ipsis in lucro vel damno, ut in autem. ut lice. ma. & auie. §. si autem vir col. viij.

Articulus XLVI



Agmina & mulieres a tutores habere debent b in qualibet actioe ex eo quod iudiciaria potestas in testimonio eas non poterit superare. d Vbi uero iuramentum ab eis fieri debere decernetur non tutor sed persona iuret principalis. Veri etiam tutores earum uarendā seu cautionē pro eis promittere debent, & eandem si necesse fuerit recipere & promissam adimplere.

Glosa.

Femine & mulieres tutores id est aduocatos, habere debent & hoc pertinet ad officium iudicis, ut. ff. de officio p. cōsul. L. nec quicq. §. aduocatos, ubi innuit qd iudex debet prouidere de aduocato feminis, Pupillis debilibus, & his qui sue mentis non sunt, aliquo ex eis petente, vel etiam non petente, & qui per aduersariorum potentiam aduocatum habere non possunt. Vide etiam infra eodē libro circa ar. lx.

Glosa.

Femine & mulieres. &c. Si vero mulier fuerit pars respondens e & agitur contra ipsam occasione bonorum nullumq; habeat tutorem cogitur in instanti coram iudicio tutorem sibi eligere, alias cadet in actioe. Si vero legitimus & verus habeat tutorem qui tamen protunc absens a domo sit inducie sibi dande erūt quatuordecim dies ad statuendū eundē. ¶ Veri etiā tutores. &c. f Vñ tutores veri dicuntur & sunt vir respectu mulieris, & item propinquior agnatus qui paris conditionis

sit, & isti guarendam prestare tenentur pro suis pupillis secus est de illis tutoribus qui per iudicium dantur ut infra articulus sequens. Sciendum circa id & quod mulieres in actioibus earum necessario habent tutores ex triplici causa. Primo quia testimonio uinci non possunt ut hic in textu. Secundo quia promittere non possunt nec ex eorum responsu aliquid pati, vel etiam quia iura scire non tenentur, ut. C. de iur. & fact. igno. L. ne passim. Tertio ut non necessario veniant monende pro iudicato, & ita in eo honorantur, honoratq; eorū prouiditur, unusquisque enim mauult virum pro aliquare monere q̄ mulierē, & etiam citius testimonio conuincuntur viri q̄ mulieres. Preterea precauetur in eo indemnitati mulierum ex eo quia a damno se precus custodire nesciunt ut in autem. ut liti iurent. §. si vero mulier coll. ix.

In textu cum dicitur & promissam adimplere, &c. hoc intelligi debet de veris tutoribus, ut. C. de procuratoribus. L. cum rem & C. de eo qui pro tuto. vel cura, negocia gessit. L. i.

Articulus XLVII



Iutor iudicialis uel ex parte iudicij datus pro mulieribus & feminis quibus tutor ascitus est uarendam seu cautionem recipere & promittere interrogantiq; iudici facti ueritatem enarrare debet & nihil amplius pro stipulatione predicta sustinere, quia expirato iudicio eius tutela expirat.

In omnibus iudicialibus terminis licebit iudici personis huiusmodi aliū dare tutorem cum uerum non habeant defensorem.

Glosa.

Tutor iudicialis. &c. de huiusmodi tutoribus vel curato. vide plene p Guil. in spe. ti. de tutor. & ti. de curato. per totum. In quibuslibet. &c. Curator tamen simpliciter ad litem datus, intelligitur datus ad omnes lites ut in. L. si pupillus. ff. de tute. Et secundum ius commune in eadem causa dato vno curatore, non potest dari alius ut. ff. eo. L. cum semel. Item & municeps detur tutor municipi, & sic alias ciui, secus argo si nō esset ciuis ut. ff. ea. L. &c.

tor indiāliter ille e: e nim cā intercedit. lic puelle mulieres non maritate etiam tutores habere coguntur quia uinci testimonio non possunt. seu. c. lvi.

f. Veri tutores qui dicantur.

g. Mulieres in actioibus suis necessario habent tutores ex triplici causa.

a. Textus germanicus habet uirgines & mulieres.

b. Contrarium uide supra eo. circa ar. xli. & ar. xliij. li. ij. ar. lxij. li. ij. ar. xxx. ubi aliter de iure canonico sentitur.

c. Istud recessit a praxi modernorum hodie etenim mulier oportet ad querelam tutorem eligere & eum per iudicem confirmare & ita per illum confirmatum tutorem acta preecedentia per non confirmatum tutorem asgitata cōfirmat & ratificat.

d. Intellige qd quis mulier sola per se uirare cogitur, hoc tamen non contingit nisi si tutor eius per negatuiam litem contestatus sit & ad cōsacntiam mulieris iuramentum delatum fuerit & ita practicatur.

e. Mulier sine tutore agere nō potest. Prius si maritū habet quia ille eam intercedere debet. Secundo si datus est ei tu-

Glosa.

Antehac dictum est de tutoribus qui pupillum ab omni periculo & damno tueri debent damnaq; ex negligentia commissa refarcire, hic tandem agit de tutore iudicialiter dato q nullum ex tutela sustinet damnum, vt. C. de in lit. dan. tuto. vel cura. L. ad protegendum. Et est mirabile quid, quod is qui cautionem promittit eam adimplere non teneatur. Tutamen responde quod tutor huiusmodi non aliter se habet nisi quemadmodum procurator.

^a Procurator etenim verba alicuius faciens nullum sustinet damnum, sic & tutor huiusmodi cuius etiam autoritas cessat, cessante iudicio, vt. C. eo. ri. L. Siue ex testamento. In omnibus iudicialibus terminis & c. Intellige si verum non habeat tutorem, vt. C. in qui. cau. tuto. habe. L. Licet. Notandum circa id ^b quod tutor per iudicem dari potest etiam illi qui prius tutorem habet at ex sex causis. Primo si tutor cum pupillo aliquid iudicialiter ad agendum habeat, sicut cum maritus facit uxori aliquam reformationem recompense dotalitonalis vt supra ar. xliiij. Secundo si absens sit tutor, vtpote quia in seruicio domini, vel bellica expeditione im mofetur, interimq; pupillus imperatur. Tertio si vnus excusauerit se a tutela, dato etiam quod plures sint qui se non excusauerint, in lo cum ergo illius qui se excusauit, eligitur alter in tutorem, facilius em tutela administratur a pluribus q ab vno. Quarto si bona sint in diuersis ptibus, que p vnū difficile admini strari possint. Quinto si pscriptus fuerit vel ex suspiciōe interdicta sit vni tutela, vt supra ar. xli. Sexto, si bona pupilli multiplicantur, ita quod difficile per vnū prouideri possint, vide ad hanc materiam insti. qui dare. tuto. pos. §. ad certum. ff. de acti. & oblig. L. Obligatōes. C. in qui. cau. haben. tuto. dari tutor potest. L. i. ij. iij. penulti. & vlti. ff. de tutelis L. Si quis tutorem. ff. de excusa. tuto. L. propter litem. §. vltimo.

Articulus XLVIII



Mnes illegitimi et capite diminuti neq; in suis actiōibus neq; in eorū duellis tutores habere possūt. Mutilati sine tutore se defendere debent, & etiā actiones instaurare, nisi in actione parti duellum inferatur tunc eorum tutor sit qui libet eius in progenie similis agna

tus. ^a Si corpore uiciatus non poterit suum uerum habere tutorem cū ei actio duelli indicetur, & hoc iuramento suo affirmauerit, extunc quicunq; hoc propter eum uel nomine ipsius facere uoluerit eidem conceditur, uel pugilem quem saltem suis poterit ad hoc nummis comparare habeat, dato quod eius tutor uerus ibi præsens sit cōstitutus. ^b Si uero per pugilem se defendere uoluerit, pars aduersa æquo modo ipsum pugilem poterit impugnare, ^c licet ei personaliter duellum primo indicēbat, nec p hoc iuri derogabit suo. Simili etiā modo defēditur mortuus si ei duellia uerba apponātur & eum impetere quis de commissis uelit. Cum certatore potest se quis defendere ut præmissum est. ^d Eo autem modo homo in suo iure minime potest impugnari qui est bonæ famæ.

Glosa.

Superioribus declaratum est per longum de tutoribus & qui tutores habere possunt si uoluerint & item qui necessatio tutores habere debent, articulus præsens disponit de his qui in actionibus tutores non possunt habere suis, cum dicit omnes illegitimi & capite diminuti, & c. Ratio autem istius est quia si tutores habere possent, ipsi essent meliores in iure q eorum principales quod fieri non debet. ^e Nullus enim admittitur habere meliores & potēiores ac digniores tutores q ipse est, sed nec causam potēiori subdelegare q solus sit, quia id esset nociuum parti aduersæ vt C. ne liceat potēioribus. L. si cuiusq; immo q id facit actionemq; potēiori f ratione officij cedit perdit actionem istam & cessio non habet effectum.

Et capite diminuti, de his vide supra ar. xxxviij. & ff. de his qui notant. in fa. L. iij. Mutilati sine tutore, & c. hoc est ille qui mutilatus est tutorem habere non tenetur in actionibus suis sicut contigit mulieribus que absq; tutore nihil agere possunt.

Si corpore uiciatus, & c. Paragraphus iste cōtrariari uidetur supra. arti. xv. & xviij. & legibus ibidem allegatis ubi dicebatur quod qd quid corporaliter cōmonstrari poterit iura

^a. Alij textus addunt qui id facere uoluerit.

^b. Inr. Mu. ar. lxxxiij.

^c. Alij textus habent quāuis in principio cause de pugile nullam fecerat mentionē.

^d. Alij textus habent cum pugile uero nō potest quis hominē bone fame in suo iure conuincere.

^e. Nullus admittitur potēiores habere defensores.

^f. A actionem potēntiori cedens perdit causam.

mento se pro eo expurgari non potest, hic vero dicit quod iuramento facto occasione illius quod tutorem habere non potest, pugile pecuniis comparare ei admittitur, licet tutor eius verus ibi præsens sit, &c. Quod cum in textu articuli presentis dicitur dato quod eius tutor verus ibi præsens sit intelligitur de tutore bonorum & non de tutore duelli, fieri enim potest quod aliquis bonorum tutorem habere potest qui tamen non est nec esse vult tutor duelli, & ita vnum non contrariatur alteri, sepius etenim sub tutoris nomine tutor bonorum intelligitur, ut. C. de procu. L. neq. §. Quid quod tutor accipitur pro illo qui bona communis administrat, ut. C. de sacrosan. epis. L. iubemus. Aliquando etiam pro procuratore accipitur, ut. C. de auto. tuto. per totum, fore etiam posset quod ibidem præsens sit sed propter senium eundem defendere minime posset. Simili modo defenditur mortuus, &c. Istud ius iam ex usu venit & ita abrogatum quodcumque etenim ius ex consuetudine venit huic derogatur ut. iij. dis. leges, & in prohe. insii. §. igitur post libros h. immo & iure Canonico abrogatum est ius illud ut extra de purgatione vulgari per totum licet Saxonibus in certis casibus admittatur, ut supra ar. xxxix. Cum certatore potest se aliquis defendere, &c. ex isto paragrapho doctrina datur quo pacto, & contra quem se vnus per pugile defendere possit. Corpore etenim viciatus contra sanum qui cum alloquitur & aliter innocentiam commonstrare non potest suam per pugile sese defendet, ut. ff. de re iudi. & effect. sens. L. commodis, preterea contra illos qui ius suum furto vel preda infregerunt per pugilem decertat ut supra arti. xxxix. ff. ad le. lul. ma. L. is qui in reatu. Sciendum tamen circa id quod articuli qui occasione duelli vel pugillationis disponunt quicquid per amplius nullius sunt utilitatis. Idem quod prius per duellum probabatur, i. & duellum alicui quis in dicebat nunc septem testibus conuincitur ut infra eo. ar. lxij. glo. Vnde & si quidem Saxonibus duellum admissum est, non tamen in omnibus casibus id eis facere licuit, sicut nec pro omni damno corpus & bona vnus perdere debet, ut. ff. de bonis damna. L. cum ratio, & ff. de dona. L. post contractum, & in aut. de manda. princi. §. oportet coll. iij. & C. de poenis. L. sancimus.

Articulus. XLIX



Vulneratus si suum plagarum uel qui eum uulnerauit per duellum conuincere uelit, propter

debilitatemque corporis protunc duellum perducere ad effectum non poterit nec habet qui pro eo id agredi uelit, a Iudex dabit ei inducias seu terminum assignet quoad id perficere possit.

Glosa.

Duella & pugillationes obtinuerunt Saxones b ex eo quia militares erant, quodque non omnia ad iuramenta admittere cogentur, duellum eis pro iure confirmatum est, in casibusque huiusmodi trahebant se ad priuilegium præsens ex singulari prerogatiua eis concessum, nec enim diceretur priuilegium nisi aliquid speciale contineat in se, sed nec debet Saxonibus prohiberi duellum cum nec ipsi demeruerunt in aliquo ut eis infringatur.

Notandum circa id quod quatuordecim modis euenire potest id quod priuilegium reicitur Primo si in aliquo suspecto loco viciatus sit, vel falsi characteres appositum sint sensum immutantes, ut extra de crimi. falsi. c. licet. Secundo si in sigillo falsificatum quid sit, ut extra de fide instrumetorum. c. inter dilectos. Tertio si refert se ad prius priuilegium & illud prius non habetur, extunc istud posterius quod se ad primum refert nihil valet, quia nouum priuilegium nullum ius tribuit priori, sed dumtaxat confirmat illud, ut. ff. de re. iu. L. cum principalis & extra de confirma. vti. per totum. Quarto si nihil speciale habet quod communiprejudicaret, sicut est in proposito, quia hic est speciale quid communiprejudicans. Priuilegium etenim est lex priuata & ita ut aliquid specialis habeat necesse est, ut extra de verbo. signi. c. abbate. & xxv. q. i. c. ideopmittente, item octaua die, & xij. q. i. c. quia. Quinto si dolo malo illud acquisiuit, ut extra de rescrip. c. sedes. Sexto si sit contra communem utilitatem ut in aut. in medio litris. §. i. col. viij. Septimo si interposita conditio ne datur, ut extra de condi. apposi. c. verum cum alicui Ecclesie & in glo. Octauo si ad de finitum tempus datur tempusque illud expirat, ut. xxxv. q. iij. c. quedam & c. quod scripsi. Nono si est datum contra ius alterius, vel in prejudiceum alterius iuris, ut extra de decimis. c. suggestu & c. dilecti filij, extra de verbo signifi. c. quid per nouale, & xxv. q. ij. c. vlti. Tum etiam ammittitur priuilegium si abutitur eo ad decennium, ut. ff. de iudi. L. i. Decimo si priuilegium illud sit quo vnus liber esse velit a iure prouinciali vel a iure ciuili cui subest, ut. C. de decurionibus. L. vacantis. L. exemplo. L. curiales & L. omnes qui. C. de ca. fru. L. ij. & in auten. ut. om. obedi. iudi. §. hac. coll. v. Undecimosis inchoata iam cas

a. Hoc ius Saxonum est contra ius commune ubi actor tenetur mittere procuratorem qui impedimentum legale declarat, ut notatur per doctores in L. prima. ff. de diuer. temp. pre.

b. Concordat Tur. Mur. ar. xij. & xxxv. & item ar. lxxxij. glo.

c. Priuilegium non esset nisi aliquid speciale in se contineat.

d. Priuilegia reiciuntur ex certis causis.

g. Tutor multis accipitur modis.

h. Duellum abrogatum est fuit in certis casibus, ut supra ar. xxxix.

i. Duellum hodie ad probationem septem testium uenit.

si priuilegium sit impetratum ita quod sit in
hibitorium cause iam incepte vt extra de res
sti. c. causam que de priuilegijs. c. dudum et ex
tra vt litte. pēden. c. i. & vlti. xij. q. i. c. penulti.
& vlti. C. vt lit. pēden. L. i. Duodecimo si cō
tra cōmūe priuilegiū speciale sit impetratū
vt extra de rescrip. c. si aut Romana. & eo ti. c.
pastoralis & c. ex parte & extra eo. ti. c. gratiā
li. vi. Tredecimo si ille cui priuilegium dedit
in contrarium illius iudicat scienter vel igno
rante vt. c. suborta in fine. extra de sen. & re
iudi. vel si illo derogauit. & hoc intellige tē
pore quo id facere potuit. vt. C. de iu. L. ius
fio. & c. suggestum de decimis. ff. de adimen.
lega. per totum. Quartodecimo si priuilegia
ri libertati per priuilegiū concessa. verbo vel
facto occulte vel aperte renuntiarunt. vt. C.
de pactis. L. si quis. ff. de acquirē. vel ommit
ten. heredi. L. recusari. vel alio quouis modo
contra illud facit aut gratiē huiusmodi dero
gat. vt. ff. de lega. L. cum pater. & ff. de mino
ribus. L. auxilium. extra de preben. c. pro illo
rum. de consi. c. cum accessissent. de priuile.
si de terra. & xi. q. iij. c. priuilegium & lxxiij.
dis. c. vbi.

Iul. de adul. L. marito. Tercio siquid suspicatur
contra aliquem de vxore eiꝯ interdicit
colloquia vxoris sue. ille vero desistere non
vult. preuentus in aliquo loco suspecto impu
ne occiditur. vt supra circa arti. xxxvij. & in
auten. vt lice. ma. & au. §. his quoq; coll. viij.
d Quarto cum quis noctu comprehendit ali
quem ei nocere volentem. vt. C. quan. li. viij.
vindica. se. sine iur. L. si liberam & L. opprimē
dorū & in li. feu. de pa. tenen. §. si qs hominē.
¶ Licet etiam sit hō illegittimus. & c. Isti siq
dem nullum iure accusare possunt. in ipsista
men vnus deliquit. nam & si infames sint. nō
sunt tamen latrones nec fures. quod impune
interfici possint. hoc idem intellige de fistula
toribus & alijs instrumenta tangentibus. tum
etiam ioculatoribus. lusoribus. incantatori
bus seu maleficis. eos etenim interficere nō li
cet vt. C. de maleficis. & matematicis. L. nes
mo & L. quicunq;.

d. vide infra li. ij. ar.
xij. iur. Mu. ar. xxxi
vij.

Articulus

LI

Articulus

L

Occidens aut uulnerans
aliquem a eundēq; oc
cisum aut uulneratum
si iudicio presentauit
rit uolens eum uiolatorem compro
bare si in probatione defecerit ibi
dem deprehēdetur & in culpa quā
uulnerato aut occiso imposuit per
manebit. b Licet etiam ille occisus
sit homo illegittimus aut ioculator.
dummodo raptoribus aut furibus
non comparatur. idest quod nō sit
prædo uel latro ut illorū exemplo
debeat per pugilem conuinci.

Glosa.

Occidens aut uulnerans aliquem. & c. Con
cordat ad id. ff. de re iudi. L. iij.
Notandum tamen circa id quod quatuor in
ueniuntur cause. cum vnus alium impune
occidere potest. Prima est causa necessitatis de
fendendo sese. vt infra ar. xij. li. ij. & item li.
iij. ar. lxxvij. C. ad. L. corne. de sicca. L. is qui
aggressorem & L. si quis. Secundo cum quis
adulterum apud vxorem inuenit. vt. ff. ad le.

Dures sūt noxij hoc est
absq; iure a qui nō sunt
a matrimonio contrahē
do interdicti. quia noxij
idest iure priuati cōtrahere possunt
& pueros eis æquales procreare qui
etiam pueri parentū suorum in hæ
reditate erūt successores si ab eis nō
discrepēt seruitute. b Legittimus uel
legittima illegittimo non succedit.
Dicitur etiam secundum iura anti
qua quod proles suis matribus ille
gittima non existit. idest puer spuri
us esse non potest suæ matris quod
falsum est. Mulier enim potest le
gittimam & illegittimam mancipiū
& liberam prolem procreare. ut pu
ta si est ancilla potest manumitti. Si
fornicaria potest contrahere & in
quolibet statu prolem propagare. c
Si quis in quatuor suis generationi
bus hoc est ex duobus auis & dua
bus auis ac patre & matre idifama
ti iuris est. illū in iure suo nemo in
famare potest si non solus ei perso
naliter prius derogauit. Si qs ban
F iij

a iur. Mu. ar. iij. gl.

b. vide supra ar. xxx
vii. gl. & ar. xxxvij
iur. Mu. ar. lix. glo.
infra li. iij. ar. lxxij.

c. Concordat iur. Mu
ar. iij.

a. Vide infra ar. lxxij.
b. lxx. iur. Mu. ar.
xxxvij. glo.

b. iur. Mu. ar. cxxix.

c. Cause quatuor cum
vnus alium impune
occidere potest.

d. Vide infra li. iij. ar. xxix. Iur. mu. ar. xxxv. iij.

nitus alij sibi æquali duellum obiecerit suas quatuor indiget scire generationes^d locumq; sui banniti & eum nominet, alias sibi alter poterit duellum de iure denegare. Si qs alterum duelli faciendi gratia inuaserit apparueritq; hoc iure fieri non debere, occupantem cum emenda cōpetenti relinquere necessariū est.

Glosa.

e. Illegitimus nō repellitur ab honoribus.

f. Iur. Mu. ar. iij. Vnde de de cōcubina natus dicitur naturalis filius quia tenetur in domo concubina illa loco uxoris & talis in bonis paternis ab intestato succedit in duabus unijs paternis substantiis si alij filij non extant nec coniunx legitima. C. de natura. L. i. In bonis uero maternis succedit cum legitimis filiis. C. ad senatus cōsul. Orifia. L. si qua. §. ult. Intellige tamen de muliere cōcubina quod spurij cum legitimis succedunt, non de illis tri matrona, quia si illa intestata decessit, spurij non succedit cū legitimis etiam in bona materna ut eadem lex declarat.

g. Iure priuati in tripliā differentia inveniuntur, uide supra ar. xxxvii. §. ij. Iur. Mu. ar. iij.

h. Testi obiciens inhabilitatē eandē in instanti probare tenetur.

Legitimus vel legitima illegitimo nō succedunt, &c. Scias tamen e quod illegitimus non excluditur f nec repellitur secundum ius cōmune a dignitatibus & honoribus seculariū p. L. iij. §. spurij. ff. de decurj. & de fil. p. sby. c. i. li. vi. in glo. penul. Et illegitimus ad actus spirituales legitimatus intelligitur etiā legitimatus quoad actus seculares indirecte per quandam consequentiam, vt. in. c. per venerabilem, qui fil. sunt legi. & de dona. inter uir. & mulie. & de dotis post diuor. resti. c. de prudentia. Quod supra dicitur de illegitimo quod uidelicet habere dignitatem possit intellige in defectu aliorum alias non, vt. C. de digni. L. ij. & C. de decu. in mul. legi. Cum dicitur mulier potest legitimā procreare prolem, &c. & tales filij succedunt parentibus, nam nati ex legitimo matrimonio uero vlt p. tatio sue ab initio sue ex post facto succedunt parētibz suis, qui fil. sunt legi. cū inter & c. lator. & c. ex tenore & vide infra li. iij. ar. lxxij. Et quomodo illegitimus nō succedit in bōis paternis, sed in maternis de hoc vide de renun. c. nisi cum pridem in glo.

Glosa.

Pro intellectu articuli presentis rum & p. cēs dentium. Notandum venit g quod iure priuati in tripliā differentia inveniuntur. Primo dicuntur iure priuati qui in iudicio testificari non possunt, vt sunt hi qui notati sunt infamia, vt. ff. de his qui nota. infra. L. i. ff. de testi. L. iij. extra de testi. c. in omni negotio. Sed nec verba alicuius facere aut pcurare eis admittitur, vt extra de accusa. c. omnipotens deus. Vnde circa id sciendum h quod testi obiciēs inhabilitatem eandem in instanti probare tenetur, vt. C. de testi. L. si quis. Secūdo iure priuati dicuntur quia uidelicet priuātur iure in eorum bonis, ita quod illa vendere aut alie nare non possunt vt insti. de capi. diminu. §. maxima. C. de sen. pas. L. cum patrem. Tertio sunt quidam iure priuati in corpore & bonis. In corpore quidem quia impune occidi possunt, vt. C. quan. li. vnicui, sine iudice vind.

L. liberam, & in auten, vt liceat ma. & au. §. his quoq; col. viij. Priuatur etiā bonis ita qd non hereditat in successores, vt insti. de here. que ab intesta. defer. per totum. i. Primi sunt lufiores & alij q plurimi de quibus sup. arti. xxxvii. in prin. Secundi sunt illi quorum bona imperatorie maiestati confiscant, vt supra arti. xxxvii. §. ij. Tertij sunt pacis violatores de quibus infra li. ij. in multis articulis & isti duplices sunt. Quidā per iudicem pronuntiatū esse iure priuati, vt sunt pscripti adulteri vt supra arti. xxxvii. Quidam vero seipsos iure priuant facto suo, vt sunt illi qui noctu in domos irruptiones faciunt alienas, vel cum vxoribus aliorum secreto congregiuntur, de quibus supra ar. xxxvii. infra li. ij. ar. xxxix. & alijs plerisq; locis. C. quando li. vni. sine iudi. L. opprimēdorum, in auten, vt lice. ma. & au. §. his quoq; col. viij.

Matrimonio inhabiles k etiam in tripliā differentia inveniuntur. Quidam sunt qui nati sunt ad id inhabiles l vt sunt illegitimi vt in auten, qui. mo. natu. effi. sui. §. sancitū col. vi. Secundo sunt & si quidem legitime nati ad nubendum tamen inapi redduntur & isti duplices quia vel renūciarunt matrimonio vt sunt spirituales, Monachi, vt. xxvij. q. i. c. virginem & extra qui cleri. vel mona. per totū. Vel quia demeruerunt ex aliqua causa quod nubere non possunt, sicut illi qui cū duabus fororibus, vel cum matre & filia concubuerunt, vt. xxij. q. vii. c. quedam. c. si quis. c. qui dormierit. Tertio matrimonio inhabiles dicuntur illegitime nati isti & si quidem legitimas superducere possunt vxores utilitatem tamen iuris non consequuntur, hoc est quia pueri eius non succedunt, vt hic in textu, & supra arti. xxxvii. §. iij. C. ad le. lul. maiest. L. si quis, & insti. de capi. diminu. L. quod aut. Iure priuati cōtrahere quidem possunt & liberos procreare qui eis succedunt, &c. Intelligē de iure priuatis primo modo acceptis, vt sunt lufiores, qā alias esset cōtra ar. xxxvii. supra hic enim admittitur successio, ibi vero de negatur, dato etiā quod iuri resituantur, qd & intelligere idem vult de illis qui cōtra imp. perium aliquid deliquerunt & ita priuantur iure, vt. C. de sen. pas. & resti. L. cum patrem. Nisi seruitute discrepent, &c. m Hic tangitur quomodo vnus alteri generatiōe equalis esse debet, nihil em aliud determinat qd vnus alteri similis generatione non sit, nisi quando vnus est liber & alter seruus, vt insti. de. Iur. perso. §. summa. Vnde quando liber superducit liberam, proles genita similis generatiōis parētibz erit, quia libera. Idem etiam si seruus superducit seruam proles eorum seruis lis conditionis existet.

Legitimus vel legitima illegitimo non succedit, &c. de his vide. C. fami. hercis. L. q. tiens. n Exinde etiam sequitur quod mulieres testificari non possunt vt extra de verbo. signi. c. forus, sicut nec testimonio conuinci

i. De iure priuatis uide

k. Matrimonio inhabiles in tripliā differentia inveniuntur, concordat Iur. Mu. ar. iij. glo.

l. Natus de scorto māser diatur, spurij de cōcubina Notus de adulterio

m. Generatione similem esse q. t. cōcordat supra ar. xvij. & infra li. iij. ar. xlv. glo.

n. Extra propositum iste interpolatus est §. glosa.

d. ARTICVLVS
REPROBATIVS.

e. Alij textus habent hoc tamen decrepitus potest de iure reſtituere quicquid ali cui abſtulerit iniuſte

f. Alij textus & reſcitius habent niſi p his que tēpore mortis mariti ſui apud ipſam relictum ſit.

g. Articulo preſenti contrariari uidetur lex xij. tabu. in hec uerba hereditates in teſtamento iure ſactate ſūto. Quam legem Vulpinianus de uerbo. ſigni. com- probat tradens non improprie ab aliquo diū lege eam obuenire hereditatē que ce- tam teſtamento deſertur quia lege xij. tabularum ſecūdam eius ſententiam teſta- mentarie hereditas- tes confirmantur, ſed & teſtimonio Iuſti- niani ſui & neceſſa- rij heredes inſtituti uolunt uelintue ſicut ab inſtituto L. xij. ta- bu. heredes ſiūt et ſic lex hec caſu heredi- tates ē teſtamento de- latis cōfirmat. In alio cūā loco lex xij. tabula. cōtrauenire dicitur articulo pre- ſenti in hec uerba uſ- a quiſq; legaffet ſue rei ius eſto. In prae- ſtica tamen noſtra ſecus eſt, tenendum itaq; eſt priuilegiū ſaxonum nam et ius municipalē hoc idē ſuadet quod heredi- tates in teſto egri- tudinē alienare non licet.

quicq; faciendi (ut per id heredibus poſt mortem ſuam auferetur) nul- lam habebit poteſtatem. Quæ autē iniuſte quis ſubtraxerit reddere po- teſt ^e in quo receptor non donatio- nem ſed reſtitationem poterit com- probare & iura ab eo in his prius poſſeſſa obtinere. Si quis in ſua in- firmitate de ſuis facultatibus iuſte quicq; impignorauerit, uel alienaue- rit, uxor eius ſed nec familia pro his inculſari debet, eo quod ipſa uel ipſi ſiue iuſte ſiue iniuſte donationem patrisfamilias contradicere minime potuerant. Si quid uero iniuſte le- gatum fuerit a legatario illud iuſte per ſententiam repetatur.

Mulier pro nulla re ſui mariti reſpō- debit ^f niſi pro his quæ tēpore mor- tis ſui mariti eius cuſtodie fuerunt mancipate.

Gloſa.

Sine heredum conſenſu, &c. Iſte articulus eſt erroneus, & per ſedem apoſtolicam reproba- tus. g. Ideo q̃a elemoſinas & alia pietatis op̃a excludit, immo & prohibere uidetur in ex- tremis quod eſt iniquum. Et tractatur hic de donationibus quarum aliqua eſt inter uiuos. Alia cauſa mortis, ut inſtitu. de dona. in prin. & de utraq; hic tractat, de donatiōe autē inter uiuos tractat ſupra eo. li. arti. ix. & ar. xxxi. & xxxiij. & infra li. iij. ar. iij. cum ſimilibus. Vn de ſcias quod donare poteſt inter uiuos pater familias & dominus rei. ff. de reg. iur. L. qui in ius. Ergo nō ſeruus non filius familia nō pu- pillus. ff. de pac. L. contra. §. i. & ij. & ff. de ac- qui. re. do. L. pupillus, non monachus uel cō- uerſus quia proprium non habet. li. iij. diſ. ab- bati. h. Nec abbas ſeruū Eccleſiæ, nec Epiſco- pus niſi recompensationem facit. xij. q. ij. Epi- ſcopus. Item compos mētis non furioſus uel prodigus. ff. de dona. L. modeſtinus, ad fi. ff. de cur. fur. L. Iulianus, & ff. de verb. ob. L. is cui. Nec is donare poteſt cui alienatio per le- ges eſt interdicta, ut quia cōmiſit crimen leſe- maieſtatis, uel eſt hereticus, ut de hereti. c. ver- gentis & c. ad abolendam & c. ad leg. Iul. maie. L. vi. Quod autem filius ſa. donare non poteſt fallit in quatuor caſibus. Nam iuſta ra- tiōe motus cauſa mortis donare poteſt. Item ſi habet peculium caſtreſe uel quali. Item ſi

habet liberam adminiſtrationem peculij pro- feſſici, & hoc ipſum ei ſpecialiter cōceſſum ſit. Item ubi eſt filius comitis uel marchionis, uel ſenatoris, aliter non quantumcūq; ma- gnus ſit & diſcretus. ff. de dona. L. filius ſa. & i. §. i. ij. & iij. Potest autem cuiſlibet donari niſi ſi per leges prohibeat, ſiue abſens ſit ſiue prae- ſens notus uel ignotus. C. de dona. L. nec am- bigi. & ff. e. u. L. abſenti, & C. e. L. in extrane- os, etiā meretrici. ff. e. L. affectionis, niſi ſit mi- les qui meretrici dare non poteſt. C. de dona. inter vir. & vx. L. ſi ancillam. Ergo nec clerici nec aduocati quia iſti res equiparantur. xxiiij. q. i. militare, extra de ſer. non or. c. eo libentis- us. Item donari poteſt paterfamilias & filioſa. diū tñ extraneo. C. de dona. L. ſiue emācipatis. Donatio tamen inter coniuges non ualeat niſi morte confirmetur. C. de do. inter vi. & vxo. L. donationes. Omne uero quod in dominiū alterius tranſire poteſt donatur. ff. e. L. in edis- bus. §. ult. Et ita res omnis cuius commerciū haberi poteſt, non ergo res ſacra uel religioſa, uel Sol uel luna. Inſtit. de inuti. ſtipu. & i. §. i. & ij. Item res Eccleſiaſtica dari prohibet ex- tra de pigno. c. i. donatio autem que excedit quingentos aureos requirit ſcripturā niſi ubi in perſona donat priuato, uel Eccleſiæ uel ali- as cauſa pietatis, uel magiſter militum militi- bus, uel priuatus priuato in recuperationem domus uel donationem propter nuptias. C. e. L. ſancimus In auct. ut non ſi. pig. §. illud, coll. v. In autem, de nō ali. §. ſi minus col. ij. C. de dona. propter nup. in multis legibus, uel ſi remittatur uſure futuri tēporis. ff. e. L. mor- deſtinus, nec donatio cauſa mortis ſcripturā requirit. C. de dona. cauſa mortis. L. ſi. Quā- do dictam ſummam excedit donatio, requi- rit ſcripturam, & quod inſinuetur ſiue pub- licetur apud competentem iudicem adhibi- bitis perſonis publicis, & debet donator ſuā uoluntatem exprimere & quantitatem dona- tionis, & hec omnia debent redigi in ſcriptis. C. de dona. L. in donationibus. Vbi uero do- natio nō excedit quingentos aureos, ualeat ſi- ne ſcriptura. C. e. L. penul. §. ſi. niſi forte aliter ſit conuentum inter partes. C. de ſi. inſtitu. L. contractus uel niſi forte fiat a patre in filium emancipatum, uel niſi fiat in coniunctas per- ſonas. C. de dona. L. ſi quis & L. ſequen. Et ſi plures ſiunt donationes que omnes cumula- te excedūt dictam ſummam eſt una donatio. ff. de dona. cauſa mor. L. ſenatus. §. ſi. Si tamē fuerit perſonalis quia nulla mentio eſt facta de heredibus nō requiritur ſcriptura alias ſic. ut. C. eo. L. ſancimus. §. ſi. Perficitur etiam do- natio nudis uerbis, licet olim per ſtipulatio- nem tantum. C. eo. L. ſi quis argentum Inſtit. eo. §. perficiuntur. Conſenſu tamen utriuſq; ſcilicet donatoris & donatarij interueniente, alias nec nuda ratio nec cauſa iocī, uel doctri- ne facta pactio conſtituit debiliorem. ff. eo. L. ut ſupra.

Perficitur etiam donatio p̃edum inter praeſens

h. Donationes quomō- ualent & quomodo non uide per totum.

res sed etiam absentes, per nuntium vel epistolam cuius non breuitas nocet, ff. eo. L. per interpositam, & C. eo. L. nec ambigi, & L. si aliquis & sufficit solus consensus, C. eo. L. donatio. Nec refert an donator dicat do vel dabo. Nam olim per stipulationem fiebat quæ in futurum concipitur, ff. de verb. obli. L. stipulatio, & L. quotiens, C. de euic. in certis legi, & ff. de pac. L. i. §. i. Et secundum le, ex nudo pacto in hac causa datur actio, vt, C. de donat. L. si quis argentum. Donator autem tenetur ad traditionem rei quæ dare promisit, vel ad ipsius extimationem si rem tradere non potest vt in dict. L. si quis argentum. Et ne præstet euictionem si quid dolo fecit, ff. eo. L. Aristo, & ff. de edili. edic. L. ad res donatas, vel si ex præterito ita cõuenerit, C. de euic. L. ij. Vel si donatio a pmissione incipit, C. de iure do. L. i. Vel nisi quis ex necessitate donat, de præben. inter cetera, de iure pa. pastoralis & vij. q. i. præsentium. Et hoc verum ratione fraudis vel malicie si interueherit, vt in dictis cõcordan. Ad quid autem teneatur donatarius, & quando donatio potest reuocari, vide infra lib. iij. circa arti. iij. & lxxxij.

Glosa.

Dictum est in glosa articuli præcedentis quod leges imperiales occulte & astute quodammodo iuri naturali adminiculo veniunt, ubi ius naturale, per leges & constitutiones opprimitur. Vnde sciendum quod tria sunt ex constitutione iuris positiui quæ iuri naturali contravenire cernuntur. Primum quod homines qui a natura sunt liberi, omnes siquidem natura parit liberos, constitutionibus tamen serui efficiuntur, vt Insti. de libertinis, §. manumissio & in auten. qui. mo. natu. effici. sui, §. si qs. col. viij. & infra. li. iij. ar. xliij. Impatores ergo subvenire naturali libertati hominum volentes, varias sanxerunt constitutiones quibus serui liberi efficiuntur, vt Insti. qui. manumit. lice. vel non, §. iuste, & Insti. de le. fusi. cani. tollen. & C. de testamen. manumif. L. Cum constitutio, & C. de fidei commissarijs libertati, L. Si quis, & L. finali, C. de lat. liber. tollen. L. cū dedit iij. C. de cõmuni seruo manumisso. L. in cõmunes, ubi habetur quod seruus existens multorum dñorū seruus, si vnus illorū eundem dimittere vult, alij obtemperare cõguntur, viginti solidos pro seruo accipiēdo, id enim serui precium statutum est, vt. C. ea. L. §. Ne autem. Secundo quod iuri naturali per ius positiuū contrariatur. Est, quod quidā homines illegitimi nuncupantur & sunt, cū tamē a natura omnes homines legitimi sint vt in autē. qui. mo. natu. effi. sui, §. Si quis, col. viij. in remedium itaq; sunt constitutiones quæ illegitimi efficiuntur legitimi, vt Insti. de her. que ab intesta. defer. §. si. & in auten. de incest. nup. §. Dubitatum. & in auten. de filijs ante instrumen. dotalitia, natis, §. Peruenit, coll.

i. Tria sunt ex constitutione iuris positiui quæ iuri naturali contravenire cernuntur

k. Seruus existens multorum dominorū seruus consentiente uno in libertatē serui alij consentire tenentur.

ij. in auten. qui. mo. natu. effici. sui, §. Naturalium, col. viij. C. de natu. libe. L. Humanitatis, extra. qui filij sunt legitimi, c. tanta. Tertium est quod de iure communi positiuo quilibet uir bona sua etiam in lecto egritudinis alienare quidem potuit. Et quia exinde sepius eueniebat quod pueros suos indigētes relinquebant impij patres, vt in autē. de nup. §. Disponat, coll. iij. quod & contra naturalē charitatem fuit & est, quare in cōtrarium precepta sancite sunt leges, quæ disponunt vt heredibus aliquid relinquatur, vt Insti. de le. falcid. §. Superest, in auten. de her. falcidia, §. Fiat, igitur, col. i. & ff. de inoffi. testa. L. iij. Saxones vero ius speciale & priuatum habent, quod cū quis donare aliquid vult, vt id faciat tempore quo donationem facere poterit necesse est. Nam alias si donauerit quid tempore quo solus huiusmodi re vt non potest, donatio erit nulla, quia donat illud quod suū non est, sed heredum eius, vt in auten. de manda. princi. §. Oportet autem, col. iij. in auten. de incest. nup. §. i. col. ij. Indecens namq; est, quod quis suos indigentes relinquat, extraneos dātando, vt in auten. de trien. & semis, §. Frequēter, coll. ij.

Notandū præterea quod Saxones ipsi ex speciali eorum priuilegio secundum quod triplicia bona sunt, etiam triplex ius succedendi vel alienandi bona illa habent. Primo quædam sunt bona quæ proprium nuncupantur & illa alienare non possunt sine heredum cõsensu vt hic in textu. Secundo bona dicuntur vt est feudum, & illud vnusquisque dimittere & alienare potest quādo vult nisi forsan illud faciat tempore cum id facere minime potest, & eo solus vt non valet, vt tempore egritudinis vel cū ex prouintia cedere vult, quia tunc illa alienatio in fraudem domini vel successorum eius facta locum non habet vt supra articulo, ix. feu. c. lviij. in auten. de trien. & semis, col. ix. per totū. Tertio sunt bona mobilia & ista duplicia. Quædam vt sunt serui mancipia & illi non omni tempore alienantur, nec diuidi debēt, pueri em vt sic exheredes essent vt hic in rextu & infra ar. lxxij. Alia sunt bona mobilia quæ de facili de loco in locū moueri possunt, & ista donantur cum vir præcinctus gladio, &c. vt textus habet. Vnde multi textum, §. istius cum dicitur quamdiu præcinctus gladio deriuari putant ad omnes indifferenter homines quod tamē intelligendum non est, nisi de militibus ipsis, & illis qui sunt eorū stirpis. Dicit enim quod præcinctus gladio & clipeo, &c. quod pertinet militibus ipsis Iusq; istud primarie specificatim & expressè posuit propter militū dexteritatem vt Insti. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter. PCis uis vero iur. mu. proprium quod non ex successione, nec ex ad mortuo sibi venit alienare potest, si ita est fortis quod sine iuamine tam diu stare poterit coram iudicio bannito quoad donatio perficiatur. Mobilia vero donare

l. Saxorum in donatibus & alienationibus lex.

m. Donans aliquid cum ei id facere non licet non donat quod suum est sed alterius

n. Ius triplex successionis bonorum apud Saxones.

o. Miles quomodo proprium & bona alienare poterit, vide hic & clarius in textu.

p. Cuius quarum uisum esse debet ut proprium alienare sibi admittatur, concordes iure mu. ar. xx.

9. Rusticus quomodo alienare proprium poterit.

1. Mulieri quopacto alienatio bonorum admittatur.

2. Virga quid sit & quantum spatij contineat, vide infra li. iij. ar. xlv.

potest & alienare dummodo perfecte sanitas fuerit & huiusmodi donatio valer, quam actualiter facit alicui, vel coram iudicio habendo & possidendo post mortem eius. Dicunt tamen aliqui quod in lecto egritudinis dare & alienare potest quicquid in lecto decubens ultra asserem lecti porrigere possit. 9 Rusticus preterea donationem facere potest si vires ostendat suas in tantum quod aratrum per spatium vnius stadii insequi possit. 1. Mulier autem si ex domo sine iuuamine viri vel mulieris ad Ecclesiam ire poterit, Ecclesia autem distet. xx. virgis 1. a domo, extunc bona non ex morte deuoluta alienare potest. Si vero mulier secus fecerit imputaretur sibi quod ab heredibus alienare veller.

Id quod in textu dicitur sine heredum consensu. Intelligi debet de bonis ex morte alicuius deuolutis secundum ius municipale. Secundum vero ius villanorum locum habet de omni proprio, siue sit resignatum hereditatum, vel emptum, dura tamen est & inhumana constitutio hec, quod non excludit testamenta & elemosinas.

Veris sententis postuletur &c. hoc est per que relam iuridicam, omnes etenim que rele & contrauentiones que in absentia alicuius fiunt tribus vicibus coram iudicio proponi debent, vt infra eo. li. ar. lxxij.

Que autem quis iniuste subtraxerit &c. Illud etenim quod suum non est super nullum hereditare potest. ff. de reg. iur. l. quod in initio & C. vi. bono. rapt. l. Si res. & sequentibus. Nec illud dici potest donatio sed restitutio.

Si quis in sua infirmitate que impignorauerit &c. Declarauerat siquidem quomodo vnus proprium alienare potest & quomodo non, hic in isto paragrafo tangitur, quis donationi contradicere non potest, & specialiter meminit de vxore que nec impetiri pro eo poterit vt. C. de crimi. expila. here. l. aduersus.

Si quid iniuste legatum fuerit &c. Ille enim qui iustam agendi causam habet pro aliquibus bonis maius ius ad illa habere dicitur quam ille qui rem occupat, immo rem ipsam habere videtur, vt. ff. de reg. iur. l. qui actione.

Mulier pro nulla re &c. Intellige nisi illa possideat, quia tunc vendicabuntur ab ea, vel de lo malo possidere desinat, quia tunc pro fructibus agi poterit, vt. C. de crimi. expila. here. l. aduersus.

Anno.

Pro intellectu textus articuli nota, quod que admodum bona duplicia sunt, mobilia videlicet & immobilia, ita & proprium duplex est immobile videlicet & mobile. Immobile quod de loco ad locum facile moueri non potest, & illud iterum est duplex, stans, vt sunt domus, predia &c. & iacens, vt sunt agri, nemora &c. Mobile vero quod de facili de vno loco in alium moueri potest, vt sunt serui pecora, pecunie, & alia mobilia. Vnde proprium

huiusmodi dupliciter nobis aduenire dicitur, quia vel illud suis pecuniis labore proprio acquisitis coemitur, vel iudicialiter donatur, vel etiam quod quis acquirit ex locis desertis que antehac nullius erant, vt insi. de re. diuisi. §. insula. vocaturque proprium per eos bene acquisitum, illudque dare possumus cuicumque voluerimus & alienari potest sine heredum consensu, vt insi. de re. diuisi. §. vendite. Secundo proprium huiusmodi aduenit per successionem vel ex morte alicuius, vt quando bona per me empti & mihi resignata in meum deuoluuntur heredem, vocaturque proprium hereditarium, vt insi. de here. quali. §. sui autem. Et si tandem ad pueros puerorum deuoluitur proprium illud, vocatur hereditas ex morte deuoluta seu admortua, vide ad id insi. de heredi. que ab intesta. defer. & in autem de heredi. ab intesta venientibus. per totum. huiusmodique proprium diuendi alienarique sine consensu heredum minime potest sed meliorati vel deteriorari iuxta posse suum quidem poterit, vt hic in articulo presenti & iure mu. ar. lxi. Proprium vero mobile quod etiam duplex est, quoddam enim proprium dicitur, vt sunt serui, & hij etiam alienari non possunt sine heredum consensu. Aliud proprium mobile, est & dicitur omnia alia preter hec mobilia, & ista alienari possunt sine heredum consensu si precinctus gladio &c. vt textus habet Vnde & articulus iste cum dicitur sine heredum consensu intelligi debet sine consensu heredum scilicet suorum. Sequitur ergo secundum aliquorum expositionem quod sine consensu fratris illud facere possunt, vide ad id iur. mu. ar. xxi. ar. lxi. seu. c. liij.

Articulus LIII

Qui non sequitur a qua do uolentia alij illata sibi notificatur uel qui suam interpositam actionem non fuerit prosecutus, uel qui duellum indixerit iure alicui qui per ius euadit, hoc est iure se excusauerit, uel qui in terminis iudicialibus non comparuerit, uel etiam si quid in iudicio iniuste dixerit uel fecerit, debita aliaue adiudicata non soluerit, in qualibet predictarum causarum iudici multam idest poenam prestat. Et in alijs omnibus quando documque pars aduersa emenda id

a. Qui autem uolentiarum clamores insequi non tenentur, uide de infra li. iij. ar. lxxi.

b. Iur. Mu. ar. xvi.

c. Quæ autē multa
uniuscuiusq; sit uide
infra li. iij. ar. lxiij. &
item lxiij.

d. Vide ad hunc passū
Iur. Mu. ar. xxxvi.

e. Tempus autem de
terminatum debiti ex
soluendi, uide infra li.
ij. ar. 7.

f. Vide infra li. iij. ar.
xxxix. §. penul. ibidem
inuenies quod multa
iudicia in una actione
triplex exsoluitur nec
est contra paragra-
phum istum.

g. Quæ autē sit mul-
ta spiritualium uide
infra li. iij. ar. lxiij. de
multa uero seculariū
eodem li. iij. ar. lxiij.

est satisfactionē acquisierit super
emendante iudex ^b etiam multam
obtinebit ^c Attamen iudex sapius
multam in iudicijs ab indisciplina
te agentibus consequitur, propter
quæ parti aduerse emenda nō præ-
stat. Impetat etiā ^d id est alloqua-
tur homo bona aliqua licet ea non
consequatur ipse nec multam sed
nec emendam propter hoc uidetur
perdidisse dum tamen ea non inua-
ferit ^e Si quis multam uel emen-
dam tempore debito non persolue-
rit præco eū pro his pignora-
bit & ea pignora statim in his debitis ex-
ponere hoc est oppignorare poterit
uel uenundare. Non licebit tamen
præconi aliquem pignorare nisi ad
hoc sentēcialiter fuerit expetitus. ^f
Nemo bis multā præstet pro uno
actu nisi uiolentiam commiserit in
die feriato, eaq; de causa in canonē
inciderit. Tunc etenim ^g tam Eccle-
siastico q̄ seculari iudici in præstan-
da multa condemnetur, una uero
emenda iniuriam passo emendabit.

Glosa.

In qualibet prædictarū causarū. &c. Et nō po-
test alteri executionem istam ulterius com-
mittere. Quia cum alicui sit præceptū quod
aliquid personaliter exequatur, tunc non po-
test illud alteri committere, etiam de partium
voluntate, quia partes non possunt mutare
formam mandati. de hoc in spe. ti. de delega.
§. excipi. vers. item quod iniunctum, & uide
etiam. ff. de pollicita. l. de pollicitatione.

¶ Nemo bis multā &c. Quia tot pene quot
delicta. ff. de priua. delict. l. nunq̄. Nec em̄
debet quis duplici pena conteri, ut de iudi. c.
at si clerici. §. de adulteris. & ibi concor. e. in
glo. penul.

Glosa.

Articulus præfens tria nos docet. Primo qđ
omnibus in eorum necessitate auxilio esse de-
bemus, & hoc ibi cum dicit, qui nō sequitur
istudq; ex honestate quadam cūenit quam &
leges ipse suadent, ut Insti. de iusti. & iur. §.

iuris præcepta. Secundo æquitatem ne proxi-
mo noceamus, & hoc ibi vel qui suam inter-
positam actionem non fuit prosequutus. Nul-
lus etenim sine causa legitima alium accusa-
re debet vel malefactum impingere qui id fa-
cit iniuste facit, ut insti. de iusti. & iur. §. iuris
præcepta. & insti. de poena temere litigantū
l. item actoris. Tertio docet obedientiam &
hoc ibi vel qui in terminis iudicialibus non
comparuerit, qui enim obedientiā seu uat om-
nem adimplet legem & omnia iure facere di-
citur & hoc est tertium iuris præceptū ut insti.
de iusti. & iur. §. allegato. ¶ Vel si qđ in iudi-
cio iniuste dixerit &c. Innuitur exinde quod
vnusquisq; honeste se circa iudiciū habere
debet, iudex enim in loco dei ibidem residet
ut habetur deutronomij, recte iudicate filiū
hominum, iudiciū enim meum est & C. de
vere. iur. enuclean. l. deo autore. Vnde circa
id sciendum ^h quod iudicio ex duplici causa
præsidetur. Primo ex parte dei ut corrigatur
excessus in deum cōmissus. Secundo ex par-
te hominum qui leduntur vel iniuria afficiū-
tur. Vnde & duplex ⁱ poena ibidem soluitur
deo ipso vel iudici in loco dei residenti mul-
ta præstatur, ex eo quia præceptū dei trans-
gressus est, ut. xxiiij. q. v. c. q̄ malos, homini
vero ledenti emenda soluitur, & hoc in textu
tangitur ibi & in alijs omnibus quandoq; pars
aduersa &c. Vide etiam ad id infra li. ij.
ar. xli. & li. iij. ar. lxxxvi. glo.

Impetat etiam homo bona aliqua &c. Intelli-
gendum est si querela huiusmodi diffamato-
ria nō sit ut hic, quia alias emendare cogetur
Contrariari tamen huic paragrapho uidet
infra articulus xxij. li. ij. ubi dicitur quod im-
petens bona aliqua in probationeq; testium
deficiat penam soluit. & quod articulus alle-
gatus non contrariatur huic præfenti, non em̄
ex eo soluit penam quod alloquutus est vel vē
dicabat rem aliquam, sed propter mendaciū
quia dicebat testibus illud notum esse cum ta-
men eis notum non sit, ut C. si ex falsis insti.
vel testimo. iudica. l. falsam.

Notandum præterea ^k quod obediētia sextus
plex inuenitur hominū in respectu ad alios
homines & qui eam transgrediuntur penam
soluunt iure ciuili secundum vnuscuiusq; di-
gnitatem. Primo serui respectu dominorum
vnde si transgrediatur seruus dominus faciet
secum pro arbitrio suo, non tamen eum occi-
dereliceret ut C. de emē. seruo. l. vnica. Secūdo
milites respectu Capstanei, vnde si miles in
bello vel potius in conflictu deliquit quicq;
capite punitur, ut ff. de remilitari. l. omne. §.
contumacia, nec est in contrarium ut quidam
obiciūt articulus supra xl. qui disponit quod
seruitio imperij profugus perdit honorem &
feudum sed non vitam. Intelligitur enim ibi
dem de illis qui de obsequio seu bello fugiūt
hic uero intelligitur de his qui ex cōflictu fu-
gam parant. Tertio obedientiam tenētur di-
scipuli suis præceptoribus, ibi uero p̄ excessu

h. Iudicio ex duplici
causa præsidetur.

i. Multa in iudicio
propter qđ soluitur.

k. Obediētia hominū
sextuplex.

Speculi Saxonum Liber Primus.

super parua infligitur pena, ut extra de sen. excō. c. i. & c. cum voluntate, & c. ex tenore. ff. ad le. aquili. l. iij. & v. §. vlti. Quarto manumissi erga suos patronos, secus facientes priuantur libertate ut. C. de libertis. l. iij. & iij. Quinto obediētiā tenentur pueri respectu suorum parentum transgredientes exhereditantur, & infames fiunt & hoc si excessus fuerit insignis, ut in auten. de here. & falc. §. exhereditatos. col. i. In auten. de trien. & semis. §. frequenter. col. iij. & in auten. de immensis donationibus. §. vlti. col. vij. hoc idem etiam habetur in cōstitutione Adalberti imperatoris. Sexto omnes ad iudicium alicuius iudicis pertinentes, eiusq; iurisdictioni subiecti obediētiam eidē tenentur, si non faciunt multam soluunt, ut in textu & infra. li. iij. ar. xxxix. ff. de re iudi. l. contumacia.

Si quis multam vel emendam tempore debito nō persoluerit, & c. paragraphus iste disponit quopactō, & per quem multa exigitur ad hunc passum etiam vide. C. de executiōe rei iudicate. l. i. & l. ij. dicitq; quod p̄eco illud facere debet, nuncupaturq; iuxta aliquorum interpretationem p̄eco nuntius dei. I Et hoc ex duplici causa. Primo quia ad officium electus ad sacra dei iurat. Secundo ex eo quia est iudex vel potius exequutor iudicij in loco dei celebrati, ut. xxij. q. v. c. non solum & c. non est.

Nemo bis multam p̄estet, & c. Istud iam super pra declaratum inuenies. Vnde multa seu pena spiritualium sunt sexaginta solidi, ut infra li. iij. ar. lxij. Contingat vero quod aliquis in violentia interfectus sit nullam multam spirituali sed nec seculari iudici ratiōe excessus dare tenetur, morte enim sua eandem exoluit, si contra utrosq; deliquit.

Queritur an suspensi, Capite plexi seu decorati, & alij propter excessus eorū damnati in sacris locis sepeliri possunt. ^m R. quod sic. Quia & sacramenta illis ministrari debent, ut xij. q. ij. c. quesitum & de peni. & remi. c. qd in te. Nec obstat quod forsan allegari possit. xxij. q. v. c. placuit, ubi interdictur suspensis sepultura. Canon enim ille disponit de his q seipsos suspendūt vel qui confiteri noluerint. Vel etiam intelligitur de illis quibus iudex sepulturam denegat, illud enim totum ex iudice dependet, ut. ff. de cadaue. puni. l. corpora eorum. l. si quis & sequēti. Si vero iudex admittit, ex patibulo deponi possunt & cū consensu loci ordinari sepulture in Cimiterio de mandari, ut. xij. q. ij. quesitum.

Articulus LIII

Non debet cēsus altiora seu maiora pignora q̄ cēsus annualis suus constat ^a pro do

mino sustinere suo.

Si quis censum debito tempore nō persoluerit altera die & singulis diebus dāmodo in adibus censitorum a domino sententialiter postuletur duplicatur.

Census extra fines adium non est persolendus. ^b Censum facilius dominus uel eius qui sibi agrum collocauerat nuntius si per censum fuerit denegatus obtinebit, quod etiam de decimis fundi q̄ quis possidet cēsendum est. Si uero cēsum census persolutū affirmauerit & si hoc metertius qui id uiderunt & audierunt firmauerit absoluetur. Dominus pro precio a suo fundo sibi stipulato seu promisso sine licētia iudicis licite unum pignorabit.

Nullus censitorum sine consensu domini sui foueas excidere, uel ligna cedere, uel eius radices poterit extirpare, nisi hāreditario iure fundus sit suus censualis.

Glosa.

Non debeat census. & c. ^d Nota quod in traditione rei sue potest quilibet imponere censum seu seruitutem prout uelit de censu. c. quāto de iur. patro. p̄terea. xvij. q. ij. eleutherius, & ff. communia p̄edi. l. si quis, & c. si manci. ita sue. aliena. l. ea quidem.

An autem census possit in parte p̄scribi ut non detur uide in mercu. in regula plus semper. Et quis probet cum allegetur p̄scriptio vel consuetudo negatiua, uide in mercu. super regula, in possessione.

An uero qui habet agrum censualem possit alteri dare ad colendū, & an sine consensu domini possit maiorē cēsum imponere uide iur. feu. c. lx. Vel an possit sine cōsensu domini alteri v̄dere, uide infra li. iij. arti. lxxxix. in glos. & li. ij. arti. lix.

Quā census annualis, & c. hic scire debes, e quod census est quēdam pensio quē de prouentibus alicuius rei persoluitur. Quicquid em annuatim p̄statutur in quantitate vel summa, potest vocari census, ut. ff. de censu. l. etatē cū duabus legibus sequen. & de censu. cū olim & c. cum canonicis. Et potest imponere censum dominus rei, id est proprietarius. Infi. de v̄su

^b Nota secundum ius feudale quod Censitus accusatus de censu si dicat soluisse mettersus solutionem iuramento probabit, sed si dominus dicat eidem non solutum esse propter est cum conuincere q̄ ille negare eisi conuincatur altera die duplum soluit & sic consequēter si non satisfiat sententiā, & iusto capi potest quia occasione statuta penae. ut C. de usur. & fruc. lega l. legatorū ibidem plura uide de solutione censuum feu. c. lxx.

^c i. Locator secus i emphiteota ut in fine eiusdem articuli.

^d De censibus & censitis hic uide abunde per totum.

^e Census q. t.

^l Preco nuntius dei nūcupatur ex duplici causa.

^m Suspecti capite plexi an in sacris locis sepeliri possunt.

^a Concordat infra li. ij. ar. xxi. & liij.

fruct. §. sine testamēto. sed talis non potest im-
ponere censum qui vltra ipsius vitam exten-
datur, cum ius eius quod habet morte finiat.
Insti. de usufruc. §. finitur. Sed citra mortē po-
test perceptionem fructuū in alium transferre
non tamen ius. ff. de peri. & commo. rei vēdi.
L. necessario. §. vlti. & C. de iure. do. in pleris
q. legibus, census vero ignorantē non est per-
soluendus de censu. peruenit & C. de pactis. L.
si certis annis. Caue igitur nā si agis posses-
sorio quia cēsus est subtractus obtinebis, quis
etiam nullam causam probes, de electi. c. que-
relam. Secus si petitorio quia tempus non est
modus inducende seu tollende obligationis.
ff. de actio. & obliga. L. obligationē. ij. §. plas-
cet & C. de usuris. L. creditor. Si vero propo-
nis causam ad quam probandam inducis pa-
ciētiam longi temporis obtinebis, si tempus
probes vt. ff. de usuris. L. cum de in rem versu.
ff. si ser. ven. L. si quis. ff. de aqua pluuiali
arce. L. i. in fi. & L. in summa. §. idē labeo. f
Est si aliquis census prestitus fuerit tanto tēpo-
re quod non extat memoria in contrariū, dic
quod est vltra soluendus, etiam si non appa-
reat de causa, vt in allegat. iuri. & xvij. q. ij.
seruitium, & de verbo signi. super quibusdā.
§. preterea. Et idem est si census per. xl. annos
solutus fuerit licet non liquet de causa vt de
censi. peruenit. i. q. i. nullus. x. q. iij. quia cog-
nouimus, de excels. prel. sare & c. cū ad quo-
rundam, & C. ne vxor pro mar. L. si. §. Et si
prescriptione tempus non est completum nō
tamen est census subtrahendus propria autor-
itate, alias enim spoliatus restitueretur, vt de
electi querelam. Sed in petitorio obtinebit si
proponat cōtra ipsum quod non tenetur ad
solutionem census quia sine causa prestatur,
sic intelligitur, c. peruenit de censu. Et licet ve-
rū sit secundū leges quod sufficit pacientia lō-
gi temporis vt supra, tamen secundum cano-
nes necesse est probatio longissimi temporis,
vt notat Hostien. in summa de consuetud. §.
obtentus. f. tempus quadraginta annorū. Si
sterilitas causatur aut guerra quod census
agrū non possit colere an excusatur vide lo-
an. And. in additio. spectr. de loca. §. nunc ali-
qua super ver. cxxxvij. in verbo propter.
Si quis censum debito tempore non persolue-
rit, & c. Si tamen emp. seu census psoluit pen-
sionem seu censum tribus annis retro proxis-
mis & hoc prober, presumitur semper soluisse,
vt. C. li. x. de apochis publi. L. quicūq. vis
de in specu. titu. de loca. §. nunc aliqua vers.
xxij. queritur.

A domino sententialiter postuletur duplicas-
tur, & c. Est ex post differatur solutio per triē-
nium cadit res censualis in commissum secū-
dum glo. & vide in causa ger. intentata siue
de superactione.

Si vero censum census persolutum affirma-
uerit. h. Soluendus est autem census secundū
extimationem monete in qua a principio est
impositus vt. de censu. olim vbi de hoc, vide

etiam infra li. iij. ar. xlv. Pro cuius pleniori in-
tellectu, docto. in dic. c. olim et in cle. ij. de de-
ci. & in. c. quāto. de iureiuran. ponunt has cō-
clusiones. Prima vbi pecunia debetur ratione
maleficij vel delicti, sufficit quod fiat solutio
in pecunia currenti. ar. dic. cle. ij. de deci. & C.
derei vxō. acti. L. vlt. §. si. Secunda vbi pecu-
nia debetur ex contractu vel quasi, si talis pe-
cunia effecta sit minoris valoris, datur extis-
matio pecunię secundum antiquam & primā
monetam vt de censu. c. olim. Et premisse cō-
clusiones procedūt quando pecunia est dimi-
nuta in valore licet sit eadem in numero figu-
ra & quantitate. Si vero pecunia est diminu-
ta in pondere, tunc si debitor talem diminu-
tionem non procurauit, nec fuit conscius istius
fraudis periculum est creditoris qui non
multum ledetur ex quo tamen valet, & nihil
est quod valet debitori imputari, igitur non
erit in hoc puniendus. c. satis peruersum. l. v.
dis. Secus autem si debitor hanc diminutionē
procurauit vel fuit conscius istius fraudis tūc
propter ipsius culpam eius est periculum de
iureiuran. c. quanto.

Sine licētia iudicis licite pignoretur, & c. hoc
nota quod vbi pensio non est in pecunia sed
in frumento, ibi res inuectē nō sunt tacite ob-
ligare, quia nō est locatio, sed contractus in-
nominatus secundū Bald. in addi. spe. ri. de lo-
ca. post Guil. & emphiteora qui vult tenētia
re rei, tenetur soluere censum nam ad id quasi
ex contractu tenetur. ff. cōmo. L. incommoda-
to. §. sicut. Secus autem quę tenetur propter
rem ex dispositione legali quia talis cedendo
rei liberaliter facit. ff. si serui. ven. L. & si forte
§. labeo. ff. de usufru. L. si usufructuarius &
de dam. infec. L. preter. §. hoc edictum secun-
dum Bald. ibidem. Sic autē habet dominus
ius ypo. vt si locetur Urbanum prędium om-
nia inuecta & illata tacite obligātur domi-
o etiam ignorante. Sed inuecta in prędioru rustico
ita demum obligantur si domino sciēte sunt
intromissa. C. loca. L. certi. Et res secundi cō-
ductoris scilicet quia a me conductore condu-
xit. C. lo. L. nemo, obligātur etiam domino,
non tamen ad vniuersam pēsonem sed quas
tenus donare debet. ff. loca. L. si in lege. §. si co-
lonus & de pig. acti. L. solutum. §. solutam, &
hoc tantum in Urbano prędio locum habet
secundū Azo. Et nota quod locator ideo pos-
test pro re locata aliquid pēcipere, quia ad ip-
sum spectat rei periculum vt. ff. de rei vendi.
L. si nauis, & insti. qui. mo. re. cōtra obli. §. itē
is. Sed dato quod conductor etiam in se sus-
cipiet periculū rei locate aduc dominus. f. lo-
cator potest recipere pensionem ar. C. cōmo.
L. i. secundum lo. cal. in cōmune. c. nauiganti
de usuris. An autem locator teneatur reficere
vide. ff. loca. L. sed ades. §. illud & L. si merces
§. si vicino, ubi dicitur quod sic nisi pactū ali-
ud inducat.

f. Censui si tanto tem-
pore soluitur quod nō
extet memoria ipost
semper soluendus erit.

g. Censui non est pro-
pria autoritate sub-
trahendus.

h. Censui soluendus se-
cundum extimationem
monete in qua a prin-
cipio est impositus.

Glosa.

G ij

Speculi Saxonum Liber Primus.

i. Bona tripliater cōferuntur.

k. Tempore subiectarum prouindiarum agri omnes Romanorum erant. Concordat infra li. ij. ar. lyij. iur. Nau. ar. vij.

l. Censualium et domorum ius triplex

m. Dominus licite censualem pignorat, uide infra li. ij. ar. lix. glo.

n. Nota secundū ius feudale quod bona quibus non obligentur pignoratia tamen efficiuntur dupliciter. Primo bona censuales hominis importata in bona domini. Secundo bona tutoris importata in bona pupillorum seu. c. ly.

Proimelle & tam precedentū, q̄ etiam articuli presentis. Notandū i quod bona tripliciter conferuntur seu possidentur ab hominibus. Quēdam possidentur propter officia ut sunt Scabini, Iudices, Sculteri, & alij officiales, ut Marfaldi, Dapiferi, Camerarij. Quēdā ex censu & ita ex conducto sub annuali pensione & deistis hic textus habet. Quēdam in prouisione nem data bona possidentur, de hoc vide latius seu. c. lx. Alij vero aliam & clariorem ad hūc passum ponūt distinctionē, quod quidā possident bona ratione officij, ut Scabini, Iudices, &c. Quidā ex censu, ut censuales de quibus hic. Quidam vero quia exinde seruire coguntur ut vassalli. k. Tēpore etenim quo Romanij prouintias sibi subiugauerant agri omnes & census Romanorum erāt, exindeq; militibus stipendia ministrabant, ut in auten. ut neq; miles s. cum domini dei coll. viij. & in auten. de man. prin. s. i. coll. ij. & in auten. ut iudi. sine quoquo. infra. s. eos coll. ij. Postmodum vero difficultatem stipēdiarum subterfugientes possessiones agrorum militibus assignabant, ut exinde stipendia & victum haberent obsequiū imperio prestantes, ut in auten. de manda. prin. s. publicorum, coll. ij. Milites tandē ulterius agros huiusmodi rusticis ad incolendum cōferebant sub certo pacto seu censu, & vocabantur rustici prenotati censuales, ut. C. de agri. & cēsi. l. ij. Censualesq; ut sic nulla maiora sustinere debet pro domino nisi inquantū census annualis se extendat, bonaq; censuales tacite sunt pignus domini in censu suo, ut. C. in qui. cau. pig. taci. con. l. si non.

Sciendum insuper l quod censualis & dominus suus triplex ius inter se habent. Primo quia contractus eorum pro lege habetur, ut. C. de loca. & conduc. l. legem, & Insti. eo. ti. s. cōductor. ff. de posi. vel con. l. i. Secundo quicquid censualis habet in bonis censualibus hoc totum est pignus seu vadiū domino loco proventus seu census, ut. C. de loca. & conduc. l. certi iuris. Et duplex exinde venit utilitas. m. Prima quod dominus potest eundem pignus sine consensu iudicis, ex eo, n quia est pignus domini quicquid censualis importat ad bona censuales, ut infra li. ij. ar. lix. glo. & li. ij. ar. lxxvj. & lxxix. C. eo. ti. l. certi iuris glo. Secunda utilitas si quis tuū censito alius quid acceperit, vel quomodoq; usurpauerit, tibi restituere tenetur, quia est pignus tuū siue expressum fuerat siue non, ut. C. in qui. cau. pig. taci. l. sancimus, & ff. de acquir. re domi. l. rem in bonis. Tertium ius inter censuale & dominum est, quod nullus censitus bona censuales alienare seu dimittere potest, ita quod census in ipso maneret, & alter bona occuparet etiam dato quod iam alienasset de facto nihil iuuabit, verū emptor censum soluere cogetur, ut. C. sine cen. vel reli. l. rei annonarie.

Notandum præterea quod censuales sunt duplices. o. Quidam pertinent semper ad bona censuales, quidam vero nō, de primis textus articuli intelligi debet. Secundorum vero ius est tollerabilius q̄ primorum excepto tamē in quatuor casibus. p. Primo quia alienari possunt cum tempus aduenerit eisq; indictū sit, ut infra li. ij. ar. lix. Secundo quia alienantur q̄ primum censum non soluerint. Vnde secū dum leges si emphiteota censum vel pensio nem per triennium dare recusauerit, alienari potest, ut. C. de iur. emphi. l. ij. Ecclesię vero si ad biennium censualis pensionem soluere recusauerit repellatur, ut. x. q. ij. c. eo. enim. s. & hoc modo, & extra de loca. & conduc. c. potuit. Tertio alienari possunt cum proprietarius solus inhabitare vult domū illam vel edificia desuper struere. q. Quarto si censualis in bonis conductis inhoneste se gesserit, ut. C. de loca. & conduc. l. edem quam.

Si quis censum debito tempore non persoluerit altera die duplicatur, & c. Querere vnus possit an id usura sit quod census duplici soluit. Et an usura admittatur secū dum leges nec ne. Quidam dicunt quod sic, ut. C. de usuris, & fruc. l. legatorū, & in auten. de alie. & em. coll. ix. & in auten. de usur. nau. s. hęc etiam, coll. ix. & s. in casu coll. ix. R. tamen & verius quod usura accipi non debet, immo interdicitur per canones ex veteri & nouo testamēto, ut. xlviij. dis. c. quoniam multi. Quicquid autem canones inhihent hoc etiam interdicare leges videtur, ut in auten. de eccl. titu. s. de regulis coll. ix. & in auten. quomo. opor. epif. s. i. & s. fi. coll. i. Vñ & si quis temerarie dicat usuram non esse peccatum pro heretico censeri debet, ut extra de usur. c. i. in clementinis. Vnde pro intellectu istius ampliori notandū venit t qd' usura dicitur cū q̄s magis accipit q̄ accommodauit, ut. xiiij. q. ij. c. i. Nec secū dum leges & canones, ut supra declarātū est admittitur nisi in quinque casibus. u. Primo in fauorem Ecclesiarum, ut extra de usur. c. i. & c. conquestus & in auten. de aliena & emphi. s. si vero præter hęc, coll. ix. Secundo si quis fideiussor soluerit usuram pro te eandē expetere viceuersa ex te poterit, ut extra de fides ius. c. constitutus. Tertio potest vnus pecuniā expetere quę statuta est pro excessu aliquo p modum pene, ut quia statutum est qui accipit aliquid rerum Ecclesię in quadruplum tenet, & illud extorqueri licite poterit, ut. xij. q. ij. c. in legibus. Quarto quādo accipitur in recompensam damni suscepti de quo vide. xiiij. q. iij. c. si quis oblitus. Quinto cum id fiat ex ratioabilibus causis & probabilibus de bitis & ita accipi usura poterit ex prolongatione solutionis, ut. ff. de usur. l. inora. s. in bone. Vnde cum quis solutionem iniquę & dolose protrahit expeti usura ex eo potest nec proprie usura dicitur, sed recōpensatio damni suscepti, ut. ff. pro socio. l. secundum. Quilibet enim damnum suū prouidere potest ut ex

o. Censuales duplices.

p. Censuales in quibus casibus alienari possunt.

q. Vide infra li. ij. ar. lix.

r. Usura an admittatur uide.

s. Allegans usurā non esse peccatum pro heretico reputatur.

t. Usura q. t.

u. Usura in certis casibus admittitur.

tra de fideiuf. c. puenit & xij. q. ij. c. si quis de clericis. Addunt etiam aliqui pro sexto quod usura accipi potest a iudeis & infidelibus, vt. xiiij. q. iij. c. ab illo. Sunt enim nostri & Christiane religionis hostes quare bona eorum occurrere possumus, vt extra de here. c. excōmunicamus. Septimo si plus restituat ille cui commodatū fuit ex liberalitate vel mera bona voluntate, vt extra de simo. c. dilectus. ij. Octauo cum pecunia cōmodatur ad ostentationē, vt ille qui commodat dicior appareat, & ita ratione istius potest aliquid ab eo expeti, vt ff. de cōmo. in plerisque legibus. Nono potest vnus ex proprio seu bonis quę sibi loco dotis cū vxore sua collata sunt aliquid vsurpare nec fructus illos reddere cogitur, ad supportanda etenim onera matrimonij conferuntur, vt extra de vsur. c. salubriter. Decimo cum quis aliquid emit ad tēpus determinatum fructus exinde tollere potest, ac si vendicio esset perpetua. C. de pactis interem. L. commissorie. Aduertendum tamē est, si quis aliquid emit vel vendit rem aliquam, * vel etiam accōmodat sub certa cōditiōe, vel sub spe quod emolumentum sibi exinde aliquod cedat illa spes lucri facit eum vsurarium, vt. xiiij. q. ij. c. putant. Sic etiam si vnus aliquid confert ea intentione quod bonis Ecclesie prouideretur, Si moniacus sit, vt. i. q. iij. c. non solum, in isto tamen casu non est opus quod aliquid viceversa reddatur sed quod peniteat contritionem pro peccatis habēdo vt extra de simo. c. vlti. Censum facilius dominus obtinebit, & c. hic ex textu censualis cogitur testimoniū sufferre sui domini, nisi testimonio solutionem probauerit, vt infra li. ij. ar. xi. Nullus censitorum, & c. hoc ex eo fit quia ipse bona domini sui deteriorare nō potest nisi forsā bona illa censualia sint sua hereditaria, quia vt sic facere cum illis poterit pro libitu suo, vt. C. de loca. & conduc. L. eadem quā & Insti. de vsufruc. §. i. ff. eo. ti. L. i. & ij.

Articulus. LV



Quoniam ius seculare ab arbitrio & electione initium traxit. Ideoque nullus iudex esse poterit nisi quod ad hoc eligatur uel infeudatur. Euenit autem euidens factum in furto uel praeda uolenciaue cum qua per petras fuerit comprehensus ab hoc licite a Gograuius adminus ab incolis trium uillarum seu prædiorum eligatur factū illud iudicaturus, &

hoc si iudex ordinarius nō habeat.

Glosa.

Ad hoc licite Gograuius eligatur, & c. Vnde nota^b quod electi ad aliqua officia vel regimina ea acceptare tenentur vt nota. in auten. de defen. ciui. §. interim & ff. de mune. & hono. L. si quis magistratus, & idē est in eo quę ciuitas deputat in causa uertēte inter se & suum ciuem, de quo notatur circa legem secundam. C. sen. quę sine cer. quanti.

Glosa.

Dicitur est superius in prologo huius libri, quod ius triplicem originē habet^c ex natura, ex consuetudine, & ex statuto, vt Insti. de iusti. & iur. §. priuatum. d. Naturale autē ius dupliciter aduenit. Quoddam enim est quod a natura omnibus in commune inditum est, sicut maris & fœminę coniunctio, vt insti. de iur. nat. §. ius naturale. Aliud est ius naturale ex eo dictum quia natura illud docet omnes homines, nec aliquis hominum illud statuit, sicut cum quis alicui concedidit vel accomodat quicquid, est naturale quod illud viceversa restituat. Vt si quis aliquem percutere uult vt se defendat & exinde venit seruitus, & omnes actiones quę per querelam instituuntur, vt insti. de iure gen. §. ius autem & ff. de vi. & vi. arma. L. vim. Differentia tamen illorum est quia ius naturale primo modo acceptum. Ius diuinū iudicatur, ex eo, quia deus qui est natura naturans, & qui omnia regit & gubernat illud statuit manetque immutabile semper & æternum, vt insti. de iur. natu. §. sed naturalia, & i. dif. ius naturale. Ius autē secundariū naturale dicitur ex eo naturale, quia ab hominibus iuxta naturę inclinationem uiuentibus sanctum est, deus enim omnipotens qui & natura naturans dicitur, omnia in bonum creauit vt habetur Genesis. i. ubi dicitur, & uidit deus quod esset bonum. Vnde si quis perperā agit contra naturam facere dicitur, nō quod illud ex natura facere non possit, sed quia deus omnia bona fecit, ille uero contra bonū agit. Cū itaque homines iuxta legem & inclinationem naturę uiuebant, illud tandem in consuetudinem reduxerunt quę consuetudo pro iure habebatur, & hic tangitur secunda origo iuris quę uidelicet ex consuetudine venit, vt Insti. de iur. gen. §. ex non scripto. Et quia adauēta generis humani multitudine, quidam homines ut pote boni. Ius naturale insequēbantur, quidam uero ut pote prauī contrariū faciēbāt^e quare exinde venit cōsuetudo duplex. Bona uidelicet quę secundum naturam & ex iure naturali proueniebat, vt. xi. dif. c. in his rebus. Alia fuit constitutio mala & contra naturam quę potius antiquus error nuncupari

^b. Electi ad officia publica illa acceptare tenentur.

^c. Vide supra in prologo & iur. Mu. ar. i. glo.

^d. Ius Naturale dupliciter aduenit.

^e. Consuetudo duplex bona & mala

*. Spes lucri accōmodatorem usurarium facit.

^a. De Gograuijs uide infra ar. lvi. lviij. li. iij. ar. lxij. iure Mu. ar. xlv. & lxyij.

f. Ius scriptum varijs
adinuentum est mo-
dis concordat infra
li. iij. ar. xxvi. et xliij.
glo. iur. Mu. ar. i.

g. Vide seu. c. lxi. ad
hanc materiam copi-
osius.

h. Leges frustra con-
derentur nisi per iu-
dices custodirentur.

i. Iudices duplices cō-
cordat iur. Mn. ar.
xvi. xvij. xliij. glo. &
infra li. ij. ar. xxij. ibi-
dem clariorem huius
passus inuenies intel-
lectum.

k. De arbitris uide
abunde infra li. ij. ar.
xi. glo.

l. Iudex quis & qua-
lis esse debeat.

debet q̄ consuetudo, vt. viij. dif. c. consuetu-
do. Propter has itaq; binas consuetudines ne-
cessario fuit adinuenire ius tertiu quod cōsti-
tutio Imperatorum vocatur proadiuuamine
proborū & eorum consuetudini bonę ad cō-
ercendū vero malitiam prauorū, vt. iij. dif.
facte sunt autem leges, & C. de vete. iur. enu-
cle. L. deo autore. §. cum itaq; & insi. in pro-
hemi. §. i. Constitutioq; f seu ius istud scriptū
varijs adinuentum est modis. Primo ex ele-
ctione, Imperator siquidem pensatis duabus
cōsuetudinibus illam quę melior fuit accepta
bat pro legeq; statuit, vt. xi. dif. vsus, et nūc su-
perius declaratum est. Secundo quod popu-
lus quandoq; aliquam constitutionē fecit, &
illatū per Imperatorem confirmare pēgit, vt
insti. de iure gen. §. plebiscitū. Tertio constitu-
tiones ortum habuerunt ex mandato princi-
pum pro bono & vtili reipublicę apostolici
etenim & Imperatoris iusta voluntas ius fa-
cit, vt dif. i. c. cōstitutio, & isti. de iur. gē. §. sed
& qd principi. C. de legi. & cōstitu. l. leges.
Ex quo itaq; vt iam declaratū est. ius ex ele-
ctione originem habet necessariū est quod &
Iudices per electionē fiāt, frustra etenim leges
essent, nisi per iudices custodiātur, vt extra
de electi. c. vbi periculū magis, li. vi. ita quod
nullus suipius iudex sit, vt. C. ne quis in sua
causa ius dicat. L. i. Eliguntur etiam quando-
q; iudices qñ veri iudices haberi nō possunt.
Pro intellectu itaq; tā presentiu q̄ sequentiū
nota i qd Iudices duplices sunt. Quidā sunt
infeudati sicut Principes, qui & ordinarij ac
veri iudices vocantur, vt. C. de offi. ciui. iudi.
L. honorati. Alij sunt iudices electi. Et isti du-
pliciter eliguntur, quia vel eliguntur post fa-
ctum ex arbitrio, pro aliquo videlicet nego-
cio terminando & amicaliter componēdo
& isti arbitri nuncupātur. ff. de recep. arbi. L. i.
& sic sunt iudices illius facti & non plus ab
illorumq; sententia appellare non licet, k Ille
enim sibi solus in culpa erit qui eū elegit, vt.
ff. de recep. arbi. L. diem. §. statim. Si etiam eligā-
tur plures arbitri mortuo vno electio perit,
vt. ff. eo. ti. L. item. §. item si plures. Alij eligū-
tur ante factū vt sūt iudices vltērius infeudati
vt comites sculteti et ab eorū sententia appella-
re licet iudicareq; possunt res pnoctatas. Quā-
doq; vero eliguntur tēpore alicuius eueniē-
tis facti & ita ex necessitate, si verus iudex ab-
sens fuerit, de quo in textu, eligi tamen debet
homo sincerus & conscientię bonę alias non
valebit electio, vt. iij. q. v. c. accusatoribus, &
ff. de iurisdictione omniū iudicum. L. qui.
Omne ius seculare ex electioe iniciatū est. & ē
Per hoc innuere vult quod nullū iudiciū com-
mitti debet nisi ad hoc electus sit.
Notandū præterea sequitur l quod Iudex nō
debet esse periturus nō proscriptus, nō excō-
municatus, non Iudeus neq; hereticus, nō in-
fidelis, legitime natus nō mutus, nō surdus,
nec iunior, xxi. annorū. Si aliqd horū defici-

cit iudex esse non poterit. m Vnde & quatuor
or virtutes iudex vt in se habeat necesse est, iu-
stitiam quā dimittere nō debet, causa amoris
gratię, odij, munerū. & c. n fortitudinem nā
& corpus exponere debet bonaq; sua, ius &
iustitiam defendendo. Prudentiā vt sciat di-
gnoscere inter bonū & malū. Et modestiā in
cibo & potu, etiam modestus in passionibus
animęne confundat irā & exinde contra ius qd
diceret, vel inhonestus verbis appareat.

m. Iudex quatuor uir-
tutes in se habere de-
bet, uide hoc idem in-
fra li. ij. ar. xli. glo. iur.
Mu. ar. xi.

n. Iure etiam feudali
Iudex quatuor in se
habere debet ut non
iudicet ex timore auar-
itia, propter munera
ex odio, seu. c. lxxij.

Articulus LVI



Nogograuionatu^a idest
subito electo ad iudici-
um non pertinet feudū
neq; successio quia de
libero rusticorum consistit arbitrio.
Gograuium illum eligere ad præ-
sens factū uel ad tēpus designatū.
Cōferat autem dominus alicui hoc
officium in feudum, ut sic dominus
ei & suis filijs tenere collationem il-
lam & ad iura feudi obligatur nisi
hoc libera rusticorum electione eli-
datur (id est infringatur) ut pote qā
ex officio deponeretur.

a. De Gograuijs uide
supra articulo præce-
denti.

Glosa.

Articulus presens declaratiuus est præcedētis
vbi dicebatur de Iudice qui ex electione ini-
cium habet. Vnde dicit quod in Gograuio-
natu feudum non est nec successio, hoc est ad
eius officiū nullū pertinet feudū in quo succes-
dere filij eius possint, sed nec ad officiū illud
succedunt, electus etenim est ad factū super-
ueniens & nō plus, estq; quasi arbitri facti il-
lius. Arbitri vero eligi potest sed nō institui,
vt. C. de peda. iudi. L. procuratori, & L. pla-
cet. Si enim huiusmodi iudices darentur sens-
tentia eorū non ligabit, vt. C. qui pro sua ius-
risdi. iudi. da. pos. L. in causarum, & exinde li-
quet b quod quedam contingere possunt per
electionē quę de iure nō valēt sicut hic & C.
de iurisdictione omniū iudicum. L. nō quidē,
Querere vnus posset, quo pacto is iudex fieri
poterit. Quādo quidē cautū esse legimus,
quod specialis volūtas iudicem non facit nec
iudex autoritatem a priuatis habet, vt. C. de
iurisdictione omniū iudicum. L. priuatorū, &
ff. si certum peta. L. eius qui in prouincia ver-
nam & si tibi in hoc, in glo. & item. c. cū ver-
nissent de testi. c. qd, quod iudices huiusmodi

b. Cōtingere qdā ex
electione possunt que
tamē de iure non ual-
lent.

c. Gograuij unde nana-
ascuntur autoritatem.

non nanciscuntur auctoritatem vel potestatem suam ex electiōe rusticorum, sed ex auctoritate superioris iudicis vel potius ex auctoritate iuris, vt. C. de peda. iudi. L. placet & L. qdā. Gograuius eligere, &c. ^d Vnde iudex huiusmodi Gograuius dicitur propter id quia causas subito emergentes iudicat. ^c Cōferat autem dominus alicui, &c. Dicere quis possit quod is paragraphus cōtrariari, videt primo paragrapho eiusdem articuli ille enim disponit, quod in gograuionatu nullum pertinet feudum aut successio, hic vero dicit conferat si dominus alicui hoc officium eidem collationem feudi tenere obligatur quomodo aut collationem feudi tenere debet, cū nec illud idem conferre possit, quicquid enim contra ius fit pro nō facto reputatur, vt. C. qui pro sua iuris, iudi. da. L. in causarum & C. de legi. & cōsti. L. nō dubium. Præterea hic in isto paragrapho dicit quod dominus suis filiis collationem feudi tenere obligatur, quod in primo paragrapho negauit. ^h pro ex solutiōe cōtrarietatis quod & si quidem in officio Gograuionatus nullum sit feudum aut successio postq̃ aut eligitur, & dominus sibi aliquid in feudū cōferat, pro labore suo, extūc ipse & si līj sui sequēlam & ius succedendi in bona illa habebūt. Quicquid enim dominus cōfert infringere illud nō debet, vt. feu. c. ij. & lxxviij. Nisi hoc libera rusticorū electione infringatur. &c. Querere vnus possit quomō rustici p vnanimem eorum consensum ius feudi alicui infringere valeant, ex quo quidem inferiores sunt q̃ dominus feudalis, inferior aut ius superioris debilitare nō potest, vt. xxi. dis. c. inferior sedes. ff. de arbi. L. nā magistratus, & ff. ad trebeli. L. ille a quo. §. tēpestiuū. ^h quod etsi quidem rustici ius feudi infringere non possunt. Ab officio aut, hoc est a Gograuiōnatu ratione cuius feudū sibi aduenerat eundem deponere possunt, & ita ex cōsequēti feudum sibi auferatur, sublata etenim causa & ea nō consistente, nec ea quidem quę sequuntur locū habent, vt. ff. de reg. iur. L. cū principalis & C. de legi. & cōsti. L. non dubium.

Articulus LVII.

Si fur uel raptor captus sit infraq̃ diem naturalē non condemnetur seu conuincatur, ^a ultorius cum gograuius non iudicabit sed ad infeudati iudicis spectat iurisdictionem.

Ista de Gograuijs qui ad uolentiā in continenti iudicandam eligun-

tur sunt promulgata.

Glosa.

Non iudicabit, Et si iudicet sentētia sua est nulla, ^b Nam quę a iudice incōpetenti fiunt non valent, vt. C. si a non compe. iudi. L. i. licet sit arg. contra. ff. si quis in ius voca. nō ie. L. ij. & ff. de iudi. L. si quis ex aliena, iudicatum enim intelligitur si iudicatu fuit ab eo cui iudicandi ius fuit, vt. ff. ad tertul. L. i. §. si. Et sic res iudicata habetur pro veritate, vt. ff. de regu. iur. L. res iudicata. Cū & in iudicio quasi cōtrahimus, de quo plene per Arnol. xvi. q. iij. post quingentos.

Glosa.

Norandum pro intellectu textus articuli, ^c quod fur dicitur ille qui cōtrectat rem alienā pro utilitate sua eandem cōuertendo, irrequi sito domino cuius res illa est. At tamē si vnus manifeste vtatur re aliena non tamen proposito malo nec animo furandi, non efficitur fur, vt. insti. de re. diuisi. §. Gallinarū, & ff. de fur. L. furtū & li. ij. ar. xxix. li. iij. ar. xxij.

Notandum præterea ^d fur est duplex manifestus & occultus, vt. ff. de furtis. L. furtorū, furesq̃ huiusmodi Gograuius iudicare debet die eodem quo cōmissum furtum sit. Si vero per noctetur negociū extunc infeudatus iudex iudicabit & non Gograuius, non enim Gograuij iudiciū illud erit, nam & accusatus ad fidei iussoriam dari poterit, vt infra. li. ij. ar. ix.

Queritur si alie euenerint iniurię ^e sicut hominū, virginū vel mulierū oppressiones, an Gograuius illud iudicabit nec ne, quidā dicunt quod sic, in his enim duobus, verbis fur vel raptor includere videtur omnes alie iniurię, cū enim vnus occidit aliū spoliare eum vita eius videtur, ff. ad le. Corne. de sicarijs. L. i. Qui etiam virginem vel mulierem opprimit castitate & virginali pudicitia eam priuare dicitur, vt in auten. de manda. prin. §. neq. coll. iij. & item qui aliū veneno interemit vel occidit auferre & ita furari sibi vitam dicitur, vt. ff. ad le. corne. de sicca. L. i. & L. eiusdē. ^h Rēdū tamen et verius quod Gograuius ista non iudicabit. Iudiciū etenim quod in vitam transit non adeo large extendi debet nec facile alteri subdelegari. Sed & Gograuius vt ex textu liquet, nullam habet super eo commissam a iure auctoritatem. Vnde quicunq; occidit aliquē etiam ex officio cum tamen id sibi cōmissum non sit, vel iurisdictionem ad id non habeat, ille homicida dicitur & non iudex, vt. xxij. q. v. c. de occidendis. Præterea cuiunq; iudiciū commissum sit ille commissionem excedere non debet, vt extra de rescriptis. c. dilectus, concluditur ergo quod Gograuius dū taxat fures & prædones de die iudicabit cū fa-

^b. A non cōpetenti iudice acta pro non factis reputantur.

^c. Fur quis dicatur.

^d. Fur duplex.

^e. Gograuius an alijs excessus præter furtum iudicare poterit.

^d. Gograuius unde dicitur.

^a. Iur. Mu. ar. xxxviij. & xlvij. glo.

etum sit manifestum, & eodem etiam modo facere debent conseruatores Ecclesiarum hoc est illi quibus iudiciū commissum est contra manifestos Ecclesiarum raptores, vt extra de officio delega. c. statuimus. li. vi. f. Si etiam cōtingat iudiciū ad pœnam dirigi in mīoriē debet vergere partem, vt. ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. Quod autem Gograuiū nō pertinet iudicare nisi fures & raptores patet ex articulo. lv. & lvi. supra, & hęc de Gograuijs dicta sufficiant.

petens reuerentia tribuatur vt in. l. potioris. C. de offici. recto pro, nā & virtutū premia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores alijs damnorū occasionem fieri nō oportet, vt in. l. vlti. C. de statuis & iymagi. & in. l. singuli. C. de officio diuersorum iudiciū.

f. Pena mitior semper erogari debet.

Glosa.

Articulus. LVIII.



Iuero Gograuius in tēpus eligitur spaciosum dominus prouintia ut Marchio uel comes eū

tenebitur infeudare, ^a & sic corā eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit, liciteq; pernoctatas iudicat iniurias seu uiolentias. Quando Comes uel dominus prouincialis b iudiciū sui Gograuii ingressus fuerit cessat iudiciū gograuii, sicut quādo Rex intrauerit iudiciū Comitum cessat iudiciū comitis ubi rex & comes ambo sunt actioni præsentes. Sic etiam omnes iudiciorum actiones in regis præsencia nisi actio regē ipsum attigerit suspendantur.

Glosa.

Violētijs iudicabit, &c. An autem iudex laicus scire iura teneatur notatur. xxxviij. dist. si in laicis, & de cōsuetu. c. iij. in & super. ij. glo. ubi innuitur c quod illiterati possunt esse iudices si habent naturalem industriam & peritiā causerum alias non, quia iudex debet esse peritus nec querere ab alijs quid eū loqui oporteat, vt in autent. de iudi. in prin. col. vi. & de consang. & affi. ex literis in fi. ubi de hoc, & xx. dist. c. i. & notat in. c. sciscitatus de rescrip. in glo. puta. ibi. vide.

Vnde etiam dicit lex imperialis d iudiciū soluitur vetante eo qui iudicare iusserat. Vel etiam eo quia maius imperiū in eadem iurisdictione habet, vel etiam si ipse iudex eiusdem imperij esse cepit, cuius est qui iudicare iussit, vt in. l. iudiciū soluitur. ff. de iudi. Vide etiā infra. li. iij. ar. xxxiiij. vnde & alibi dicit lex, potioris gradus iudicibus ab inferioribus cō-

Si vero Gograuius, &c. Antehac in articulis precedentibus dixerat de iudicibus quorum electio, & exautorisatio ex parte cōmunitatis dependet. Articulus præsens loquitur de iudice qui etsi quidē a cōmunitate eligitur ab officio tamen eundem deponere facultatem nō habent, subtilitēq; in eo Imperator processum obseruat, eo quod in sanciendo cōstitutionibus præsentibus a leuioribus procedit ne propter duritiā legū & cōstitutionū Saxones easdem reiciant & abrenuncient, eundemq; modū quilibet prudens obseruare debet qd a leuioribus & facilioribus in actionibus suis semper procedat vt Insti. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter. In primis itaq; statuit de iudicibus qui eligi & exautorari a cōmunitate possunt, posthac vero de iudicibus qui & si quidē eligi, a cōmunitate possunt, exautorari tamen minime, & hoc in principio articuli tangit cum dicitur. Si vero Gograuius in tēpus eligitur spaciosum, &c. dominus prouincie eū infeudare tenetur. C Querere vnus possit, quomodo huiusmodi infeudatio esse debeat, an dominus sibi bona conferre vel iudicio eundem infeudare teneat. Iudiciū quidem sibi conferre non potest quia nulla successio in eo esset, ex articulo. lvi. supra, sed & iudiciū in quartam manū ex infeudatione sequi non potest excepta scultecia in comitatu, vt infra. li. iij. ar. li. & liij. ex quo itaq; iudex vt textus habet electus sculterus nō sit. Quare feudū habere in iudicio non poterit. Si etiā quis dicat quod bona sibi conferre possit respondetur eis quod id fieri nō oportet, quia si conferat sibi feudū clipeum nō propter hoc iudex feudalitatis esse poterit. R. itaq; melius e quod non omnia quę in legibus ponuntur ex precepto sunt verum multa ex consilio fiūt, vnde in proposito de collatione bonorū Gograuii ad tempus spaciosum electo est magis consiliū q̄ preceptum, nullus enim inaniter labores expendere debet suos vt. v. q. ij. c. precarie & vnusquisq; expensas laborū suorū habeat, vt extra de simonia. c. cum sit Romana. Sic etiam est consilium & non preceptum quod habetur in causa quēdam matrimonij. xxxiiij. q. iij. c. sciatis. Intelligendū tamen sane id, quod de infeudatione dicitur Gograuii, quod videlicet magis sit consilium q̄ preceptum, hoc verū est in comitatu quia in marchionatu preceptum est, vnde & id quod dictum est, quod iudiciū in quartam manū per infeudationem cedere nō posset, intellige

a. Textus uetustiores habent & coram eo proscriptio fieri poterit pernoctatasq; iudicat iniurias.

b. Iur. Mu. ar. viij. gl.

c. Illiterati iudices esse non possunt.

d. Iudiciū quando dissoluitur.

e. Non omnia quę in legibus continentur ex precepto fiunt uerum quędam de consilio.

Articulus LIX



Mnimodas actiones^a

& iniurias ac pacē fra-
ctā iudex ubicunq; lo-
corum in sua iurisdic-
tione cognoscere ac iudicare potest dū
modo actio ipsum non tangat,^b uel
nisi bannitus criminaliter accusatur
super eo etenim iudex non nisi in le-
gittimo loco iudiciali sub imperij
banno cognoscet. Sub imperij ban-
no^c nemini iudicare licet nisi q pri-
us bannum ab imperatore suscep-
rit. Qui bannum regalē semel a Re-
ge acceptauit eum secundo si rex
a quo eum suscepit morietur acce-
ptare non cogitur. In una aduoca-
tia nō nisi unus potest esse bannus.
Qui sub banno regali cognoscit &
inuestituram banni ab ipso rege nō
dū postulauit suā pro eo^d mulctet
linguam. Non poterit ullus comes
qui sub regali banno cognoscit^e le-
gittimum habere sine suo sculteto
iudicium cui ante omnia seipsum de-
bet præbere iudicandum & ideo ab
ipso primam si congruum & con-
ueniens iudicandi tēpus fuerit sen-
tentiam postulabit,^f & postmodū
eundem interroget si ei tumultu &
indisciplinata hoc est insolentias in-
obedientiam in iudicio liceat prohi-
bere, quæ dum ab eo (quod uidelicet
prohibere insolentias eidem licet) fue-
rit pronunciatum, tandem unus-
quisq; de eo quod eū tangit mediā-
te ferendario suam interponet ac-
tionem.

Glosa.

Omnimodas actiones, &c. hoc tamen scias
quod potestates terrarum nō habent merum

in comitatu, in marchionatu etenim licite fieri
potest nam in marchia iudicatur sub mar-
chionis fidelitate vt infra li. iij. ar. lxxv. In comi-
tatu vero sub banno regio & hæc diuersitas
est ex parte prouinciariū, vt. xxxix. dis. c.
sciendum.

Et sic coram eo deliberatum rusticorum arbi-
trium procedit. &c. f Vnde rusticorum arbi-
trium in proposito accipi debet pro illa rusti-
corum inquisitione quam faciunt, cum vide-
licet iudicio iam bannito exeunt, & inquirunt
seu scrutinium faciunt inter se excessus exami-
nando unus cuiusq; de quo & supra, ar. ij. eo.
li. & hoc intellige in marchia in Comitatu ete-
nim aduocacie nō sunt, vnde & mirabilis ob-
seruatur modus rusticorū in inquisitione huius-
modi excessuum quia quandoq; sciunt, &
eis notū est illud quod examinare debent, cū
tamen cōuenerint negant se scire pro primo,
& pro secūdo. Pro tertio vero postq; diligētī
facto examine concordauerint per iudicē in-
terrogati iurare eos oportet, quod nunc pri-
mum in tertia inquisitione eis innotuit super
excessu recognito, in defectu quo iurare no-
luerint, multam iudici præstabunt, ex eo qd
bis antehac iudice mentiti sunt, vt. C. de mor-
do multatum qui a iudi. l. eos qui.

Quando Rex intrauerit iudiciū, &c. g Rex et-
enim supremus est iudex omnī ubilibet lo-
corum, vt. C. de vete. iur. enuclean. l. tanta,
& infra li. iij. ar. xxvi. & li. j. & quia rex in per-
sona sua in quolibet loco esse nō potest. Qua-
re loco sui statuit alios iudices vt pote princip-
pes. Illi tandem comites, vltimus vero comi-
tes constituunt Gograuios in sui absentia, vt.
C. de peda. iudi. l. placet.

Vnde cū superior iudex aduenerit cessat iudi-
cium inferioris tum etiam si causa illa ad quā
Gograuius electus sit cessauerit, iudiciū etiā
eius cessabit, vt extra de appel. c. cū cessante
& ff. de reg. iur. l. cum principalis, vide etiā
ad hanc materiam de offi. diuerso. iudi. l. singu-
guli. & l. sciant. Si autem cōtingat quod iudex
similis sibi ad iudiciū venerit eundē asside-
re sibi faciat, vt infra li. ij. ar. xij. glo. Si ve-
ro superior iudex sit eidem asurgere & de loco
cedere debet vt textus habet & C. de offi.
diuerso. iudi. l. singuli. h Præterea etiā iudex
assidere sibi faciat, viros spectabiles & prudē-
tes si ad iudiciū eius venerint & hoc si soli cor-
ram eius officio non agant, hoc est quod nō
sint vel pars actorea vel pars respondens, vt
in auten. vt ab illustri. §. quęcunq; procedunt.
Quod si actionem habuerint, i ita quod age-
re vel respondere eos oporteat stare eos neces-
se est & iudex sedebit, vt infra. li. ij. ar. xij. in
auten. vt ab illustribus. §. quicunq; coll. v. C.
de postulan. l. quisquis in fi. C. vbi senatores
& clarissimi. l. finali. §. sedendi. C. de offici.
diuerso. iudi. l. si.

f. Rusticorum arbitrium.

g. Vide infra li. iij. ar. xxvi. & ar. li. j. & iur. mu. ar. viij.

h. Concordat infra. li. ij. art. xij. glo. iur. mu. ar. viij. glo.

i. Vide infra li. ij. ar. xij. glo.

a. Vide ad hanc materiam infra li. ij. ar. xij. li. iij. arti. xv. iur. mu. ar. viij. x. xvi. xxxv. xxxij.

b. Alij textus addūt excepto si sit quærela occasiōe proprij.

c. Vide iur. mu. ar. xi.

d. Hoc est, eius pena est lingue ammissio & hoc est uerū ubi iudicatur sub banno Regio ut in comitatu, secus enī ē in marchia ubi sub Marchionis fidelitate iudicium exercetur.

e. Vide infra li. iij. ar. li. j. iur. mu. ar. x. xvi. & xvij.

f. iur. mu. ar. xvi.

imperium de iure communi, sed p̄ses pro-
uincie sit, de cōsuetudine tamen vsurpant si-
bi hoc, vnde quotidie membra mutilant &
condemnant ad mortem ex vsurpatione non
ex iure, hanc tamen potestatem Princeps pos-
test reuocare quando vult. Nam & omnis cō-
suetudo potest ab eo cassari, vt de consi. c. i.
lib. vi. & ff. de sepul. vi. l. iij. §. diuus. Merū
autem imperium & liberum habet duntaxat
Papa & Imperator, sed legi subnixū habēt in
feriores quibus nominatim hoc participant
vel ex priuilegio concedant, vt hic in. l. i. ff.
de offi. eius cui man. est iurisdic. Consistit em-
merum imperiū circa humanum corpus gla-
dio materiali vel ciuili conterendū. Quod q̄a
summa res est ideo etiam circa illud requirit
summa iurisdic. videlicet ad hominem ca-
pitaliter condemnandū cum homo est creatu-
ra creaturarum facta ad imaginem dei, vt in.
l. si quis. C. de penis. Et p̄scribitur merum
imperium bene ab illo qui fuit & est in posses-
sione territorij vt dominus vel iusticiarius ge-
neralis licet diu non sit vsus quia non occur-
rit casus vtendi. g Nam in istis incorporali-
bus plena possessio cōsistit in aptitudine sicut
in actu, vt ff. de serui. rusti. p̄gdi. l. foramen.
Et si quis p̄scribit iurisdictionē in incolas
videtur etiam p̄scripsisse & in forenses qui
ibi contrahunt vel delinquant, quia ista p̄-
scriptio est ius reale, vel velut cōfessoria red-
ditur contra quemlibet vt ff. si serui. ven. l. si
quis, secundum Baldum.

g. Possessio in corpo-
ralium eque cōsistit
in aptitudine sicut
& in actu.

h. Locus iudicij quo
modo obseruetur.

Vbi cūq; locorum, & c. ^h est tamen is locus
eligendus in quo ius sine incōmodo litigā-
tium reddi potest, vt ff. de iudi. l. si locus id-
est vbi cūq; p̄ter salua maiestate imperij sui
iudicare p̄t, sed nō in prostibulo vel alio lo-
co inhonesto saluoq; more maiorū idest non
extra territorij sibi cōmissum, vt ix. q. ij. c. i.
& ij. Is etenim est mos maiorum vt extra ter-
ritorium ius nō dicāt, sicut & illud quod ali-
quis nō committat iurisdictionem nisi is qui
ipsam suo iure habet, vt ff. de iuridic. omniū
iudi. l. more, & l. si. Dicit autē notanter mo-
re maiorum non inferiorum, q. d. iudiciū non
subditorum vnde cūq; ergo sunt subditi, si ius-
dices soliti sint ius reddere ab eis vocati infra
territorium venire debent & ibi litigare etiā
in itinere dummodo sedeant pro tribunali &
dummodo non in secreto sed palam sedeant.
C. de senten. & interlo. omniū iudi. l. cum
sententiam. Is ergo locus dicitur vbi cūq; p̄-
tor ius dicere cōstituit, vt ff. de iusti. & iur. l.
penultima. Non tamen derelinquat sacra pas-
lacia vel p̄toria pro domibus priuatorū ne
ipsa contingat dirui. C. de offi. recto. prouinc.
c. l. si. Et omnino etiā caueat quod locus vtri-
q; parti sit securus cōgruus & honestus. ff. de
arbi. l. si cū dies. §. si arbiter, & sequen. & ex-
tra de confir. vii. cum dilecta. de appella. ex
parte, & de testi. cum olim. i Territorium au-
tem est sic dictum quia is sub cuius dominio
consistit habet ibi potestatem terrendi sup. ho-

mines delinquentes. ff. de verborū signifi. l.
pupillus. §. territorij. Extra enim territorij
iurisdic. siue forus non extenditur. ff. de ius-
risdi. c. omniū iudi. l. si. & extra de cōsti. c. ij.
lib. vi. In sua iurisdic. idest in suo foro. Fo-
rum enim in neutro genere est territorium cu-
iuscūq; iudicis in quo facinorosos potest ani-
maduertere, vt ff. de verbo signifi. l. pu-
pillus. §. territorium. Sed forus in masculino
genere est locus vbi iudex pro tribunali sedet
vt extra de verbo. signifi. c. forus.

Glosa.

Satis abunde superius declaratum est de iudi-
cibus omnibus, & quo pacto iudices efficiū-
tur. Quidam enim fiunt ex electione. Quidā
ex commissione, quidam vero ex infeudatio-
ne, de primo habetur. ff. de recep. arbi. l. i. &
supra eo. li. ar. lviij. de secundo. C. de officio
eius qui vi. alte. iudi. l. in causa, & supra eo. li.
ar. viij. De tertio habetur. C. de p̄da. iudi. l.
placet, & supra eo. li. ar. p̄cedēti, tum & ar-
ticulo p̄senti.

Vbi cūq; locorum iudiciū exercere potest.
& c. ^k Nota tamē quod iudex secularis in cer-
tis locis iudiciū exercere non potest, sicut in
locis sacris prostibulis, & item locis inhone-
stis, vt. C. de sen. & interlo. omniū iudicū. l.
cum sententiam, & ff. de reg. iuris. l. omnia
quēcumq; & extra de apel. c. qua fronte.
Omnimodas actiones, & c. ^l sunt tamen certe
quēdam actiones quas secularis iudex iudica-
re non potest. ^m Primo occasione bonorū spi-
ritualium vt extra de foro competent. c. si di-
ligenti, & c. si significasti. Secūdo si actio est cō-
tra personam spiritalē, vt in auten. vt de-
ri apud p̄pri. Episcopo. §. si vero coll. vi. ⁿ Tercio
si querela sit contra mortuū ignoraturq;
an mortuus sit, vt ff. quē sen. rescin. pos. sine
appella. l. penulti. in fi.

In sua iurisdictione, & c. ^o Quid si duo quos-
rum vnus sit actor & alter respondens conue-
niant suum iudicem in extraneo iudicio pro-
tunc existentem an iudicare inter eos debeat
neque. ^{qz} quod non, non enim ibi gerit offi-
cium iudicis sed est tanq; persona priuata, cō-
ponere tamen inter eos negotij poterit p̄ mo-
dum arbitrij. Si vero duo extranei & foren-
ses extranee iurisdictioni subiecti ad iudicem
in sua iurisdictione existentem in territorium
q; suum veniant causam prosequi volentes
eosdem iudicabit, vt. C. de offi. recto. pro-
uin. l. iustissimos.

Dummodo actio cum non tangat p̄ hoc dis-
tingue vel querela sit ratione bonorū extunc
ex vtroq; eligere sibi iudicem possunt, C. vt
omnes tā ciui. q̄ mili. l. nemo ex viris. Si ve-
ro sit querela p̄xnam experens hoc est pro vi-
ta vel honore extunc non nisi superior iudex
iudicabit, vt. C. ne quis in sua causa ius sibi
dicat. l. i.

Vel nisi Bannitus criminaliter accusatur, & c.

k. Iudex secularis in
certis locis iudiciū exer-
cere non potest. Cono-
cordat iure Mu. ar. x.

l. Nota iudex iure po-
puli iudiciū exer-
cere debet quando ex-
petitur ab ipso occasi-
one debiti manualis
facti, quia non exapiūt
manuale factum serie
nec dies ligati, occasi-
one feudi non nisi ante
meridie iudicatur
alias non ligat
sententia. Iudicij locus
debet esse aptus &
honestus alias senten-
tia non ligat potest
etiam ille excusari si
non sit p̄sens, seu. c.
lxy.

m. Iudex secularis
quasdam causas iudic-
care non potest.

n. Iur. Mu. ar. xxvij.

o. Iudex an in alia iur-
isdictione iudicare ua-
leat. Concordat iure
ar. xxvij.

p. Iur. Mu. ar. xvij.

i. Territorium unde
dictum.

Contra bannitos etenim non nisi in loco iudicij cōpetenti agendum est, nam nisi in loco iudicij cōpetenti respondere tenentur, ex eo quia ipsi etiam ibidem unicuique ius dictare coguntur, quare & ibidem contra eos agi oportet, & hoc intellige si actio vergat in vitā vel honorem, vel si actor in Comitatu mansionem habet vel in territorio iudicij domiciliū possideat, vel ubi factum nō sit manuale alias secus erit, vt. C. vbi de crimi. agi. oport. L. i. & ij. Sub imperij banno. &c. ¶ Idest sub Regia coertione vel poenastatuta quia ibi multā prestat cogitur sexaginta solidos, huiusmodique bannum seu coertionem necessario requirit, quod Rex cōferat iudici per infeudationē.

In vna aduocacia. &c. hoc est in vno comitatu non potest esse nisi vnus Bannus regius. Non poterit comes sine sculteto legitimum habere iudicium. &c. & hoc ex eo fit, quia in primis offerre eidem debet seipsum iudicandum vt infra li. iij. ar. li. & ij. q. vij. c. iudicet & de sta. reli. c. ea quę. §. si vero & de censi. c. i. li. vi. & infra li. ij. ar. xvij. glo. ¶ Sine offensa enim & omni vicio esse debet qui alium iudicare vult, vnde & iudiciū huiusmodi sub banno Regio ante meridiem exerceri sobrie debet vt infra. li. iij. at. lxix.

Inobedientiā in iudicio liceat prohibere hoc est quod nullus ad iudiciū pertinens sine consensu iudicis exinde discedat, anteq̃ iudicium finiatur, & hoc intelligendum de scabinis auctore & reo.

Insolentias. &c. hoc est demandare debet ne vnus alium verbo vel facto, vel alio quouis modo infestet aut aggrediatur.

Tandem vnusquisque deo eo quod eū tangit, &c. ¶ post huiusmodi enim solennitates tunc primū iudiciū efficitur bannitū, & iudex efficit iudex qui antehac fuit vt simplex homo.

Articulus LX.



In e ferendario^a quisque agere & se defendere potest, si damnum sibi per hoc eueniens (scilicet ut emissā sibi uerba dānosa^b retractare non possit) uoluerit sustinere. Iudex ferendariū quemlibet primo postulatum dare debet & non alium nisi iure primus absoluatur. Ferendarium se esse nullus negare potest in iurisdicōe in qua residet, uel bōa possidet, uel in qua Ius & actionem prosequitur nisi cognato

uel domino suo, uel uasallo hæc actio in uitam uel sanitatem aut famā si uinceretur extendatur, tunc contra eos & pro ipsius inimico iuste hoc recusabit.

Glosa.

Iudex ferendarium quemlibet. &c. Vnde etiā dicit lex. cōmunis ait pretor. Si non habent aduocatum, ego dabo non solum his personis quibus pretor humanitatem solet exhibere. Verum etiam si quis alius sit qui certis ex causis vel ambitione aduersarij vel metu nō inuenit patronum, vt. ff. de postulan. li. i. §. ait pretor. Concordat etiā ad hoc. §. aduocatos in L. nec quicquā. ff. de offi. proconsu. vbi innuitur quod iudex prouidere debet de aduocato fœminis pupillis debilibus, & his qui suę mentis non sunt aliquo ex eis petente, & etiam non petente, & qui per aduersariorum potentiam aduocatum habere non possunt.

Glosa.

A principio libri huius dictum est de hereditatibus & corū successione, exinde etenim venit quod homines querelas instituunt iudicialias, nā si vnus nihil habeat, nihil ab eo expectetur, nec ad iudiciū vocaretur, sed nec querela necessario eidē institueretur, posthac determinauerat de iudiciis coram quibus querela institui solet iuxta vniuscuiusque necessitatem, vt in auten. vt omnes obedi. iudi. §. hæc considerantes coll. v. hic in articulo presentis dat modum & doctrinam quo pacto & per quē querela formari debeat, & dicit quod illud fieri debet per ferendarium.

Vnde pro intellectu articuli presentis aliqua notanda veniunt. Primo quid ferendarius sit. Secundo quis ferendarius esse potest. Tertio quis ferendarium habere non poterit. Quarto quę utilitas ferendarij. Quinto quomō in iudicio ferendarius obtineri debet. Sexto quomodo denegari se esse ferendariū potest. Septimo si ptecio conueniri possit. Octauo quā utilitatem exinde habet quod ferendarius est. Nono quę poena ferendarij si iniuste egerit. ¶ Quantum ad primum ferendarius seu patronus est qui sui amici vel etiam suis ipsius voluntatem iudici declarat, & contradicit illis qui suę voluntati contraueniunt, vt. ff. de postulan. L. i. & ij. q. vij. c. infames, & in autē. de res. ferendarijs sacri. pall. §. i. coll. ij. ¶ Pro secundo ferendarius seu patronus esse non potest, seruus, furdus, infamis, Iure priuatus, fœmina, cecus, puer, vt. ff. de postulan. L. i. & ij. q. vij. c. infamis. §. tria. Monachi etiam sacerdotes & acoliti, cum hij qui spirituale feudum habent

^c. Ferendarius q. t.

^d. Ferendarius q. s. esse non poterit concedi. r. dat Iur. Mu. ar. xvi. & xlij.

^q. Vide infra li. ij. ar. xij. li. iij. ar. lxiiij. Iure Mu. ar. x. glo.

^r. Qui iudicare alium uult sine offensa esse debet.

^s. Iur. Mu. ar. xviij.

^a. Ferendarius in proposito dicitur aduocatus seu patronus siue causidicus siue rogatus, unde & de ferendarijs uide li. ij. ar. xiiij. Iur. Mu. ar. xvi & xlij. glo. Procurator uero proprie dicitur qui ex mandato aliqua administrat negotia L. i. ff. de procu. & ibi per glo.

^b. Et hoc intelligitur quod per se in iudicio agit si ex uerbis damnum patitur releuari non potest.

e. Ferendarius uerbis
minacibus causam agere
non debet.

f. Infames ferendarij
esse non possunt
in certis casibus.

g. Ferendarium quis
habere non poterit
uide.

h. Ferendarij utilitas

i. Quamdiu consensus
super uerba ferendarij
non sit, uel si altera pars
oralegium non quaesuit tunc
ualebit reuocare uerba
ferendarij, seu. c. lxxij.
Ferendarius iure seu
dali nullus esse potest
nisi sit uasallus domini.

k. Ferendarius quomodo
obtinetur.

l. Ferendarius quomodo
tueri se debet ut uerba
alicuius non dicat
Non uincit a litew
m. Ferendarius an
preto conueniri poterit.

coram iure seculari ferendarij esse non possunt, ut extra ne cleri vel mona. per totum, extra de postul. c. ex parte. xvi. q. i. c. placuit. Sed nec in iure spirituali sacerdotes causas agere possunt nisi pro se, suis amicis, & indigentibus hominibus ut extra de postulan. c. i. & sequentibus. xij. q. v. c. denique & iij. q. vij. c. infamis. §. tria. **e** Ferendarius etiam uerbis minacibus causam agere non debet, ut. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. §. si quis adeo. Si quis etiam antehac iudex vel scabinus in aliqua causa fuerit signanter cum actio sit penalis in eadem ferendarius esse minime potest, ut. C. de assens. l. vlti. Item infamis si quis fuerit ferendarius esse non potest, ut. ff. de postulan. l. i. & iij. q. vij. c. infames. §. tria. **f** Infamis tamen signanter non magna infamia procurare potest, p. parentibus, p. patrono cuius seruus erat, pro eius liberis, sororibus, fratribus, filiarum uiris. Nurus seu filiorum uxoris vitrico, nouerca, pupillis, mere captis, puellis & pauperibus, ut. iij. q. vij. c. infamis. §. tria & §. omnes. Pugiles & qui cum bestiis decertant ferendarij esse non possunt ut. ff. de postulan. l. i. §. item senatus vnde & p. intellectu dictorum, nota versus sequentes non cuiusque datur quod postular, immo vetatur luminibus castus muliebria, passus adiecto pene seruus puer actor arene, vide ad hanc materiam. C. de postulan. l. i. Accipitur tamen quandoque ferendarius pro tutore sepiusque in iure unus loco alterius nominatur, ut. i. q. iij. c. saluator, & extra de procu. l. quia in causis. **g** Quantum ad tertium heretici infideles, ludæi ferendarios habere non possunt, contra Christianos, ut. C. de postulan. l. nemo & extra de hereri. c. excōmunicamus. §. credentes. Qui etiam solus personaliter coram iudicio loqui ceperit ferendario carere debet ut supra ar. xlviij. clarius tamen infra. li. iij. ar. xxx.

Pro quarto h ferendarij utilitas est, si errauerit principalis uerba eius retractare potest & hoc ante sententiam latam sicut hic & C. de errore aduocatorum. l. errores. **k** Quo ad quintum ferendarius obtinetur de consensu iudicis ad optata partis. Quod si ex mandato iudicis temerarie ferendarius id facere noluerit iudex post modum eundem audire non tenetur, immo a iudicio eundem propellere, ut iij. q. vij. c. infamis. §. tria & §. si vero.

Pro sexto **l** ferendarius resistere potest uerba alicuius loqui contra suum dominum, uasallum, amicum, familiam suam sicut hic & ff. de penis. l. moris, contra uero alios homines uerba loqui denegate minime poterit in illius iurisdictione ubi pertinet, vel ubi causas agit. Aliter etiam cogi non debet nisi quod sibi officium interdicitur. **m** Quantum ad septimum an uidelicet ferendarius pretio cōueniri possit anceps & difficilis super eo est questio. Vnde si secundum rei ueritatem unus super eo decidere uelit, multos exinde habebit emulos fen-

rentieque suæ aduersarios hostes. Dicunt enim quidam nullum probum decere ad patrocina dum aliquas causas signanter iniustas pretio conducitur, habetur enim prouerbiorum. i. fili mi si laetauerint te peccatores ne acquiescas eis, si dixerint ueni nobiscum insidiamur sanguini abscondamus tendiculas contra insontem, &c. ne ambules cū eis. Tum etiam in summa Bernardi doctrina datur, quod homo prudens in consilijs dandis circumspectus esse debet in prestandoque auxilio fidelis, hoc autem fieri non potest cum unus ad patrocinandum causam signanter iniustam pretio conducitur, fidelitas etenim ac animi sinceritas unacum iniustitia simul stare non possunt, sequitur ergo quod ad ius dandum vel illud promouendum pretio conducitur non debet. **n** Ius enim in se sanctum est, & ita pecunia illud comaculare nullus audeat. ff. de vari. & extra ordi. cogni. l. preses & C. de uere. iur. enucle. l. deo autore. In contrarium tamen doctrina susultus prophete quod dicit, melius ac tolerabilius est, quod unus a iusto arguatur, quam quod a malis & pueris laudet. Secundum communem opinionem respondet deo, quod ferendarius seu causidicus pretio conducitur potest nec est contra illud quod dicitur quod nullus ad promouendum iniustitiam salariari debet, istud enim de iudicibus locum habet qui iustitiam uel iniustitiam facere possunt in iudicando uel testificando, quod ferendariis non competit, nam nec ipsi per se iudicium ferunt nec testificantur, & ita per iniustitiam nemini nocere possunt. Quod etiam dicebatur ferendarium amore dei & non pro pecunia iustitiam promouere debere nec eandem pretio seu pecunia comaculare, magis est consilium quam preceptum, unde & in contrarium istius multa habentur iura quod uidelicet. **o** Causidicus pretium licite pro labore suo accipere possit, ut. xij. q. ij. c. charitatem. Nullus enim suo proprio stipendio alteri obsequium & utilitatem facere tenetur, ut. x. q. ij. c. precatie. Preterea iure cautum esse legimus quod iuriscōsulti consilia sua pretio impartire possunt, ut xi. q. ij. c. non licet, ubi clare habetur quod p. consilijs pecunia accipere licet. Sequitur textus capituli. Non licet iudici vendere iustum iudicium & si liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & iuriscōsulto rectum consilium & xiiij. q. v. c. non sane. Quod etiam dicebatur quod uidelicet, prudentia iuris sancti emi vel diuendi minime debet, intelligitur de iudice ipso. Sententia etenim iudicis nullomodo, emi vel diuendi debet, ut in auten. ut iud. sine quoquo suffragio. §. sicigit, coll. ij. & in auten. ut liciti. iur. §. presentem, coll. ix. & ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiuam, & ver. uenales, & extra de vi. & honesta. cleri. c. cum ab omni, & C. quan. prouo. non est necesse. l. uenales. In iuribus allegatis cauetur quod ad iudicium uenientes actionemque suam promouere uolentes iurare debent, quod iudici nec

n. Cōcordat ad id lxxij. tabu. hisce uerbis donum ne capiunto ne ue danto, neue petenda, neue gerenda, neue potestate quisque earum rerum migrasset noxie pena par esto, et item in alio loco, iudicem arbitrum iure datum qui ob re dicendū accepisse pecuniam conuictus est capite punito

o. Ferendarius pro labore pretium licito accipere potest.

alio alteri causam suam & actionem meliorem facere volentes, nec quicquam dederunt, sed nec dare voluit excepto eorum causidico seu ferendario & ita expresse habetur, quod ferendarii licite pro eorum labore salarium accipere possunt, habetur etiam ff. de varijs & extra ordinarijs cognici. l. i. §. si cui cautum, quod causidici seu aduocati pro vnaquaque causa certum solidos accipere possunt & non plus, facit apud nos quinq; libras, hoc idem etiam habetur. C. de aduoc. diuerso iudici. l. fori tui ubi Imperator innuere vult, quod quicquid vnus ex aduocacia lucratur eius est proprium nec patri suo cedit, sed nec cum fratribus diuidere cogitur. Verum illud solus retinet tanquam miles stipendium suum. Sed nec iure nostro Saxónico usquam legitur, quod ferendarii pretio conducere non possint nisi forsan paragraphum articuli presentis usurpare sibi vnus velit, ubi dicitur quod ferendarium se nullus negare valeat, non tamen ad propositum trahi potest paragraphus allegatus, non aliud enim intendit, quod is qui alicui iurisdictioni subiectus est, vel illic bona possidet vel actiones profectitur ferendarii ibidem perenti se denegare non poterit, non tamen inhibet paragraphus iste quod salarium ei tribui non debeat.

Pro octauo P quam videlicet utilitatem ferendarius habeat, respondendum quod quod est miles iuris, Imperatoriam etenim maiestatem non solum armis decoratam sed & legibus oportet esse armatam ut vtrunque tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari, ut insti. in prohe. & in auren. ut om. obedi. iudici. §. i. col. v. Aduocatus siquidem miles iuris dicitur, & quemadmodum milites belli sunt pacis protectores, ita hi sunt iuris defensores, ut insti. in phe. §. allegato & C. de aduoc. diuerso iudicio. l. aduocati. Immo ut supra dictum est quicquid ex aduocacia lucraverit, illud cum nullo diuidere tenetur, ut C. eo ti. l. fori. Quantum ad vltimum quod pena sit ferendarii, sciendum quod ferendarius qui dolose in negotio agit principalis ita quod se beniuole conuincere admittat vel conductus per vnum documentum & defensum ipsius resciscens ad aduersarium se conferat vel aduersarii causam defendat in damnum prioris domini, poena illius est pro his excessibus quod infamis efficiatur, ut C. de aduoc. diuerso iudici. l. i. & ff. de preuari. l. si is.

ad agendum alius terminus praefigatur. Qui fideiussorem habere non poterit nec ibidem habet hereditatem illum iudiciaria potestas referuet si aliquem criminaliter accusat uel ipse accusatur. Postulent unum ferendarium duo simul, cui illorum eundem dare uoluerit in arbitrio est iudicantis, proponat etiam duo simul actiones. In iudice dependet quod ex eis prius audire uoluerit secus est si unus eorum priorem actionis propositionem poterit comprobare Titubans si in suis dictis ceciderit sine damno releuare & meliorare sua dicta ualebit. Si etiam clientulum cuius uerba locutus est per uerba sua titubantia neglexerit ille per alium aduocatulum suum poterit supplere defectum. Quilibet in terra Saxoniae iure ciuili dummodo sit bone famae exceptis clericis ferendarius esse potest. Fideiussorem autem statuere tenetur si ibidem bona aut hereditatem non possideat pro multa iudicis & emenda partis aduersae exsoluenda, non tamen prius nisi eandem demeruerit. Cum unus aliquem in ferendarium accipit, ille licite pro suo principali in omnibus actionibus, tum etiam in ipsius defensionibus sine licentia iterata pro eo referat ac edisserat quae necessario edisserenda ueniunt & hoc quamdiu iure sibi alienatus non sit, uel unus alium per liberam cessionem non derelinquat.

b. Intelligit ergo paragraphum istum in causa criminali secus in audi, uide ad hunc passum infra ar. xxiij. li. par. ij. glo. iur. mu. ar. xxiij. & xxvi. gl.

c. iur. mu. ar. xxi.

d. iur. mu. ar. xxiij.

e. Textus antiquus habet opiso & dicitur ille qui titubans sepe repetit anequi dictionem exprimere possit.

f. Ex isto liquet quod illegitimus ferendarius esse non potest nam ille ut iure suo redargui poterit ut supra ar. xxxxiij.

P. Utilitas ferendario rum.

Q. Hoc intelligit de aduocato non autem de procuratore qui militiam non consequitur nam officium eius est utilissimum secundum Dynum in re. infamis bus, extra de reg. iur. li. vi. & C. de decurio l. si quis procurator rem li. x.

r. Aduocatus miles iuris dicitur.

s. Ferendario rum poena qui perperam agunt.

a. Concor dat infra li. iij. ar. xij. & ar. lxxix. iur. mu. ar. xxxiiij.



Bi quis aliquem conuenierit a ibi licite etiam re conuenietur.

Nullus actor prius interponere tenetur cautionem nisi sibi

Glosa.

Ibidem licite reconuenietur, &c. Vnde ad hoc dicit lex communis & consequenter ego conuentus ab aliquo si vicissim velim conuenire eum statim quidem hoc non licet nisi apud eundem iudicem, ut in autem, ut consequenter. C. de sen. interlo. omni iudi. l. cum Papinianus, ubi inter aliqua dicitur, cuius in agendo quis obseruat arbitrium eum habere & contra

H

Speculi Saxonum Liber Primus.

se iudicem in eodem negotio non dedignetur. Concordat. §. cuius in agendo. iij. q. viij. & c. i. & ij. de mutu. pe.

Glosa.

Articulus presens partis respondentis quasi dā tangit utilitates. Euenit etenim sepius ex astutia quadam quod vnus querulatur & accusat alium preueniens ne & ipse accusetur. Ad obuiandum itaq; huic malo ponitur cōstitutio presens quod vbi quis aliquem cōuenit, ibidem etiam per reconuentionem respondere tenetur.

Pro intellectu itaq; textus articuli presentis, quedam ex ordine considerata ver sunt. Primo quo pacto reconuentionalis querela, & qñ inchoari debeat. Secundo quo pacto formā da sit. Tertio in quibus casibus institui reconuentionalis querela non possit. Quarto quid faciendum si actor querelam huiusmodi acceptare recuset. Quinto quæ persone querelas huiusmodi acceptare tenent & quæ non. Sexto in quibus causis per reconuentionem accusari vnus potest vel non. Quantum ad primū & secundū sciendum quod iure antiquo querela reconuentionalis instituebatur in instanti post propositionem vnus cōtra alium sic videlicet quod cum vnus querelam proposuit suam, alter viceversa responsione nondum facta contra eundem querelam item instituebat suam, & ita iudex ex audita vtriusq; propositione & responso simul decernebat iudicium vtrumq; vt extra de mutu. peti. c. i. ij. & de ordi. cogni. c. cum dilectus. Quod si respondere ceperit contraria querela ommissa postea hac non audiebatur. Istud tamen iure canonico abrogatum est, vt extra de rescrip. c. dispensa. §. reus quoq; li. vi. vbi innuitur quod actor contra querelam respondentis propositā, respondere tenetur iudicio durante. §. Iure vero Saxonico querela reconuentionalis tunc instituitur cum vnus querulatur contra alium per iudicemq; responsio sibi decernitur iste tandem querat per sententiam decerni, ex quo quidam sibi respondere tenetur an ille viceversa ad proposita sese iustificare sibi non debeat, & decerneretur quod sic, vt. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. cum Papinianus. Cū vero ab actore absolueretur eundem viceversa pars respondens conueniat, vt infra li. iij. articulo. xij. **h.** Quantum ad tertium sciendum quod tres sunt causæ quando vnus viceversa accusari seu reconueniri non potest. Primo si quis criminaliter accusauerit te eundem criminaliter viceversa accusare non poteris. Etiam coram arbitris reconueniri vnus criminaliter non potest, vt extra de arbit. c. cū dilectus, iij. q. xi. c. i. & sequētib; nec obstat in contrarium articulus infra lxix. co. li. vbi dicitur. Qui mortuum vulneratumue comprehendendo iudicio apertauerat &c. Loquitur

etur etenim ibi de illo qui comprehendens alium quem pacis violatorem ipsum conuincere nititur in defectu ipsemet solus condemnatur, hic vero loquitur de illo qui per querelam aliquid agit, vel dic quod ibi loquitur de vno iudice, hic vero de arbitrario seu electo. Secūdo si accusas aliquem pro feudo ille te super proprio accusare non potest nisi in eodem iudicio situatum sit de quo vide supra ar. xliij.

i. Tertio respondere etiam iure reconuentionali non teneris pro tuo feudo nisi coram tuo domino vt in autē. de usu. seu. §. preterea. col. .x. Pro quarto **k** si actor ad querelam reconuentionalem respondere se se recusauerit etiā respondens ad suam propositionem respondere se se defender, sed nec iudex eidem iudicium ministrabit, vt ff. de procura. l. mutus.

k. §. pena & C. de compensa. l. neq; scriptura. & extra de mutu. peti. c. prudentiam. **l.** Pro quinto omnes persone etiam spirituales sacerdotes & monachi, si coram iure seculari actionem intentent ibidem reconueniri etiam respondere tenentur, vt. iij. q. viij. c. cuius in agendo. & ff. de iudi. l. ij. m. Pro sexto & ultimo pars respondens actorem accusare potest si reconuentionali iure in causis quæ in alijs iudicijs incepte non sunt, alias em si in alio iudicio iam terminate sunt vel saltim inchoate aut transactæ quia vt sic reconueniri vnum non potest de primo habetur extra de res. spoli. c. audita & C. sententiam rescindi non posse. l. impetrata. de secundo vide in autē. de exhiben. & introducen. §. illud quoq; col. v. de tertio extra de transac. c. i. & C. co. ti. l. cum mora. Nullus actor prius tenetur &c. id est nisi lite contestata extunc ibidem fideiussorem statuatur quod actionem prosequi vult vel iure carceris dimittere sicut hic, & C. de his qui accusare poss. l. qui crimen.

Qui fideiussorem habere non poterit, **n** unde si vnus siue sit actor siue respondens fideiussore carens vt textus habet detineatur per id iuri non derogat suo, nec famę suę bonę obert, vt C. ex qui. cau. infam. alicu. iroga. l. infamig. Ius enim istud dicitur & suadet, vt C. de custo. reo. l. de his quos, & C. de priuatis. carce. l. iubemus.

Postulent si duo vnum ferendarium &c. **o** In paragrafo isto & sequenti exprimitur iudicis autoritas & facultas. Primo si duo petant simul vnum ferendarium quod & raro euenit, in arbitrio iudicis est eundem fauere cui voluerit, sicut hic, & C. de postul. l. prouidendum. Secundo si duo sententiam expectant in arbitrio iudicis est primam ferre quam voluerit, vt. C. de errore aduoca. l. i.

Fideiussoriam autē statuere tenetur &c. **p** Vti le itaq; procuratoribus est, vti a principio litis sibi precustodiant per sententiam eis dari petentes si et in quantum damnum incidant alio quod quis euincere eosdem debeat decernatur quod principalis. Interroget tandem

i. Contrarium istius ui de supra co. li. ar. xliij. in glo. ubi practica super eo habetur quod uidelicet reconueniri potest.

k. Actor quærele reconuentionalis reuocare quid sciendū.

l. Querelas reconuentionales quæ persone acceptare tenentur.

m. Quæ causæ per reconuentionem accusari possunt & quæ non.

n. Fideiussoria carens si detineatur per id iuri non derogat suo, concordat iure Mu. ar. xxvij.

o. Iudicis autoritas et facultas in iudicio.

p. Ferendariorum cautela.

g. Querela reconuentionalis iure saxonico quomodo instituitur.

h. Causæ quando vnus reconueniri non potest, concordat infra li. iij. ar. xij. glo.

iudicem an in eo contentus esse vult & ut sic manet sine damno.

a. Fallit hoc in casu diffamationis, ut. L. diffamari cum ibi nota. C. de ingenuis & masnu, ubi innuitur quod cum quis diffamat aliquem, iudex ad instantiam diffamati potest tempus illud præfigere intra quod agere debeat alias ultra tempus non audietur uide etiam ad hanc materiam iur. Mu. ar. xlvij. glo.

b. Nomine gladii intelliguntur omnia arma. insti. de publi. iudi. §. ite lex, uide ad hunc. passum iur. Mu. ar. xlvij. glo.

c. Circa id intelligi datur quod pro omnibus simplicibus clamoribus uel excessibus non nisi tres solidi mulctæ iudici dantur & uocatur mulcta levis, pro excessibus uero grauius ut homicidio uulnibus enormibus præstatul mulcta ut infra li. iij. ar. lxxij. expresse habetur, uide etiam ad hanc materiam infra li. ij. ar. xxxij. glo. circa finem.

d. Textus antiqui habent. Si uero causam debito modo prosequatur absque duello et ille euaserit per ius iurandum actor liber erit a pena, nisi forte eundem duellariter impetijisset.

e. Concordat infra li. ij. ar. xxxvi. iur. Mu. ar. xlvj. & xlvij. & ite xxxvij. glo.

Cum vnus aliquem in ferendarium accipit &c. per id reprehenditur stultorum quorundam opinio qui dicunt quod ad quamlibet querelam uel responsionem tam actor quam respondens denouo ferendarium expetere debeant qui uerba illorum proponat, minime enim istud fieri debet ut textus habet quod diu iudiciu illud daret, quis etiam actiones sint plures & hoc hic tangitur, & C. de accusa, & in scrip. L. ea quidem.

Et hoc quod diu iure sibi acceptus non sit, &c. Quo modo autem Ferendarius & quando, & ob quam causam vni iure adimitur seu denegatur, vide supra ar. lx.

Articulus LXII



Nillus ad actionem in iudicio nondum ceptam compellatur, quamdiu enim quis uoluerit sibi illatum damnum poterit subtrahere.

Si quis autem iniuriam sibi illatam clamore iudiciario manifestauerit, hac de iure debet prosequi quia clamor iudiciarius inceptio est actionis.

b Si quis in alterius detrimentum gladium suum euaginauerit gladius iudici applicatur.

c Pro solo iudiciario clamore non iure prosequuto a clamore iudici tres solidi nomine mulctæ præstatur.

d Si uero eum prosequitur licet reus ab eius instantia & impetitione absoluator, damnum pro eo nullum sentit

e si duellia uerba interposita non fuerunt. Qui illate sibi uolentiae nescit auctorem ipse eius suum uiolatorem in actione nominet absolute.

g Testes nominati post sex septimanarum tempora uel in continenti si uoluerit producantur.

i Debeat autem proprietates testibus probari hoc in continenti uel in proximo iudicio fieri debet. Iudex semper hominem interrogare debet si dictis sui ferendarii consenciat. Sententiamque querere debet inter duorum rationes hoc est iuxta querelam & responsionem.

k Interroget autem iudex secundum suum arbitrium & non secundum modum iuris nec secundum dicta parcium nihil ad rem facere existimatur. **¶** Sententia prius postulata primo erit pronuntianda, **¶** Actor & reus in qualibet causa tribus uicibus interloquatur quousque per preconem ad iudicium reuocetur. **¶** In omnibus locis est iudicium in quibus iudex sententia liter hoc est per sententias scabiorum iudicabit. **¶** Manifeste coram iudicio qui ferendarium impetrauit loqui non debet. Interrogatus uero a iudice si dictis sui ferendarii consenciat respondere cogitur sic uel non uel ad colloquendum seu consultandum inducias poterit impetrare aut sententiam increpare.

Glosa.

Inceptio est actionis, &c. **¶** Sic etiam de iure ciuili litis contestatio est formale principium iudicii, nec potest remitti per partes quia ad finem peruenire non potest ubi non est principium ut in spec. de sen. prola. §. iuxta vers. quid si departium. **¶** Citatio uero non est proprie principium sed preludium iudicii, ut. C. quando prouoca. non est necesse. L. i. in glo. & in autent. in me. litis. §. si in glo.

Ipse enim suum uiolatorem in actione nominet absolute, &c. per aliquas circumstantias, licet non expresse nomine. Nominatum enim intelligitur si demonstratio corporis, aut artificij aut affinitatis, uel alio modo res certificet ut. ff. de le. ij. L. ij. ff. de condi. et demō. L. si nominatum. ff. de le. ij. L. uxorem. §. ij. & de sen. ten. excō. c. constitutionē uide de hoc. li. vi.

Et sententiam querere debet inter duorum rationes. Et sic patet quod nostrum ius comparatur plebiscito. **¶** Unde dicit lex imperialis, Plebiscitum est quod plebs plebeio magistratu interrogante ueluti tribunus constituebat, ut Insti. de iure natu. §. plebiscitum.

Sententia prius postulata, &c. iuxta regulam qui prior appellat prior agat. Quæ regula habetur. ff. de iudic. L. qui prior & in. c. cum dilectus de ordi. cog.

f. Concordat infra li. ij. ar. xxxvi. glo. ubi habetur, quod iniuste uedicare uolens aliquid quis iudex sibi admittat, hoc enim iurare minime potest.

g. Textus uetustiores habent quod se obligat per testes aliquid probare infra sex hebdomadas uel statim si uult ut faciat necesse est.

h. Concordat iure mu. ar. lxxv.

i. Quomodo autem proprietates probantur uide supra articulo xij.

k. Intellige scabios pro sententia inueniendā

l. Litis contestatio est formale principium iudicii iure ciuili.

m. Citatio non est proprie principium sed preludium iudicii.

n. Plebiscitum. q. t. eo cordat Spe. Sax. li. ij. xlvij. iur. Mu. ar. i. et xliij.

Speculi Saxonum Liber Primus

Glosa.

Ex textu clare habet quod nullus ad querelam cogi debet, nec iudex ipse propter commodum suum & auaritiam quæ est fomes omnis mali. Vñ si quis iudicium ad agendum aliquem cogere velit, signum est non zelo iustitiæ sed magis ex auaritia eundem facere velle, quæ maxima a iudice præcaueri debet. O Auaritia siquidem est vna ex quatuor causis per quas iustitiam inuertitur iudicium, & est mater omnis mali, vt in auten. vt iudi. sine quoquo, supra, §. cogitatio, coll. ij. & xi. q. ij. c. quatuor. Quod autem nullus ad actionem cogi debeat leges etiã ipse suadent, vt. C. vt nemo iniuri. age. vel accusa. coga. L. iniuitus & ff. de munc. & hono. L. rescripto. ibidẽ habetur, vbi nullus accusator est ibi & nullus iudex esse potest.

Sciendum tamen circa id P quod tria genera hominum sunt, qui ex necessitate agere & querulari tenentur. Primo tutores pro iniuria pupillorum. Si enim tacuerint damnum etiam rependere tenerentur, vt. C. de arbi. tuto. L. nomina & C. de admini. tuto. L. tutoris. Secundo pueri mortem seu homicidium suorum parentum quia alias exhereditarentur, vt. C. ad silleia. L. i. Tercio vir p. adulterio vxoris sue quia alias efficeretur infamis, vt. ff. ad le. lul. de adulte. L. qui domum & sequentibus. Vnde & instare aliquis posset textum articuli locum non habere per leges iam allegatas, quia videlicet vnus secundum leges iam adductas ad querulandum cogitur. R. qd' textus articuli vbi dicitur quod nullus ad actionem compelli debet, intellige quod per iudicem cogi non poterit, sunt tamen certi casus vt iam tactum est, vbi vnus non quidem ad instantiam iudicis sed ex constitutionibus & iure ipso suadente querulare cogitur, si quis dicat responsionem istam esse insufficentem, nam ius ipsum sine mandato iudicis, nemini demandare quicquid poterit, nec iudex ipse absque iuris adminiculo, si itaque iudex mediante iure precipit aliquid, iudex ipse mandare videtur. R. etsi quidem iudex ex officio iuris cogit aliquem ad querulandum, iudicem tamen poena desuper statuta ad id precipiendum compellit, quam & prestare tenetur si illud ommitteret, nam & poena desuper statuta non iudex ipse statuit sed ius ipsum, & ita ex consequenti ius ad querulandum cogit & non iudex, vt. xxij. q. v. c. homicidas.

Queritur si in homicidio detentus quis sit cum amicis interfecit concordauerit, cum iudice vero minime, ex eo, quia iudex forsitan multum ab eo expeteret, quod ipse prestare non posset, an vt sic actor ulterius actionem continuare debeat necne alias enim cogi videre. R. quod non dicitur vt sic cogi. Articulus enim disponit de actione nondum cepta instantia vero ista intelligitur cum iam actio incepta sit. Pro intellectu articuli presentis ad hoc quod intelligatur ad quam actionem seu querelam

vnus cogi potest necne, vide differentiam causarum ex quibus querela incidit. Quædam enim est causa seu actio ipsi actori nociua non tamen est per querelam incepta, est tamen penalis: ad hanc nullus cogi debet ad querulandum, vt. C. vt nemo iniuri. age. vel accusa. L. iniuitus. ff. de muner. & hono. L. rescripto. Secundo actio ex qua querela oritur quæ etsi quidem poenam apportat nulli tamen est nociua nisi ipsi soli qui querulatur, sicut si quis querelam incipiens auferat, & iste si cepta est actio cogi per iudicem potest, vt eandem continuet & aliter non, vt. C. de accusa. & inscrip. L. ea quidem. Tertia actio seu querela si non continuaretur vel iudicaretur esset nociua toti communitati. Vnde ad prosequendum huiusmodi actiones necdum cogere aliquem debet sed etiam non accusatum dummodo factum manifestum sit convinci poterit punire, sicut est turpitudine contra naturam, fornicatio, heresis, falsificatio, homicidium vt in auten. de mandatis principum §. sed neque col. ij. & infra li. ij. ar. xxij. Sequitur itaque per modum epilogi quod causa in iudicio cepta continuari debet, vt in auten. vt liti. iur. col. ix.

Si quis iniuriam clamore manifestauerit hanc de iure debet prosequi. & c. Intellige si ex non prosecutione communitati damni quid asserere debeat alias absoluitur tribus solidis mulcte, & desistere a querela poterit.

Si quis in alterius detrimentum gladium euaginauerit. & c. de hoc vide. ff. ad le. Corne. de sicarijs. L. diuus Adrianus. In proposito quoque nomine gladii alia arma & defencula nociua intelliguntur, vt Insti. de publicis iudicijs §. item lex cornelia, & ff. de verbo. significa. L. armorum.

Circa id doctrina dat iudicibus ipsis, si postquam vnus pro homicidio accusatus fuerit non de facili dimitti debet, excessiui enim corrigendi sunt ne deus iram efundat suam, vt xxij. q. v. c. si audieris. Si vero ad concordiam seu transactionem deuenit negotium illud, & in eo cautus iudex esse debet, ne in suspensionem auaritiæ incidat quod videlicet auaritia ductus actionem instigare. Primum itaque operari reus debet vt secum occasione mulctæ pro excessu componat, tandem cum actore seu principali occasione emende seu verigeldi determinet, si enim prius cum actore componeret, cum iudice vero occasione mulctæ propter forsitan defectum non concordauerit, extunc videretur iudex non ratione querelæ propositæ sed propter id quod expetitam pecuniam sibi non dedit, iudicium expetere. Si autem primum cum iudice composuerit pecuniam iudex capiet, ex eo, quia permittit illum cum parte componere si potuerit. Quantum autem mulctæ iudici pro excessibus varijs prestatur in iure nostro Saxoni co in multis locis clare descriptum habetur. Pro solo iudiciario clamore non iure prosequuto. & c. hoc intellige vt in proximis sequenti

D. Auaritia est una causarum iudicium inuertendi.

P. Tria genera hominum qui agere & querulare ex necessitate coguntur.

Q. Actionem incipiens & cum parte componens an ad continuandum actionem cogi poterit.

R. Differentias causarum vide ad quam vnus cogi potest & ad quam non, concordat iur. Mur. xlvij. glo.

S. Doctrina iudicium in liberando captiuo

*In querela quam qd
desistere uult tria po-
tissimum uitari debent
ut non inadat penam
iudias.*

Articulo declarabitur, & C. de calumni. L. ma-
ter. L. qui nō, & L. calumnie. Vnde notandū ē
quod tria potissimū in querela uitari debent
quam quis desistere uult ad hoc quod nō in-
cidat penam iudicis. Primo quod diffamato-
rie querelam non instituat, utpote furem vel
latronem eundem nominando. Secundo qd
testes non nominet nec se ad illos trahat. Ter-
tio quod aduersariū uolenter non inuadat,
quod si aliquid horum incurrit mulctam
iudici & accusato emendam soluere cogitur.
Iste conditiones tangūt in textu signanter
prima & tertia ibi cū dicit si duellia uerba in-
terposita non fuerint. Cum enim quis duella-
riter aliquē aggreditur uolēter inuadere ac
diffamatorie eundē accusare uidetur allegan-
do eum suū malefactorē vel furem esse, ut ff.
de iniur. et famo. li. L. iniuriarum. In eoq; casu
permittitur auctori iusiurandū deferre ut reus
iure iniuriā se nō fecisse nedū iure nostro sed
& legibus, ut ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §.
hac lege. Quod etiam ad testimoniū produ-
cendum non acceleret si sine damno manere
uult hoc tangitur ibi cū dicitur, testes nomi-
nati. & c. Q. d. si testes nominauerit hoc est ad
testimoniū producendū se traxerit, defectūq;
in eis paciatur damnum incidit, ut infra li. ij.
ar. xij. & Insti. de pe. teme. l. i. §. item auctoris.
Eum absolute nominet, hoc intelligendū est
propter duo. Primo si ipoliatus es, nec noue-
ris illum qui id fecerit instituas querelā in ge-
nerali contra illum qui id fecerit, quisquis il-
le sit, commodū exinde non aliud tibi erit, ni-
si si quod actio non erit pernoctata. Secundo si
uiolatorē derentum tenes, nomen tamen eius
ignoras querela formari potest in hunc mo-
dum. Domine Iudex ego querelam pono cō-
tra istū cōmonstrando eum, ita quoda iudice
cognosci possit, ut ff. de iur. L. p̄tor edixit.
Iudex hominē interrogare debet si dictis se
renderij cōsentiat, & c. Quamdiu etenim prin-
cipalis in dicta causidici non assentit immutat
se illud poterit, ut supra ar. lx. & C. de errore
aduocatorum. L. errores.

Sententiam querere inter duorum rationes.
& c. exinde colligitur differētia Iuris imperia-
lis & Saxonici. ^u Iure etenim imperiali & se-
cundum leges iudex solus sententiā pronū-
ciat, ut C. de sen. experi. L. i. Iure uero Saxo-
nico, iudex alium interrogat scabinū qui tan-
dem ulterius populū interrogabit, ut insti. de
iure gen. §. plebiscitū, & ij. dis. c. i. ^x Vnde sen-
tentia seu hortilegiū non est aliud nisi decretū
& decisio quam iudex in iudicio facit, p̄ quā
vnum absoluit, & alium condemnat, ut ff. de
re. iudi. L. i.

Interrogat autem iudex secundum suū arbi-
trium nihil ad rem facere existimatur. & c. do-
ctrina ex eo datur, quod iudex equū sese p̄-
stare debet utriq; parti tam auctori q̄ responde-
ti, secus faciens iudiciū dei inuerrere dicitur,
fructusq; exinde proueniens in amaritudinē

eternae damnationis conuertetur, ut xi. q. iij. c.
quicunq;.

In omnibus locis est iudiciū. & c. ^y Ex eo tri-
plex doctrina datur. Primo p̄custoditur ius
dex ut diligenter premeditet in cuius loco re-
sident, loco etenim dei officium exercet quare
iustam sententiā pronūciare debet secus fa-
ciens denegare deum uidetur, ut xi. q. iij. c.
existimant.

^z P̄cauetur etiam actor ne proximū suum
in dānum inducat, quodq; actionem sibi in-
iuste nō intenter, ut xi. q. iij. c. nolite ^a Admo-
netur etiam respondens ut innocentia & iusti-
tiam suam solerter & prudenter defendat ^b si
enim nō defenderit opprimetur, & errori cō-
sentire videbitur, ut lxxxij. dis. c. error. Vnde
de tucius est qd in eo casu ferendariū habeat
ne per sua uerba de facili in damnum incidat.

y. Iudiciū cautela.

z. Actoris doctrina.

*a. Respondentis rea-
gula.*

*b. Veritas non defen-
sa opprimunt.*

Articulus. LXIII



Vi duellum indicere uo-
luerit ^a sibi in genera-
tione coequali, is iudicē
petat ut sibi de iure li-
ceat suum comprehendere seu inua-
dere uiolatorē, quē ibi prospicit cō-
stitutū, cum hac licere fuerit ei pro-
nuntiātum, tunc interroget quali-
ter eum comprehendere debeat ut ei
proficiat in iure suo ^b pronuntiabi-
tur quod mansuete in sui superiori
foramine uestimenti, postquā eū ut
sic comprehenderit & eundem cū
licencia dimiserit quo pacto id acci-
dit actor debet enodare, hoc tamen
cū interlocutiōe uel in cōtinenti est
faciendum. Tenebiturq; eundem ^c
primo inculcare quod ipse pacem in
eo uiolauit in uia regia aut in uilla,
aut ubicunq; hoc factum sit debet
ediffere ac declarare. Secundo accu-
sabit eum quod ipse ei talem iniuriā
& plagas apposuit quas poterit de-
monstrare per uulnera, & si sanata
fuerint per cicatricem. Præterea ac-
cusabit eum quod ipsum in tantum
suis rebus depredauit, ut merito p

*a. Cōcordat Iur. Mu-
ar. xxxv. uide hoc idē
in forma.*

*b. Textus uetustio-
res habent, decerne-
tur quod mansuete
seu disciplinatē, attē-
gendo eum arca ora
uestimenti & que-
rat tandem si friuo-
lum aut temerarium
in detinēdo se se ostē-
dat quod illud in iu-
re suo sibi noceat sen-
tentabitur quod sic
& tandem arripiat
eum cum duobus dis-
cutis.*

*c. Hoc est tenebitur
declarare ob quam
causam ipsum ad du-
ellum receperit.*

*u. Glosa ista intrinca-
ta est & magis sensu
eiusdem extendit se
ad plebiscitū q̄ ad sen-
tentiam, plebiscitū sit
quidē est quod plebs
plebei magistratu in-
terrogante ueluti tri-
buno constituēbat, ut
insti. de iur. gen. §. ple-
biscitū. Sententia ues-
ro iure saxonico hoc
modo edicitur. Iudex
etenim auditis partiū
propositionibus & re-
sponsis scabinum sup
sententia interrogat
qui tandem colloquio
cū alijs scabinis facto
eandē ediat ac pronū-
ciat, ut infra li. ij. ar.
xij.*

*x. Sententia seu ortile-
gium qd sit, uide hoc
idem infra li. ij. ar. iij.
li. ij. ar. v.*

Speculi Saxonum Liber Primus.

d. In actione duelli
tres quærelæ simul
proponende.

his alicui duellū inferatur^d iste tres
uiolentiæ & quærelæ sunt simul ab
eo proponende, quas si simul non
proposuerit eius duellum euanescit.
Vltorius tandem dicat ibi ego cum
personaliter uidi personalem, & eū
cū iudiciario clamore infestauī quæ
si falsus fuerit bene placeat uel con
tensus sum. Si uero negauerit ego
eū uincam sicut terre incole uel ban
niti si regalis bānus in eo loco exti
terit esse iuris promulgabūt.^e Post
hac reus petat actiōis uarendā quæ
ei est faciendā^f licite tamen potest
quis actionem suam ante uarende
præstitionem in statum perducere
meliozem. Post uarendam factā re
us ille suam præbeat innocentiam
quæ est iuramentum & duelli acte
ptatio si fieri potest g puta si mutila
tio nō intercessit.^h Quilibet homo
potest duellum sibi in generatione
deteriori, sed nō deterior meliori de
negare.ⁱ Negare etiam potest quis
duellum si post meridiem ei infera
tur nisi prius fuerat iniciatū. Iudex
uero clipeum cum gladio reo si indi
get ordinabit. Duellum etiam unus
litigantium cognatus si ipsi inuicē
sunt cognati potest phibere si met
septimus suo iuramento tantam in
ter eos esse cognationem, ut de iure
inuicem certare non debeant mani
festet. Iudex cuiq; duos præbere de
bet qui uideant quod secundum cō
suetudinem præparentur quantum
uoluerint de corio & lineo induant,
dummodo frontes idest capita atq;
pedes permaneant enudati In ma
nibus nō nisi simplices habeant ci
rotecas, nudū in manu quilibet ha
beat gladium & cum uno uel pluri
bus secundum cuiusq; arbitriū præ

cingatur clipeum ligneum corio te
ctum & non nisi umbonem ferreū
in manu ferant & unam tunicā in
duant cuius manice usq; ad cubitū
se extendant. Iudex circulo pacem
ne quis eos impediāt debet sub pœ
na capitis demandare, Cuilibet eo
rum iudex unum qui arborem seu
phallangam eius ferat ordinabit q
ferētes neminem eorum ullatenus
impediant. Sed si eorum quis cecid
erit uel uulneratus fuerit, uel arbo
rem pecierit & iudex hoc licenciaue
rit arborem interponant. Postq; cir
culo est pax nunciata tūc petere de
bēt circulū sibi a iure licenciari quē
eis iudex licenciabit.^k De uaginis
ferrum auferant nisi hoc eis a iudice
concedatur. Ante iudicem accedere
debent præparati, & iurare actor ui
delicet, quod illa accusatio uera sit,
& reus quod innocens sit, ut sic eos
deus adiuuet in suo duello, splēdor
solis eis diuidatur quando procedūt
si reus uincitur condemnatur. Si ue
ro uicerit donata sibi ab actore emē
da & iudici multa absoluetur. Ac
tor in circulum prior ueniat, & si re
us uenire protraxerit iudex eum de
bet tribus uicibus per præconē in
domo in qua preparat adhibitis du
obus bānitis euocare, qd' si in tertia
uocatione non uenerit actor surgē
do se debet duello præsentare,^l &
uerberando contra uentum eū su
perabit in quærela contra eum pro
posita, ac iudex eum tanq; duello es
set superatus condemnabit.

Glosa.

Qui duellum indicare voluerit, &c. Iste artis
culus & sequēs uidelicet, lxxij. sunt per ius ca
nonicū damnati ut exta de purga. ca. c. ex tu
arum & de purga. vulga. per totum, m Et est

k. Textus uetustiores
habent ferraturas in
fine uaginarum absq;
licentia iudicis nō por
tabunt.

l. Alij textus habent
bis percutat seu feri
at contra uentum &
tertio figat in terram.

m. Duellum. q. t.

e. Cōcordat Iur. Mu.
ar. xxxv. & xli.

f. Ante uarēde præ
stitionē quærela me
liorari potest.

g. Textus antiqui ha
bent idest si non cas
ret offiāo membri as
licuius ut tuto inno
centiā clipeo & gla
dio declarare posset
quia alias dare pugi
lem pro se poterit.

h. ARTICVLVS
REPROBATVS.

i. Duellum quomodo
denegari poterit.

n. Duellum prohibitum
iure canonico & civili.

duellum duorum voluntaria corporalis pugna gratia odij exaggerandi gloria criminis purgandi secundum Io. de lig. in. c. ij. de cleri. pugnan. in duel. ¹¹ & est prohibitum iure canonico & etiam civili quia naturalis ratio distat conseruationē vniuersi maxime speciei. Sed duellum tendit ad mortem, & ad anihilationem, ergo lege canonica & civili prohibitū est duellū vt in iuribus, supra allega. & C. de gladiatorij. l. i. Itē q̄a absurdissimum esset a fortitudine assumi iustitiam quod est delictorum occasio. Necesse fortitudo quę non est cū iustitia laudanda, ut in auc. vt om. obe. iudi. in prin. col. v. & ex hoc proueniunt corporū & etiam animarum pericula de tornea. c. i. & talis abusus est inprescriptibilis quia per id deus temptari videtur contra Euangeliū Mathei. iij. & Luce. iij. & de purga. vulga. c. fi. & per totum.

o. Iuramentū non est
deferendum in criminibus.

Post varendam reus ille suam p̄beat innocentia & c. o Iuramentum vero non est deferendum in causis criminalibus vbi requiruntur probationes luce clariores, vt in. c. vlt. de iur. iuran. cum concordan. ibi in glos. Tamē cōscientia bene probatur per iuramentū vt notatur de testi. p̄sentium, & de sen. ex com. si vero. Sicut & ignorantia, vt nota. de electi. c. innotuit, & eo. ti. c. vt circa li. vi. Et iuramentum non extenditur ad ea de quibus non est dictū vel cogitatum vel verisimile cogitari de iur. veniens & c. quanto, & c. quinta vallis. P Et in iuramento magis debet attendi animus q̄ verba. xi. q. iij. antecessor & ibi ar. Et est ex parte iurantis personale. C. de iur. iuran. propter calumni. l. principales. Sed ex parte eius cui iuratur est reale extra de dolo & contu. c. veritatis. xij. q. ij. lōginitate hoc est quod dicimus quod iuramentū transiit ad heredes recipientis non ad heredem iurantem, nec fortit̄ heres forum ex iuramento defuncti vt notat Ioan. An. in nouel. de foro. compe. c. vlti. li. vi. dic tamen quod iuramentum quantum ad spiritualitatem quę ei inest non transiit ad successorem iurantem, sed bene transiit quantum ad robur contractus. Nam ex persona heredis robur non mutatur.

p. In Iuramento magis
debet attendi animus
quam verba.

Vt sic deus eos adiuuet. & c. Cum aliqua iuramenta sunt contraria, necesse est sequi periurium quod iudex admittere non debet iuramenta etiam talia non confirmant ea quę de sui natura sunt illicita & quorū obseruātia immitunt peccatum alias sic de iure iur. ad nostram, & c. veniens. & c. quinta vallis & c. cum contingat cum similibus.

Glosa.

q. Priuilegium nuncupari
non potest nisi
aliquid specialis contineat.

Lex & cōstitutio p̄tens occasione duelli pro speciali iure Saxonibus data ac sancita est, q̄a alias priuilegium non esset q̄ cōstitutio etem quę nihil singularis aut specialis in se continet priuilegiū nuncupari nō potest nam priuile-

giū semper aliquid speciale habet, vt. iij. dist. c. priuilegia & extra de verb. signi. c. abbate, & ff. de legatis. iij. l. vxorem.

Duellariter alloqui in proposito agere in vitam ipsius dicitur, non tamen semper duellum alteri inferre admittitur nisi quando aliter damnum suum probare nō poterit, vt sic enim duellum iusto admittitur ex parte illius qui ius habet vnde duellum ^r ex legibus Romanis ortū habet, vt in sti. de here. quę ab ino testa. defer. §. per contrarium. ff. ad le. aquili. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. de re. iudi. l. commodis. ff. de his qui nota in fa. l. atletas. C. quę res pigno. obli. l. spem & ff. de dona. l. donationes.

r. Duellū ex legibus
ortum habet.

Dicere quis posset quod duellum non est singulare Saxonibus ipsis vt iam dictum est nā & in legibus admittitur. R. quod solis dumtaxat Saxonibus admissum est pro omnibus actionibus criminalibus duellum inferre. In legibus vero pro nulla alia causa duellū admittitur nisi cui obiectum sit super fraude imperij, vt. ff. ad le. aquili. l. qua actione. §. si quis in colluctatione, & C. ad le. lul. maiest. l. ij. Cōtra istam responsionem instare quis posset eā insufficientem allegando nam & secundū leges vt communiter pro omnibus actionibus criminalibus duellum admittitur, & ita non erit commune Saxonibus ipsis vt in li. feu. de pa. tenen. R. quod a tempore Caroli Imperatoris vsq̄ ad tēpora Frederici duellum fuerat speciale Saxonibus dūtaxat ipsis datum Fredericus vero ex iure priuato Saxonū statuit illud pro communi iure, & ita a tempore eius duellum commune esse cepit, vt in li. feu. de pace tenen.

Is iudicem petat. & c. doctrina ex isto elicitur quod quis iniuria vnus afficitur. Iudex tamen sui esse non debet, verum actionem iure prosequatur suam, si enim solus per se iniuriam iudicare velit, causam suam iustam, iniustam efficiet, vt in cōsti. frede. l. habita. col. x.

Vnde duellarit̄ alloqui volens aliquem tria in se habere debet. ^f Primo quod ille quē alloquitur sibi sit in generatione equalis. Secūdo quod illud faciat ante meridiem. ^t Tertio quod illas tres quērelas proponat vt textus habet, quodq̄ suus consanguineus nō sit, vnde ad id li. feu. de pace. tenen. §. ij. & §. rusticus de duello autem loqui parum vtilitatis est, ex consuetudine enim venit, & est deuentum ad testimonium septem virorum.

f. Duellariter alloqui
unus uolēs aliquem
tria in se ut habeat
necesse est.

t. Iur. Mu. ar. xxxv.

Dicere quis posset declarationem glosse sibi esse contrariam, dictum etenim est duellum esse cōmune, ita quod pro omnibus passim decernebatur iniurijs, iterum vero dicitur nō esse adeo commune ex consuetudine enim venit. R. nullam in eo esse cōtrarietate, duellum enim antehac commune fuit pro omnibus iniurijs post hac vero abrogatum nam & iustus q̄ndocq̄ duello vinci possit quare nō nisi in tribus admittit̄ casibus. v Primo occasiōe

u. Duellū nisi in tribus
admittitur casibus.

x. Nota quod iuramentū calumnie nō est usitatum iure saxonico, attamen cum actor proponit contra reum intelligitur habere causam et ita creditur sibi absq; iuramento qui si falsē accusat et non conuincat sustinet penā illam quam reus ferre cogetur, et hoc in criminalibus ubi reus innocens sit. Sed si respondens sit reus et possit actorem conuincere strepitu iuris ex industria sua non debet in eum extendi corporalis pena sed uerigeldo commendat et hoc cum pena et emenda iuxta causę exigentiam ut insti de pe. te. lit. §. i. et absoluitur respondens liber ab actore quod si actor conuincat respondentem et actor iniuste agat extunc contra actorem damnatio iterum sequitur xi. q. iij. nolite. Vide hoc idem li. seu. c. lxxviii. de iuramento calumnie uide infra li. iij. ar. xiiij. et lxxij.

y. Miles ciuis rusticus secundum sui statum diuerse unum conuincunt.

z. Concordat iur. mu. ar. xxxv.

a. Vide supra ar. l. et infra eo. ar. lxxix. iur. muni. ar. xxxviiij.

b. Textus antiquiores habent non oportet ipsum duellū inire

prede manifeste cum aliter contra predonem pbari nō poterit sicut hic et infra li. ij. ar. lxxij li. seu. de pace teren. §. ij. Tum etiā si quid fraudis contra imperium fecerit. Secundo occasione sententię coram imperio reprobate, ut supra ar. xviiij. et infra lib. ij. ar. iij. et ar. xij. §. viij. x. Tercio si mortuū quis pro uolentia inculpate velit, ut articulus sequens, et exinde liquet quod in certis casibus duellum abrogatum est in aliquibus vero admittitur, abrogationem enim iuris vitare debemus, ut in auten. qui mona. effi. sui. §. tribus, col. vi. quod autem duellum deuenit ad testimoniū septem uirorum est statutum Alberti imperatoris, et vocatur constitutio noua y et secundum eandem miles acquirit ferendarium potestq; se defendere prede sibi obiecte, et etiam conuincere predonem aut furem metertius, ciuis metquintus, rusticus simplex, metseptimus. Si uero reus testimonio septem uirorum sese defendere poterit propior est q̄ quod actor eum conuincere deberet, z quia ius in huiusmodi casibus fauorabilius est reo q̄ actori, ut ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. ff. de acci. et obli. l. Arrianus. ff. de peti. hec. l. nec vltima. C. de dona. inter. vir. et vxor. l. maritus.

Articulus LXIII.

Der simile a & eodem etiam modo mortuus si in rapina uel furto occiditur superari debet. Si uero septem uirorum testimonio mortuū actor conuincere poterit^b duello se presentare contra eum non tenetur. Qd si unus, quūq; ille sit ex mortui cognatis ipsum mortuū duello a reatu imposito excusare uoluerit ipse omne dirimit testimonium, mortuusq; si proscriptus non apparuerit sine duello nō condemnatur.

Glosa.

Per simile & eodem modo, &c. Erroneum est ut supra proximo articulo, & vide quod ibi scripsi & supra eodem li. ar. xviiij. et infra li. ij. ar. xij. cum similibus, et intellige quod est erroneum in ista parte qua actor approbat duellum, secus uero ubi admittit probationē. Et nota hic d quod statutū consuetudo & iuramentum non possunt quemquam astringere ad peccandum, & ideo talia super hoc dispoſitionia iura non valent, ut notatur de ver-

bo. signifi. constitutionem lib. vi. & ibi cōcor. et vide de delic. puero. c. si. i glo. et p. hostien.

Glosa.

Articulus iste immutatus est per constitutionem nouam Marchionis Ottonis, seu uerius per statutum Alberti Imperatoris ut predeceſſi articulo tactum est, ita quod malefactor cōuinci debet per testes sic scz quod miles cōuincere aliquē posset metertius, ciuis metquintus rusticus metseptimus & id i marchia seruabatur. Querere vnus possit ex quo quidem constitutio noua occasione huiusmodi probationis sancta fuit, an ius uel lex de qua articulus presens disponit robur & vigorem adhuc habeat. Quidam dicunt quod locū minime habet. Consuetudo etenim seu plebiscitum alicuius prouintię quę in usum uenit ius opprimere dicitur, huiusmodiq; consuetudo pro iure habetur, ut xi. dist. c. Ecclesiarum & ff. de iuris. om. iudi. l. i. & C. quę sit longa cōsuetudo. l. i. & ij. R. tamen & melius quod articulus presens in hunc diem locum habet non obstantibus constitutionibus in contrarium datis, cōsuetudines etenim ille locū habent in proscriptis & bannitis quę in aliquibus locis prouintię proscripti declarati sunt, cōuincuntur etenim iuxta constitutiones ut iam dictum est. Qui uero proscripti uel banniti non sunt, & ita nec conuicti, sicut in proposito, mortuus in furto uel rapina occisus, qui nec dum superatus est quare defendi contra accusatorem poterit, c nulli em facto credendū est nisi sufficiens appareat probatio. ut C. de accusa. & rescrip. l. si quis homicidij. Quod etiam cōstitutio illa nō contradicat articulo presenti qd q̄ accusatus defendi poterit ut iam dictū est, ex his liquet si etenim mortuus ut preactum est per testes defenderetur extunc liber dimitteretur mortuus, & actor homicida pronuntiabitur, quia qui mortuum uel vulneratū iudicio presentauerit si in querela deficit ut violator & homicida solus condemnatur, ut infra ar. lxxix. & C. de calumniato. l. vlti. Si ergo ita esse deberet quod mortuū isti defenderent actoremq; in uita cōuincerent esset contra ius Saxonici quod disponit, quod uidelicet qui uis propior est uitę, sanitatem, aut bona sua defendere, q̄ aliquis eū conuincere poterit, ut supra eo. li. ar. viij. xv. & xviiij. infra li. ij. ar. xxxvi. li. ij. ar. xxxviiij. Preterea fieri etiā posset si accusator ex odio aliquem occiderit & ultra id malefactum contra eum iuramento probare uellet, & per consequens mortuū (qui forsā innocens est excusareq; se nō potest conuincere, ut) de penis. l. qui sententiā Concluditur itaq; si nulla probatio sit, quod occisus proscriptus esset, duello pro ipso decertatur, si etenim id non esset, extunc septē testium iuramento ex cuiuscunq; parte siue sit actor siue reus producto uitam vnus aufeo

C. ARTICVLVS REPROBATUS Concordat infra li. ij. ar. lxxxviij. et lxxxviiij. iur. muni. ar. xxxviiij.

d. Statutum consuetudo et iuramentum non possunt unū astringere ad peccandum.

e. Facto credendum non est nisi appareat probatio.

a. Inter duo mala minus malum est eligendum.

tent f inter duo tamen mala minus malum est eligendum, vt. xiiij. dis. c. nerui testicularum. Sed istud minus malum est, quod duello decertet & statuam iustitiam suam in deum, q̄ quod ex iuramento vita vni auferetur, nec obstat qd occisor huic mortuo in iudicio aportato, fur tum predam vel aliqd aliud simile ad caput vel collu eius alligaret, per id pacis violatore eum probare volens, quia si eum interficere potuit, etiam potens erat in caput vel collum eius alligare quicquid voluit. Si proscrip̄tus non apparuerit. &c. ex isto sequitur vbi sufficiens probatio apparuerit, qd pro his duello decertare non oportet, & in eu sensum duellu per ius canonicum prohibet, ve extra de purga. vulga. per totum.

Articulus LXV

a. Vetusiores textus habent ita etiam conuincitur ad duellum receptus uel cui duellum illatum est, promiseritq; uel stipulatus fuerit cautionem interponens ut compareat et in termino non comparet assignato.

b. Textus uetusiores ita legunt passim uolatos res super quos esset actio pro uita uel sanitate si quis ad fideiusoriam receperit cosdem in termino limitato statuere promittens ad respondendum id non fecerit uel facere non uoluerit eorum reu compensam soluere tenentur non tamen p id iuri fideiusoris derogatur, uide ad hanc materiam Iur. Mu. ar. xxxi. glo.

c. Verigeldus quando exsoluitur.

d. Et sic solutio debiti probatur tribus testimoniis debitum autem post mortuam manu septem.

ET prout supradictu est uincitur etiam is cui in comprehensione duellum illatum est, & qui promisit, cautionemq; ad comparandum interposuit in terminis tamen non comparuerit sibi assignatis. In iudicio condemnatus si uitam aut malum redimat sine iure & infamis erit. *b* Qui etiam aliquem actionem iniuriarum passum iudicio exhibere promiserit quod si facere nequie rit cum suo absoluetur uerigeldo, & per hoc iuri non derogat suo. *c* Verigeldus post tres menses a tempore eius acquisitionis persoluetur. Omnia debita ante solutionis diem cui debentur licite persoluantur dummodo in eo loco fuerint soluta, a quo creditor ea secure deportare poterit. *d* Ipse autem soluens ad id testimonio indiget duorum uiro rum qui solutionem uiderunt, uel quod argento aut cum nummis usualibus debitum persolvere sese obtulit, quam solutionem creditor minus iuste acceptare recusauit.

Glosa.

Cum suo absoluetur uerigeldo. &c. Sic ergo proceditur contra fideiusso rem, vt si promissit sub certa poena illum exhibere agitur ad poenam promissam vt hic & infra li. ij. ar. iij. & li. iij. ar. ix. Et in terra Saxonie poena non potest esse incerta cum sit per iura municipalia taxata, & hec poena semper de iure comuni esset fisco applicanda, vt in. L. mulctatum. C. de modo mulcti. & hec vera quando fideius sor absq; dolo non exhibet. Si enim dolo facit quod reum non exhibet, tunc poterit fideius sor extraordinarie puniri vel ad reus re legari, vel fustibus affici, vel forte acius contra eum procedi, vt in. L. si quis reu, ff. de custo. & exhi. reo. & C. de fideius. & mandato. L. si baratorum & C. ad turpili. L. ij. Nec in causa criminali fideius sor admittitur pro defensione rei, quia ad crimen publici & priuati iudicii prosequendum frustra procurator interuenit preterq; pro illustri persona, vt. ff. de pub. iudi. L. penulti. §. ad crimen, & C. de iniur. L. si. Item quia sic puniretur qui non deliquit quod iura nolunt. C. de pe. L. sancimus. Non enim fideius sor qui reum non exhibet est occidendus. xxij. q. v. cum homo. In ciuili uero causa potest fideius sor reum defendere eius in se suscipien. iudicium, vt. C. de fideiusso. L. sancimus de his uide in spe. iij. par. titu. de accusati. §. sequitur ver. sed si dedit & sequen. Scias tamen fideiusso rem liberari lata sententia, vt in. L. greca. §. & post litrem. ff. de fideiusso. secundum Baldum.

Aut cum nummis usualibus debita absolue re prebuit. &c. *c* Hic & infra li. ij. ar. xi. tangitur aliquid de oblatione, que est interpretatio solutio, requiritur enim quod oblatio fiat congruo loco & tempore ubi debetur, & qd alius cui offertur non habeat impedimentu, quo minus recipere possit. C. de soluci. L. ob signatione, & ff. de solu. L. si soluturus, & ff. de pigno. L. creditor. Requiritur etiam quod pecunia ob signetur & sub sigillo in sacro recludatur & deponatur in eadem sacram, si is cui offertur recipere nolit, nec em prodest oblatio sine consignatione vel contra. C. de usuris. L. ij. & L. acceptam Item necesse est quod totum offeratur non pars. C. de solutio. L. ob signatioe, nisi ab initio ita conuenerit. ff. man. vel con. L. qui mutuam. §. i. Vel ubi non consistit nisi partem debiti. ff. si certum peti. L. quidam. Item necesse est quod deposita duret alias si offeres in proprios usus conuertat non est tutus. ff. de usuris. L. debitor, & C. de usuris. L. acceptam in fi. & uale oblatio si fiat bona fide & cum effectu p alium sicut dicimus in solutione vera. Nec obstat. ff. que in fraudem credi. L. ait pretor. §. illud, quia intelligitur quando verbo tantum fit oblatio & sic in fraudem, requiritur etiam quod fiat oblatio ei cui debetur, vel eo absente iudici, & si iudex deficiat tunc alijs honestis personis. C. de usuris. L. si creditrici. Non enim imputatur

c. De solutionis oblatione uide.

Speculi Saxonum Liber Primus.

mihī si non habeo cui solvam. ff. de fidei cōmiss. l. vlti. hec oblatio operatur vt debitor liberetur, quīs & pecunia amissa sit taliter deposita. ff. de arbi. l. arbi. & de postu. c. i. §. si pecunia in fi. Et hec vera quando debitū consistit in quantitate. Nam si species debetur tūc sufficit sola oblatio. ff. de soluti. l. qui de cem §. i. & l. si debitor, per interitum em rei quę debetur nulla mora p̄cedente contingit liberatio. ff. de solutio. l. verborū, & de verbo. obligatio. l. si ex lega. & l. nemo. §. i. Vi de etiam notata infra ad hanc materiam & l. mora. & in. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obligati. in reperto. per Bart. & Salice. Et licet petitio pecunię ante diem fieri nō potest, si tamē ante diem prestande pecunię agatur ex iusta causa ad interponendam cautio nem fiat ad hoc condemnatio, vt. l. in omni bus. ff. de iudi. & vide etiam ibidem glossam cum remiss.

Glosa.

Ex articulo p̄senti colligitur quod vbi usus faciens probatio apparuerit, duello decertare non est necesse prout & superius tactum est. P̄terea doctrina ex articulo isto datur f qd vnū lus ex alio trahitur, similesq; casus vno & eodem iure decidi possunt, vt. C. de vete. iur. enuclean. l. deo autore. §. nulla, hec tamē similitudo non plus durare aut valere potest nisi in quantū iure scripto confir mari poterit, vt. C. de vete. iur. enuclean. §. nulla. In iudicio condemnatus. &c. Contrariū istius videtur esse infra. li. ij. ar. xv. &c. tamen vt ibidem declaratum est, & C. ex qui. cau. inf. al. irroga. l. non, damnatos. Sine iure & infamis erit, &c. hoc intellige p̄ ut supra circa arti. li. interpretatum habetur. Qui etiam aliquem actionem iniuriarū passum, &c. dixerat siquidē superius de fideiussoria occasione pecuniarū bonorum mobilium hereditatum feudi, &c. hic tangitur de fideiussoria in actionibus criminalibus hoc est cū vnus fideiussoriam p̄stat pro aliquo contra quem querela in vitam vel sanitatem dirigit Vnde circa id notandū quod quīs fideiussorie seu stipulationes cōmuniter omes siue sint iudiciales, cautionales siue cōmunes iudicijs interponuntur, vt. ff. de preto. stipu. l. i. in principio, & insti. de interdi. Sunt tamen aliquę si deiussorie cautionales quę a iudicio naturā habēt, & illarū est quadruplex vtilitas. g Prima ad cauēdum pro futuro damno cū videlicet coram iudicio promittitur pro dāno si post hac euenerit, vt si vicinus tuus domum habes at ruinofam malam uel huic simile, ex qua timendum est de ruina domus tuę. Iudex tenetur providere cautionē de damno tuo vt. ff. de dam. infec. l. i. & l. dies cautioni. Secūda cautio quę ex iudicio venit est cum promittitur ad sistendum & parendū iuri, vt extra de do.

f. Similes casus uno & eodē decidi iure possunt.

B. Fideiussoria cautionalis utilitas.

lo. & contuma. c. actor. li. vi. & supra ar. lxi. li. ij. ar. xvij. C. de epis. & cleri. l. generaliter Iure nostro Saxonico huiusmodi cautio vocatur euictio seu potius varena vt supra ar. xlviij. ff. rem rat. habe. l. i. & l. procurator. §. si quis, supra eo li. ar. xlviij. Tertia cautio est quā tutores faciūt pupillis vt supra, ar. xxij. In autem, vt hi qui obli. §. si vero col. vi. C. de fideiuss. tuto. & curato. l. eligere. C. de contrario iudi. tute. l. si pater. h Quarta cū vnū cautione interposita coram iudicio sistere promiserit sicut hic in textu, & hoc contigit dupliciter, aliquando enim vnus fideiubetur occasione debiti, & vt sic fideiussor p̄ ipso respōdere potest & omne ius illius in auxilium desense accipere suę, si conuincatur soluere pro illo cogitur siue sit multū siue parū, vt infra li. ij. ar. ix. & x. C. de fideiuss. & manda. l. fideiussor, & ff. eo. ti. l. sicut reus. Aliquando vero fideiubet vnus alium contra quem actio criminalis instituitur, vt hic in textu, & vt sic fideiussor respondere pro ipso non cogitur, ex eo, quia ius ipsius sustinere eum non oportet, quare soluto verigeldo absoluitur i vt. C. de fideiuss. & man. l. sancimus, ff. de custo. & exhibe. reo. l. si quis reum. Et per hoc iuri non derogat suo, &c. etiam si ad fidem eundem sistere promiserit, sed nec ad vitam fideiussoris quicq; intentari debet, vt. C. de fideiuss. & man. l. sancimus, §. quod si. Vnde & circa id notandū specialiter k quod fideiussoria in criminalibus facilius est q̄ occasione debiti quia prima absoluitur verigeldo quę ad summū nisi ad decem octo talenta extenditur. Fideiussoria vero occasione debiti seu in actionibus civilibus sepius grauior sit, vt ex iam declaratis liquet. Vnde & doctrina iudicibus datur, l. Cauere enim iudex vnusquisq; debet, quod cum actio pernoctata non sit nullum ad fideiussoriam dare p̄sumat ne incurrat grauitatem aliquam. m Datur etiam & fideiussoribus alia doctrina quo pacto vnum cautione liberare debeant. Fideiussor etenim liberare per fideiussoriam alium quem volens iudicem adire debet p̄ primo pro secundo, & pro tertio per sententiam interrogare, ex quo quidē fideiussorem seu cautionariū p̄ homine detento sese prebet an ad fideiussoriam dari non debeat, interponatq; ibidem fideiussor solidum scabinalem. Si iudex dicat velle illum ad cautionem dare sub centum talentis. In contrariū fideiussor instare potest detentum viceversa statuere velle corā iudicio vel pati id quod ius dictauerit iterū instando an ad cautionem dari nō debeat, decernetur quod dari debet si ad maiore summam decernere fideiussoriam velit appellari poterit. Si vero secundū statutum verigeldū fideiussorq; decem octo talenta perdere voluerit eundem statuere non cogitur, dummodo in eius potestate non sit, vel eū p̄sentare nō possit &c. ¶ Verigeldus post tres menses, &c.

h. Fideiussorum differentia ac eorundē cautela.

i. Rationes vide in glossa infra ar. x. li. ij.

k. Fideiussoria in criminalibus facilius est q̄ in civilibus Concedat infra li. ij. ar. x. li. ij. ar. ix. iur. Mu. ar. xxvij.

l. Iudicium cautela.

m. Fideiussorum doctrina.

n. Debitum non nisi in eo loco exsoluitur ubi promissum est.

o. Iure saxonico defendendo iniuriam suam unus iurare potest sed non in damnum alterius.

p. Occasione debiti ex petiti triplex responsio.

q. Nota allegans solutionem illam probare debet hoc dicunt Mai deburgen. ucrum est si reus actori dicat factam solutionem, secus si tertio ut in addi. infra li. ij. ar. v.

r. Iuramentum debitoris non liberat fideiussores.

vt. C. de fideiuss. & man. L. sancimus. Omnia debita ante solutionis diem &c. vt C. de solu. L. oblatione, ita vt soluat in eo loco ubi obligatio facta sit ⁿ quemadmodum enim debitum soluere vnus non tenetur nisi in eo loco ubi solutionem promiserit, vt in fi. de acti. §. loco. Ita etiam debitor non absoluitur nisi soluat in illo loco ubi sese obligauerat, vt C. de solu. L. oblatione in fi. & ff. de fi. & man. L. fideiussor §. qui certo. Ipse autem solvens testimonio indiget duorum &c. Ex isto colligitur quod contra saxonem probatio per iuramentum venit prout & supra ar. xv. & xxij. tactum est. Vnde & communiter saxo iurare poterit cum sibi iniuriari vel damnum inferre quis velit ^o sed in damnum alterius ipse iurare non potest quia alter propior est sese expurgare, sicut & in proposito. Si alicui solutio debiti facta sit, illi vero admitteretur iuramentum quod nullam cepisset solutionem iuramento auferret pecuniam soluentis aliam enim facere cogere sibi solutionem quod fieri citra iustitiam non debet. **C** Nota quod ad querelam occasione debiti triplex inuenitur responsio **P** & vnaqueque speciale ius habet si dicis quod mihi nihil tenetis tibi iuramentum venit. **q** Si dicis quod te quitum & liberum ex huiusmodi debito feci ego contradico cum meo iuramento, si dicis quod soluisi, trium hominum venit iuramentum. **¶** Dicere vnus possit quod ista coinciderent in vnum videntur, quia si mihi soluisset vel te liberum dimiserim nihil mihi teneretis quare tutius esse respondentem cum vno iuramento absolui quam cum pluribus &c. quod non coincidunt signanter si fideiussores sint ^r dato enim quod tu iuraueris mihi nihil deberi per id fideiussores eliberare non poteris tuos quia illi adimplere tenentur, quod mihi sine dolo promiserunt, promissumque recognoscere sine conditione. Si vero solutionem probaueris per testes, fideiussores ipsos eliberas, vt in fi. de excepti. §. comparate, & infra li. ij. ar. lxxxv. fideiussores enim omnem defensam principalis in se actipere & ea vti possunt vt in fi. de replica. §. exceptiones. Vel debitum persolvere sese obtulit, vt. C. de solutionibus. L. oblatione & L. eum a quo

ptionis poterit testificari, attamen nulli sua uita propter eam proscriptionem aufertur ^b in qua non nominatim positus fuerat condemnatus. ^c Qui uitam aut manum liberauerit ei condennata infamis iudicetur.

b. Alij textus. habet, cum ex nomine proscriptus seu condemnatus non sit.

c. Paragraphus iste pertinet ad preecedentem articulum.

Glosa.

Qui in facto comprehensus fuerit, &c. Vnde etiam dicitur lex qui accusare volunt probationes habere debent. Actore enim non probante qui conuenitur, & si nihil presterit obtineat, vt in. L. qui accusare. C. de eden. Item alibi dicitur, Sciant cuncti accusatores eam rem se deferre debere in publicam notione que munita sit testibus idoneis, vel instructa aptissimis documentis vel iudicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita, vt in L. vlti. C. de proba. Item ad hoc concordat. C. coti. L. actor ubi dicitur actor quod asseuerat probare se non posse profitendo reum necessitate monstrandi contrarium non astringit cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. Item alibi cautetur ei incumbit probatio qui dicit non ei qui negat. ff. de proba. L. ij. Item dicit canon, non statim qui accusatur reus est sed qui conuincitur criminolus, vt. xv. q. viij. c. sciscitantibus. Qui vitam aut manum liberauerit, &c. Vnde dicit etiam lex imperialis non damnatos dumtaxat iniurie sed pactos quoque perpetui infamat editum, vt in. L. non damnatos. C. quibus ex causis alicui infamia irrogatur.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli nota ^d quod factum manuale dicitur quod in recenti patratum est, vt infra. li. ij. ar. xxxv. & in recenti querulatur in instanti iudicatur hoc est quod ille malefactor in instanti conuinci debet, quare nec ad cautionem dari vt supra dictum est & C. de custo. reo. L. in quacunq. ubi dicitur In quacunq. causa reo exhibito siue accusator existat siue eum publice sollicitudinis cura produxerit, statim debet questio fieri vt noxius puniatur, innocens vero absoluat. & c. ibidem vide super eo legem nobilissimam. Et septem virorum testimonia actor eum vincere debet. & c. hic clare apparet quod Saxo testimonio conuinci potest, propter excellum, qui corporaliter probari poterit. Probatioque huiusmodi in tantum valere, in quantum apud malefactorem res corporaliter inuenitur, vel in facto comprehensus sit, vel quia in fuga arreptus, vt. ff. de fur. L. fur est manifestus, & L. siue igitur, infra. li. ij. ar. xxxv. & lxxi. Quemadmodum & proscriptus superatur.

d. Manuale factum q. r.

Articulus LXVI



Qui in facto comprehensus fuerit criminali seu manuali statim debet iudicio presentari ^a & septem uirorum testimonio actor eum uincere debet quemadmodum & proscriptus superatur, si factum proscri-

a. Concordat Iur. Mu. ar. lxx. & Cxy.

*e. Proscriptus quō cō
uinatur*

&c. e Proscriptus etenim septem testimonio
vitorum conuincitur, vbi nō solum proscrip-
tio nominari debet, sed & factum proscrip-
tionis testificari oportet.

Querere vnus possit nonne sufficeret proscrip-
tionem solam probare, factum proscriptio-
nis omittēdo, nullus enim proscribitur nisi
si pro facto aliquo, & quod non sufficit. Ver-
um necesse est quod & factum illud probet.
Nam proscriptus vt cōmuniter proscribitur
propter id quia contumax fuit, iudicioq; cō-
patere spreuit & ita proscriptionē incidit, vt
C. quomo. & quan. iudex sen. profer. L. cessan-
te. Quare & actor contumaciam illam tū &
proscriptionē subsequēte testimonio septē
bannitorum aut aliorum ad ius pertinentiū
proborum hominū testificare tenetur, vt su-
pra ar. viij. & infra. li. iij. ar. lxxxviij. C. de ac-
cusa & inscrip. L. singuli, & alijs plerisq; ibi-
dem legibus.

In qua nō nominatim positus fuerat, &c. Cō-
trariū istius videtur esse supra ar. lxiij. Vbi di-
cebatur qui illate violentiē nescit autorem ip-
se eum nominet absolute. R. quod articulus
iste non contrariatur paragrapho allegato,
quia etsi quidem, vt ar. lxiij. disponit nomina-
ri potest absolute, præsens vero paragraphus
dicit, quod absolute nominatus in proscrip-
tione, vita tamen ei adimi nō poterit. Vide
etiam ad hanc materiam infra ar. xv. & C. ex
qui. cau. ali. infra. irroga. L. non damnatos.
Infamis iudicet. &c. hoc intellige, vt supra
circa articulū li. declaratum est.

Articulus. LXVII

*a. Textus vetustiores
habent quando con-
tra absentem sit que-
rela ad proximum a-
tari debet iudicium*

*b. Nota quod quis
ex beneficio huius iu-
ris, ter reus debeat a-
tari nihilominus si in
primo & secundo iu-
dicio contumax fue-
rit tenetur ad expen-
sas. L. sanamus. C. de
iudi. secundum docto-
& Iaso. L. qui ante
calendas. ff. de verbo.
obliga. vide etiā ad
hunc textū infra li.
iij. ar. xxxix. & li. ij.
ar. iij. ibi in continē*



Vi coram iudicio impe-
ditur^a præsensq; ibidem
nō fuerit vicinum ei iu-
diciū pro termino as-
signetur. Qui autem^b pro uiolētia
inculpatur ter citabitur datis sem-
per inducīs duarum hebdomada-
rū. Si uero bannitus inculpatus sit
itidem ter citabitur datis semper sex
septimanarum inducīs sub banno
imperij & ad legitimū locum iu-
dicialem. Qui tribus edictis citatus
non cōparuerit proscribetur^c pro
nulla tamē alia causa nisi quæ mor-
tem^d uel membri ammissionē infe-
rat proscribi poterit.

Glosa.

In textu duplex e actio tangitur civilis vides
licet & criminalis & secundū id etiam duplis
cestermini ad comparandū assignantur Cui
lis actio vt est occasiōe debitorum damni il-
lati. &c. terminusq; seu tempus in huiusmodi
actione datur ad proximū sequēs iudiciū.

Actio vero criminalis est cum quid in penam
querulatur, vt pro furto, praeda, homicidio,
incendio, & his similia, & in ista terminus as-
signat ad tres quindenā vt clare in textu ha-
betur, & C. de dila. L. siue pars.

Nota quod in actione criminali etia necessas
rio consideranda veniunt. f. Primo quod que-
relam cautione f. deiussoria ex utroq; inter-
poni oportet, vt supra ar. lxi. infra li. ij. ar. ix.
.C. qui acculare pos. L. q. crimen & ff. de ac-
cusa. & inscrip. L. si cui crimen. Secundo qd
in huiusmodi actione procedi non potest in
alieno iudicio nisi vbi commissum est nefas,
vel vbi domiciliū habeat ille contra quem
agere quis vult, vt supra ar. lx. vel respondeo
re ibidem fuerit stipulatus, vt infra li. iij. arti.
xxv. & C. vbi de crimi. agi oportet. L. questio-
nes. Tercio quod cum ad iudicem causa des-
lata est transigi vel ad concordiam venire nō
potest, accipiat vero si quis pecuniam ex cō-
cordia in causa huiusmodi, is redditur infamis
vt supra arti. xxxviij. & C. ex qui. cau. ali. in-
fra. irroga. L. non damnatos.

Ter citabitur datis semper inducīs. &c. Postq;
enim vnus contra alium conqueritur, assigna-
bitur sibi terminus iudicialis ad quindenā
Quindenā vero adueniente querela renouata,
iterum datur tempus ad quindenā & tandē
pro tertio. Si vero pro tertio termino non cō-
paruerit querela renouabitur, & accusatus tā-
dem proscribitur.

Si vero bannitus inculpatus sit, &c. Vnde si
contra bannitum seu scabinorum sede dignū
actio iniuriarū proponitur, ter triplicate gns-
dene seu triplices sex septimane terminus erit.
Ratio quia bannitorū prouincia est sedes sua
scabinalis, qui ergo eum accusat a sua prouin-
cia eum euocare & trahere dicitur, sed cuius
betali terminus datur ter sex septimane, hoc
& leges ipse admittunt, vt. C. de dilatiōibus.
.L. quoniam.

Dicere quis posset, hanc declarationem quā-
tum ad bannitos minime locum habere, nec
enim extra suam prouinciā euocari viden-
tur, nam coram proprio iudice & in suo loco
iudiciali accusantur. Quare nec tam lōgas in-
ducias ad respōdendū habere debent. R. qd
etsi quidem in suo iudicio contra bannitū que-
rulatur, quia tamē ille propter querelā assure-
gere & sedem suam scabinalem seu officiū de-
serere cogitur, quare ex sua prouincia trahi vi-
detur, vt. C. ne quis in sua causa ius. di. L. i. &
infra li. ij. ar. xij.

Qui tribus edictis citatus, &c. exinde patet
quod non propter querelam factam nec pro-
pter debitum sed propter contumaciam quia
videlicet non comparuit vnus proscribitur,

fateri debet uel nega-
re &c.

*c. Quæ autem quere-
la a cutim uel carne
dirigatur, vide infra
li. ij. ar. xij. & item li.
iij. ar. xij. De assigna-
tione uero termini ad
excusandū se super co-
cam quis inculpatur
vide infra li. ij. ar. lxxxij
Quo pacto uero in fa-
cto vnus conuinca-
tur vide supra co. lib.
ar. lxxvi. Quomodo au-
tem proscriptio testis
ficatur vide infra li.
iij. ar. lxxxviij.*

*d. Hoc est nullus pro-
scribi debet ex contu-
macia ut textus habet
nisi actio uel querela
in mortem uel mem-
bri ammissionem uero
gat.*

*e. Actio auilis & itē
criminalis q. t. Cōcor-
dat infra co. li. ar. lxxi
li. iij. ar. ix. tur. Mu. ar.
xvi. xviij. & lxxij. glo.*

*f. In actione criminali
tria consideranda.*

Et illa seruabit de
etor annum integrū
anteq̄ diuendat post
intromissionem uero
infra annum & diem
potest intromissioni
contradicere & pro
prium obtinere per
solutio debito & ius
ris impensis secundū
Maidebur. ut infra eo
li. ar. lxx.

a. Cōcordat Iur. Mu.
ar. lxxxix.

b. Textus uetustio
ris habent aut sane
guinolentum sec. rit
absq; carnis uulnere.

c. Q. d. tunc pās uis
plator collū demere
tur, cum uolentia in
manuali facto pro
bari possit, ut hic et
li. ij. ar. xxxvi. et xxx
vij.

d. Textus antiqui ha
bent cum uulneris
deatrice & uerbis
duellaribus potest u
nus alium ad duellū
prouocare.

e. Quod si uulnera
carnis fuerint manū
demeretur, ut infra
li. ij. ar. xij. & non
uitam, ut li. ij. ar. xvi
in fi. & li. ij. ar. xxx
vij.

f. Concordat Iur. mu.
ar. y.

Pro nulla tamen alia causa. &c. Si enim vnus
conqueratur occasione bonorum tribus vi
cibus, ex contumacia intromisso ei dabitur
& Si in debito pignoratō, ut infra eo. li. arti.
lxx. §. i. & ij. & ita, non proscribitur, ut. C. de
dote. L. finali, & Insti. de perpetu. & tempora,
acti. §. non autem.

Articulus LXVIII



Vi alium baculauerit^a
ita quod loca tumescant
lesa^b uel cuti eius cruen
tas scissuras sine carnis
uulnere imponerit, si hoc co
ram iudice præcone uel sculteto &
uillanis cum scissuris recētibus pro
ponetur, & si ille ad emendandum
uel ad excusandum se non præsentau
erit tempore deputato cum scissura
hac aut eius cicatrice^c in proscripti
onē condemnetur. ^d Cum interpo
sitione duellum uerborū potest q̄s
aliū capere ad duellum. ^e Sine
carnis uulneratiōe, ut percucien. tru
dendo & iactando & alijs diuersis
modis, potest etiam quis occidi aut
uulnerari in quibus perpetrans ma
nus uel uitæ suplicium incurrit aut
proscriptionem. Pro quacunq; cul
pa aliquis proscribitur si in ea pro
scriptiōe cōprehensus iudicio præsen
tat^f ultio suplicio subicit^f. si actor
factum & proscriptionem edocere
poterit. Si uero reus a proscriptione
se absoluerit & iudicio se uoluntarie
absq; detentione præsentauerit, ipse
iuris beneficia sentit quasi proscrip
tionem nunquam sustinisset.

Glosa.

Vel Sculteto & Villanis. &c. vide infra li. ij.
ar. xxxvij. & li. ij. ar. xvi.
Vel ad excusandum se non presentauerit. &c.
An autem contumacia sit crimen notatur in
repetitione, c. finem de do. & contu. circa ma

teriam rubrice quod scire est utile ibi vide, &
licet sententia super crimine lata est perpetua.
C. de penis. L. seruus. Secus tamen si super cō
tumacia, de constitu. c. ex literis.
Potest etiam quis occidi. &c. Nam appositio
ne occisorū continentur etiam qui per vim
qualitercunq; sunt interfecti puta iugulati,
strangulati saxo fuste aut lapide percussi vel
cum relo necati aut veneno extincti. ff. ad se
hatusconsultum Silla. L. i. §. occisorum. C. de
male & mathe. L. i. & ff. ad le. aquili. L. sed
et si quemcunq; & L. qua actione. §. occisum.
Pro quacunq; culpa. &c. & sic uidetur qd
proscriptus vel bannitus habet pro cōfessio
ne, sicut & alias haberi potest ex forma statuti.
Sed an ista ficta confessio infamat quod uide
tur, ut. C. de interdic. matri. L. si tutor. Sed
contrarium est verum quia ista ficta confessio
ex contumacia non infamat ob dictā. L. quia
ibi ex facto oriebatur fictio scz de cōfessio nō ex
cōtumacia de hoc per Bald. in addi. spe. ti. de
sen. proba.

Glosa.

Autōr priuilegij Ecke de Repkau hunc arti
culum posuit ad similitudinem cuiusdā spe
cialis querele, determinauerat etenim antehac
de querelis ciuilibus post modum uero de cri
minalibus, querela uero de qua articulus pre
sens, dicitur mixta hoc est quia hec est precise
ciuilis, nec per directum criminalis quē & in
legibus actio iniuriarum nuncupatur, ut. ff.
de iniur. & fa. libel. L. iniuria. Vnde pro intel
lectu textus clarior. h. Sciendum quod iniu
ria dicitur omne illud quod contra ius fit, vel
quod iure nō fit, hic autem iniuria proprie
accipit pro cōtumelia, ut. ff. de iniur. L. iniu
ria, & insti. eo. ti. §. generaliter.
Notandum præterea quod iniuria seu con
tumelia triplex inuenitur. Prima de honestas
& daminosa, ut si quis aliū tanq̄ debitorem
accusat, & pignorat, cum tamen sibi nihil de
beat vel teneatur, ut insti. de iniur. §. iniuria au
tem. k. Secūda de honestas & penalis, ut cū
quis percutitur vel alia simili iniuria afficitur
ut hic in textu & infra li. ij. arti. xvi. Tertia est
de honestas tantum sicut cū quis uerbis im
peritur inhonestis, ut. ff. eo. ti. L. i. & infra li. ij
ar. xvi. insti. eo. ti. §. i.

1. Huiusmodiq; iniurię itidem & actiones ea
rum cōmiscuntur adinuicem quia illud qd
est damnosum & de honestas, etiā sit penale.
Aut in corpore, aut in bonis, aut in honore.
Et itē illud quod est penale in his tribus enu
meratis, etiā est idānosum, & quemadmodū
causę huiusmodi quereelarum miscuntur ad
inuicem, ita & querele commisceri possunt,
sic uidelicet, quod quandoq; ciuilitate quans
doq; criminaliter institui poterint. Et quam
uis criminaliter quandoq; instituat, potest
ciuilis fieri, & hoc cum accusatus iudicio cō

g. Proscriptus an po
confesso habeatur.

h. Iniuria qd sit cō
tor lat. Iur. Mu. ar.
lxxxix. glo.

i. Iniuria seu cōtume
lia triplex inuenitur.

k. Cōcordat Iur. mu.
ar. lxxxix.

l. Actiones iniuriarū
& ciuilitate et crimi
naliter institui possūt

Speculi Saxonum Liber Primus.

paret absoluatq; se a facto cū multa & emēda & ita manet ciuis in statu suo, vt li.ij. ar. xvi. & xxx. & li.ij. ar. xlv. E diuerso etiam si actio ciuilitur instituitur, ita quod sine clamore iudicialiter proposita ad pecuniamq; taxa ta sit, ille vero venire aut iudicio constitui ne glexerit actio illa efficitur poenalis, & reus p scriberetur, & istud totum dependet in actore, qualiter querelā instituere vult, vt insti. de iniur. §. in summa, ff. eo. ti. L. constitutionibus. Intellige tamen aliquam contumeliam esse le uem & de ista loquitur hic, eandē actor quo modocunq; vult proponere potest, & sibi nō nisi sua cedit emenda.

Considerandum insuper ^m quod quedā sunt iniuriam augmentantia seu iniuria ipsa diuer sime adaugetur & extenditur videlicet ex facto vt cum quis alium vulnerauerit magis deliquit, q̄ si simplicibus & leuibus eundem percusserit verberibus. ⁿ Secundo locus facit atrociorē iniuriam vt si quis baculo per cussus fuerit in foro publico vel in Ecclesia, magis puniendus venit q̄ si priuatim hoc fecerit. Tercio ex parte psonę cui infertur, sicut si puer deliquerit in patrem, vel vilis perso na in magnificam. Quarto ex parte membri lesi vt si in oculum percusserit quis alium ma ior iniuria q̄ si in dorsum eundem verberaue rit, vt insti. de iniur. §. atrox & C. co. ti. L. iij. Attendendū præterea ^o quod querela huius modi iniuriarum quedā habet specialia. Pri mo iniuriam mulieri mihi desponsate illatam possum ego querulare eius pater & ipsa sola, infertur etenim iniuria nedum sibi soli sed & patri, & mihi viro suo, vt insti. eo. ti. §. patre, & ff. eo. ti. L. item, §. sponsum. Secundo iniu riam seu cōtumeliam mihi illatam, nec vxor nec pueri intentare possunt, ego enim illorū tutor sum & non econtra, vt insti. de iniur. §. patitur, & ff. eo. ti. L. quod si viro. P Tercio quia contumelia seu iniuria secundum perso nam nobiliorem vel viliorem rependi debet, facilius enim absoluitur in vilem personā de linquens q̄ si in nobilem vel magnificam per sonam deliquerit, emende etenim pro excessu sibus iuxta vniuscuiusq; generationem exols uuntur, vt infra li. iij. ar. xlv. & insti. de iniur. §. poena.

Circa id inter nonnullos qui articulum præ sentem lusq; Saxoniciū, tum & paragraphū allegatum insti. de iniur. §. poena, non intelli gunt. Quedam exoritur cōtrouersia Inuitē enim paratapho præfacto dicunt quod is q iniuriam vel contumeliā patitur, taxare can dem ad summam pecuniariam prout volues rit possit, & secundum quod taxauerit repen di eidem emenda deberet & hoc hisce ver bis. Domine iudex ego querelam instituo cō tra. N. quod ab ipso iniuria affectus sum ver beratus, vel fame meę bonę lenipendiū pas sus, quā & estimosēu taxo, ad decemōcto li bras. Accusatus tandē si recognoscat, actor taxatam emendam decemōcto libras expē

rat. Si vero negauerit iurare cogitur. Id tamē fieri minime debet, secūdum lus Saxoniciū. Emēda etenim vniuscuiusq; est statuta & de terminata nec aliam maiorem soluere oportet, nisi prout secūdum vniuscuiusq; genera tionem statuta est. Sed nec ius Imperiale, & præsertim parataphus allegatus Insti. de iniur. §. poena, discrepat in eo casu a iure Saxo nico, non enim intendit quod actor iniuriam sibi illatam querulans eandem præcise taxa re & decernere deberet. Verum estimare quō dem iniuriam sibi factam potest, in arbitrio ta men iudicis erit eandem vel decernere vel mi nuere si enim secundum voluntatem actoris estimatio iniurię sequi deberet, idem esset & actor & iudex quod fieri minime debet, vt. C. ne quis in sua causa ius sibi, di. L. i. hoc itē dem etiam euenit iure nostro, quod sententiā inueniē decernunt non secundum quod par tes optauerint, sed prout eis equum & iustū videbitur. Et quia iurē nostro Saxonico, vt supra tactum est, emende & poenę secundum vniuscuiusq; generationem taxatę sunt & sta tute. Quare de facili per iudicem inuenitur, vnde dato quod quis pro contumelia aliquā magnam summam, vtpote decemōcto li bras vñ simile in iudicio postularer, reus iusto iurare potest quod non demeruit tantum cō tra eum quod decemōcto libras soluere co geretur quia emenda secundum Saxones nō nisi ad triginta solidos extenditur, ^q & illa vo catur maxima emenda.

Pro quacunq; culpa, &c. Q. d. cōtumelia seu iniuria coram iudicio proposita magna siue parua siue vulnera sint liuida, siue sanguinosi lenta reus proscribitur, si emendare non vult nec iudicio comparer, dato quod querela in primis criminaliter instituta non sit nec in vi tam se extendebat, proscriptio tamen quę ppter id subsequuta est in vitam eius extendit, vt. ff. de iniurijs, L. prætor edixit, & insti. eo. ti. §. in summa, C. de bonis proscrip. & damna .L. si quis.

Si vero reus a proscriptiōe se absoluerit, &c. ad id vide, C. de sen. pas. & resti. L. casus. Quasi proscriptiōem nūquā sustinuerit, &c. Quia quod sibi proscriptio damni attulit, il lud gratia quod videlicet a proscriptiōe se liberauerat adimplet, vt infra li. ij. ar. iij. C. de sen. pas. & resti. L. vlti.

Articulus. LXIX



Vi etiam mortuū uul neratumue ^a comprehē dendo iudicio appule rit ^b & ipsum uiolatorē cise, cum duello uel sine duello su perare pretendat, si in hoc defecerit

^q. Maxima emēda ad triginta solidos exten ditur, concordat iur. Mu. ar. lxxxviij. Iudices tamen eb contumaciā & delictum inobediē tes punire possunt L. i. ff. si quis ius dice. nō obtem. & insti. de iniur. §. in summa, vide etiā ad id C. de modo multarum per totū.

^a. Hic locus est ubi iure saxonico habetur poena talionis.

^b. Concordat supra ar. l. & lxxij. iur. Mu. ar. xxxvij.

^m. Iniuriam augmē tantia.

ⁿ. Iniuriarum quere læ specialia.

^o. Iniuriā uxoris q̄ querulare potest.

P. Presentem articu lum confirmare uide tur lex xij. tabu. in hæc uerba defuncti iniuria non affiaunt tor, si iniuriā alteri faxit xxv. asses eris pene sunt, re. perso na, tēpore loco, atro aiores iniurię iudicā tor, hanc tamen le gem labeo iuriconsultus in libris quos xij. tabulis conscrip sit non probauit quandoquidem ab iniuria faciēda nemo etiam inops xxv. assi bus dederetur. Lus cijq; Nerarij facto huius legis iniquita tem ostendit qui os homis liberi manus sue palma uerbera re pro delectamento habuit, deinde seruo suo sequenti crumenā plenam assium por tantū iubebat secūdū xij. tabulas numeras re. Vnde postea secū dum eundem labeo nem prætores hanc legem abolēscere & relinqui censuerunt iniurijsq; estimandis recuperatores se da tuos edixerunt.

ipse met ut pacis uiolator condem-
netur.

Glosa.

*c. De poena talionis
uide supra ar. l. &
infra li. ij. ar. lxiiij. in
fi. glo. & ar. lxxi. in
textu & glo. fi.*

Qui etiam mortuum vulnerat. &c. *c.* Et sic
hic est casus ubi locum habet pena talionis.
Nam alias per statutum vel per consuetudinē
potest tolli inscriptio ad poenam talionis vi-
de in specu. de libel. cōcep. §. fi. post pri. & in
A. momentarie. C. unde vi secundum Bald.

Glosa.

Per constitutionem presentem precauetur ne
quis ex odio alicui iniuriatur, sed vel maxi-
me ne alium occidat, occisoq; crimen aliqd'
impingat, sed nec allegare debet aliquam ex
traneam causam & falsam ut condemnetur ali-
quis, quia alias peccare in eo dicitur. *d.* Ut in-
ueniens aliquem in lecto decumbentem cum
uxore parcentq; honestati uxoris dicit eū pre-
uentum in furto, & cōuincit eum, periturus ef-
ficet. Quia iurat & impingit sibi factū utpote
furtum quod tamē reus nō patrauit, ut supra
ar. lxij. & li. ij. ar. lxxxvij. & xxij. q. ij. c. ani-
maduertē. Immo & homicida efficitur, ut
xxij. q. v. c. de occidendis. Est etiam inuensor
veri & recti iudicii propter amorem conjugis
sue quod grauissimum peccatum est, ut xi. q.
ij. c. quatuor, & extra de reg. iur. c. vlti. li. vi.
Aduertendū etiam *c.* quod iudex vulnera-
to seu damnato aliam poenam decernere non
debet nisi a iure decretam, etiam si damnatus
petat f quia ut sic reus erit animę & sanguinis
eius, sanguinis quidē quia eum occidit & nō
sententia iudicii decreta, ut si decernatur rota
plecti, iudex caput amputare facit, iuste agit
non enim potestatem habet creaturam occide-
re dei, sed iudicio duntaxat ipso hęc facultas
data est, ut xxij. q. v. c. iudex. Monendi ergo
iudices veniūt ut non ex fauore vel odio sen-
tentias pronūctient penasq; a iure statutas ex-
cedere non debent, ut infra li. ij. ar. xij. C. de
pena iudi. qui. ma. iudi. l. de eo. & xi. q. ij. c.
nō licet. Animę vero ipsius reus erit quia qui
metu pœne aliam sibi eligit & petit mortē q̃
quod sibi decreta sit seipsum interficit, qui ve-
ro seipsum interficit inter damnatos compu-
tatur, ut xxij. q. v. c. placuit. Iudicis vero of-
ficiū est transgressores punire, ut salui fiant
nō ut cōdemnent, ut in autē. de man. princi.
Si in hoc defecerit. &c. Unde qui aliquem in-
terficit interfectumq; iudicio aportat si illum
non conuincit, ut homicida condemnatur,
notum enim est, quod ille cum interfecerit &
ita facto suo conuincitur ut textus habet, &
C. de calumnia. l. fallaciter, & l. quisquis, &
in li. seu. de pa. tenen. col. x.

*d. Adulterum prœuen-
iens apud uxore non
debet sibi furti impin-
gere crimen...*

*e. Iudex damnato aliā
nō debet infligere pœ-
nam nisi a iure decre-
tam.*

*f. Concordat infra li.
ij. ar. xij. Vnde ex
isto liquet quod iudex
non debet pœnam ius-
tis mitigare per L.
aut damnum §. proin-
de. ff. de pe. & L. et si
seuerior. C. ex qui. cau.
infra. irroga.*

*g. Alij addunt quæ si
bi diāt pertinere, prae-
sticam huus uide iur
Mu. ar. xxij. glo.*



Conqueratur aut si quis
tribus uicibus a sup bo-
nis ipse extunc mitetur
in possessionem corū/
dem b de qua eum eicere non cōce-
ditur nisi per iustam quærelam. Illi
autem inmissiōni potest alter utpo-
te eiectus in annali spacio contradi-
cere cum suo iuramento *c.* si ab eo
prædicta bona in tribus legitimis
terminis iudicialibus extunc proxi-
mis ab impeticiōibus defendantur.
Agatur autem actiōe debitorum
contra absentem & qui ad hoc iudi-
ciū non pertineat, ei ut infra quin-
denam persoluat uel iuri suo se ex-
cuset a iudiciaria autoritate denun-
ciatur, quod si nō fecerit pro debitis
debet pignorari *d.* & per tres quin-
denas pignus si postulet debet ac-
comodari, qd' si non postuletur ni-
hilominus per sex hebdomadas re-
seruabitur, & si infra hoc tempus se
ab actiōe nō absoluat, postmodū
se absolvere non ualebit nisi legitti-
me impediatur, pignus illud tandē
exponetur aut uendatur si pro debi-
tis non poterit obligari & si plus ua-
luerit reo reddatur. *e.* Si uero minus
iterum pignorando debita adimple-
antur, *f.* Contra quem actiō iniu-
riarum cum clamore iudiciario pro-
ponetur dum adhuc iniuria nō sit
pernoctata. *g.* Si actor septem uiro-
rum testimonio factum poterit cō-
probare statim reus proscribetur.
Si uero ordinarius extra suam dege-
rit iurisdictionem tunc actiōnem pre-
coni h in loco iudicis manifestet, &
quamcito iudex ingressus fuerit iu-
risdictionē, ipsum proscribet. *i.* Si ac-
tor actiōnem suam primo inchoatā
cum testibus manifestet.

*b. Concordat infra
li. ij. ar. xxij. & lxx
li. ij. ar. lxxxij. Iur.
Mu. ar. xxix. et. cxxx
ix clarius tamen ar.
Cxl. Vnde & accusa-
tus, fundum haredi-
tatesq; iacētes in an-
nali spatio libera-
re poterit, ut supra
ar. lxxij.*

*c. Id est oportebit ip-
sum bona illa per
omnia defendere et
proximis tribus iudi-
cijs oībus de se quæ-
rulantibus respon-
dere.*

*d. Hoc est pignus
debet dari ad fidei-
iussoriam creditori
ut illud denūciat tri-
bus uicibus de quin-
dena in quindenam.*

*e. Alij textus ha-
bent tocien pigno-
retur quoad debitiū
integre psoluitur.*

*f. Concordat infra.
li. ij. ar. lxij. & Iur.
muni. ar. xxxvi.*

*g. Secus si pernocta-
ta fuerit quia tunc
ad fideiussoriam da-
ri poterit.*

*h. Utilitas exinde
crit quia ut sic factū
nō crit pernoctatiū.*

*i. Textus uetustio-
res habent et si hoc
testari poterit pri-
mo die cū iudex ad
iurisdictionē uenerit
reus proscribetur
actiuiolētia codē die
contigisset.*

Glosa.

Conqueratur autem si quis tribus vicibus. &c. Vnde etiam dicit lex imperialis cōsentaneum iuri fuit temporibus ad presentiam partis aduersę prescriptis presidem prouintię impleta iuris solēnitare & aduersario tuo ternis literis, vel vno pro omnibus peremptorio edito vt presentiam sui faceret commonesacto si in eadem contumacia perseuerauerit presentis allegatiōes audire quod vel successor eius facere curabit, a quo ter citatus si contumaciter presentiam sui facere neglexerit, non abereit vel ad cogendum eum vt se representaret vel possessionem bonorum cui incumbit ad se transferre, & aduersarium petitem conſtituere, vel auditis defensionibus tuis id qd iuris ratio exegerit iudicare, vt in. L. consensaneum. C. quomo. & quan. iudi. Aut vendantur. &c. Et nota quod sententia p quā pronuntiantur bona rei conuenti debere vendi est interlocutoria non diffinitiuā, & ideo potest reuocari vbicunq; subest ratio nabilis causa, de verbo signifi. c. dilecto secū dum Inno.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli quedam ex ordine notanda veniunt. Primo quomodo bona alloqui debent. Secundo quę utilitas aut damnum ex alloquutione bonorum prouenit. Tertio vbi alloquutio huiusmodi fieri debet vt valeat. ^k Quantum ad primum bona tunc alloqui dicuntur quando tribus vicibus desuper querela fit vt hic in textu, & ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. pretor ait, nec is qui vt sic bona alloquitur damnum aliquod sustinet si postea repellatur dummodo violenter & cum iniuria se illis bonis non intromiserit vt supra. ar. liij.

Pro secundo ^l utilitas alloquutiōis est quod postq̄ actor ad possessionem bonorum etiā cum iniusta querela venerit, eundē eicere non licet nisi iure mediante, vt infra li. ij. ar. xxiiij. & ff. ne vis fiat ei q in posses. ea. L. pretor ait. §. hoc interdictum, & ff. de dam. infec. L. dies & ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. vlti. ^m Itē utilitas alia eiusdem est quod quicquid commodi nacta possessione ceperit siue ex prouentibus siue fructibus reddere non tenetur, dato quod ille viceversa possessionem ex eo lucretur, vt infra li. ij. ar. xliij. Si etiā quid pro melioratione bonorum impenderit restitutio si bi venit, vt ff. de bonis auto. iudi. posse. L. pretor ait, & extra vt lit. non contes. c. quoniā. n Pro tertio si alloquutio vel vindicatio bonorum valere debet, necesse est quod coram iudicio fiat, vt. C. vbi de crim. agi. oport. L. i. & C. vt nemi. li. si. iudi. autorita. L. sepe. Circa id sciendum si contingat re bona alteri dimittere vendere vel donare, vbi & vsucapio

desuper cessit, veniatq; vnus vel plures bona impetendo asserendoq; quod illorū sint bona huiusmodi, nō attentoq; iuris ordine eundem bonis spoliēt violenterq; ab eo auferant, istud promisso tuo nō nocebit, sed si impetitor ad iudiciū venerit cum querela illic emptorem varendare te oportebit si te ad varendationem vocauerit, primo enim tunc fit vera impeticio & non prius, vt infra li. iij. ar. iij. & C. de eden. L. edita. ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. i. Insti. de bono posses. §. vlti. extra de emp. & vendi. c. si. Vbi innuitur quod veditor de euictione non tenetur nisi lis mota ei denūtiatur.

Illi autē immissioni potest alter in annali spacio contradicere. &c. Intellige quod non simpliciter ille iurare debet verum iudicio comparere eum oportebit impedimentū seu necessitatem declarando, quor ad responsionē non venerit, si em extra iudiciū iurauerit, & tandem istum ex possessione eiciat iuri contradicere videbitur, vt infra in multis passibus, & ff. ne vis fiat ei qui in posses. L. pretor ait. §. hoc interdictum.

In annali spacio. &c. Quid si ille in possessionem missus, possideat sine contradictione vltra annum & diem ^o an possessionem prescribat, vel an ille alter bona huiusmodi iusto impetere possit, Intellige sub distinctione; distinctio etenim facilem rei intellectum prestat, quia vel illa bona quę in possessione habet sūt mobilia vel hereditas seu propriū vel feudū. Si sint mobilia & hoc dupliciter, quia vel intromittitur actor iure successionis hereditarie quod habere se dicit ad bona illa, & tunc intromissus prescribit anno & die contra aliu, vt supra ar. xxviii. Vel intromittitur ex iuridica sententia seu ex inchoatione actionis vigore arresti, & processus iuridici, & tunc ipso facto prescribit, vt infra li. ij. ar. xxxvi. et. xliij. supra ar. xxviii. Et hoc ex eo fit quia per sententiam & decretum sibi adiudicata sunt bona huiusmodi. P. Sententia autem rescindi nō debet, vt. C. sentē. rescin. nō pos. L. impetrata Si vero proprium sit siue hereditas, extunc heres qui iure hereditario intromittitur nō prescribit contra alium heredem nisi in triginta annis, & anno & die, vt supra eo. li. ar. xxix. & C. de sacrosan. Eccle. L. si. Si vero dixerit ille proprietatem sibi violenter acceptam, actorq; intromissus sit absq; responsione iuridica intromissioni huiusmodi poterit iste contradicere in annali spacio vt hic, & ff. ne vis fiat ei. L. ait pretor. §. hęc actio. Si vero feudū sit anno & die prescribetur, vt infra li. iij. arti. lxxxiiij.

Habita iam est sufficiens bonorum distinctio consideranda vltius sequitur distinctio personarum quę prescribi vel non prescribi possunt. ^q Vnde puer prescribi nō potest, nisi ad annos veniens tacuerit dato quod sententia de super lata sit, vt. C. si aduersus rem iudi. L. cū

^o. In possessione bonorum missus an prescribit & quam ato.

^p. Concordat infra li. ij. ar. iij.

^q. Qui prescribi vel nō prescribi possunt. Vide ad hunc passum iur. mu. ar. xxi. clarius vero ar. xxvi. glo.

^k. Bona quomodo alloqui dicuntur.

^l. Utilitas alloquutionis bonorum.

^m. Utilitas possessionis.

Melioratio.

ⁿ. Alloquutio vel uendicatio rei ut valeat quę requiruntur.

et minores. Item in militia existens etiam pre-
scribi non potest, immo contradicere poterit
omnium illorum quæ tempore cum in mi-
litia fuerit acta sunt, vt. C. de resti. mili. L. si
quid, & L. si cum. Preterea & ille cui negotiū
pertinet & qui contradicere deberet, sup ne-
gotio ignorauerit, postmodū contradicere po-
terit, vt. C. de iur. & fact. igno. L. error.

Agatur autem actione debitorum, &c. do-
ctrina per id datur, ne creditor debitum suū
a debitore vi extorqueat verum iure contra
eum agat vt insti. vi. bono, raptō, §. sed nedū,
& C. vnde vi. L. si quis in tantam.

Et qui ad hoc iudiciū non pertineant, &c.
Querere vnus possit, quomodo iudex demā
date potest illi qui ad iudiciū non perti-
net, quādoquidem sup obedientiæ nō subest,
nam nec suus iudex est, quare nec sententia la-
ta eum ligabit, vt. C. si a non compe. iudi. L.
si, & extra de consue. c. ad audientiam, & ex-
tra de offi. delega. c. cum super, & de iudici. c.
at si clerici & ij. q. i. c. in primis, & C. qui pro
sua iurisdici. L. in causarum, & xi. q. i. c. vlti.

¶. sub distinctione quod aliqui iuri obedire
tenentur quīs ad iudiciū pertinentes nō di-
cantur, vt sunt homines mercatores qui hinc
inde commercia habent. Isti etsi quidem ex de-
bito ad iudiciū vbi aduene sint pertinere mi-
nime dicuntur, citati tamen cōpatere eos oport-
et, quare & textus articuli sane intelligendus
est vbi dicitur qui ad iudiciū hoc non per-
tinet id est qui ad ius istud ex debito non tene-
tur, & non simpliciter qui ad ius non perti-
net quia vt sic esset falsum. Hoc etiam intelli-
gi debet de his qui in alia iurisdictione bo-
na habent, in alia vero pro debito conueniū-
tur, vt extra de foro competent. c. Romana.
Vnde & paragraphus iste ex sequenti textu
clarius intelligitur cum dicitur eidem iudicia-
ria auctoritate denūtiatur, hoc ideo fit quia
ex debito illi iudicio eū adesse nō oportuit,
& ita nec contumax pronūtiari debet si il-
lic nō adsit, denūtiabitur itaq; illi per iudi-
cem vt solutioni satisfaciatur vt textus habet.
¶ Nam nec sententia ligat aliquē nisi ille p̄-
sens sit contra quem fertur vel ex contuma-
cia si friuole nō compareret, vt. ij. q. ix. c. caue-
ant, C. de procura. L. quia absente, ff. de p̄-
nis. L. absentem.

Pro maiori huius declaratione nota ē quod
absentię quinq; sunt genera. Prima probabi-
lis & necessaria, vt in militia existens. Secūda
probabilis tantum sicut studiosorum. Tertia
necessaria tantū sicut in relegato vel proscrip-
to. Quarta voluntaria sine contumacia, vt
mercator in negociatione existens. Quinta per
contumaciā sicut qui ex proteruita iudici obe-
dire renuit, de his vide, ff. de restitutōe in in-
tegrum. L. vlti. In prima si fuit legitime de-
fensus admittitur ad appellandum, si nō sit
defensus legitime vel nullo modo defensus
restituatur ad totam causam. In secunda legiti-
me defensus ad nihilum, Non legitime de-

fensus vel nullo modo ad appellandum tan-
tum auditur iure suo, non per restitutionem.
Vbi nullum potuit relinquere procuratorem
vel relinquit sed mortuus sit in totū restitui-
tur. In tertia similiter si nō habuit procura-
torem, vel relinquit sed mortuus est per simi-
le vt in secunda. In quarta vbi nō contuma-
citer sed voluntarię abest nō dicitur restitui,
quia nec ledi per sententiam potest. In quin-
ta scz vbi contumaciter si est hūc contumax
auditur appellans, si verō contumax sit nō
auditur appellans, nisi veniat sedente iudice
pro tribunali, vnde verum contumacē dico,
quia aperte dicit se non venturum ad quem
sufficit vna nūntiatio. Fictum vero illum
intelligo qui inuenitur & dixit se venturum
vel nihil dixit nō tamen venit ad quem res-
quiritur trina denūntiatio, si autem nō in-
uenitur dicunt quidam nō posse fieri contu-
macem etiam si fite, de his abunde vide, ff. de
testi. in integ. L. vlti. in glo.

Nisi legitime impediatur, &c. de impedimē-
tis verō legalibus, vide infra li. ij. ar. vn.
Illud tandem exponatur aut vendatur, &c.
Istudq; iudex facere debet. Exinde sequitur
quod vnusquisq; se bonis suis contra credito-
rem tueri potest, quæ iudex vel diuender, &
creditorē contenter, x vel creditori p̄cise
dabuntur iuxta taxam iudicis, istudq; neces-
sario creditor pati tenetur, vt in autē. de fidei-
iur. §. ij. col. i. Y Vnde & si quidem in contras-
rium militare videtur infra articulus. xl. li. ij.
vbi dicitur, qui nummos soluere debet, si p
his pignora prebuerit per id liber nō fit. Tu
tamen articulum allegatum intellige vt ibi
in glossa declaratur, tueri enim se pignore po-
terit in defectu paratarum pecuniarū nec fidei-
fragus per id efficitur pecuniam promitten-
do, vt pignus aliud prester.

Contra quem actio iniuriarū, &c. dixerat sus-
perius de his qui pro debito iudicialiter accu-
santur quodq; terminus eis p̄figi debet nec
in instāti iudicari. In paragrapho presenti da-
tur item doctrina quod pro iniuria vel pace
fracta accusatus signanter cum factum sit ma-
nuale in instāti iudicari debet. Paragraphus
tamen iste ibi cum dicitur statim reus proscri-
betur contrariari videtur superioribus vbi di-
ctum est quod sententia contra absentem lata
nō valet nisi cōtumax sit. In proposito itaq;
vt sic proscriptis forsan ignorabat quod ac-
cusatus esset & ita contumax reputari nō de-
bet nec contra eum sententiari. ¶. quod pro
scribitur non propter contumaciā erga ius-
dicem luis enim precipit vt nemini nocere de-
beamus, vt insti. de iur. & iur. §. iuris. Sed q̄a
inobediens iuri fuit & ita reputatur, quod &
iudici inobediens sit, maius enim includit in
se minus, vt. ff. de reg. iur. L. in toto.

Cum testimonio factum poterit comproba-
re, &c. ita quod probatio illa sit sufficiens, vt
C. de iudi. L. iudices & L. placuit.

Statim reus proscribetur, &c. per id reicitur

tur id est q̄ ad iurisdic-
tionē eius cui negat
obsequi, pertinent. ff. de
re iudi. L. cōtumacia.

x. Cōcordat iur. Mu.
ar. xxvij.

Y. Mulierum p̄vō
gatuas attende mā-
gnas mulier enim da-
ri in carcerem nō
potest in causa aūili-
etiam criminali. C. de
custo. reo. L. ij. §. hō
die, unde si pro fisco
li uel priuato pulsea-
tur per uirū aut alia
um legitime respon-
deat, quod si nolue-
rit uel respondere uel
prosequi litem suam
legitime i rebus suis
is exequio procedat
si uero tale sit crimē
quod necesse est eam
custodiri si quidem
fideiussorem dari po-
test ipsi credatur, si
uero iurauerit fides-
iussorē dare nō pos-
se iuratoriam cautio-
nem p̄stet de ius-
dicij obseruatione,
sed si crimen grauius-
mum sit de quo accu-
satur in monasteriū
uel austerium mita-
tur uel mulieribus
tradatur per quas cu-
stodiatur. Iudices au-
tē qui hoc nō seruāt
si maiores sunt xx.
librarū auri p̄nam
soluāt, si minores de-
cem soluēt. Obedien-
tes aut eis in p̄dici-
tis casibus spoliati
angulo dēt in exili-
um Carcer mulierū
seperatus esse debet
a uiris, ibide uide qd
mulier p̄scribi nō
potest in iure suo q̄a
est sub tutela, etiā
puer, uide ad hunc
passum infra li. ij. ar.
xxij. glo.

¶. Vnde ad iudiciū
pertinentes dicuntur
qui ad iudicem citati
sunt uel alios citauē-
runt iur. Mu. ar. xlv.
feu. c. lxx. glo. Item ad
iudiciū pertinere di-
cuntur homines ome-
nes alicui iurisdictioni
subiecti qui ex debito
& necessitate iudicio
Burgrabij, sculten, uel
alterius iudicis inter-
esse coguntur & sub
ea significatione artis-
culus p̄sens intelli-
gi debet & supra ar. ij.
infra li. ij. ar. lxi.

¶. Concordat infra li.
ij. ar. xxiiij.

¶. Absentia quinq; ge-
nera. Concordat feu.
c. xxviii.

u. Contumacia eorum
qui ius dicenti non ob-
temperant litis dama-
no coeretur. Contu-
max est qui tribus
edictis propositis, uel
uno pro tribus quod
uulgo peremptorium
diatur, literis euoca-
tus p̄sentiam sui fa-
cere contēnit, p̄nam
tamen cōtumaciā nō
patitur quem aduersa
ualetudo uel maioris
cause occupatio de-
fendit. Contumaces
enim nō uidētur nisi
qui cum obedire de-
berent nō obsequan-

quorundam stultorum opinio qui dicunt quod terminus prefigi debet in diem tertium, & alias plerasque fictiones adinueniunt, textus etenim clarus est paragraphi presentis quod si actio non sit pernoctata in instanti accusatus iudicari debet. Pernoctata vero si sit ad quindenam terminus prefigi vel ad fideiussoria dari poterit, ut hic & C. de custo. reorū. l. in quacūq; C. Si vero ordinarius. & c. exinde non alia acquirat utilitatem, nisi quod actio pernoctata non erit, ex isto etiam sequitur quod prece se intromittere in iudicium non debet, quod terminare non posset sicut hic, & C. de pedaneis iudicibus. l. placet.

Articulus LXXI

Quando natus Gograuius, uel iudex ordinarius hoc est in feudatus aliquem proscripserit idque coram Comite attestando manifestet, ipse contra reum statim comitis inducit proscriptionem, & tandem Comitatus proscriptione imperii^b acquirit condemnationem.

Glosa.

Quando natus Gograuius. & c. hoc intellige in Comitatu, cum vero dicitur vel iudex in feudatus hoc fit in Marchionatu, & exinde sequitur, quod non nisi isti duo inferiores iudices proscriptionem inferiorem manifestare possunt ad superiores, Gograuius vero ad reus electus id facere minime potest, sed nec alium quem proscribere, ut supra ar. lviij. C. de pedaneis iudicibus. l. placet nobis. Si ergo nec minem proscribere potest, quare nec testimonium dare super proscriptione eandem ad superiorem iudicem deferendo.

Ipsa contra reum comitis inducit proscriptionem. & c. dictum est superius quid damni euenit huic qui per negligentiam non comparere postquam super bonis eius querela proponitur, tum etiam quid incommodi patitur criminally accusatus cum ex proteruita non comparere. Paragraphus iste declarare vult quid mali sustinet is qui ex negligentia proscriptionem tollerat, secundum leges etenim bona ipsius publicantur, ut C. de acquiren. re. l. vlti. Ratio istius est quia is qui in imperii proscriptionem incidit ad maiora artari non potest, nisi ut bona eius publicentur, ut C. de bonis proscriptorum & damna. l. deportari, secundum Saxones vero non pro omni proscriptione

vnus priuatur bonis sed duntaxat pro illa querela iam autoritate imperii confirmata sit, daturque in textu modus quomodo id fieri debeat, & dicit, postquam Gograuius hoc est iudex inferior comitis vnum proscripserit eundem superiori suo iudici hoc est comiti publicare debet, & c. ut textus habet.

Queritur si iudex in feudatus vnus iniuste proscribat an appellare possit nec ne. R. quod non. Qui enim per inobedientiam non comparuerit iudicio ut est in proposito, ille sententiam reprobare non potest nec in re spirituali nec civili, ut C. quorum appellatio non recipitur. l. i. & C. de iudicijs. l. properandum. §. cum autem hermodicium, Imperatio vero proscriptionis nis ad maiorem iudicem maius importat incommodum & damnum proscripto, & quanto ad superiorem deuenitur tanto maioris autoritatis est. Inconsulte ergo aliqui prouocant dicentes, quod qui proscriptus sit in vno loco, proscriptus haberi deberet in omni loco, erroneum enim id est, ut ex articulo presentis liquido apparet. Si enim proscriptus in vno loco, deberet esse proscriptus in omni loco, extunc proscriptio inferioris iudicis vel feudalis esset tantę efficaciei sicut proscriptio imperii ita quod ubique interfici posset, nacti enim testimonio inferioris iudicis super proscriptione alicuius, posset tandem in alia iurisdictione proscriptum insequi & contra eum agere, & per consequens ex officio eundem ad mortem inducere, quod fieri non debet, ut infra li. iij. ar. xxxiiij. Consilium itaque datur, quod iudex cum aliena vel extranea proscriptione vnum in suo iudicio conuincere non facile permittat, & qui secus facit homicida est, nam qui hic proscriptus est, in alia iurisdictione non dicitur proscriptus, ut infra li. iij. ar. xxij. Proscripio etenim est sententia quedam, sed sententia contra absentem lata non ligat, ut C. si a non compe. iudi. l. vlti. & extra de consue. ad audientiam. & ij. q. i. c. in primis. Vnde id quod hic dictum est intellige de proscriptione inferiorum iudicum, ad hanc materiam vide etiam. C. de pedaneis iudicibus. l. placet, & C. de offi. qui vices. alteri. iudi. obtin. l. in causa.

Pro intellectu clariori textus articuli presentis. Notandum quod contra contumacem proceditur duplici querela secundum quod etiam dupliciter inobedientia committitur. d. Primo proceditur contra contumacem querela civilis. Vocaturque ideo civilis quia tam actor quam respondens ante querelam in querela post querelam retinent possessionem & ciues manent, & qui ut sic inobediens est perdit causam, ut C. de iudi. l. properandum. §. cum autem hermodicium, in autem. de exhiben. & in introdu. re. §. si vero coll. v. ff. de re. iudi. l. contumacia. Alia est querela Criminalis que poenam expetit & vocatur ex eo criminalis quia contumax punitur, huiusmodi vero contumaces

c. Proscripserit iniuste an appellare potest.

a. Textus uetustiores habent Comes teneatur dictam proscriptionem sua sententia confirmare.

b. Concordat supra ar. xxxviij. & lxxviij. l. i. ar. y.

d. Querela duplex civilis & criminalis, concordat supra li. i. ar. xxvij. li. iij. ar. ix. l. i. ar. xvi. xxiij & lxxij. glo.

quandoque contumaces redduntur iudicio, vel iudici ipsi inobedientes, & hoc iterum dupliciter vel personaliter seu presencialiter, vel non presencialiter, si sunt inobedientes iudicio presencialiter iudicantur in penam, ut supra ar. xx. & infra li. ij. ar. xi. ff. de publi. iudi. L. inter accusatorem, & C. de accusa. L. accusationis. §. nemo tamen, & in auten. de man. princi. §. sed neq. coll. ij. Si vero est inobediens non presencialiter proscribitur, ut insti. de capi. diminu. §. minor & ff. ad. L. lul. pecu. L. ij. Quod si in eadem proscriptione perseveraverit, extunc inferior iudex in proscriptione comitis eundem inducet, Si nec istud iuvare voluerit in banum Imperatoris deveniet, Imperij vero bannum si anno & die tollerauerit bona sua confiscabuntur, ut supra ar. xxxvij. C. de bo. proscrip. & damna. L. si quis, & insti. de here. que ab intesta. defer. §. per contrarium & ff. de bo. damna. L. i. Et hoc coram comite attestando manifestet. & c. Istud vero actor cum literis inferioris iudicis superiori iudici oblatis probare poterit. Si vero inferior iudex sine actore testificare veller hoc facere potest oretenus & iurare superiori iudici illum esse proscriptum, ut eodentius illum in maiorem imponat proscriptionem, nam & oculatus iudex quilibet esse debet ne alicui in iudicio preiudicet, eadem enim hora qua iudex iudicium contra accusatum exercet etiam contra eundem in hanc vel in illam partem horribile dei extenditur iudicium, ut C. de iudi. L. rem non novā, & xi. q. ij. c. abijt ludas & xxij. q. v. c. caute. Insti. de obliga. que ex quasi delict. nascun. §. i. ff. de vari. & extra ordi. cogni. L. vlti. In auten. iustit. tan. quod prestatur ab his qui administra. accipi. §. iuro ego, coll. ij.

FINIS LIBRI PRIMI.

Articulus I

a. Concluditur ibidē quod pueri ex cōtra-
ctu sui patris atari
quidē possunt periur-
ri tamē non efficiun-
tur ex iuramēto pa-
tris eorum. Nullus. n.
periurus dicitur qui
non inrauit.

b. Principes duplices
Cōcordat supra li. i.
ar. iij. & infra li. iij.
ar. lviij. iur. Munia.
ar. viij.

c. Poena coniuratorū
si imperium non ex-
ceperint.

d. Libra auri quan-
tū ualeat, concordat
infra li. iij. ar. lxxv.

e. Solidus idest aure-
us à soliditate dictus
quia de solido auro
fit. C. de uete. numis.
L. i. Vnde solidi idest
aurei lxxij. constitu-
unt libram unā aue-
ri ut glo. habet et C.
de suscep. prepo. &
archa. L. quonēscūq;
Libra uero argenti
bis quinq; solidi idest
aurei. C. de argē. pre-
ao. L. iubemus. ibidē
etiam habetur quod
xx. libræ eris unus
aureus est.

f. Cōfederationes cō-
tra leges facte reuoc-
ende.

g. Conuenticula seu
coniurationes in aui-
tatibus uel inter ciui-
tates aut personas
omnibus & singulis
sub poena unus li-
bræ auri interdiciun-
tur. Itidem etiam ene-
ter mercatores con-
spiratio ne merces a-



Illustres & Spectabiles
personæ, ubi per Iusiu-
randum se cōfederauē-
runt uel inuicem conspi-
rauerint nisi imperiū excipiant cō-
tra imperij delinquent maiestatem.

Glosa.

Illustres & Spectabiles. & c. de iuramento uni-
uersitatis an transsit ad successores, vide in do-
minicali questione quæ incipit Bononiensis a &
est. xxxviiij. Vnde pro intellectu textus articu-
li presentis notandum venit quod Principes
sunt duplices, super illustres seu patricij dis-
ti, & sunt hi qui alios Principes feudales ha-
bent ut Insti. qui. mo. ius. pa. potes. §. filius fa-
miliæ, & in auten. de consti. quæ de digni. &
e. iij. §. quicquid coll. vi. ut sunt Electores Im-
perij. Alij sunt Illustres tantum qui & inferio-
res Principes vocant, ut in autē. ut ab illustri,
& qui super eam sunt digni. §. quæcūq; col. v.
Et Spectabiles personæ seu ut textus alij habet
domini. & c. per id intelliguntur omnes domi-
ni feudales qui vasallos habent, quilibet em
vasallum habens dominus dicitur respectu
sui vasalli, ut in auten. in constitutione Imper-
atoris Frederici. §. præterea.

Per iusiurandum cōfederauerint. & c. Sensus
articuli est. Quandoquēq; homines inter se cō-
spirauerint unus alteri auxilio fore Imperium
excipere debent, ut in auten. in constitutione
Imperatoris Frederici. §. illud quoq;. Quod
si non exceperint, ledere imperium dicuntur
ut textus habet & C. ad le. iul. maiest. L. si qs.
Queritur quæ pena contra huiusmodi cōiur-
atores statuta sit. R. sub distinctione vel in hu-
iusmodi coniuratione non excluditur imperi-
um propter obliuionem, extunc poena prin-
cipum est centū pondo seu libre auri d quæ
libet continens septuaginta duos denarios au-
reos. Quilibet uero denarius aureus valere
debet & solidum cōmuniter currentem. C. de
suscep. prepo. L. quocienscūq; & hoc intelli-
gitur si circa id in malum opinio quedam sit.
Si uero propter malitiam non excluditur im-
perium, demerentur vitam bona & honorē,
ut Insti. de here. quæ ab intesta. defer. §. per con-
tractum & C. ad le. iul. maiest. L. quisquis. ff.
co. ti. L. cuiusq; Sed et si quis pro illis interces-
serit infamis efficitur, ut C. eo. ti. L. quisquis.
§. deniq; huiusmodi uero conspiratores acti-
us puniuntur si contra imperiū aliquid fecer-
int, si contra personam Imperatoris. Imper-
ator enim interire potest non autem imperi-
um, ut C. ad. L. iul. maiesta. L. quisquis. f. Cō-

federationes uero huiusmodi inter Principes,
prouincias, ciuitates, si legibus contraueni-
ant seruari non debent nisi fiant propter pacē,
ut infra eo. li. ar. x. & in auten. de pa. tenen. §.
hac edictali & §. conuenticulas coll. x. & Nec
immemito Conspiratiōes etenim quæ indam-
num alicuius fiunt vel contra consuetudinem
seruari non oportet, ut. xxij. q. iij. c. si aliquid
Queritur hille qui iurat & non adimplet pro-
missum forsā propter id quia ius illud face-
re uerat an efficitur periurus neque. R. sub di-
stinctione quod periurium fit quadrupliciter.
Primo cum quis ignoranter pderat vel non
recte iurat putans illud uerum fore pro quo
iurauerit huiusmodi periuriū fore potest sine
peccato, ut. xxij. q. ij. c. beatus. Secūdo aliqui
iurant scienter false, & isti mortaliter peccant,
ut. xxij. q. ij. c. homines. Tercio quidam false
iurant ex insania, & istud periurium quādoq;
est mortale quādoq; ueriale, ut. xx. q. iij.
c. qui sacramēto, & xxv. dis. c. qualis. Quar-
to euenit periurium quando promissum vel
fides non seruatur, & est quādoq; peccatū,
ut. xxij. q. iij. c. si aliquid. Quādoq; uero nul-
lum peccatum est sicut in his quæ seruari non
oportet, ut. xxij. q. iij. c. in malis & C. de legi.
& consti. L. non dubium.

Queritur in quē peccatum periurij uergit, k
cum quis propter metum pene promissa ad-
implere non audet, an in iudicem qui penam
instituit vel in illum qui propter coactionem
non adimplet. R. quod coactio est duplex.
Quedam euenit ex uolentia, & isto modo q
alium ad periurium cogit est peior homici-
da quia homicida corpus quidem interficit,
iste uero animam ipsam occidit, ut. xxij. q. v.
c. ille qui. Alia coactio fit iure & hoc dupli-
citer, vno modo quando iudex cogit facere
aliquid ex officio ut cum decernit & iudicat
suspendere furem iste non peccat, ut. xxij. q.
v. c. de occidendis. Alio modo quando aliū
admittit ut iure suo, vel continuare & adim-
plere ius suum & non contradicit dato quod
sciat illum iniuste iurare nec ut sic peccat quia
iudicium permittit istum iurare & nō iudex,
ut. ij. q. v. per totū. Iudex etenim iudicare nō
debet secundum noticiam & scientiā suā, sed
secundum declarationem & allegata, ut. xv.
q. v. c. presbiter m & insti. de offici. iudi. §. su-
perest, & iij. q. vij. c. iudicet, & extra de offici.
ordi. c. i. in glo. C. de eden. L. qui accusare,

liter uenderent qui in-
ter eos pactum sit. C.
de monopo L. i.

h. Iurans & non ad-
implens forsā pro-
pter id quia leges il-
lud uerant an effia-
tur periurus.

i. Periurium contigit
quadrupliciter.

k. Peccatum periurij
in quem deriuatur.

l. Nota coactio est tri-
plex. Quedam est ti-
morosa & honesta.
Quedam est honesta
& deifica. Quedam
inhonesta & tamen
timorosa. Timorosa et
honestā est quæ im-
ponitur Christianis ut
secundū legem dei ui-
uant. Honestā & deifi-
ca ut est monacherū
& q se religioni tra-
dunt obedientiamq; p-
miserunt. Coactio uer-
o inhonesta & timo-
rosa ut quæ fit in uitā
alicuius uel quando
aliquis expellitur de
bonis seu. c. xxxix.

m. Ibidem in glosa no-
tatur quod presbyter
sciens aliquem in mor-
tali peccato eidem cō-
cedere eucharistiā de-
bet, ut de cōsecra. dist.
ij. nō prohibeat. Item
cum Episcopus iure
suo utatur si quid ma-
li inde accadat ei non
est imputandum, ut
xxij. q. v. c. de occiden-
dis. Vnde et si quis ad
instantiā Episcopi ius-
ret non tamen Episco-
pus eū cogere dicitur
ad periurium sed Cas-
non, unde ad obuiatū-
dum malo periurij uel
ille debet secreto amon-

Articulus. II



Negligat si comes a unū
iudiciale terminū illū
solum perdit actor. Si
uero plures in actione
iniuriarū per eum negligatur acti-

neri ut nō permittat
cum iurare uel quod
declaret cū fore pro
bum apud Episcopū
anteq̃ false iurauerit
alij dicūt quod simpli
āter audiendus est.

^a. Nomine Comitis iu
dex quilibet intelligi
tur in proposito.

^b. Si uero anno &
die non possederit in
instanti respondere te
nebitur, ut infra li. iij.
ar. xxxviij.

tionem de nouo incipere necessari
um est. Agat si quis contra præsē
tē pro feudo aut proprietate^b quæ
fide bona possidet ipseq; si dixerit
propter hoc sibi terminum non esse
prius assignatum, usq; ad proximū
iudicium inducietur, hoc est proxi
mum sibi iudicium assignabitur. In
secūda uero actione si legitimo ad
ueniente iudicio induciarum gratiā
pecierit hoc ei erit concedendū, po
stea tandem respondebit.

Glosa.

Agat autem quis contra præsētem. &c. di
cunt quidam quod qui uolunt alium conue
nire, primo sibi debent denūciare. Arg. ff. de
serui. predi. vrba. L. quidā. Sed dic quod ho
die sit ex urbanitate, & non ex necessitate, ut
notatur Insti. de acti. §. appellamus.

Glosa.

Negligat si Comes. &c. Sensus articuli præsē
tis quod comite absente actor non poterit
querelam facere prout sibi expediret & ita
illud duntaxat perdit quod uidelicet quæ
rēla facere non potest. Sicut si ante quindenā
querelam instituisses & hodie adueniente quin
dena iterum querulari deberes. Comesq; illo
tempore non adsit qui iudicio presideat, & ita
iudicium negligatur, cogeris iterum querula
ri post quindenā & illud spacium erit quā
tuor septimanarū ab institutione primæ quæ
rēle & nihil plus amittis nisi illos inter me
dios quatuordecim dies. Si uero plures ne
gligat terminos iudiciales ut textus habet quæ
relam de nouo instituere necesse est. ^c Nulla
enim querela esse potest ubi iudex præsens nō
est, ut. iij. q. iij. c. i. & extra de verbo. signifi.
.c. forus.

Queritur cum ut sic per inceptam querelam
bona impetuntur seu alloquūtur, an illud ve
ra impetitio dici possit nec ne. Quidam dicūt
quod non, opinionem fundātes suam super.
L. res. C. de litis contestatione. Vbi dicitur res
in iudicium deducta non uidetur, si tantum
postulatio simplex celebrata sit, vel actionis
species ante iudicium reo cognita, inter litem
enim contestatā & actionem editam permul
tum interest. Lis enim tum uidetur contestata
cum iude per narrationem negotij causam
audire cep. sit. Sequitur ergo per modū epis
logi quod quāuis negotium sit coram iudice
propositum non statim tamen sit litis. conte
statio, nec enim postulatio nec libelli edicio,

aut debiti petitio faciunt litis contestationē,
sed narratio cum contradictione, ita in pro
posito uidetur quod non sit vera alloquutio
hoc tamen intentionis non est nosire, nam ut
sic tempus prescriptionis continuaretur ad
huc contra actorem. Aliter itaq; sciendū,
quod statim postq̃ iudicialiter querela propo
sita sit etiam si nō adsit qui illud defendat hoc
est quod se negligat, bona illa impeti vel allo
qui dicuntur, nisi forsan respondens de quæ
rela nesciat, ut. ff. de vsuca. L. in vsucapioni
bus. Ad legem uero allegatā pro prima opi
nionē ubi dicebatur quod nec postulatio nec
libelli edicio aut debiti petitio. sed sola narra
tio cum contradictione litis contestationē fac
cit. Intellige quod ibi loquitur de allocutioe
quæ efficiat ut bonorum possessor bona illa
non prescribat vel vsucapiat.

Agat si quis contra præsētem, &c. Ratio au
tem quur respōdenti terminus ultior ad res
pondendum prefigitur est, ut se ad respon
sionem recolligat & premeditet, actor siquē
dem satis antehac ad querelam instituendam
deliberauerat, ^d reo enim licere debet quod
& actori, ut. ff. de reg. iur. L. non debet, & ff.
de eden. L. i. §. i. Terminusq; seu dilatio ad res
pondendum reo secundum Saxones datur
ad bina proxima iudicia. Secundum uero ca
nones & leges dantur. xx. dies, ut. iij. q. iij. c. in
ducie, §. offeratur, & in auten. de exhiben. & in
trodu. re. §. sancimus, coll. v. & hoc ex eo fit,
quia Saxones habent determinata tempora
iudiciorum, Legiste uero & Canoniste non.
^e Vnde nec iudex abbreuiare potest dilationem
reo, quia nulli debet minuire gratiam vel be
neficium iuris debet in auten. consti. quæ de di
gni. §. illud, coll. vi. & ff. de re iudi. L. iij. §. si
quis. In contrarium aliquē licet sciunt leges
ut. ff. de iudi. L. nonnunq̃, & ff. de re iudi. L.
ij. & tamen non obstantibus legibus allega
tis quod terminus prefigi debet, ut in auten.
de iudicibus. §. oportet in fi. coll. vi. Vel dic
quod leges primum allegate dicunt terminū
esse prefigendum, leges uero ultimo intro
ducte sciunt quod terminus prefigi non de
bet, intellige nisi expetatur a parte & hoc etiā
articulus circa finem innuere uult cum dicit,
In secūda uero actiōe si inducias pecierit hoc
erit ei concedendum, alias si uelit respondere
in instanti poterit, ^f actori uero dilatio non
datur, ut. C. de dilationibus. L. si quando, ac
tor enim premeditatus in querela esse debet,
ut. iij. q. iij. c. inducie, §. spacium.

^d. Reo licere debet
quod & actori con
cordat supra. li. i. ar.
xv.

^c. Dilatio reo da
tur ad deliberandū
quæ nec potest abre
uiari.

^f. Actori dilatio nō
datur.

^a. Duellum indicare
uel duellariter pro
uocare, non est aliud
in proposito nisi cri
minaliter uel pœnas
liter querulari, con
cordat infra. li. iij. ar.
xxvi. & xxxv. Iur.
mu. ar. xxxij. et. xxxij

Articulus. III.

Indicetur si cui duellum qui ex
abrupto & non præcustoditus
uenerat nec sibi propter hoc ter
minus fuerat assignatus ipse si in/

^c. Querela nulla si
ne iudice esse potest.

Speculi Saxonum Liber Secundus.

ducias desiderat secundum sui generationem habebit, non tamen antea nisi postquam duellum fuerit stipulatum idest compromissum. Sex septimana-
narum inducie bannitis. Alijs uero utpote ministris uel alijs liberis quidam decem dies largiuntur. ¶ In qualibet alia actione cum quis accusatus fuerit in continenti fateri debet uel negare.

Glosa.

Ipse si inducias desiderat. &c. Et pendente dilacione conquiescit iudicis officium nisi partes consenciant. C. de dilationibus in plerisque legibus, & notatur in c. signanter de appella.

Glosa.

Articulus presens disponit de termino assignando, si cui duellum ex improviso indictum sit. Quomodo autem duellum indicitur videtur de supra, li. i. ar. lxiij. Unde sensus articuli est ibi cum dicitur, qui ex obrupto & non precustoditus venerat, hoc est dato quod ibi presens adest, dato etiam quod in alia causa ibi compareat, si eo inprecustodito aliquis duellum eundem alloqui uellet, terminus sibi assignari debet secundum sui generationem, Nec obstat si quis forsan dicere uellet quod iudex ad duellum unicuique apparamenta ministrat, ut supra li. i. ar. lxiij. quare non necessarium ad duellum prouocato ulterius datur terminus. Tu tamen responde quod etsi quidem iudex subministrat clipeum & gladium duellum decertanti, ultra id tamen necessario alia apparamenta habere debet, quare dilatio sibi datur ut textus habet.

Cui etiam propter hoc non fuerat terminus assignatus. &c. dato etiam quod in alia causa terminum habeat prefixum & in eo prouidetur sibi ne ab aduersario facile obruatur, cui libet enim astucie per ius obuiatur, sicut & morbis per medicamenta, ut in auten, hęc constitutio innouat constitutionem, §. quot medicamenta, coll. viij.

Secundum sui generationem. &c. huic parographo contrariari uidetur. c. erit autem, dist. iij. ubi dicitur quod ius debet esse quale diuiti & pauperi, si ergo bannitus uel nobilis longiores haberet inducias in duello sibi indicto, quam simplex homo ius non inferiret & que pauperi sicut diuiti. Pro intellectu istius nota quod leges sunt duplices. Communes videlicet & iste debent esse per equum omnibus communes. Et priuilegiata que videlicet certis personis causa honoris statute sunt, huius-

modique persone specialibus priuilegijs eximuntur & preferuntur alijs, ut. C. de officio. diuerso. iudi. l. i. §. & iij. & in auten. ut ab illustribus. §. quęcunq; coll. v. ubi multe nobilium personarum declarantur prerogatiue.

Non tamen antea nisi postquam duellum fuerit stipulatum. &c. Contrarium istius sentire videtur articulus. lxi. supra li. i. ubi dicitur quod nullus actor cautionem interponere tenetur nisi ad agendum alius sibi prefigatur terminus. Hic vero dicit quod non antea inducie dantur nisi postquam duellum fuerit stipulatum. R. quod unum non contradicit alteri, superius enim in articulo allegato intelligere uult de actore ipso ut ex verbis ipsis cognoscere licet. Articulus vero presens de respondente ipso disponit.

¶ Querere unus possit an sufficiat huic quod duellum prouocatus sit promissio sese sistendi pro termino deputato. R. quod non sufficit sed requiritur cautio fideiussoria, ut supra li. i. ar. lxi. Quid si hereditatem seu proprium ibidem habuerit. R. quod si tantum proprietas etatis habet quantum eius verigeldus sit, cautionem statuere non tenetur, ut infra co. ti. ar. v. & in eo prerogatiuam habet, ut. C. de offi. pretoris. l. iij. c. Quod si nec proprium nec fideiussores habeat. R. quod iudiciaria potestas eundem detinebit, non tamen duro & tenebroso carcere detineri debet, sed nec lecti in corpore membris uel sensibus aliquibus, nec catenis dure arceatur, ut exinde pedes ledantur, ut. C. de custio. reo. l. in quacumq;.

In qualibet alia actione. &c. in eo casu ius nostrum Saxonicum cum iure communi & imperiali discrepat, ibi enim datur terminus ad premeditandum, porrigiturque in scripto causa pro qua impetitur, ut extra de libelli oblatione. c. i. §. de verbo. signifi. c. sepe. in Cle. in glo. daturque dilatio. xx. dierum, ut. iij. q. iij. c. inducie. §. offeratur, & in auten. de exhiben. & introdu. re. §. sancimus, coll. v. hic vero dicit quod in omni alia actione extra duellum ex improviso indictum, excepto etiam si comes uel iudex presens non sit, in continenti fateri uel negare debet. R. quod unum non contrariatur alteri & nam & secundum leges sunt certi casus in quibus etiam reo ad premeditandum nulla dilatio datur. Primo cum sunt breues lites uel inter personas pauperes & viles patueque conditionis cognoscere illas statim oportet absque aliqua expensa, ut. C. de sen. ex pericu. recitan. l. nisi breues. Ex quo itaque iure Saxonico responsio quęlibet brevis est, quia sistit in recognoscendo uel negando, quare nec indiget dilationis termino. e Secundo cum Episcopus sui iudicii subiectos iudicat, ut in auten. ut cleri. apud proprii. Epif. §. i. coll. vi. & hoc ex eo, quia controuersia & negotium est illis notum. Ex quo itaque negocia iuris Saxonicę ex querela et responsione nota appareant quare dilatio termini nulla datur. Tercio cum agitur contra illos qui pecora ex stabulis suis

c. Cõcordat iur. m. ar. xxvij.

d. Cause in quibus reo etiam secundum leges ad premeditandum dilatio non datur.

e. Iure etiam seu. c. lxxv certi habentur casus, ubi reo dilatio ad respondendum non datur. Primo cum negotium in nostra recognitione stat, hoc est cum ad recognitionem datur ibi dilatio non admittitur sed recognoscere uel negare cum oportet alias causas ibidem uide quę cõcordant præci se in forma cum glossa presentia.

b. Iura nobilium et plebeiorum quoadque discrepant.

ratur. ff. de abigeis. l. i. & C. eo. ti. l. i. Quarto cum agitur contra suspectos tutores vt. ff. de suspect. tuto. l. iij. §. non tantum. Quinto cum agitur in causa manualis facti, vt supra. li. i. ar. lxxvi. & C. de accusationibus. l. ea quidem. Sexto cum agitur occasione penalis negocij sicut cum quis baculo percussus sit, vt. ff. de accusa. l. leuia. Septimo cum iudicatur super falsificatione literarum scribentium vel portantium, vel contra falsos testes, vt. C. de proba. l. vlti. & C. de testi. l. nullum. In continenti fateri vel negare debet, intellige tamen quod reus super propositione actoris iure sese defendere potest, quod utiq; dilator nem etsi non longam habebit sicut si occasio ne debiti eum impetat interrogare eum potest, vnde debitum illud veniat, vt infra li. iij. ar. xli. in fi. & extra de libel. obla. c. ij. Ex indeq; dignoscere vnus poterit si negare vel affirmare debeat, vt. ff. de eden. l. i.

Articulus III.

Qui se a proscriptione exuere uoluerit, iudex si requisitus sit, ad comparandum ei a pacem debet pronuntiare ut tuto iudicio comparere possit, postq; sese ut sic iuramento expurgauerit^b iudex & populus uerbis & digittis eum absoluerere debebunt quemadmodum eum proscriptioni incluserant, si conetur eum quis indebite impedire & ipse sese iureiurando a proscriptione liberauerit ulterius proscriptus non est reputandus, paxq; sibi indicetur fideiussoresq; tandem idem ponat, ut in tribus sequentibus iudicijs se præbeat responsurum si quis ab eo quicq; expetat. Si uero in his tribus terminis eum nemo inculpauerit ab actione sententialitet absoluetur. Exuere autem se quis a proscriptione in absentia actoris etsi promittat fideiussoresq; ad comparen statuat & non comparet, rem stipulatam non actor sed iudex tollit. i. poena iudicii cedit non actori si eum secundo pro-

scribat sicut de iure facere tenetur.

Glosa.

Qui se a proscriptione exuere uoluerit, &c. Et sic patet quod sententia proscriptionis seu banni potest retractari, & reuocari sicut sententia mulctæ quia est interloquutiua de hoc per Baldum in addi. ape. de senten. prola. Ei debet pacem pronuntiare, &c. & sic etiam dicit Dinus in. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. Prestare debet securitatem barrito pro communi quod non offendatur donec inchoata accusatio sit finita contra eum. Prosriptus est reputandus, &c. Bannum em generale vel speciale inordinate vel sine causa factum vel datum alicui non habet vim legis nec sententiæ nec interloquutiue, neq; diffinitive, C. comina. episto. l. programma & notat di. in. l. iij. ff. de re iudi. hoc etiam sciās quod bannitus semel sepius banniri pot ob diuersa crimina & citabitur ubi consueuit habitare vt in specu. de accus. §. sequitur vers. quid si bannitus.

Glosa.

In articulo presentitria ex ordine documenta ponuntur. Primum quo pacto ille qui iniuste proscriptus sit a proscriptione sese liberauerit debet ille etenim qui pro uolentia accusatur in instanti proscribitur anteq; negotiū pernoctetur, vt supra. li. i. ar. lxx. §. iij. d. Et quia quandoq; euenit quod actor iniuste vnū accusat testesq; minus iuste testificantur vnde ex male informatis iniuste vnus iudicatur citra tamē culpam iudicis, vt Insti. de obliga. que ex quasi delict. nascun. §. si iudex. Ad cbiuian dū itaq; huic malo est articulus presens, qd ille qui se iniuste proscriptum nouerit procedere debet vt textus habet sed & a proscriptione liberari, vt. C. de custo. re. l. i.

Nec obstat si quis dicere velit proscriptus est per sententiam proscriptus. Sententia aut rescindi non debet, vt. C. senten. rescin. non poss. l. i. Etiam si imperator literis demandet. Iudex minime sibi in eo obedire debet, vt. C. eo. ti. l. vlti. R. quod ibi loquitur de sententijs legitime latis sed quia iste iniuste fuit proscriptus & ita sententia nulla, nec habuit vim legis nec sententiæ interloquutiue nec diffinitive. Sed fuit iniustum quid, & ita illud iniustum hic reuocabitur & non sententia, vt in auten. hec constitutio innouat consti. §. i. coll. viij. & C. de re. iudi. & effect. sen. l. i. & ff. eo. ti. l. si se. §. condemnatum, hoc modo etiam intelligi debet illud quod in Euangelio legitur f quicquid apostolicus ligauerit hoc erit ligatum, hoc verum est si vere & iuste ligauerit. Si vero minus iuste contrariū erit, vt. xxxv q. ix. c. loci. §. his ita.

c. Textus germanicus & alij uetustiores id quod sequitur ultra id habet, qui fideiussoriam ad comparandum statuerit legaleq; nominet impedimen:ū hoc sius fideiussor facere tenetur & nullus aliter nūctius. Paraphrasis tamē iste infra ar. vij. in forma habetur, cōcordat in. M. ar. xliij.

d. Cōcordat in. M. ar. Cxij.

e. Vnde sententia est discussio per iudicem facta qua unum condemnat & alium excusat, cōcordat supra li. i. ar. lxxij. & li. i. ar. v.

f. Quicquid apostolicus ligauerit hoc erit ligatum erit quomodo intelligitur.

a. Concordat in. M. ar. Cxij. & infra li. iij. ar. xxxij.

b. Practicā uide quo pacto unus a proscriptione expurgatur.

Secundum documentum est, quod si proscri-
ptus sese expurgare voluerit iudexq; sibi id
negauerit minus iuste & ille iuramento se ab-
soluere voluerit pro nō proscrip̃to haberi de-
bet. Q. d. si absq; sententia & iudicio bannito
iurauerit quod ipse iniuste & absq; culpa in
proscriptionem venit, Iuramentumq; presti-
tum testibus probaturū se offert, ille peramo-
plius proscrip̃tus nō erit, illud etenim quod
iniuste contradic̃itur pro nihilo reputatur, vt
C. qui pro sua iu. iudi. da. non pos. L. i. & n. q.
vi. c. ei qui. §. diffinitua, & extra de sen. & re.
iudi. c. inter ceteras.

Si in his tribus terminis eum nemo inculpas-
uerit. & c. & ita erit liber imp̃se; & pena si-
bi refunderur, vt infra eo. li. ar. viij. & Insti.
de pena. teme. litigan. §. hec autem.

Tertium documentum est, si dolose accusatus
agat ita quod se a proscriptione exuat fide-
iussore; ponat ad se representandum nō tam-
men comparet, textus habet quod iterū de-
bet proscribi & actor euadet victor, iudexq;
verigeldum obtinebit.

Nota hic speciale quid, quod postq; vnus oc-
casione iniuriarum aliquem fideiussit, pe-
cuniaria mulcta quę pro ipso prestatur g ius
dici cedit, hoc tamen intellige si importune
non comparet. Si vero fideiussor iudicio se
ostendat & non posse habere illum quem fi-
deiussit se declarat parti cedit actoree verigel-
dus, vt infra li. iij. ar. ix. quod si pro debito fi-
deiussit debitum actori exsoluet.

Exuet autem se a proscriptione in absentia ac-
toris. & c. Intellige de illis qui non citati vel
quibus terminus non fuit assignatus proscri-
pti sunt quia alias si terminum prefixum ha-
buerint exindeq; proscribantur sine voluntate
actoris a proscriptione se exuere non possunt,
C. senten. rescin. non pos. L. impetrata. ff.
de executi. re. iudi. L. miles.

In additionibus vbi dicebatur hoc fideiussor
facere tenetur, & c. fideiussor enim respondere
tenetur loco respōdentis omnemq; defensam
& cautelas quibus respōdens vti potuisset in
subsidiū accipere potest, vt in auten. de fi-
deiuf. §. i. coll. i.

Articulus. V

Qui tantū de pprietate
quantum præcū sum-
ma sui constat uerigel-
di habet, is in ea iuris-
dictione si contra eum actio iniuria-
rum mouebitur ad statuēdum fi-
deiussorem compelli non debet. c
Post quindenā reddenda sunt de

bita quæ in iudicijs acquiruntur post
sex hebdomadas mulcta, & post
mulctam per quindenā præstatur
emenda. d Si autem emenda priusq;
mulcta acquisita fuerit, tūc post sex
hebdomadas emenda & ultra post
quindenā mulcta debeatur.

In creditoris domo lucente sole de-
bitum est persoluendum & si ibi in
iurisdictione creditor domum nō ha-
buerit in uicina domo iudicis per-
soluatur.

Glosa.

Qui tantum de proprietate. & c. Cōcordat eti-
am lex communis sed generalius, cum dicit.
Sciendum est, possessores immobilium rerū
satisfacere nō compelli. e Et possessor is acci-
piendus est qui in agro vel in ciuitate rem so-
li possidet. Et qui solam proprietatem habet
non creditor qui pignus accepit aut cum ali-
quis precario detinet possessor est intelligen-
dus, vt in. L. sciendum. ff. qui satisfda. cogun.
de huiusmodi satisfdatione vide etiam supra.
li. i. ar. lxxv. & infra eo. li. ar. x. & li. iij. ar. ix. &
infra ar. liij. & insti. de satisfda. §. sed hoc, & in
spe. eo. ti. per totum. Sed quid si quis possidet
immobilia quę valent decem & ciuilit̃r cōs-
ueniatur in centum. f Dic quod satisfdabit ad
minus in eo in quo excedit, quia quod iuris
est de toto quo ad totū idem est in parte quos
ad partem, vt. ff. de acqui. here. L. si seruus &
notatur in dic. §. sed hoc, de huiusmodi satis-
fdatione de qua hic, tangitur etiam supra ar.
proximo, & infra li. iij. ar. xvij. fixus ergo &
non suspectus de fuga possidens immobilia
hic taxata in causa criminali, aut pro modo
& quantitate debiti in ciuili non tenetur da-
re fideiussore, vt in iuribus allegatis.
In creditoris domo, & c. vide quod notatur
circa arti. xl. infra li. iij. qui cōcordat cū isto. §.
vbi inuenies quid sit de iure communi.

Glosa.

Qui tantum de proprietate. & c. superius, li. i.
ar. lxi. & infra eo. li. ar. ix. habet g qd tã actor
q reus fideiussore; statuere coguntur, & hoc
intellige in criminalibus actionibus vt etiam
clare habetur. ff. de preto. stipula. L. pretori.
& C. de his qui accusare possunt. L. qui cri-
men. In presenti articulo dicta limitat sua enu-
merando aliquos qui fideiussoriam interpo-
nere non coguntur, vt textus habet.
Dicere quis posset quod ius non per equum

d. Iur. Mu. ar. xlvj.

e. Possessor quis dicitur.

f. Vide de satisfdatione etiam illius qui est in habendo.

g. Contrarium istius uidetur infra li. iij. ar. ix. ubi dicitur qd uerigeldus cedit actori & quod hic loquitur de illo q est proscrip̃tus ibi uero dicitur de nō proscrip̃to & ita ibi accipit uerigeldū actor, hic uero iudex.

a. Cōcordat Iur. mu. ar. xxvij.

b. Vide Iur. Mu. ar. xxxiiij. & xciiij.

c. Debita quando exolut debent.



g. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxvij.

inferuisset omnibus ex quoquidem istum qui proprietatem habet a cautione liberat, qui vero proprietate caret ad fideiussoriam cogit quod tamen minime fieri debet. Ius enim tñ diuiti q̄ pauperi, vt inferuiat necesse est, vt. iij. dis. c. erit autem, & insti. de iusti. & iur. §. iuris. R. nullam in eo esse diuersitatem, fideiussoria etenim coram iudicio propter id fit, vt eo certius ex vtraq; parte actio terminetur h ille ergo qui bona sua in vadium ponit plus assecutur q̄ ille q̄ fideiussores statuit, vt. ff. de reg. iur. l. plus cautionis. Etiam pignus quādoq; loco fidei datur vnde quis vnus probus & fidei boni homo sit, pignus tamen acceptatur loco suę fidei vt & ille qui accipit pignus certior sit. Preterea dicere vnus possit, ius istud non equaliter deriuari quoad omnes, accusatus etenim criminaliter pro pace fracta vel alijs iniurijs rationeq; istius quia proprium haberet fideiussoriam statuere non cogētur potius integrum verigeldum q̄ est decem octo talenta vel tantum proprii perdere mallet q̄ vitam, amittere suam, pellem enim pro pelle & cuncta quę habet homo dabit pro vita sua vt habetur lob. c. ij. Sed nec istud aliquā facit diuersitatem ex causa iam allegata nam nec omnes accusati occiduntur, sicut nec omnes egroti moriuntur k quilibet etenim p bono & probato reputari debet anteq̄ contrariū de ipso probetur, unde & in proposito postq̄ vnus accusatur non statim reputari debet qd̄ reus sit, sed nec in instati detineri, vt. C. de ex. hiben. & introducen. re. l. nullus. Intellige tamen quod accusatus non statim detinetur si manuale factum non sit, alias in instanti capti uabitur dato etiā quod multas haberet possessiones, vt supra. li. i. ar. lxvi. & lxx. infra eo. li. ar. xxxv. C. de custo. reo. l. si quis, & in auten. de manda. prin. §. neq; coll. ij. Vnde et si quidem vt iam allegatū est quod ius equaliter inferuire debet omnibus. l. Immutatur tamen quādoq; ius & fit durius respectu psonarum, ita quod seuerius extenditur cōtra vilem hominem q̄ erga spectabilem etiam in eodem excessu, vt. ff. de penis. l. capitalium, & C. de custo. re. l. de his, & insti. de iniuri. §. atrox.

Post quindenam reddēda sunt debita. & c. m intellige de iure nostro Saxonico, cōtrarium enim habetur. C. de vsur. rei iudi. l. vlti. vbi datur tempus quadrimestre soluendi debiti iudicialiter acquisitum, concordando tamen legem allegatam cum iure nostro, responde quod ibi loquitur de magna debitorū summa, hic vero de paruis debitis articulus intelligi debet. Immo legi iam allegate contrariari videtur. ff. iudi. sol. l. i. & ff. de reg. iur. l. in omnibus, vbi cauetur, quod quicunq; aliquid sine determinato tempore promiserit, vel cū quid adiudicatum sit in instanti exoluere tenetur. Pro corrigendis tamen legibus allegatis responde, Quod etsi quidem in instanti de

bitor efficitur non tamen in instanti pignora tur nisi post quindenam, non enim statim creditor cum sacco ad tollendam pecuniam venire debet nisi forte in instanti soluere promississet, vt. ff. de solu. l. quod dicimus.

Post multā per quindenam prestatur emenda & c. ex isto sequitur quod solutio emende quādoq; in ducias habet sex septimanarum quādoq; octo, quicquid enim primū in iudicio lucratur primum exolui debet & est cōtra illos qui dicunt q̄ primum emenda decernitur quod in instanti solui deberet, contrariū enim istius hic habetur.

In creditoris domo, & c. hic exprimitur tempus & locus solutionis. Quid si creditor debitum acceptare nollit. R. quod ibidem relinquit debitum apportatum etsi illum in domū intromittere nollit sicut bene poterit, vt insti. de re. diui. §. apum quoq; extunc in domum proicere debet, vel ante ianuam ponere habito testimonio, & absoluetur, vt infra. ar. sequenti. & C. de soluti. l. ob signatione.

est contractum per scripturam solutio p banda est etiam per scripturā uel quinq; testes idoneos qui de ponant quod presentes fuerunt soluti in perdita uero scriptura & casu proba. o duo testes de uera numeratione deponentes sufficiunt ut in ea. l. testium faaliatem C. de testi. habetur, ubi & in glo. ibi dem limitatur id esse uerum de quinq; testibus si quantitas excedat quinquaginta aureos alias sufficiunt duo testes in rebus exiguis, uide ad id Iur. Mu. ar. xxxi.

Articulus. VI.

Qui suam uerā in iudicio emendam id est satisfactiōnem despexerit ulterius nullam habebit. a

Omne persolutum debitū duobus hominibus b solutionē uidentibus & audientibus debitorem probare necesse est. c Qui ad iudicium non uenit cum ad hoc teneatur multā prætstet nisi se iuste excusauerit. d Donationem si quis uiderit & ei nō contradixerit & a sententia quā audiuerit e non appellauerit f postmodum ei contradicendi & appellandi facultas denegetur. g

Glosa.

Omne persolutum debitum hominibus cū duobus. & c. facta enim non presumuntur nisi si probentur, & sic ea quę non apparent non presumuntur, vt. C. de proba. l. i. C. de non presumata pecunia. l. asseueratio, de cōsecrati. distin. i. solennitates, de pe. dis. i. Petrus, & e fide instr. cum Ioannes, sic ergo allegans solutionem ipsam probare tenetur cum & excipiendo reus sit actor, vt. ff. de exceptioni. l. i. & ff. de proba. l. in exceptionibus & hic.

C. Cōcordat Iur. Mu. ar. xlvij. glo.

d. Vide Iur. Mu. ar. xx.

e. Textus germanicus addit in instanti non cōtradixit uel in instanti non appei lauerit.

f. Quomodo autem sese excusare d. be. ut uide infra eo lib. ar. xi. glo. et li. iij. ar. vij.

g. Cōcordat Iur. Mu. ar. x. xi. xiiij. & xx. glo. Vnde & paragraphus iste intelligi debet iuxta ar. xij. infra eo. li. quod sententia huiusmodi si ualere debet sedendo in sua sede a scabino in iudicio a iudice interrogato inueniri debeat, unde sententia huiusmodi inueniri debet secundum ius nostrū & nō in

h. Iur. Mu. ar. xxvij.

i. Nota qd̄ debitor res nō sunt cogendi gladio aut metu ad solutionē, sed ordine iudiciario, ut in. l. negātes. C. de actio nibus et obligationibus, fallit hoc si debitor fuerit profugus, ut in. l. ait Prætor. §. debitorē. ff. quę in fraudē sunt creditorū, & allegans solutionem, debet illā probare, Hoc dicit Mai deburgen. esse uerū si reus dicit actori fore solutionē factā secus si tertio.

k. Quilibet p bono reputari debet anteq̄ contrariū probetur.

l. Ius quādoq; durius extenditur contra uiles personas q̄ contra spectabiles.

m. Iur. Mu. ar. xxiiij. & xcij.

a. Debiti solutio quo pacto probatur.

b. Paragraphus iste intelligi debet p l. si serui. C. de noxa iuxta l. testium faali tatem C. de testi. loq tur etenim de solutione debiti non inscri ptus contracti quia alias quādo debitū

Speculi Saxonum Liber Secundus

telligitur de illis sententijs quæ extra iudicialiter à commissarijs &c. & quæ inscriptis proferuntur Contrariū enim habetur, ut in c. quod ad cōsultationem extra de sententijs & re iudicata, ubi dantur decē dies ad appellandum.

h. Tria ex usurpatione maioris auctoritatis ammittuntur.

i. Solutio cōtingit quæ drisariam.

k. Debitor unus efficitur quatuor modis.

Qualiter vero & quod modis fiat solutio videtur in glossa, & infra lib. iij. circa articulum xl.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli notandum h. qd tria sunt quæ ex usurpatione maioris auctoritatis ammittuntur. Primo quando aliquis sibi usurpat maius ius q̃ sua propagatio sibi tradiderit, ius vt sic suum innatum perdit, vt supra, li. i. ar. xvi. Secundum si mulier usufructum dotalich loco proprii sibi vendicat, dotalicium vt sic ammittit, vt supra, lib. i. ar. xxxij. Tercio vt textus habet, si quis emendā maiorem q̃ ei ex genelogia pertineat expetat vti rusticus emendā nobiliū habere voluerit. C. Omne persolutū debitum probari debet cum hominibus, &c. hic liquido apparet qd Saxo conuinci testimonio potest contra illos qui aliter sentiunt.

Solutionem videntibus & audientibus, &c. Quid si vnus viderit & non audierit vel econtra. Pro intellectu istius nota quod solutio cōtingit quatuor modis. i. Primo quādo illud idē restituitur quod accommodatum fuit, & illud videri & audiri potest, vt insti. qui, mo. re. cōtra oblige. §. i. Secundo solutio fit ex recompensatione sicut si tu debes mihi decem, & ego tibi triticum ad vnam diem ita quod vnum non excedat aliud in valore, hic vnus non videtur alteri quicq̃ debere quia quantū vnus alteri tantum ille vicissim sibi, illa solutio fieri potest, quod eam quis non viderit vel audierit, vocaturq̃ in legibus solutio ex recompensatione, vt. C. de soluci. L. eius. Tercio si soluo alicui qui sit mutus, huiusmodi solutio nem nisi videre quis potest, ille em loqui nō potuit, & ita me liberū dimittere per verba non valebat. Quartum si debitum meum in alio debitore tibi abscedam & tu in illo contentari vis, hęc solutio duntaxat auditur non tamen videtur. C. de noua. L. ex contractu. k. Ex quo itaq; vnus nō nisi quatuor modis debitor efficitur, hoc est ybo, scripto, re, & pmissione, vt insti. de oblige. §. vlti. ergo etiam quatuor modis ab ea vnus liberari poterit. Naturale enim est vt eo modo quis liberetur quo pacto obligatio facta fuit, vt. ff. de regu. iuris. L. nihil. Vnde & aliqui paragraphū istum vbi dicitur videntibus & audientibus, limitant dicētes, quod ibi hęc dictio & magis facit orationem disunctiuam q̃ copulatiuā ita quod sensus sit, duobus hominibus solutionem videntibus vel audientibus.

Qui ad iudicium non venerit, &c. De hac materia vide supra, li. i. ar. liij. Donationem si quis viderit, &c. Contrarium istius videtur esse supra ar. xxix. vbi dicit qd proprietates & fundus non nisi post tricesimū & vnum annum diemq; & sex septimanas aduersus Saxonem prescribuntur. R. quod ibi loquitur de absentibus, hic vero de presenti-

bus, ineqliter em eis prescriptio currit, vt Insti. de vsuca. §. & cum hoc, ratioq; diuersitatis est, estimatur em quod ille qui presens est circumspecte sua emptorē colludere veller. Vel etiam reputatur accedere ad id voluntatē eius ex quo non contradicit, qui enim tacet consentire videtur, vt in auten. de sanctis Episc. & cleri. §. si seruus coll. ix. & ff. ad munici. L. quociens. Sciendum tamen quod in isto casu vnus iuramento se absoluerē poterit si forsan contra eum proponatur quod donationem vidisset, quis etiam iudicio adesset, nisi forte ad donationem vel alienationem huiusmodi verbo aut facto intuiisset. l. Et sententia quam audiuerit non appellauerit, &c. Contrarium istius habetur de iure communi secundū canones & secundum leges, vbi inducie dantur ad appellandum decem dies post sententiam latam, vt in auten. de appella. m & infra quæ tempora. §. i. coll. iij. R. quod secundum Saxones tempus appellandi non nisi iudicio durante admittitur ex eo quia apud Saxones interrogantur partes an sententiam suscipiant necne, etsi cōsenserint eandem posthac increpare non possunt, vt. ff. de reg. iur. L. nemo, & C. senten. rescin. non pos. L. impetrata.

l. Vide clarius ad hanc materiā iur. Mu. ar. xi.

m. Tu dic ratio esse potest hęc, quod per consuetudinē uel statutum uniuersitatis potest abbreuiari & prolongari tempus appellandi glosa singularis in L. prescripcone. C. si cōtra ius uel utilitatē publicā.

Articulus VII



Egalis impedimenti a quatuor sunt cause, captiuitas, infirmitas, peregrinatio extra fines terræ, & publica expeditio. Si aliqua predictarum causarum ut ad terminum iudiciale sibi præfixū uenire non posset euenerit, ipse pro eo dummodo ut iuris est b demonstretur damnum non sentit aliquale, & usq; ad primum iudiciale terminum post cause cessationem inducias obtinebit. Qui autem quod cōpareat fuerit stipulatus si ex predictis aliqua causa euenerit fideiusor suus necessitatis causam debet manifestare suoq; iuramento confirmare & non alter nuntius.

a. Cōcordat iur. Mu. ar. xlvij. glo.

b. Textus uetustior res addunt per nuntium suum quisquis ille sit.

Glosa.

Quatuor sunt cause, &c. Pro istis causis uide materiam & docto, in. c. quærelam de procur.

dicit Ia. de Are. quod infirmus tenetur consti-
tuere procuratorem in his que de facili pos-
sunt explicari, in alijs autem non, vt nota. ff.
pro socio. L. idē, & ad tertul. L. siue ingenua.
.ij. §. confestim. Et si longa infirmitate quis te-
neretur, tunc daretur curator bonis, Insti. de
cura. §. penul. & de procurato. c. ij. de dolo. &
contuma. cum dilecti, cum similibus. ^c Et in-
firmitas nō sua sed etiam suorum excusat. Et si
absens sit habet excusationes & legitima im-
pedimenta que scit p̄sens, si tacet imputabit
sibi & prouidebitur absenti, vt. ff. de iudi. L.
si p̄tor. §. marcellus.

Glosa.

Superius declaratū est quid damni euenit cū
vnus iudicio se contumaciter non p̄sentat,
hic excipit casus quosdam quibus vnus se ex-
cusare potest, ne damnum incurrat. Et ne ho-
mines facilius vel ex leui causa negligentie
sue excusationem habeant, determinate in tex-
tu quatuor exprimit causas. ^d Prima est cap-
tiuitas, vt. C. qui ex. cau. maio. in integ. resti.
per totum. Captiuus etenim obrinet illud to-
tum quicquid consequi potuissent interim
quod captiuus detinebantur, vt. ff. de capti. &
postlimi. reuer. L. bona. Secūda causa est in-
firmitas, vt. C. qui. ex cau. maiores in integ.
rest. L. ij. & v. q. ij. c. si egrotans. Egritudo tan-
men huiusmodi esse debet que obstaculo es-
set quod venire nō possit, vt. ff. si quis cauci.
L. ij. §. iij. & iij. Tercia causa est peregrinatio.
Intellige quod sit in peregrinando interim
quod de ista causa sibi notificatum nō sit, ali-
as eum non iuuabit, vt. ff. ex qui. & a quibus
manumif. liber. in plerisq; legibus. Quarta
causa est expedicio publica & ista excusat sem-
per ante & post indictam causam, vt. C. de re-
sti. mili. L. si qd. & L. ignorare, immo ista cau-
sa omnem excusat actionem.

Querere vnus possit. Ex quo quidem nō nisi
quatuor necessitatis legitime describunt cau-
se. Quid si vnus citatus sit, vltraq; aquam do-
micilium habeat, nec constitui possit prop-
ter impetum forsan venti, vel quod nauē ha-
bere nō possit, vel quia ex quo spoliatus sit, vel
quod extra regnum in mercantijs exercendis
occupetur, vel in obsequio domini sui extra
expeditionem & absq; scitu imperij fuerit, an
vt sic excusari potest iste necne. Dicunt quidā
quod non quia hec impedimenta non cōpus-
tantur inter has quatuor causas ergo, &c. Pre-
terea vbi ius aliquā limitat causam ibi volū-
tas, constitutio, & interpretatio nostra locum
non habet, vt. C. de iurisdici. om. iudi. L. pri-
uatorū. Ex quo itaq; ius non nisi quatuor lega-
lis impedimēti causas vt textus habet posuit
it frustra ergo iste apponuntur. Non obstanti-
bus tamē his allegationibus, &c. ^e quod p̄-
pter vnāquamq; legitimā causam parcere
hominibus debemus, vt. ff. qui & a quibus

manumif. liber in plerisq; legibus, etsi parci-
tur nec iudex contra illos sententiam profer-
re debet qui absentes sunt, nisi forsan ex pro-
terua absententur, vt. ij. q. ix. c. caueant & C.
de accula. & inscrip. L. absentem. Ex quo itaq;
isti ex causis legitimis non comparuerunt,
pro cōtumacibus non habentur. Quare om-
nes causę legitimę eos excusabunt. Quinim-
mo & causę que hic in glosa introductę sunt
ad illas quatuor in textu positas reducuntur,
vt p̄tē inundacio aquarum, adequatur capti-
uitati quia sicut ista sic & illa impedit & capti-
uat animum meum quod non possum id qd
velim. ^f Captiuitas etenim est impedicio p̄-
prię voluntatis, vt. l. si. de iur. person. §. i. ^g Item spoliatio equi, egritudine corporis coes-
quatur, quia sicut ista sic per comparationem
vnus illa impeditur. Si quis etiam in negocia-
tione vel queritadi victus gratia extra regnū
existat, is honesto & bono operi ir̄sistit, & ita
in obsequio dei esse videtur quare refertur ad
peregrinationē. Ille etiam qui in obsequio sui
domini quisquis ille sit occupetur, in obseq̄o
imperij esse dicitur quia obedit illi quem im-
periū sibi p̄posuit imperatq; sibi is qui p̄-
testatem ab imperio habet. Cum vero man-
dat mihi ille qui potestatem ab imperio ha-
bet facere videor id quod imperium mādaue-
rit, vt. C. de vet. iur. enude. L. deo autore. §.
his itaq; infi. & ff. de re. mili. L. desertorem. §.
in bello & L. omne. §. contumacia, & in autē.
neq; miles. §. i. coll. viij. Sed & omes alie his
similes legitime causę quibus possit se vnus
excusare quod iudicio non cōparuit ad has
quatuor in textu positas reduci poterint.

Dummodo vt iuris est demonstretur, &c. hoc
est debet probare illud iuramento & hoc vel
nūc tūc ille qd denūciat, vel per illū qd
denūciare facit p̄stij reuenerit & in isto
actor optionem habebit, quem ex his ad iura-
mentū admittere velit, an nūc tūc vel prin-
cipalem. Quod si verendo legale impedimē-
tum iuramento probare recusauerit cadet in
sua causa, vt. ff. de re. iudi. L. contumacia.
Legale impedimentum fideiussor manifestare
debet, &c. quia fideiussor respondere teretur
pro eo, & omne defensionem accipit qua respō-
dens vti potuisset, vt in autē. de fideiussor. §.
i. coll. i.

f. Captiuitas.

g. iure etiam feudali
nūc tūc qui legale
impedimentum im-
portat de non posse
sisti in iudicio reu-
i non debet qd quis illi
sit siue sit seruilis si-
ue libere condiciois
feu. c. xxvij.

Articulus VIII



Ctio occasione iniuriarū uel pro pace fracta
contra absentem pro-
posita si fuerit postmo-
dumq; accusatus p̄sens iudicio sa-

c. Infirmitas nedum
sua sed etiam amico-
rum facit impedimē-
tum legale.

d. Vide extra de elec-
ti. c. quappter ar-
ea finem.

e. Quęcumq; legit-
ima causa potest ex-
cusare unum.

Speculi Saxonum Liber Secundus

ctus sit, & actor in præsentia eius ceptam non proponat actionem, iudici multam præstabit & reo condemnabitur ad emendam, sed & reus ab actione liberatur.^a Quod si actor suam prosequatur actionem licet reus iure suo se excusauerit actor nullum damnum exinde sustinebit si reum per duellia uerba non impeccierit.

Glosa.

Et reo condemnabitur. &c. Absente ergo actore & reo præsente, ex negotio non liquido absoluitur. Et regulariter victus victori in expensis condemnatur, ut in L. properandum. §. et si quidem &. §. si autem. C. de iudi. & in autē. de iudi. §. oportet. col. vi. & C. de Epif. & cle. auſten. generaliter, & extra de ma. & obed. c. vlt. & de pe. c. calum. & facit infra ar. xij. ante medium.

Glosa.

Dicitur est superius quomodo vnus se excusare debet postquam accusatus sit. Tum etiam quod respondens actorem ad impensas non inducat. In presenti articulo habetur cautela ne actor respondentem ducat ad expensas inanes, hæc enim duo iure ut communiter præcustodiuntur, ut inſti. de pe. reme. liti. §. i. Quare dicit hic in textu si quis contra absentem actionem proposuerit. &c. Qui enim accusat absentem in præsentia verocius subterfugit. Signum est quod falsè cōtra ipsum querelam proposuit, ut in auten. & exhiben. & introducen. re. §. si vero. coll. v. & C. de iureiuran. propter calumiam. l. ij. §. quod si actor, & §. si reus, multamque ut textus habet iudici præstare cogit, ex eo, quia transgressus est iuris præceptum quod disponit ut nemini nocere debeamus, ut inſti. de iusti. & iur. §. iuris præcepta & ff. de preuari. L. accusator & L. ab imperatore.

Qui etiam ab actione liberatur. &c. ut. C. de aboli. L. aboli. ubi habetur, quod actore absente accusatus absoluitur, vide etiam ad id. C. de iudi. L. properandum.

Quod si actor suam prosequatur actionem. &c. Contrarium istius esse videtur. C. de calumni. L. quisquis, ubi habetur quod vnusquisque vitare debet falsa accusatione, quia alias subibit poenā accusati. R. quod articulus intelligi debet, quod videlicet actor nullum sustinet damnum, si & in quantum accusatus vincula aut alias grauitates ex querela accusatoris perpeſsus non sit^b quia alias teneretur sus-

ferre similes grauitates ut in. L. allegata. C. de calumnia, & supra, li. i. ar. lxxix. & C. de aboli. l. i. fallaciter. Vnde non sine causa subinferit in textu si reum per duellia uerba non impeccierit, hoc est si eum non diffamauerit.

Articulus. IX

Qui cum inceperit respondere^a si alius terminus sentencialiter præstatur & in eo non comparuerit quasi uictus condemnatur Iudex ab actore & reo cautionē recipere debet ut iuri se representent^b & ipsi respectum & confidentiā habere debent iurium suorum ad iudicium quia causa dilata est per sententiam in aliam diem. Captiui hominis actio si sentencialiter in crastinum fuerit induciata iudex eum debet ad repræsentiandū commodare, hoc est ad fideiussoriā dare nisi sit in facto deprehensus manifesto.

Glosa.

Qui cum inceperit respondere. &c. concordat lex communis, & vide infra, li. iij. ar. xvij. Scire enim debes quod Iudex est publica persona qui etiā subiectis precipere potest & pro bono eorū agere, ut ff. rem pupilli vel adulescen. saluam fore. L. nō quasi, & in. c. quantū. li. vi. de vsuris.

Glosa.

Maxima fuit imperatorum omniumque legislatorum in eo cura & diligentia, ut ius ipsum & iusticiam ab insultu & impetitione calumniantium tuerentur & defenderēt, quodque iustus a nequam homine non opprimatur, ut in auten. de here. & fal. §. i. coll. i. vnde & multas super eo sanxerūt leges, ut in auten. hæc constitutio innouat. §. quod, coll. viij. Sed & iure nostro Saxonico tam in articulo mox præcedenti, quā in presenti hoc idem cauetur, constitutiones tam de actore quā de parte respondente sancite sunt, quo pacto vnus erga aliū sese habere debeat, quodque vnus alteri actione cepta non iniuriatur, verum ut ordo iuris exposcit tam in agendo quā respondendo procedat. Cui cum inceperit respondere. &c. Pro intellectu articuli sciendum^b quod respondere

^a Textus uetustiores habent qui cum reo respondere cepit & non finita causa negotium in alium prorogetur terminum reusque non compareret tanquam uictus condemnatur.

^b Textus alij ita legunt & ipsi respectum ad iudicem habere debent quia per sententiam causa dilata est in aliam diem

^a Et hoc est uerum si reus per sententiā petat se absolui, si uero non & actor postmodū querelam innouet respondere eum oportet.

^b De pena talionis uide infra li. iij. ar. lx. glo. si et supra li. i. ar. lxx.

^b Respondere vnus non dicitur nisi reo respondeat ad obiecta actoris.

vnus non dicitur nisi respondeat ad obiecta actotis. Vnde si tu contra me proponis pro de cem, ego vero dico, Domine Iudex ex quo iste & ego vnus iurisdictionis sumus an illic in iurisdictione nostra maiori iure me conueniri non debeat quā hic, hoc dicto nondum aliqua facta est responsio ^c quia quidū me respondere defendo tamdiu non respondeo, sed si affirmo, vel nego debitum, iam respondere incipio, vt. C. de liti. contestati. L. res.

Et in eo non comparuerit, quasi victus condemnatus. &c. Querere vnus possit postquam vnus non comparet & ita nec respondere incipit an vt sic perdit causam suam necne, videtur enim quod non, ex quo nondum respondere cepit. R. qd' iure nostro tanquam victus cōdemnat vt textus habet, secus autē de iure canonico, vbi non nisi post liti. contestationē cōtumax in actione superatur, in expensis tamen semper condemnatur, vt. C. de iudi. L. properandū, §. si. autem.

Iudex ab actore & reo cautionem. &c. de hoc vide. C. de his qui accusa. pos. L. qui crimen, & hoc intellige si nullam proprietatem in illa iurisdictione habeant, vt supra eo. li. ar. v.

Vt se iuri representent, vide. ff. de preto. stipula. L. i. & ff. iudica. sol. L. iam tamen.

Quando actio captiui in crastinum induciata sit, &c. ex isto intelligitur quod in causa per noctata debet vnus ad fideiussoriam dari ^d in facto vero manuali non, cōcordat supra, li. i. ar. lxvi. & C. de exhiben. & introducen. re. L. nullus, & ff. de custo. reo. L. si quis reum.

Articulus X



Proscriptus licite diebus feriatis uel ligatus arestetur uel detineatur ^a sed in his nisi sit factum manifestum non condemnatur.

Fideiussores nemo statuere teneatur ultra mensuram sui uerigeldi nisi in debitis recognitis uel si debita iure contra eum fuerint comprobata. Tempore feriato nō iuratur nisi pax & super malefactore in facto manifesto. Violentiam in feriis qui cōmittit eum ferie non defendūt. ^b Similiter Ecclesia & cimiterium nō defendit illos in crimine quod in locis illis cōmiserunt. Quicquid exce

pta actione iniuriarum coram iudice in praesentia partium tempore feriato propositum fuerit, iudex licite iudicabit & reo praecipere quod uel fateatur temporeq; deputato satisficiat, aut neget. Feriato tempore iudici bannire iudicium non licet. Obligatus ad iuramenti sacramentū in proximo sequenti die non feriato illud explebit.

Glosa.

Proscriptus licite in diebus feriatis. &c. An ferie messium & vindemiarum cuilibet concedantur, vide in questione dominicali. xx. quae incepit utrum ferie.

Violentiam in feriis qui cōmittit eum ferie non defendunt. &c. concordat lex cōmunis. C. de feriis. L. prouinciarum, vbi dicitur, prouinciarum praesides moneantur ^c vt in questis omnibus latronum & maxime haurorum nullum quadragesime nec venerabilem pascatū diem existiment excipiendum nec differat sceleratorum prodicio consiliorum, quae per latronum tormenta querenda est, cum facillime in hoc summi nominis speretur venia, per quod multorum salus et incolumitas procurat. Similiter Ecclesia & Cimiterium non defendit. &c. ^d Et scias quod alias fugienti ad Ecclesiam dabit ecclesia expensas in quā fugit, sicut et in carceratis dat expensas custos carceris, de hoc. xvij. q. iij. c. definiuit in glo. si qs. ^e Et si scias extra cimiterium trahit eum qui stat intus per partem mantelli quae manet exterior, offendit immunitatē Ecclesiae, vt. xvij. q. iij. c. si quis, facit de senten. excom. nuper, & notat hoc Vincen. in. c. vlti. de immunita. eccle. Quae aut sit poena violentis immunitatem ecclesiasticā vide per Hos. in sum. de immu. eccle. in. §. quae sit poena.

Quod in eis commiserunt. &c. vide in. c. si. de immu. eccle. de hac materia, & in. L. ij. & L. presenti. C. de his qui ad eccle. cōsu. in tex. & in glo.

Feriato tempore iudici bannire iudicium nō licet &c. Sed nec aliquos iudiciarios actus exercere, concordat lex cōmunis. C. de feriis. L. dies, vbi dicitur ^f dies festos, dies Maiestati altissime dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionū vexationibus prophanari. Dominicū itaq; diem g ita semper honorabilem decernimus venerandū vt a cunctis executionibus excusetur. Nulla quēq; urgeat admonicio nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat appitio, aduocatio, delitescat, sit idem dies a cognitionibus alie

K iij

^c. Quamdiu me nō debere respondere defendendo tam diu nō respondeo. Concordat infra li. iij. ar. xxx.

^d. Ex isto colligitur quod captiuus extra manuale factum detentius per sententiam a iudiciaria potestate liberari debet uel querere causam quare & quare id fieri non debeat & si necesse esset parti aduersae consuetudinem probare.

^a. Articulum praesentē confirmat lex xij. tabularū in hac uerbis, feriis iurgia amouento, easq; in famulis (operibus paratis) habento, ut ita cadat in annuis angustibus descriptū esto, qua lege innuere uult quod feriis festisq; diebus liberi homines quietem litium & iurgiorum serui uero rusticorum operū & labori intermissione habeant.

^b. Concordat iure Nu. ar. ix.

^c. Latrones & maleficia etiā diebus solennibus torturis applicari possunt.

^d. Ad Ecclesiam fugienti, Ecclesia expensas sumministrabit.

^e. De immunitatibus ecclesiarum uide.

^f. De celebratione dierum festorum uide.

^g Dies dominicus omnium celeberrimus.

Speculi Saxonum Liber Secundus

nus. Preconis horrida vox silescat, respirent a controuersijs litigantes, & habeant federis interuallum, ad sese simul veniant aduersarij non timentes, subeat animos vicaria penitus de, pacta cōferant, transactiones loquantur, nec tamen huius religioſe dici ocia relaxantes obſcenis quenq̃ patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vēdicet scena theatralis aut circense certamen, aut ferarum laetitia chromosa spectacula, etiam si in nostrum ortū aut natalem celebrando solennitas inciderit differatur. Amissionem milicię proſcriptio nemq; patrimonij sustinebit si quis vnq̃ hoc die festo spectaculis interesse vel cuiuscunq; iudicis apperitor p̃textu negocij publici seu priuati hęc quę hac lege statuta sunt crediderit temeranda.

Glosa.

Proſcriptus licite diebus feriatis. &c. hoc fit ex eo, quia ius prestolare cogitur nisi factum forsan sit manuale vt textus habet, vide ad hanc materiam, C. de ferijs. L. prouinciarum, & in auten. de manda. princ. §. neq; coll. ij. Fideiussores nemo statuere tenetur. &c. hic tangitur fideiussorum differētia. In causis eto enim criminalibus non tenetur aliquis fideiussores ponere vltra suum verigeldū qui se extendit ad maximū ad decē octo libras. Cōtrarium istius videtur esse, C. de fideiussoribus. L. si Barsatorum, vbi habet. Si Lizias Barsatorum nequam homicidam quem fideiussorat non p̃sentauerit, ipse solus p̃sidi prouincię p̃sentandus erit, & secundum arbitrii iudicis pœna imponitur. R. tamen qd̃ quia in legibus verigeldus non est determinatus, quare fideiussor iudici p̃sentatur vt lex p̃rfecta habet. Iudexq; p̃nā pecuniariā desuper statuit contra fideiussorem iuxta arbitrium suum, iure vero Saxonico quia verigeldus est determinatus id fieri non oportet, vt ff. de custo. & exhibi. re. L. si quis, & ff. ad le. Iul. maies. L. lex, & L. cuiusq; dolo.

Nisi in debitis recognitis. &c. hic tangit alia fideiussoria queſit in actionibus ciuilibus, & ista extendit se in maius q̃ illa prima. Estq; mirabile quid quod fideiussor in causis que in vitam se extendunt minori periculo exponitur q̃ ille qui fideiubet in causis occasione bonorum. R. tamen quod id ex eo fit, quia etsi quidem fideiussor in criminalibus elibetur cum suo verigeldo, nihilominus tamen actor proſcribitur & in iure pro mortuo reputatur, vt insti. de capi. dimi. §. maxima. Pro debito vero quia se debitorem fecit, si cōtra illū probabitur adimplere tenetur. Promissum enim & conditio ius limitat omne, vt ff. de reg. iur. L. in toto, & ff. q. manumitt. nō pos. L. vlti. Ille vero pro quo fideiussit ciuis & in statu permanet suo.

Tempore feriato non iuratur. &c. hic tangit quod quęrele nonnullę progressum habere

non possunt propter dies ligatos. Quia homines tunc temporis seruicijs dei vacare debent. Vocaturq; dies illi in legibus ferie quasi dies vacantiarum, a quęrelis enim protunc cessatur.

Notandum circa id quod huiusmodi ferie seu dilationes iuris quędam dantur per iudicem, quasdam iudiciū ipsum dat. Dies quos iudex dat, quidam sunt propter citationem, quidam propter deliberationem, vel ad prosequendum, vel propter violentiam illorum quos respondens citauit, sicut si cui bona accepta sint violenter, ille respondere non tenetur nisi restitutus sit in bōa ablata, vt extra de restitu. spolia. c. frequēs, li. vi. & nō nisi in trimestri ad minus postq̃ rehauserit, vt. ij. q. ij. c. i. c. i. Citatis dantur tres menses quia vnusquisq; tribus iudicijs citari debet semper in spacio triginta dierū iure spiritali, vt. xxij. q. ij. c. de illicita. Ad deliberandū dantur viginti dies, vt. ij. q. ij. c. inducie. §. offeratur, Ad adaptandū se sicut si vnus testes in p̃ceptu habere nō posset datur spaciū nouē mensium. Ad producendum testes quandoq; triū mensium, quandoq; sex, quandoq; nouem, vt. ij. q. ij. c. inducie. §. spaciū. Ad explendum vero seu prosequendum iudicatum licet si ad iudicatum pecuniarum solutio, illeq; solutio nem p̃termiserit, iudex vsuras exinde nō experit nisi in quadrimestre, vt. C. de vsuris. L. vlti. Id tamen totum secundum leges & canones fit, dicunt etiam quidam quod huiusmodi dilationes fiunt secundum arbitriū iudicis, vt extra de appella. c. cum sit. Roman. ¹¹¹ Ferie vero quas iudicium dat sunt dies certi solennes in quibus iudicare prohibitum est. Item etiam dies orationum, ieiuniorum, vt. xv. q. iij. c. placita, & C. de ferijs. L. dies, & ff. eo. ti. L. si feriatis. ¹¹ Omnium tamē solennitatū dies dominicus est maior & principalior, vt. xv. q. iij. c. i. & in Exodo, & item de cōse. di. ij. c. sabbato Deus enim omnipotens in veteri p̃cepit testamento ab omni opere mundano vacare debere.

Notandum p̃terea quod dies huiusmodi festiui secundū leges inchoantur a medio noctis, vt. ff. de ferijs. L. more. Secundum ius vero canonicum ferie inchoantur a vesp̃eris, & terminantur ad alias vesp̃eras, vt de cōse. di. ij. c. pronuntiandū, & extra de ferijs. c. i. & ij. P̃terea sunt etiam alij dies ligati quos iudicium dat, qui ferie rusticorū dicuntur, propter communem vtilitatem date & impositę, vt est tempus mellis in Augusto, tempus vindemiarum, &c. vt. ff. de ferijs. L. i. & iste inchoantur & terminantur iuxta necessitatem & cōsuetudinem regionū & prouinciarum. Sunt & alie ferie dominorū, vt si quando domini constituunt diem celebrari propter victoriā de hoste partam, vel quod filius natus sit, & hunc diem subditi sui celebrare coguntur vt C. de ferijs. L. a nullo. ff. ex qui. cau. maio. in

1. Varias dilationes iuris vide secundū leges & canones.

m. De ferijs vide p̃ totum.

n. Dies dominicus omnium solennitatū maior et principalior.

o. Nota secundum ius feudale ferie triplices inueniuntur. Primo dicuntur solennes u sunt festa ab Ecclesia instituta. Quatuor tempora, Aduentus. & cum hoc a septuagesima usq; ad festa Pasche, Rogationū, Penthecostes, & tres dies ante festū sancti Ioannis et alia, ut de consec. dist. iij. pronuntiandū. et C. de ferijs. L. omnes. Secundo ferie sunt repentine ex mandato principū ut cum principi filius nascitur & dies natalis solennifatur, ibi etiam iudicium bannire non licet nec iure puināli nec feudali nisi sit deprehensus in facto manuali. Illū etenim nec dies solennes nec ligati dies nec ferie dominorum excusant. nullam etenim defensam habet. ut C. de ferijs. L. pronuntiandū. Tercio sunt ferie rusticorum, ut tempore messis vindemiarū. ibi dem etiam iudicium bannire non licet, actamē inceptas antehac causas continuare potest diebus feriatis seu. c. iij.

h. Fideiussorū differētia in causis criminalibus, & ciuilibus Cōcordat supra li. i. ar. lxv. glo. iur. mu. ar. xxvij.

i. Fideiussoria in ciuilibus grauior est q̃ in criminalibus.

k. Promissum & cōditio ius limitat omne.

integ. resti. L. sed et si. §. si ferie.
Tempore feriato nō iuratur nisi pax. & c. pro
pace enim iurare tunc potest, vt. xv. q. iij. c. i.
& extra de ferijs. c. omnes.
Et super malefactorē in facto manifesto. & c.
istum etenim nec solennis pascarum dies exco-
mit vt non puniatur, vt. C. de ferijs. L. proin-
ciarum, vbi solēis super eo habetur lex quā
annotatam vide in principio glose istius arti-
culi, vnde ex isto textu liquet quod huic qui
in manuali facto detentus non est, prefigitur
terminus extra diem feriatum.

P. Ecclesia omnes ad
eam confugiētes des-
fendit, exceptis qnq;
hominū generibus.
Concordat Iur. mu.
ar. ix. glo

Q. Quāq; genera ho-
minum Ecclesia non
defendit.

T. Qui autē iudiāo
pertinētes dicantur,
vide supra li. i. ar. lxx
& infra. li. iij. ar.
lxxi.

I. Iuramentū præsta-
re uolens, actor illud
acceptare tenetur.

A. Salicet sex septima-
narum, ut supra li. i.
ar. lxx. qbus elapsis
si tunc ad proximū
sequens iudiūm des-
lātorem nō atauerit
& iuramentum ius-
raturus præstiterit
de cōsuetudine ut uis-
ctus succūbet ex tex-
tu articuli præsentis
si autem in his sex
septimanis ferie in-
terueniūt præstatur
iuramentum proximo
iudiāo post ferie
as ut supra articulo
precedenti nec audis-
tur iuraturus si dice-
ret se iudiūm igno-
rasse.

Similiter Ecclesia & Cimiterium non defens-
det. & c. Ecclesia etenim & Cimiterium omēs
ad illam confugiētes excessiuos defendit, vt
C. de his qui ad eccle. confu. L. fideli. ¶ Excis-
piuntur tamen quinq; hominū genera quos
Ecclesia non defendit. Primo Iudeos. Secun-
do seruos qui se armis defendere conantur vt
C. de his qui ad eccle. cōfu. L. i. & L. si seruus
Tertio sunt spoliatores Ecclesiā & isti ir-
quisito prelato accipi exinde possunt, primi
vero expeti debent. Quarto sunt violatores
mulierum. Quinto sunt publici scōrtatores,
vt in auten. vt lice. ma. & au. §. qā vero, coll.
viij. Illi etiā qui ad Ecclesiā confugiunt vio-
lenter extrahi non debent, verum procurari
ne victus eis subministretur, vt. C. de his qui
ad Eccle. confu. L. vlti.

Quicquid excepta actione iniuriarū. & c. In-
telligendum in negocijs que non tendunt in
pōnam, illud enim iudicare poterit.

¶ Feriatio tempore iudicium bannire nō lis-
cet. & c. Is parāgraphus cōtrariari videtur pri-
oribus dictis & proxime precedenti paragra-
pho, dictum enim est quod parue causę iudi-
cari possunt. Sed quomodo iudicabuntur si
iudiciū bannire ei nō licet, id est non debet om-
nes ad iudiciū pertinētes conuocare ¶ ne fer-
uiciū dei impediretur, inter illos tamē quo-
rum actio agitur & qui presentes apud eum
stant, iudicare potest.
Obligatus ad iuramenti sacramentū. & c. Si
vero respondens in instanti iuramentum face-
re vult actor illud acceptare tenetur, istud ta-
men pertinet volūtati tam iudicis q̄ rñdētis.

Articulus. XI



Iuramenti sacramentū
si quis pro debito pro-
mittat, idq; tēpore de-
terminato^a non exol-
uerit expleueritq; in debito condem-
natur nisi legali impedimento se de-
fendat. Et si sacramentum coram iu-

dice sit promissum iudici pēnā &
actori emendam erogabit. Si reus
paratus sit ad iurandum tempore^b
& loco statuto, & actor respuerit
aut præsens non fuerit reus liber
est^c a sacramento & debito, si desu-
per testimonium habuerit. Cui ar-
gentum uel nummi sunt soluendi,
& si ad terminum solutionis nō ue-
nerit, uel si uenerit pecuniam ta-
men accipere nollet, per hoc pecu-
niam suam non amisit. ^d illum ue-
ro diem noscat se perdidisse. Reus
etiam ab obstagio seu eqtatura tūc
liberatur si quod p̄misit^e sed mini-
me a pecuniarū solutiōe. ¶ In ferijs
iudicia bannire non licet.

Glosa.

Qui veto sacramenta pro debitis. & c. ¶ Scias
autem quod quodlibet sacramentum seu ius-
rumentum debet habere tres comites scz ve-
ritatē, iudiciū, & iustitiā. Sic enim dicit
propheta Hiere. Et iurabunt uiuit dominus
in veritate iudicio & iustitia, vt de iureiuran-
. c. et si. Christus ver. Iacobus. xxij. q. ij. c. anis-
maduertendum, & xxij. q. i. & iurabūt in ve-
ritate scilicet secundum cōscientiam, vt sicut
gerit in corde, ita exprimat in ore. Et in iudi-
cio, scilicet vt fiat cum discreciōe animi & de
liberatione, & ideo furiosi iurare nō possunt
nec pupilli proximi infancie. ff. de arbi. L. diē
proferre. §. coram, & de succes. ab intesta. c. vl-
ti. cū similibus. Et iustitia vt scilicet id quod
iuratur sit iustum, licitū & honestū, alias
periurium erit & temerarium iuramentū, vt
de iureiuran. quinta vallis. xvij. q. vlti. c. vlti.
& .xij. q. ij. si quis, cū similibus. ¶ Poena autē
periurij volūtarij seu istius qui sciēter deieci-
uit est, vt fiat infamis, nec ad testimonium ad-
mittit, vt de test. c. testimoniū, & vi. q. i. infas-
mes, immo nec ad quācūq; dignitatem ad-
mittitur, vt in regula infamibus cū concor-
dan. ibi notatis de re. iur. li. vi. & si clericus de
hoc tonuincitur, degradabitur, vt xxv. dif. §
criminis. In foro autem penitentiali impone-
tur pōnitentia. vij. annorum, vt. vi. q. i. qui-
cūq; & xxij. q. i. p̄dicandum. Hoc crimen
enim fornicationi, immo & adulterio & ho-
micidio voluntario comparatur, ideo si quis
renuet pōnitentiā excommunicatur, vt. xxij.
q. i. c. vlti. Et hoc verum si iuramentū fuit
licitū erit seruandum, alias secus quod dicit,
vt notat Host. in sum. de iureiuran. in. §. quē

^b Opus est ergo pre-
figi terminum certū
ne delator semper iu-
rumentum expectas-
re cogatur p̄ totas
sex septimanas ut in
precedenti annota-
tione tactum est.

^c Persimile est cum
unus per testes pro-
bare aliquid uult, ille
uero testes audire re-
cusat, extūc iste ma-
net uictor, ubi enim
est eadem ratio ibi
dem est eadem iuris
dispositio.

^d Hoc est quia illo
die iam in solutione
retardabitur.

^e Textus uetustiores
habent & si debitor
promiserit locū ali-
quē intrare & do-
nec solueret non ext-
re, actore nō compa-
rēte liber erit ab illa
promissione & non
a debito.

^f Iuramentū quod
libet tres comites ha-
bere debet.

^g Periurij pōnā

pena. Adde supra, lib. i. arti. lxxij. de testium probatione.

Et pecuniam noluerit acceptare, &c. dicit autem lex quod paratus soluere est similis soluendi, ff. de cō. & demō. l. iure ciuili. Adde nota. in diuersorio de offerente se paratum soluere cum allega. ibi notatis.

h. Iudex obseruare debet serias sui fori non serias litigantium

In feriis iudicia bannire non licet, &c. ^h Et scias quod iudex debet obseruare serias sui fori non serias litigantium & sic seruat curia Romana, ferie enim sapiunt ordinem processus, & tempus est de ordine vt de fer. c. si. secundum Inno.

Glosa.

In articulo presenti precauere obuiaturque astucie quorundam litigantium, fieri enim potest quod hi qui accusantur & quibus ad instantiam partis iuramentum decernitur culpabiles sunt, vnde & adueniente tempore decreti iuramenti iuramentum negligunt, per id forte causam & actionem annihilare volentes, & in eo astutia quadam laborat, fraus autem & dolus nemini patrocinantur, vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. i. Textus itaque articuli id innuit quod si cuius iuramentum decretum sit, aduenienteque tempore illud non expleuerit in debito condempnetur nisi legale impedimentum allegauerit, vt supra eo. li. ar. viij. ¶ Et si fuerit sacramentum in iudicio promissum, &c. hoc dicitur ex eo, quia contingit aliquando promitti iuramentum coram arbitris quod si non expletur lucratur debitum postquam coram iudice probatum sit, ac si etiam coram iudicio actum esset. Sententiae enim arbitrales custodiende sunt, vt. C. de arbi. l. i.

i. Iuramentum promissa potest etiam coram arbitris.

Ipse mulctam praestet, &c. Q. d. si actum sit coram arbitris tenere quidem oportet non tamen mulcta eis praestatur, sicut fit quando coram iudice agitur, vt. C. de arbi. l. i.

Si reus paratus sit, &c. Quia sicut respondens si non comparet pecuniam perdit, ita persimile actor si se negligit negotio frustratur & iste a iuramento absoluitur, quia actoris & respondentis ius debet esse equale, vt. ff. de reg. iur. l. non debet.

k. Arbitri testimonio unum vincere possunt.

Liber est a sacramento & debito, &c. Is parographus est contra nonnullos fatuos, qui dicunt quod iste eliberari non deberet verum in aliud tempus negotium differri.

l. Videlicet per se uel per literas sigillatas sub fide ac honore & sub iuramento illo rum concordat iur. Mu. ar. liij.

Si desuper testimonium habuerit videlicet coram iudice vel coram arbitris, vt supra. li. i. ar. viij. vnde ex isto sequitur ^k quod arbitri & deferentiarum compositores testimonio vnum conuincere possunt ^l ac si coram iudicio actum sit vt. ff. de probaci. l. i. & ij.

m. De arbitris et deferentiarum compositionibus uide hic p

Vnde ex quo quidem iure utroque spirituali videlicet & seculari saepius dantur arbitri ad discutiendum causas eis commissas quorum sententiae non semper ex recto veniunt tramite, quae nec increpari possunt. ^m Ad obuiandum itaque euenienti periculo quaedam ex ordine de

arbitris ipsis annotare placuit.

ⁿ Vnde sciendum quod arbiter esse non potest seruus, vt. ff. de arbi. l. per iuratus. §. in seruum. Item minoris seu etatem non habens, furiosus seu freneticus, surdus, mutus, arbiter esse etiam non potest, vt. ij. q. viij. c. tria, & ff. de arbi. l. in seruum. l. quin etiam, & l. cum lege Julia. In propria etiam causa nullus arbiter esse potest, vt. ff. de arbi. l. penulti. Contrarium tamen istius videtur esse. C. mandati. l. in re manda. ubi dicitur quod quilibet potest esse compositor negotii sui. R. tamen quod in lege allegata in. C. intelligere vult quod quicunque potest compositor seu equator negotii sui. Lex vero adducta, ff. de arbi. intelligit de arbitris ipsis qui iudices causarum sunt, siue iuste, siue iniuste pronuntiant sententiam eorum tenere oportet, vt. ff. de arbi. l. idem. Praeterea mulier arbiter esse non potest, vt. ff. de reg. iur. l. ij. nisi sit matrona clarissima discreta & sapientis, vt extra de arbi. c. dilecti filij. Item iudex interdictus arbiter alicuius esse non potest, vt. ff. de arbi. l. sed et si in seruum. §. ij. & hoc secundum leges, secundum vero canones bene fore poterit, vt extra de arbi. c. cum tempore & c. cum olim, & extra de electi. c. cum causa, & extra de preben. c. nisi essent, & de presum. c. literas. Item in criminalibus & occasione seruitutis eligi seu ex electione fieri arbiter non potest, quia ad id requiritur iudex ordinarius vt de restituci. in integ. c. penulti. & item pro matrimonio, vel in causa matrimoniali, vt extra de iure iuran. c. tua, & extra de in integrum restitutione. c. causa restitutionis. §. in matrimoniali. Item infamis arbiter etiam esse non potest licet in certis casibus admittatur, vt. ij. q. viij. c. tria, & ff. de arbi. l. pedius. Item si mulier ex parte alterius arbitrum eligat non tenet, vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. Si etiam pupillus absque licentia tutoris in arbitrum consensiat non ligat, vt. ff. de arbi. l. si pupillus. Sententia etiam arbitralis si non sit sub poena uallata, vel aliquo vadio huic simili non valet, vt. C. de arbi. l. i. Vel nisi iuramento comprobetur secundum ius Canonicum, vt extra de arbi. c. cum tempore & c. non sine. Arbiter praeterea sententiam pronuntiare debet tempore per partes praefixo, nam si alio tempore proferat non valet, vt. ff. de arbi. l. non distinguemus, & extra de officio delegati. c. de causis. Si etiam sententiam proferat die solenni vel feriato sententia non valet, vt. ff. de recep. arbi. l. diem. §. si quis litigatur, & ff. de feriis. l. si feriatis. Causae etiam spirituales si per laicum iudicem decidentur non valent vt extra de arbi. c. contingit, & extra de iudi. c. decernimus. Etsi plures arbitri eligantur concordari debent alias non valebit, ff. eo. ti. l. sicuti & l. item. §. si plures, nisi forsitan aliter conditum inter eos sit, vt. ff. eo. ti. l. non distinguemus. §. cum plures. P Si etiam arbitri sententiam quam edixerunt in scripto non dederint, non valet sententia, vt. ff. eo. ti. in certis legibus, nisi

longum pulchras easdemque utiles annotationes, uide etiam ad hanc materiam C. de arbitris. & ff. de receptis arbitris, & q. arbitrium recipiunt, extra de arbitris p. totum.

ⁿ Arbitri qui esse non possunt uide.

^o Sententia arbitralis si non sit sub poena uallata non ligat, Concordat iure Mu. ar. liij. & item de sententijs arbitralibus ui. de per ordinem.

^p Sententia arbitralis in scripto dari debet.

¶ Mortuo uno arbitrorū aliorum perit potestas.

¶ Arbitri si tres fuerint & duo concordent ad inuicem tertius assentire cogitur, uide ad id iure Mu. ar. liij.

¶ Arbitri in edicens do ille qui minus dicit illius sententia ligatur.

forſam aliter conditum ſit, vt. ff. de iudi. L. ij. ¶ Preterea ſi plures arbitri eligatur mortuo vno aliorum perit potestas, vt. ff. de arbi. L. item. §. item ſi plures, poſſunt etiam illi qui arbitros elegerunt ad id cogi quod arbitri decreuerint, & hoc ſit per iudicē ordinariū, vt in. c. dilecti. de arbi. & in. L. ij. §. ait pretor. ff. de arbi. Vnde & compromiſſum non extenditur in compromittentis heredes, ſi de iſtis non fuerit cautum in compromiſſo, vt. c. ſi extra de arbi. Insuper arbitri ultra edicere & decernere non poſſunt niſi illud quod eis committitur, vt ff. eo ti. L. ſi cum dies. §. i. ff. de verbo. obliga. L. quicquid, & extra de arbi. c. cū dilectus. ¶ Item ſi arbitri tres fuerint & duo ex eis concordent, tertius cogitur ſtare voluntati eorum, ſi vero vnus dixerit decem dare alter ſex, tertius vero quinq; qui minus dixerit illius ſententiā ligat, quia qui decem aut ſex dare dixit, etiam conſentire in quinq; quod minus eſt videtur, vt extra de arbi. c. ſi ex tribus li. vi. Cui argentum vel nummi ſunt perſoluenſi &c. Si enim tempus illud ſolutionis coram iudicio limitatum ſit, extunc debitor in abſentia creditoris pecuniam apud iudicem reſlinquere poterit & eliberatur, vt ſupra ar. v. Si vero extra iudicium ſtipuletur ſolutio, & actor pro tempore prefixo non comparet, debitor vt ſic ſatisfacit promiſſi ſui comparando, & acquirit poſthac tempus competens, non tamen per id creditor perdere debitum dicitur. Contrarium iſtius videtur eſſe, ff. de ſolu. L. ſi debitor, vbi dicit lex, ſi pecuniam creditor accipere noluerit per amplius in iudicio audiri non debet. Non obſtante tamen lege allegata. ¶ ſub diſtinctione, quia vel ſolutio adiudicata ſit coram iudicio, eamq; actor ex certis cauſis acceptare recuſat, reſpondens coram iudicio pecuniam reponat, vel in proxima iudicis domo, & vt ſic ab omni quereſa liberatur, vt ſupra eo. li. ar. v. Si vero ſolutio extra iudiciū promiſſa ſit, eamq; acceptare item nolle per id pecuniam non perdit ſuam ſed duntaxat diem iuxta conditam determinat, & reſpondens vt ſic ſine dāno manet ſi aliquid exinde imminabat in bonis vel in honore, quia actoris culpa factum eſt qd ſolutio non ſit ſubſequuta, vt. ff. de reg. iur. L. in iure, hancq; differentiam verbum illud in articulo poſitum cū dicitur accipere nolle, clariuſ expimit, Nolle em̄ aliquid accipere dupliciter intelligitur, vel abſolute, vel ſub certo reſpectu, euenit enim quandoq; quod vnus lubens rem habere vellet, ſed propter inſecuritatē vię vel ex alia certa cauſa eandē non acceptat, iſte non perdit pecuniā ſuam, ſicut hic, & C. de ſoluti. L. obſignatiōe. Sed ſi vnus rem ſuam acceptare non vult, nec hic nec in aliquo alio loco vbi de iure eam acceptare deberet, iſte rem perdere dicitur, & per id ſoluitur argumentum in contrarium inducitur, & lex allegata, ff. de ſoluti. L. Si debitor.

¶ In ferijs iudicia bannire non licet &c. Diceretur poſſet, Paragraphū iſtū eſſe ſuperuacaneum, nam & ſupra articulo precedenti hoc idem dixerat, & ita prius dicta reiterare videtur. ¶ quod non ſine cauſa id factum eſt, quod paragraphum preſentem reiterando hic inſeruit, declaraturus enim eſt autor priuilegi de penis contra iniuſtas ſententias, & de ſententiarum increpationibus ſeu appellationibus, & hoc articulo ſequenti, vt. ff. de mino. L. preſecti. Quare & breuiter tangit paragraphum prius declaratum, quod videlicet in ferijs bannire iudicia non licet, ſi enim iudiciū bannitum non ſit, nec ſententia inueniri poterit, nec inuentam increpare oportebit, quia & ſic etiam non appellare minime ligant. Circa id notandum quod appellationis quā nos increpationem ſententię vocitamus triplicem inuenitur modus. ¶ Primus quod quędam ſententię etiam non appellatę nihil valent, & hoc in quatuor caſibus. Primo ſi ſententia cōtinet expreſſum iuris errorem, vt C. quan. prouo. non eſt neceſ. L. Si cum inter te. Secus ſi error non ſit expreſſus, licet ſit lata contra ius, valet tamen, ſed eſt iniqua & niſi prouocetur tranſit in rem iudicatam, huiusmodiq; contradicō iure noſtro fieri debet in inſtanti, vt ſupra eo. li. ar. vi. Secundo ſi ſententia emptā ſit hoc eſt ſi aliquid donatur vt iniuſte ſententiā proferat, vt. ij. q. vi. c. & qui appellat. §. venales. C. quan. prouo. nō eſt neceſ. ſe. L. venalis. Terrio ſi pronuntiat ſententiā qui eſt inhabilis ad id vt in articulo ſequenti a principio. ¶ Quarto ſi diebus feſtiuiſ ſeu ferijs pronuntietur, ſicut hic & extra de ferijs. c. vlti. & ff. de ferijs. L. ſi feriatis. ¶ ¶ Secūduſ appellatiōis modus quod ſententia quę appellatur manet tamen ſententia & hoc quadrupliciter. Primo quando edicatur ab illis qui ſuperiores ſe nō habēt, vt eſt Papa, Rex. Appellatio enim fieri debet ad ſuperiorem iudicem iſtis vero nemo preſertur, vt. ff. a quibus appel. L. ij. Secūdo ſi appellare vel increpare vellet qui id facere nō poſſunt, vt ſunt illi q criminaliter accuſantur, vt inſra articulo ſequenti. §. vlti. & C. quorū appella. non reſcipi. L. obſeruare. z Terrio ſi tempus neglexerint increpandi, iure enim noſtro tempus appellandi eſt in inſtanti & iudicio durante, vt ſupra eo. li. ar. vi. §. vlti. Iure vero ſpūali & legibus dantur decem dies, vt in auten. de appella. & intra quę tempo. §. i. coll. iij. & extra de iudi. c. quod ad conſultationem. Quarto a iudice qui ſit per electionē vt arbiter, illius ſententiā increpare non poteſt, eundem enim ſibi elegit & ita ſibi ipſi imputabit qui iniquum elegerit iudicem, vt. ff. de arbi. L. diem. §. ſtari. Tertiuſ appellatiōis modus eſt a quādo appellatur & ſententia increpatur, iudicemq; appellans ſiſtere facit, vſq; ad tēpus illud, quoad per ſuperiorem iudicem ſententia declarabitur, an iuſte vel iniuſte edita ſit, & iſtud adinuenum eſt propter duplicē cauſam.

¶ Notā appellationis triplicem modum concordat inſra li. ij. ar. lxxij. iur. Mu. ar. xi.

¶ Sententię quedam ſunt inualide etiam non appellate.

¶ Sententia etiam inueniri non debet inſra parietes obſeratas & ſub tecto ſeu. c. lxxij.

¶ Sententia quę ab ea appelleur ligat tamen in certis caſibus.

¶ Concordat iur. Mu. ar. xi. glo.

¶ Appellationis iuratus & propter quā cauſas adinuenum ſit.

fam, hoc est propter malitiam & stulticiā illo-
rum qui sententias proferunt, vt. ff. de appella.
& rela. l. i.

Articulus XII.



Entētiā inuenire nō
debet uasallus contra
dominū suum, nec ecō
tra dominus contra ua
sallum, nec cognatus contra cōsan/
guineum, ubi uitam eorū sanitatē/
ue aut honorem attigerit. Bannitus
idest dignus officio scabinorum lici
te quemlibet sentenciare potest ipse
autem a nullo ubi uitam honorem
aut hāreditatem attigerit, sed dun/
taxat a suis æqualibus sentētiās aut
eorum increpationes patitur. Extra
bannum regium cuilibet sententias
est licitum pronunciare, & eis ap/
pellando contradicere qui iuris de/
trimentum non paciūtur & hoc in
illis casibus de quibus extra ban/
num regium cognosci potest. Sentē
tia si reprobetur deferri & appellari
debet ad digniorem iudicem, ^a ulti/
mo ad regem, & iudex ad hoc acto/
ri & reo nūctios dabit ut ipsi audi
ant quis eorum coram rege senten/
tiam obtinebit. Nūctij esse debēt
banniti si in comitatu appellatur.
Si uero illud acciderit in marchia,
nūctij esse possunt quilibet pleni
iuris, & iudex eis in expensis proui/
debit. Panem & cereuisiam illis præ
stet abundanter. Craterem uini ad
unamquāq; comestionem & tria
fercula quæ fuerint in die usitanda,
duo uero fercula seruis præstabun/
tur. Cuilibet æquo quatuor manipu
li infra diem & noctem erogentur
et in anterioribus pedibus æqui suf
ferātur. Sex debent esse serui, & oc/

to æqui ab ipsis habeantur, & cum
ipsi aduentum Romani principis
in Saxoniam nationem primo in/
tellexerint, ad curiam eius pergant,
& infra sex septimanarum tempus
confirmatam ab imperio sententiā
reportent. Appellans si sententiam
non obtinuerit ^b iudici mulctam da
bit & pronūctianti emēdam. Iudi
ci etiā in expensis damnabitur quas
cum nūctijs expendit. Sententia
in comitatu reprobata ad marchiam
appellari non potest, licet comes sit
cū eo comitatu a Marchione infeu
datus, & hoc ideo quia in Marchia
non est regalis bannus, & in eo iu
ra eorum discrepant potissimū. Ad
Romanum ergo Principem appel/
latur. ¶ Sententia si quærat ab
aliquo qui eam inuenire nescit su
amq; ignorantiam per iuramētum
declarauerit, extunc pro eadem sen/
tētia alter & tandē tertius & quar/
tus interrogetur. Cum uero ad ulti
mum deuentum sit, ille inducias ha
bebit secūdum quod reo cōtra quē
sententia inuenitur induciatum est.
^c Sententiam inuentam si Saxo re/
reprobauerit deferens eam manui
suæ dextre & multitudini maiori
consencientium ipse pugnabit septe
nus cum sibi similibus aduersus to/
tidem & uincentes sententiam obti
nebunt. Victus iudici mulctam &
uinenti emendam præstare tene/
tur ^d quod tamen nusq; nisi corā re
ge est faciendum. ^e Quærat autē
ab aliquo sententia etsi eam prout
iuris sibi esse uidetur protulerit da/
to etiam quod iuris non fuerit, ipse
pro eo damnum nullum sustinebit.
Si quis consensum inuente senten/
tiæ non præbuerit, & aliam ueriorē

apellat

*b. Cōcordat Iur. mu.
ar. lxxiij.*

*a. Cōcordat Iur. mu.
ar. xi. glo.*

*c. ARTICVLVS
REPROBATVS.*

*dTextus uetustiores
habent pro sententia
reprobata nusq; pū
gnatur nisi corā im
peratore.*

*e. Cōcordat Iur. Mu.
ar. xiiij. glo.*

*Concordat Iur. Mu.
ar. xiiij. glo.*

expresserit in quam maior pars populi consenserit illa vires obtinebit & nullus eorū incurrit penā mulcte, quia ipsorum nullus alterius sententiam increpauit. ^f Appellare qui uoluerit sic loquatur, sententiā quā iste pronuntiāuit iniusta est illam reprobō, & ab ea appello ubi de iure fuerit appellandum idq; peto de clarari. Increpet si Sueuus Saxonis sententiam uel contra hoc ipsi coram Imperio determinent ut supra dictum est. Sententia stādo sub banno Regio increpetur, & sedēdo unusquisq; in sua sede promulgabit eandem. Qui ad illam sedem natus non est, g postulet sententialiter sedem ad ueriores sententiam pronuntiandam, & ibidem sibi cedat qui priorem sententiā exprimebat. Sententiam tunc ab eo prolatam, offerat se secundum iura obtinere, & appellet ubi de iure est appellandum, petatq; per iudicem nūctios adhiberi. Pro sententia increpata ludei consensum populi seu Scabino rum non oportet interrogare. Sententiam etiam qui adinuenit ab ea recedere ei non licebit, ^h nisi ab isto in cuius pfectum pronuntiātū est consentiatur. Qui pro iniuria comprāhensus iudicio præsēntatur sententias increpandī nō habet potestatem, & is etiam cui duellum indictū est, postq; circulo includitur.

Glosa.

Appellat quis contra sententiā ad digniores iudicē tenetur &c. Concordat. L. Imperatores. ff. de appel. & c. dilecti. eo. ti. & ij. q. vi. si quis. & c. placuit. & c. anteriorem. ver. illo videlicet. & q. vij. metropolitanum. C. de appel. L. precipimus. & ff. quis & a quo appel. L. i. ¶ Et vincentes sententiā obtinebunt &c. Maximus abusus est iustitię, hęc obseruatio.

quod tali & similibus casibus vincentes sint potiores. Absurdissimum em̄ est a fortitudine assumi iustitiam quod est delictorum occasio. ^k Nec est fortitudo quę non est cū iustitia laudāda. In autē. ut om. obedi. iudi. in prin. col. v. & ex hoc proueniunt animarū & corporum pericula, de torneā. c. i. Est etiam iste abusus inprescriptibilis quia per id deus temptari videtur, contra Enange. Mathē. iij. & Luce. iij. & de purga. vulga. c. si. & per totū. ¶ Et sedendo unusquisq; &c. vide de re iudic. c. vlti. lib. vi. & quod ibi nota super verbo sedendo, & infra lib. ij. ar. lxxix. Sententias increpandī non habet potestatem. &c. Et merito talis appellare non potest, nam cui audientia denegatur & appellatio sibi interdicta videtur. ¶ qui ex cau. ma. L. sed et si, et si talis est incarceratus non debet pro quo libet actu iudiciali de carcere trahi & ad acta duci. ar. ff. ad turpil. L. domesticus, sed tantū verespō deat, & ut torqueatur vice audiat sententiam, vt. C. de cust. re. L. ij.

Glosa.

Sententiam inuenire non debet. &c. Concordat extra de consue. c. ad audientiam, & extra de iudi. c. ar. si clerici. ij. q. i. c. in primis. C. si non a competenti iudice. L. vlti. Vnde circa id sciendum ^l quod sententiarum increpationes iure nostro contingunt trifariam vt supra pcedenti articulo declaratum est. Extra bannum regiū, &c. hoc est in marchionatu. Vel etiam intelligi potest in iudicio vilarum in comitatu ubi magister rusticorū iudicat. Marchia etenim sub suo pprio iudicat feudo, seu homagio vt superioribus declarātū est. ^m Vnde sub banno regio iudicare tantū valet in proposito, id est sub regis coactiōe. ¶ Qui iuris detrimentū non paciuntur. &c. Querere vnus possit quid id eueniat, quod in marchia degentes sententias a suis in equalibus tollere coguntur, dicunt quidam quod id sit ex eo, quia puincia illa adaueta sit diuerse nationis hominibus. Quidā Sueui quidā Franci. Quidā a Rheno. hęc tamē opinio est minus valida. Respondendum itaq; est, quod in Marchia a suis quidem in equalibus coram iudice proprio, hoc est corā marchione sufferre non coguntur. Si vero alibi iudiciū postulauerint etiam ibidem respondere cogentur sententiasq; acceptate etiam contra velle ipsorum & id ex quodam plebiscito statutū est, ⁿ exindeq; sequitur iuxta aliquorum declarationem Episcopus in recō sententialibus iudicijs, seculari sententię subesse tenetur, vt. ij. q. viij. cuius in agendo. In illis casibus de quibus extra bannum regiū cognosci potest. &c. hoc est quę in vitam vel honorem non vergunt, alias contradiceret paragrapho primo eiusdem articuli. Sed duntaxat a suis equalibus sententias aut

^k Fortitudo laudāda non est si non sit iustitia comes.

^l Sententiarum increpationes contingunt trifariam.

^m Sub banno Regio iudicare q. t. cōcordat supra li. i. ar. lxx. et infra li. iij. ar. lxxij. iur. mu. ar. x.

ⁿ Aliqui limitant dictum istud quod clericus reconuētus coram laico respondere tenetur, hoc uerū est si reconuentionis negotiū à priori depe deat causa.

^f In appellādo quomodo unus loquitur de bet. Concordat iur. Mu. ar. lxxij.

^g Textus uetustiores sic legunt, inuētor tādē prime sententię eidem de loco cedat, & quācumq; sententiā ille qui increpauit inuenerit offerat sese illam iure obtinere, et uicerat ut dictum est exposcēdo nūctios.

^h Intellige si scabini consenserint in sententiā inuentam, et si tūc postea quis appelleret, ille nihilominus q inuenit dimittere nō debet. Si uero sententiā inuenta fuerit, & in eam non consenserint dimittere potest sine damno.

ⁱ In criminalibus appellatio nō admittitur

eorum increpatioes patitur. &c. hoc est ab illis qui in clipeo eis sint equales vt sunt ministriales, vt supra li. i. ar. iij.

Ad digniorem vel superiorem iudicem appellare necesse est. &c. Querere vnus posset an ille iudex superior esse debeat nobilitate vel ratione sedis. R. quod ratione sedis uel loci superior esse debet.

Vltimo ad regem. &c. Nota circa id differentiam in appellando inter ius Saxonum, Canonum, & Imperiale. Iure etenim Saxonico appellatur de vna ciuitate in aliam, ex Marchia vero ad Comitum & vltimo ad regem. Secundum leges vero prouocatur ab vno iudice ad alium, et si intermedio omisso per directum ad supremum prouocauerit, ille cum relegabit ad istum, ad quem prius prouocare debuit. ff. de appella. & rela. l. imperator. Iure autem spirituali omnes intermedij iudices omitti possunt, & precise ad pontificem supremum appellatur, vt. ij. q. vi. c. quociens, &c. ad Romanam & ij. q. vii. c. Metropolitana, & extra de appel. c. si duobus, & co. ti. c. Romana li. vi.

Iudexq; nuntios procurabit. &c. hoc seruatur apud Saxones, alias secundum leges dantur in appellando apostoli, hoc est literas transmittuntur ad illos ad quos appellatur, vt. ij. q. vi. c. ab eo. Apud Saxones vero nuntij transmittuntur ex eo, quia Saxones pro illo tempore, cum ius istud eis largitum est, literas non multum curabant, immo nec intelligebant, quare nuntios mittebant suos. P. Vnde vt textus habet nuntij huiusmodi banniti esse debent ex eo, quia ad ius dictandum sacramento obligati erant.

Si vero illud in marchia acciderit. &c. sicut est Milne, in Brandenburgk, Lussacia, Durinsgia, quia & illi ius Saxonum habent.

Norandum circa id. Quandocumq; dictum inuenis iure nostro in comitatu intelligere debes in iurisdictione vnus iudicij. ¶ Comes etenim secundum antiquum vocabulum Saxonum Groff dictus, iudicem denotat.

Vnde vnus Comitatus dicitur in quantum vni iudici aliqua iurisdicatio supposita sit, vel in quantum iurisdicatio vnus iudicis se extendit, quod & ius ciuitatis dicitur, quod nos municipale ius nuncupamus. Cum vero mentio est de Marchionatu, vt communiter ius prouinciale intelligere vult, ac si dicat in reprobandis sententijs non appellatur ex comitatu in marchia, hoc est ex iure municipali ad ius prouinciale. Nuntij debent esse banniti. &c. ¶ Vnde bannitus esse dicitur quilibet homo non diffamatus ex quatuor suis progenitoribus in illa ciuitate residens. Quodq; exinde merito ad sedem scabinalem eligi possit.

Quilibet pleni iuris. &c. hoc fit ex eo quia ipsi testes esse debent. Si vero notati essent infamia testificari non possent, vt. ff. de his q notantur infamia, li. i.

Iudex eis in expensis prouidebit. &c. Quid si iudex id facere noller. R. quod iniuriaretur, & vt sic amitteret sedem officij, iuri enim contrahere videtur, vt infra art. sequenti in fine. Panem & cereuisiam. &c. exprimitur mensura expensarum ne iudex postmodum partes forsan in expensendis impensis aggrauare vellet, & in eo precauetur indemnitati litigantis, vide etiam ad id in auten. de appel. & inter quæ tempora, illud etiam. coll. iij.

Et in anterioribus pedibus equi suferatur. &c. Per id innuitur quod iudex & scabini iustitiam & prudentiam comitem habere debent, & mediante prudentia iudicium exercere iustitiamq; defendere, quemadmodum sufferamenta equorum protegent equos ne ledantur.

Et infra sex septimanarum tempus. &c. in contrarium istius sunt quedam leges & canones q inducias ad prosecutionem appellacionis illis qui ultra mare inhabitant concedunt vnum annum, vt. C. de temp. & repa. appel. l. si. §. illud, & in auten. de his qui ingrediuntur ad appellandum, §. i. col. v. & extra de appel. c. cum sit Roma, & ij. q. vi. c. qui scit. §. tempus vero. R. quod id ex eo fit, quia vt sic appellantes curiam insequi eos oportet. Saxones vero appellacionem non prossequuntur, nisi cum Rex cum curia sua in nationem Saxonum aduenierit. ¶ Queritur vltius qd si appellans in sex septimanis expeditionem habere non possit, an ruat in causa sua nec ne. R. quod non, quia sex septimanæ de quibus hic meminit initium habent a tempore prosecutione appellacionis cum rex prouinciam intrauerit. Si vero interim post inceptam appellacionis prosecutionem alijs publicis occuparetur negotijs vicio appellantis non dabitur. Quis enim cogere Imperatorem potest, vt ipse ius dictet cum quis voluerit, expectare etiam vnusquisq; cogitur quoad voluntas imperatoris fuerit. Quare vt sic appellans non negligit se, vt in auten. de apel. & inter quæ tempo. §. i. & §. ad hæc, coll. iij.

Appellans sententiam non obtinuerit. &c. hic exprimitur poena illius qui appellat, in appellando tamen succumbit. vide ad id in auten. de his qui ingredi. ad appel. §. quia enim, col. v.

Sententia in comitatu reprobata. &c. Ex quo quidem iure nostro prouocatio semper fit a iudice inferiori ad superiorem. Marchiaq; ipsa superior est q Comitatus. Comes enim seu dum a Marchione accipit, sed qui confert aliquid superior est illo cui confertur & ita sententiam eius approbare vel reprobare poterit, vt. ff. de appella. l. ij. Vnde ergo conuenit istud quod a Comitatu in Marchiam non appellatur. R. quod ratio istius est, quia etsi quidem marchio tribuit comitatum, iudex tamen ipse seu comes bannum acquirere cogitur a Rege, vt supra li. i. ar. lix. sed & Regi ipsi iuramentum prestare, quod iuste iudicet, & exinde colligitur quod potestas & commissio iudicij magis

O. Differentia appellationis secundum ius saxonum & canonicum cum & imperiale.

P. Concordat Iur. Mu. ar. xi. ex usu tamen uenit modernis temporibus hæc nuntiorum transmissio, nã p literas seu scripta etiam apud Saxones appellatio procuratur.

Comes q. t.

¶ Bannitus q. t. Concordat supra li. i. ar. ij. & vi. li. iij. ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar. x. xxi & xxxij.

f. Appellans si infra fatalia appellationis expeditionem consequi non possit an ruat in causa.

dependet a Rege q̄ a Marchione.

Et in eo iura eorum discrepant. &c. ^r Notandum circa id quod ius Saxonie & Marchie discrepat in sex casibus. Primo quia in Marchia non habetur bannus regius. Secundo quia nec officium scabinale apud illos est. Terrio quia nec scultecie illic habentur. Quarto quia in Marchia quedam iudicia transposita celebrantur. Quinto quia rustici certam proprietatem in bonis habent ad ea tamen pertinere non dicuntur. Sexto quia in marchia nullus venit ad iudicium marchionale nisi homines illic bene conseruati.

Sententia si queratur. &c. Occurrit astucie iudicanti seu scabinorum, qui vel propter odium aut fauorem per iudicem interrogati sententiam inuenire forsan recusant, allegantes ignorantiam, quodque eam inuenire nesciunt. Unde textus dicit quod non sufficit allegatio ignorantie, sed requiritur quod iurēt super ignorantia. Quid si iudex diceret ut inuicem colloquantur ad sententiam inueniendam. R. quod colloquutio illa nihil valet nisi ius ipse solus adinuenerit. Sententia etenim inueniri debet non ex narratis, sed quilibet ex se, iuxta iuris formam ut sententiam adinuenerit necesse est, ut. C. de veter. iur. enucle. l. i. §. his itaque & C. de sententiis & interloquutionibus omnium iudicum. l. nemo, & in autē. ut om. obedi. iudi. §. i. col. v. Secundum quod reo induciatū est. &c. ^u Inducie in proposito dicitur esse terminus prefixus partibus ut iuri compareant.

Sententiam inuentam, si Saxo reprobauerit. &c. istius passus declarationem vide supra li. i. ar. xviii.

Queratur autem ab aliquo sententia. &c. Contrarium istius videtur esse. C. de sententiis & interloquutionibus omnium iudicum. l. nemo. & C. de iur. & fact. ignorantia. l. constitutiones, ubi habetur quod constitutiones principum nec ignorare quatenus nec dissimulare permittimus, sententiaque non debet elici exemplo aliorum iudicum etiam peritissimorum sed secundum iura & leges. R. quod cause quedam sunt que non afferunt damnum aliquod, sed nec lucri apporant quicquam. Idem & negligentia quedam esse potest que damnum nulli inferre poterit ut in proposito fit, ille etenim qui inuenit sententiam prout sibi iuris videtur nihil nocere potest nec damnum alteri affert, nam sententiam increpare ille poterit. Per simile prout in iure spirituali a grauamine prouocatur, ut extra de sententiis & re iudi. c. ad apostolicam, li. vi.

Si quis inuente sententie consensum non prebuerit. &c. Per simile sicut iste sine damno manet, qui non secundum iuris formam sententiam inuenit putans esse iudicam, ita & is nihil in commodi sufferre debet qui sententie non consentit, eam iniustam allegando. Vbi enim est similis casus, ibi & simile ius, & ubi una ratio ibi eadem est iuris dispositio, ut insti. qui. mo. ius. patri. potest. §. pari ratione, & ff. de verbo.

obli. l. A. ticio. Et Insti. quod cum eo qui in alie. po. ges. & ff. de edendo. l. quedam. §. numularios & ff. ad le. aquili. l. illud.

Appellare qui voluerit. &c. hic diluit stultam nonnullorum opinionem qui dicebant quod in appellando scabinis ignominia inferri deberet, de sede vel scamnis eorum summouendo & propellendo eosdem, quod magis ridiculum quam verum est, vide ad id. ff. de apella. & rela. l. q. Increpet si Sueuus Saxonis sententiam &c. & hoc fit propter id quod Sueui Saxonum uxores violarunt, quando Saxones sub Hekerno Duce in Anglia decertabant, ut supra li. i. circa ar. xvij. tractum est.

Sententia stando increpet. &c. ^x ex his liquet quod actor reus & procurator in iudiciis sedere non debent ut in auten. ut ab illustri. §. i. coll. v.

Et sedendo in sua sede promulgabit eandem. &c. ^z ex isto liquet quod iudex sedendo sententiam pronuntiare debet, ut. C. de postulata. l. q. quis insti. & C. ubi senatores preclarissimi conueni. l. finali. §. sedendi, & C. de offi. om. iudi. l. i. & C. de offi. diuerso. iudi. l. fi. & xxij. q. i. c. paratus, & ij. q. ij. c. inducie. §. spaciū.

Affidere tamen sibi iudex facile admittat a homines spectabiles & prudentes tempore cum sententie reprobantur, ut in auten. ut ab illustri. §. quęcunque coll. v. C. de officio iudicum. li. i.

Pro sententia increpata. &c. ex isto doctrina datur ^b quod appellatione facta pro nulla re iudex ulterius iudicabit nec ulterius procedet appellatione enim stare nihil est innouandum, ut in auten. de iudi. §. audierit, coll. vi. ^c Unde & poena iudicis si appellatione stante ulterius procedat prefixa habetur, In spiritualibus iudex per annum ab officio suspenditur, quod si suspensione facta officium exerceat, efficitur perpetuo irregularis, ut extra de sententiis & re iudi. c. cum eterni tribunal. li. vi. lure vero seculari si fuerit actio civilis perdit officium. Si vero actio criminalis sit, per sententiamque eius occidit homo, proximi vero tandem occisi actionem contra iudicem instituant, actio huiusmodi in vitam & honorem eius cedit, ut infra arti sequenti in fine & C. de poena iudicum. qui male iudicant. l. vlti.

Unde circa id notandum ^d si sententiam quis appellare voluerit iudexque id denegare velit quis laicus appellans sit, ipsius & suo querens laque potest Episcopo, & ille eum ad id faciendum coget. Si vero tibi nuntios denegauerit, Episcopus, literas hoc est apostolos dare debet & ita negotium perficies, ac si nuntii tecum missi fuissent, ut in auten. ut diser. iudi. §. si tamen, coll. ix. & extra de foro competentis. c. ex transmissa, & xxij. q. v. c. administratores. Sententiam etiam qui adinuenerit. &c. Paragraphus iste contrariari videtur prius dictis ubi habetur queratur autem ab aliquo sententia et si eam prout iuris sibi videtur protulerit, quis iuris non sit, damnum nullum sustinebit sed

^x. Nota iure feudali sententiam increpans si inculpatur quod non zelo iusticie sed causa dilationis id faciat cum iuramento se se excusare oportet uel multa prestare.

^y. Actor reus in iudicio sedere non debent

^z. Iudex sedendo, ius dicit unde supra li. i. ar. lviij. glo.

^a. Iudex assidere admittit uiros spectabiles iudicio suo

^b. Appellatione facta nihil ulterius intentandum. Concordat infra ar. xij. iur. Mur. ar. xij. & xvij.

^c. Poena iudicum qui appellatione stante ulterius procedunt,

^d. Appellatio si non admittatur quid faciendum.

Reus Saxonum & Marchie discrepat in sex casibus.

Inducio q. l.

nec is qui inuente sententię consensum nō prebuerit. Hic vero in isto paragrapho dicit qd ab inuenta sententia recedere eidem nō licebit. Si ergo recedere a sententia sibi non admittitur, quare assentire eidem cogitur, & ita in dānam incidere poterit. R. quod cum assensus inique sententię non prestatur, Vel etiam quādo sententia contra iuris ordinem putans eā iustam & iuridicam quis inuenerit, sententia huiusmodi nemini preiudicare dicitur, quia sententia nulla & ita recedere ab ea poterit, paragraphus vero presens loquitur de sententijs iuste adinuenticis ab ea enim is qui eam inuenit rat recedere non potest, sine consensu illius in cuius commodum pronuntiata est, euenire enim forsan posset quod subterfugere volens fatigas & labores in appellando potius recedere vellet a sententia inuenta q̄ fatigas in appellando subire, & quia id in damnum parti cui sententia adinuenta est cederet, iure itaq; cauetur hic ne id fiat sine cōsensu illius in cuius profectum sententia promulgata est, vt. C. de senten. ex pericu. recitanda. L. hac lege. Qui pro iniuria iudicio presentatur, &c. Istud superioribus declaratum est, cōcordat etiam. C. quorum appellaci. non reci. L. obseruare, & hoc ex eo fit, quia suspicatur quod malefici cum per id liberare vellet vt. ff. de penis. L. si quis.

Articulus. XIII



Nunc percipiendum venit de iniurijs^a quæ iustitia eis debeatur, fur est suspendendus.

Accidat autem uillanis in die in uilla furtum quod minus fuerit trium^b solidorum hoc ipso die scultetus seu Gogrius eundem punire potest^c in cute & crinibus, uel reus eandē poenam redimere tribus solidis poterit^d & ut sic infamis & iuri alienus permanebit. Istud est maius iudicium quod pertinet ad scultetum, hoc tamen facere non poterit si actio pernoctetur. ^eSuper nummis & alijs mobilibus bene ulterius iudicabit. Prædicta etiam poena^f seu iudicium contra iniustas mensuras & pondera iniqua, & uēdibiles res falsificantes, si poterint comproba-

ri noscitur constituta. Omnes Sicanij & qui aratra tum & molendina Ecclesiasq; & cimiteria spoliant traditores, incendiarij, & eorum nuntij qui eorum agunt profectū. ^g Alij textus habent & qui legationes in suas peruertunt utilitates ^h plecti debent in rota. Qui aliquem interficit non tamē sediciose captiuat, spoliatur, aut incendit, & uirginem opprimit aut mulierem seu pacem infrangit, & q̄ in adulterio fuerit deprehensus capite plectitur. Qui furta aut spolia celauerint uel facientibus patrociniū ad hoc præstiterintⁱ conuicti eadem legis seueritate puniuntur. Si quis Christianus, Christianaue apostotauerit, uel uenenū cui ministrauerit, aut incantauerit, igne is flammis in craticula cōcremetur. Iudex si actionem iniuriarū uel pacis uiolatorem non iudicauerit^k ea damnatio iudici inferenda quam in ferre iniurianti dissimulauit. Nemo tenetur ad iudicium iudicis accedere, nec coram eo in iudicio assistere aut comparere^l quando ipse alicui iustitiam petēti denegasse^m probabit.

Glosa.

Nūc percipite de iniurijs. &c. ^m Et quia hic exprimuntur varię poene malefactoribus infligende. Vnde ista infligi debet nō maior aut durior alioquin iudex infamis sit, vt. C. ad. L. Iuliam de vi. publi. aut priua. L. seruus qui in fine. Hoc verum nisi causa subsit, alioquin cōtra. ff. de penis. L. respiciendum & ff. de his q̄ notantur infamia. L. quid ergo. §. poena grauior & C. ex qui. cau. infra. irroga. L. etsi seuerior, & de transactiōi. c. si. in principi. n. Vbi uero certa poena statuta nō est, debet iudex pcedere seruata equitate, semper in humaniorem partem declinando & arbitrarie puniendo, vt in dicto. c. fina. de transactiōe, & de offi. delegati. c. de causis. ff. de iure deliberan. L. i. §. i. ff. de usuris. L. more. ff. de testi. L. questū scio. ff. de ver. ob. L. continuus. §. ij. & ff. de iniuri. L. sed si unus. §. ait prætor. Et si pro vno delicto diuerse pene statuuntur quę tunc sit infligen-

g. Poenas diuersorum criminum uide infra co. li. ar. xvi. & xxxvi.

h. Attende hoc uerbū conuicti quia per hoc uidetur dicendū si q̄ huiusmodi crimina uel auxilia solum faciantur non tamē testibus de his uictus esset quod is textus non habet locum cum iure cōmuni, confessio præsertim in criminalibus nō dat cōuictiōem nec importat quę cōuictiū esse, unde uidetur cessare huic casui is articulus tu cogita id quod iustum est. Infra tamē in annota. circa ar. xvij. eo lib. habetur quod ex sola confessio ne potest quis damnari dummodo sit ex proposito & sine turtura ibidem uide.

^l. Iudias male iudicantis grauisima poena.

^k. Ad hanc materiam uide abunde Iur. Mu. ar. xi. & xvij.

^l. Concordat Iur. Mu. ar. xi. & xvij.

^m. Concordat infra li. iij. ar. lxxxiiij.

ⁿ. Poena ubi certa statuta non est in mitiorem iud. x. debet declinare partem.

^a. Textus uetustiores ita legūt hę sunt poene quę pās uolatoribus & alijs excessuuis infliguntur.

^b. Hoc casu de consuetudine solidus p̄ floreno accipitur q̄ mittitur fieri debet in interpretatio. nam & in legibus florenus solidus dicitur à soliditate auri dictus ut supra circa ar. i. eiusdem li. ij. declaratum est.

^c. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxviij. De gogrius uero uide supra li. i. ar. lvi.

^d. Vide supra li. i. ar. xxxviij. & infra li. iij. ar. xvij.

^e. Quia iudex seu illud iudicabit qui et peritior esse uidetur & superior.

^f. Alij textus habēt eadem etiam poena debetur habēti iustā mensuram & pondus iniustum resq; uendibiles falsificantes.

da nota in dicto. c. de causis & ibi vide.

C Facte sunt enim leges ut earum metu hūa na coherceatur audacia, tutaq; sit inter im probos innocentia, & in ipsis improbis for midato supplicio refrenetur audacia & nocen di facultas, vt. iij. dist. facte.

Fur est suspendendus, &c. ^o Et furca suspen sus non debet deponi sine licentia iudicis, q̄ tamen perenti facile concedere debet, vt no ta, in cle. de pēni. & remissi. c. i.

Quod minus fuerit trium solidorum, &c. Sci as autem quod constitutio Frederici impera toris dicit de quinque solidis, vt in lib. feudo de pace tenē. §. si quis, vbi sic dicitur. Si quis quinque solidos valens, aut amplius furatus fuerit laqueo suspendatur. Si minus scope & forpice excoiētur & rōdatur. Et licet hoc videatur per q̄durum, lex tamē ita scripta fa cit. ff. qui. & a qui. l. prospexit. p Si tamē sus tes sūt irrogati vel tortori datus sit vnus ad inquisitionem criminis non inducunt infami am vt in. l. nullam. C. ex qui. cau. infam. irro ga. Nec etiam ictus fustium infamiam irro gant, sed causa propter quam fiunt, vt. C. eo. titu. l. fustibus.

Omnes sicarii, &c. Secundum ius autem cō mune pēna voluntarij homicidij iuxta leges in sublimib; est deportatio & omniū bonorū adēptio, in mīoribus decapitatio. Sed scd'm Canones si clericus est, deponitur. Si laicus, excommunicatur, secundum Vin. & Gof. & notat Ioan. And. de homici. sicut dignū, & vide in specu. ij. parte. de sen. §. vi. vers. si aut, vide plenius infra. eo. arti.

Incendiarij & eorum nuntiij, &c. Verum incē diarij sunt excommunicati ipso iure, vide de senten. excommuni. tua. in glof. & de foro. cō pe. conquestus, & xij. q. ij. cum deuotissimam in glof. ¹ Et incendiarius non absoluitur nisi damna refarciat & prestito iuramento quod vlterius ignem non adponat. xxij. q. vlti. c. pessimam de iniur. c. si quis, de verbo signifi. ex parte in fine. Et debet penitere per tres an nos vt in dicto cap. si quis.

Qui eorum agunt profectum, &c. Pro hoc vi de quod notatur eodem libro, circa articulū vltimū de faciente & consenciente qualiter puniantur.

Aut mulierē virginemq; violauerit, &c. Vnde etiam dicit lex cōmunis Raptores virginū honestarum, vel ingenuarū, siue iam de spō sate fuerint, siue non, vel quarumlibet vidua rum licet libertine vel serue sint capitis suppli cio decernimus plectendos, vt in. l. vnica. C. de raptu. virgi.

Qui furta aut spolia, &c. Vnde concordat ad hoc lex imperialis, cum dicit. Interdum furti tenetur ipse qui furtum non fecerit, qualis est cuius ope & cōsilio factum est furtum, vt in sti. de obli. quē ex deli. naf. §. interdū q̄q; furti. Si quis Christianus, &c. concordat. l. nullus cū sequētib; C. de malefi. et Mathe. et ceteris

Si quis iudiciū iniuriarum, &c. Vide pro cō cordantia. C. de pēna iudi. qui. ma. iudi. l. vlti. & Insti. de oblig. quē ex qua. deli. naf. §. i. & quod ibi notatur, & in. c. i. de re iudi. in. vi. quē sit pēna iudicis male iudicantis, etiam hic in glof. & infra li. ij. ar. lxxxvij. & in vlti. feuz do. de pa. iura. fir. in. l. hac edictali. §. iudices. Nota quod valet statutum quod pro homi cidio imponit certam pēnam pecuniariā, vt de deli. pue. c. ij. & hoc verum est de iure ca nonico. Secus de iure ciuili secundum doct. ibidem.

Glosa.

In articulo presenti autor priuilegij de pēnis malefactoribus infligendis tractat, iusticiāq; vt pro delictis ministretur suadet. Vnde et si quidem multi misericordiam a iustitia discer nere nescientes legem hanc durā & nimis aspe ram immo religioni Christiane contrariam esse dicūt, miris etem modis lex nostra Chris tiana misericordiam suadet vt ex multis sa cre scripture locis colligi poterit, dicit enim saluator misericors estote sicut pater vester misericors est, & item in alio loco misericor diam volo & non sacrificium. Pręterea alibi habetur misericordie domini super omnia ope ra eius. Et item dimittite & dimittetur vobis. Pręterea in oratione dominicali, dimitte no bis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. Si itaq; iustitiā vnus insequi vult malefacto res puniendo a misericordia cadere videtur, nec filius misericordissimi patris nuncupabitur. Misericordia siquidem omnes excessus dimittit, iustitia vero pro his pēnam infligit. Si itaq; non dimitto, nec pater dimittet mihi. Si iudico aliquem & deus ipse iudicaturus est me sicut scriptum est, nolite iudicare & nō iudicabimini, ad Roma. xiiij. & i. ad Corin. iij. & 2. quod etsiquidem lex Christiana miseri cordiam suadeat, iusticiam tamē non ommit tere facit, immo vtrunq; misericordiā iusticie iūgi debere docet. ¹ Quinimmo si qs malefa ctori pēnam temporalem infligit misericors diam in eo facere dicitur. Per pēnam enim tē peralē liberat eum a pēna eterna ex morteq; corporis animam eternaliter viuere facit, q̄c quid enim iudex hic secularis pro excessu iu dicauerit. Deus omnipotens amplius illud non iudicabit, vt. xxx. q. ij. c. questum. Vnde si vnus misericordia ductus malefactorem vi uere sinat, alijs similia patrādi animū dabit, & ita occasionē mali de se prebebit, vt. xxij. q. iij. iustū est, & xxij. q. iij. c. est iniusta. Tus cius ergo est malefactorem occidere ad dete rendum alios a simili maleficio, & ad conso lationem proborum qui conturbati a nequā hominibus fuerunt, vt eo securius deo inferui re possint. Vnde Iudex qui vt sic misericordia motus malefactorem dimittit, ne eum mole stet. Pręcise ita est misericors sicut is qui puer ro ploranti ad mittigandum eum a fletu cul

¹ Malefactorem ex iustitia puniens mi sericordiam in eo fa cere diatur

^o Furca suspensus nō debet deponi sine licē tia iudicis.

^p Fustium ictus non irrogat infamiam sed causa propter q̄ fiunt

^q Incendiarius non absoluitur nisi refarciat damnum.

Speculi Saxonum Liber Secundus

tellum sibi porrigit, quo tandē leditur & vulneret sese, vt. xxij. q. v. c. qui vicij. Ad rationes vero in contrarium adductas respondendum breuiter, ad illud vbi dicebatur dimittere & dimitteretur vobis. Intellige si quid cōtra te excefferit extunc ex persona tua dimittere debes. ^f Si quid vero contra deum & precepta eius quis egerit, dimittere minime debemus. Ira enim dei inuigatur, cum malefactor punitur, vt. xxij. q. iij. c. si quos. Illud vero quod dicebatur nolite iudicare, &c. Intellige si iudex non est & autoritate ad id prestita caret, alias in officio positus illa iure facere poterit. Vnde cum dicitur in textu fur est suspēdendus. Intellige non simpliciter, sed autoritate & ex statuto legis suspendi fur debet nec illum iudex dimittere audeat, quis etiā cum lachrimis petatur, vt. xxij. q. iij. c. est iniusta, & ff. de offi. presi. l. obseruandum. Si etiā p alia quam demeruit morte petatur id facere minime debet, vt. ff. de penis. l. respiciendū.

¶ Accidat autē villanis in die furum, &c. hic ex ordine tria tanguntur. Primo de fure diurno, ex eoq; innuere vult, ^r quod furtū diurnum non est adeo detestabile sicut nocturnū, furetur itaq; vnus de die minus q̄ tres solidos in cure & crinibus punitur ^u hoc est ad statum am virgis ceditur, & crines sibi supra in capite in cumulum coniuncti colligantur.

^x Dicunt quidā quod tempore quo ius istud Saxonibus largitum est, longos deferrebant crines Saxones, in maleficioq; detenti crines eorū simul colligabantur & abscedebantur seu tondebantur vt cognosci possint & euitari. Y Nunc vero cum breues ceperunt deferre crines auricula eius absceiditur, vt dignosci possit. De furto nocturno hic nihil meminit ^z ex eo, quia qui de nocte aliquē in domo sua occulsa preuenit in vitā sibi cedit immo & occidi ibidem poterit, vt. C. quan. li. vnicuiq; sine iudi. se vindi. l. liberam, & hoc ex eo fit, quia malum de quanto cōmunius de tanto grauius puniri debet, vt. ff. de furtis. l. i. Et propter id etiam fures suspenduntur nec suspensi sepeliuntur. ^a Vel admodum raro, vt reliqui terreantur, vt insti. de acci. §. plane. Istud maius iudiciū, &c. Secundum quod tangitur in textu, quod videlicet sculteri seu Gograuii istud quod textus habet & non aliud maius iudicium obtinent in penalibus. Obiciunt quidam, iudicium istud sculteri nō esse penale seu criminale ex quo iste tribus solidis liberatur. &c. tamen quod iudiciū istud penale est, quia vt sic in facto deprehensus, si fustes sustinet, verbera huiusmodi eius pena est. Si vero liberatur tribus solidis vt textus habet efficitur infamis & iuri alienus & ista est adhuc maior pena, concordat ad id supra. li. i. ar. xxxvij. & C. ex qui. cau. ali. infra. ga. l. non damnatos. Hoc tamen facere non poterit si accio pernoctetur, &c. Tertium quod tangitur in textu, quod videlicet Gograuius pernoctata nō ius

dicat, quia iudex infeudatus illud facere debet. Ille etenim pro experiori reputatur, vt Insti. in prohe. §. vlti. & in auten. de iudi. §. i. coll. vi. Vbi habetur quod indignum videtur habere nomen sed indignius gerere officium iudicis qui pericia iuris careat.

Sup. nummis & alijs mobilibus, &c. Ex isto liquet quod largiorem ius ipsum tribuit facultatem Gograuii seu sculteri in causis civilibus q̄ in criminalibus, ^b res em̄ quę maioris importantie sunt etiam maiori prouisione indigent, vt. ff. de reg. iur. l. nemo potest, & extra de electi. c. vbi maius periculū. li. vi. Querere vnus possit ad quantam summam possit huiusmodi sculterus iudicium extendere suum. Aliqui dicūt pro quantacūq; summa vnus querelam instituerit, mirum tamen id videretur quod is qui etiam pro vno mēbro iudicium exercere non potest vt super eius tota hereditate aut proprietate iudicare posset. Vnde iure quidem Cæsareo iudices huiusmodi qui & pedanci dicuntur iudicare nō possunt, ^c nisi ad decem octo libras, vt in auten. de iudi. §. audient, coll. vi. Quod autē iure nostro iudices huiusmodi pedanci seu sculteri maiorem summam iudicare possunt est d ex eo, quia hic non requiritur tanta iuris subtilitas sicut in legibus obseruatur.

Predicta etiam pena seu iudicium, &c. hoc est quia vel ad statuā alligantur & scopis verberantur, vel redimunt sese & infames erunt, vt in auten. de colla. §. nullus, coll. ix.

Omnes sicarii, &c. Qui em̄ interficit aliquē homicida est, vt. xxij. q. v. c. de occidendis. Pro intellectu tamen textus clariori. Nota ^e quod homicidium contingit trifariam. Primo interficit vnus alium ex mera voluntate, animo rapiendi bona illius & de his loquitur paragraphus presens. Secūdo interficit vnus alium propter pacem, de quo infra in paragrapho qui aliquem interficit, &c. & is capite punitur. Primus vero rote apponitur. Tertio interficitur aliquis casualiter & is verigel do absoluitur, vt infra eo. li. ar. xxxvij.

¶ Contingat vero aliquem cedere vbi nulla via eunti esset interimq; casualiter interficitur vnus quem Cēsor arboris illic gradere non putabat, manet sine damno. Ad hanc materiam, vide. ff. ad le. aquili. l. si putator, & ff. ad le. Corne. de sicarijs. l. i. §. diuus Adrianus, & C. eo. ti. in plerisq; legibus, infra eo. li. ar. xxxvij.

Spoliat aut incendit, &c. de his vide. ff. ad le. iul. de vi. publi. l. in eadem.

Et virginem aut mulierem opprimit, &c. Per id etiam intelligunt, illi qui vxores suas alijs ad adulterandum exponunt, vel alias probas & honestas matronas aut virgines ad opprimendum ordinant lenociniū exercēdo.

¶ Et q̄ in adulterio fuerit deprehensus, &c. & hi sunt q̄ maritatis vxoribus sese immiscent vel ipsimet vxorati alijs concubunt. **¶** De oppressoribus virginum, vide, C. de raptu.

^f. Excessus cōtra nos factos quomodo pro pingis nostris ex precepto diuino dimittere debemus & quomodo non, & an poena pro malefacto & excessu expeti debet, vide Iur. Mu. ar. xvij. glo.

^r. Furtum diurnum non est adeo detestabile sicut nocturnum

^u. Concordat Iure Mu. ar. xxxvij.

^x. Nota.

^y. Dura est ista commutatio loco criniū auriculā perdere, tu tamen sequaris id quod æquum est.

^z. Preuentus vnus noctu in domo occulsa alicuius siue furetur siue non, occidi poterit, concordat supra li. i. ar. l. Iur. Mu. ar. xxxvij.

^a. Suspensi quare ut communiter nō sepe lii. ur rationem vide cōcordat Iure Mu. ar. xxxvi.

^b. Res maioris importantie etiam maiori prouisione indigent.

^c. Accipiendo libram quę contineat xx. solidos & quemlibet solidum per xij. denarios computando, concordat Iur. Mu. ar. xlviij.

^d. Iudex causarum aulium potest ultra trecentos aureos iudicare ut hic secundū saxo.

^e. Homicidium contingit tripliatē concordat infra eo. li. ar. xxx. viij. Iure mu. ar. xxx. viij. +

Vgi. l. i. **C**De fornicarijs. ff. ad le. Iul. de adul. l. i. **C**De lenonibus vide. ff. de iniur. l. attē tari. & in auten. de lenonibus col. iiij. **C**De adulteris ubi eque femina sicut & vir punit. vide. C. ad le. Iul. de adulte. l. reos. Hi em omnes capite plectuntur. C. de raptu. virgi. l. i. Qui furta aut spolia celauerint. & c. de his vi de. ff. de fur. l. his qui. & l. si quis & Insti. de obliga. que ex delict. nascun. §. interdum.

Si quis Christianus apostotauerit. & c. f. Ex isto colligitur quod nullus vitam demeretur propter id quod fidem non tenet Christianā, nisi Christianus apostota, vt. C. de iudeis. l. iudei. & isti ab Ecclesia catholica reiciuntur, vt. xxiiij. q. iij. c. quidam.

Aut incantauerit venenāq; ministrauerit. & c. g. de his vide. C. de maleficiis per totum, & xxvi. q. v. per totum.

In articula cōdemnetur. & c. de his vide. ff. de penis. l. capitolium.

Iudex si actionem iniuriarum non iudicaue rit. & c. Pre custodiendi itaq; iudices veniūt vt ea euitent. h. Iudex etenim furem dimittens ipse solus pro fure reputabitur, vt ex textu eli ci potest, concordat etiā de pena iudi. qui ma le iudi. l. vlti.

Nemo tenetur ad iudicē accedere. & c. Id qd prius dixerat de iudice si actionem iniuriarū non iudicauerit. & c. Intelligi debet in crimi nalibus, quod vero hic loquitur in ciuilibus actionibus intelligitur, vnde si in primo iusti tiam denegauerit, vel solus ipse iniustitiā fec erit, in vitam actio cedit. In secūdo vt hic of ficiū perdit & illi cui iniuriam fecit resarci re cogitur, vt hic, & ff. de varijs & extra ordi. cogni. l. vlti. quinimo periurus efficitur, vt infra. li. iij. ar. liij. Insti. de obliga. q. ex delict. nascun. §. i.

Ex le. xij. tabu.

Lex etiam. xij. tabu. articulum confirmare vi detur presentem cum ait, Furem qui manife sto furto prehensus erit, si furtum aut noctu faciat aut interdū comprehēderetur & se te lo defendat occidito, ex ceteris manifestis fur ribus, liberos verberato, & ei cui factum luci furtum erit si se telo non defendat adicito. Ser uos autem manifesto furto prehensos verber ribus afficito, & e saxo precipitato. Pueros impuberes pretoris arbitrato verberato, no xamq; ab his factam sarciri facito. Furta que per lancem liciniumq; concepta erunt, sicut manifesta vindicato. Hac lege Caius in lege Aquilia furem noctu aut interdū deprehē sum occidere permisisse dicit. Si id ipsum cū clamore significaretur & si interdū se fur te lo cum prehenderetur defenderet. Teli autē appellatione interpretatur & fustis & ferrum & lapis & deniq; omne quod nocendi causa manumittitur in hac lege significatur, licet vulgo quod ab arcu in longinquum mittitur

telum appelletur. In hac lege. x. viri sententiā Draconis in aliquo sequi videntur, qui pri mus omnium Atheniensibus leges statuens, furem cuiuscunq; furti supplicio capitis esse puniendum censuit. Postea vero vt Gellius ait ab illa lege decē virali discessum est, & p pat re ad Solonis legem peruētum. Nam si quis sup manifesto furto iure & ordine experiri ve lit, actio in quadruplum datur. Pro furto autē concepto & oblato poena triplici constituta est, alijs deinde furtis omnibus que nec mari festa appellatur penam dupli, sicut & Solon Legumlatore impouerunt, rursus actiones concepti & oblati furti in defuetudinem secū dum Iustinianum abierunt. Tu tamē tene pri uilegium in casu huiusmodi.

Articulus XIII



Interficietur si quis cau sa necessitatis^a & per petrans propter sui cor poris periculū eū in iu diciū adducere non audeat. b Si uenerit absq; mortuo & fateatur an teq; aliquis contra eum agat offerēs se de eo iustificari, corporale iudiciū sibi pro eo non inferatur. Iudici ta men maior nummorum sicut solet acquiritur multa^c & parentele in terfecti uerigeldus adiudicetur, ad quem acceptandum ad primum se cundum tertium iudiciū bannū ag nati mortui cissentur, ut recompen sam seu uerigeldū accipiant pro ag nato, etsi non uenerint pax reo ser uari sentenciabitur & cum uerigel do supersedere pronunctietur quo usq; propinqui per actionem ab eo eundem extorquet. Cum huiusmo diq; interfecto nullus eum uincere pōt postq; se anteq; accusaretur iu dicio presentauit. Si uero interfe ctus nondum sepulture traditus in iudiciū aportetur & contra aduer sarium proponatur reus stricto mo do hoc est pro collo respondere aut mortuum ut supra dictum est^d cō/

a. Cōcordat Iur. mu. ar. lxxxviij.

b. Textus uetustior res ita legūt, & nō audet ex metu arca eum mancre ut cum ad iudicem apporet & contra eum quē ruletur.

c. Hoc est multam maximam iudici dea merebitur, de mul tis uero quomodo exolui debeant uide infra li. iij. ar. lxxij. et lxxij. & item li. i. ar. liij.

d. Quomodo autem id fieri debeat uide supra li. i. ar. xlix. & l. & item lxxij.

f. Nullus punitur in uita quod fidem non tenet Christianam ni si Christianus apostota.

g. Vel etiam futura prädixerit, uel alia familia fecerit.

h. Iudex furē dimittens pro fure reputatur, cōcordat Iur. mu. ar. xviij. glo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

vincere eundem oportebit.

Glosa.

Interficietur si quis causa necessitatis. &c. An autem quis dicitur homicidium fecisse in defensa, iudicis arbitrio committitur. Sicut an iustus sit metus. C. de transacti. L. interpositas in glos.

Corporale supplicium ei pro eo non inferatur. Hic ergo magis attenditur causa facienda & modus ac animus qui factum. ff. de fur. L. verum. ff. man. L. si procurator in prin. lxxxvi. dist. non satis. xv. q. vi. c. i. de pe. dist. i. quamuis Nota quod non solum tenentur de maleficio illud perpetrantes sed etiam tenentur alij tanquam socij & auxiliares, nedum ex insultu & coadunatione prebentes favorem, immo ex sola presentia si per eam insultus reddatur timidior ad hoc quod no. lo. An. post Inn. in. c. continentia de cle. percul. Oportet autem ut dicantur socij auxiliares quod omnes in rixa sint pariter principales, & ad maleficio illud perpetrandum principaliter coadunati. L. ij. §. homines. ff. vi. bo. rap. Vnde censendi sunt pariter principales & omnes tenentur & sunt puniendi, ut in. L. si in rixa. ff. ad le. Cornel. desic. in glo. or. & idem sentit ibi Bar. Et hec vera quod potest concedi contra alios tanquam socios & auxiliares quando eis constat de delicto principalis, alias non, ut not. Bar. in. L. si is qui. §. si tu ticiu. ff. de furtis. Pro hoc etiam vide quod notatur de socio consiliario favorem dante & de defensore in cle. i. de poenis in glo.

Glosa.

Interficietur si quis. &c. Articulus iste limitat prius dicta, ubi dicebatur, quod omnes sicarii rota plebati debeant. Homicide vero gladio puniri. Excipiuntur etenim qui causa necessitatis & in defensa aliquem occidunt, ut. ff. de vi. & vi. arma. L. vim vi. Qui enim alium, vis tam sibi adimere volentem interfecerit, manet sine damno, ut. C. ad le. Corne. de sicca. L. his qui, & L. si quis.

Et perperans non audet propter periculum corporis &c. Et hoc evenire potest quia vix forsan solus ab eo absolutus fuit. Vel quia ita potens in amicis est quod eum ad iudicium presentare non audet amicorum violentiam timens, ut. C. de his qui vi. me. cau. gel. sunt. L. si donationis.

Offerens se de eo iustificari. &c. Istius oblationis testes cum habere oportet, necessitatemque declarare defensione & ita non demeretur pena colli, & hoc ex eo fit, nulla enim sententia contra absentem lata ligat nisi sit absens ex contumacia, quod hic non fit cum vnus ex metu iudicio comparere non audet, ut. C. de p. cu. L. quia absente, & ff. de penis, L. absentem

& ij. q. ix. c. caueat. In contrarium licet istius esse videtur. C. de his qui per metum iudi. non appell. L. i. ubi habetur si contra te iure pronuntiatum fuerit, nec appellationis auxilium imploratum est. Intelligis acquiescere te statutis oportere, In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti. Ex quo itaque iudices omnes imperij auctoritatem gerunt, quare nec timere eos vnus debet, sed nec in proposito metum allegare iste poterit, nisi illud probet sufficere, ut. C. de his qui vi. met. causa. L. cum te, & L. metum. R. quod lex in oppositum adducta non contradicit prius dictis. Intelligi enim debet quod coram iudicio imperatoris nullus timere debeat. Presumptio enim timoris in curia principis cessat, nam ubi princeps ibi securitas, secus autem fit in alijs iudicijs, unde etsi quidem iudicia omnia ex imperatore dependent, tucius tamen vnus prouiditur a violentia in curia imperatoris quam coram alio iudicio. Vel dic quod in proposito is qui propter metum corporis iudicio non comparet non id facit ut iudicium formidet, sed violentiam timet ab amicis defuncti.

Iudici tamen maior nummorum acquiritur multa. &c. Querere vnus possit quid id fiat. Si enim deliquit, pecunijs refundere iure non potest. Si non deliquerit, quid pecuniam perdit. Quod autem innoxius sit & nihil deliquerit, habet. C. ad le. corne. de sicarijs. L. his qui. & L. si quis, & ff. eo. ti. L. i. §. diuus Adrianus & ita propinqui iniuste pecuniam ab eo accipere videntur quod fieri non debet. Nullus enim locupletari debet cum iactura aliena, ut. ff. de reg. iur. L. iure nature. R. quod iuste accipiunt pecuniam, quia iste optionem habet si venire vult & defendere sese pecuniam retinebit. & Si vero potius prestare pecuniam vult, iste iusto et sine peccato accipit, ex eo, quia cum bona voluntate offertur.

Quousque propinqui per actionem ab eo eandem extorqueant. &c. Queritur quo pacto per querelam id lucrari debeat, ex quo quidem prius citati non comparuerant. Citatus vero non comparens ruit in causa, ut. ff. de re. iudi. L. contumacia. R. quod id ubi dicebatur quod videlicet agnati mortui ad primum secundum & tertium citentur. &c. Citatio ibi accipi debet pro denuntiatione & non proprie projectione, nullus enim alium citare potest nisi eum accuset, vel quod accusetur, quod non fit in proposito. Propinquos enim in eo casu nullus accusare intendit, sed nec ipsi aliquem accusant, & ita nulla citatio fuit. Quid si questi fuissent an venire teneantur. R. quod non, quia iudex non susceperat querelam illorum propter illius qui prius venerat excusationem, quam & prius audiuerat, & ita querela illa pro non incepta habetur, ut. ff. de reg. iur. L. non videtur. Si vero interfectus nondum sepulture traditus iudicio apporet ab amicis, ut textus habet. &c. Queritur quid tandem interfectus fa-

c. De maleficio nedum patratores sed et auxiliarij accusari possunt.

¶ Alique glosa addunt etiam si pro tunc propter metum corporis solus per se iudicio non compareat, nisi enim id adderetur, declaratio glosa sequentis cum legibus inductis locum non haberet.

¶ Hec glosa declaratio non est ad mentem textus articuli presentis, innuere enim textus vult quod dato si compareat reus antequam contra eum questum sit iudex multam ab eo arripit R. itaque quod propinqui illius occasione iusto pecuniam accipiunt ex eo quia ius istud sic statuit et id fieri admittit non omnium etenim que iure statuta sunt ratio assignanda erit.

cere debeat in eo casu. R. quod occisorem alioquin tenetur duellatiter seu penaliter, ac si eundem solus ad iudicium apportasset, ut supra li. i. ar. lxxiii. & hec est prima exceptio, h. qd non omnes sicarii seu homicide rote apponi aut capite plecti debent, istum enim excusat defensa legalis. Eximunt etiam leges a rote pena illos qui parentes occidunt propter enormitatem facti aliam eis imponentes penam. Vnde nota i quod qui patres, matres, filios, auum, auiam, consanguineum seu affine occiderit, seu conficius criminis existat, neq. gladio neq. ignibus neq. ulli alie solenni pene subiciatur, sed insutus culeo cum cane & gallo galinaceo, vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus serpentium contuberniis miscetur, & ut regionis qualitas tulerit vel in vicinum mare, vel in amnem proiciatur, ut omni elementorum usu viuus carere incipiat, ei. q. celum superstiti & terra mortuo auferatur. Si vero hec vicina non sunt, bestiis subiciatur, ut Insti. de publi. iudi. §. alia. C. de his qui paren. & libe. occi. l. si quis. ff. ad le. pompe. de parricidijs. l. vlti. Grauitas enim excessus penam adauget, ut. C. ad le. lul. de vi. publi. l. si criminis. Quir autem id fiat nota secundum aliquos declaratione. Canis etenim designat quod iste nequam homo honorem parentum suorum quem eis debebat non nouit, quemadmodum & canis qui cecus in notum vicum nascitur die, Gallus denotat elatum animum quem erga parentes gessit, quemadmodum & gallus elati animi est. Vipera designat parentum infelicitatem. Masculus enim vipere cum commiscetur femelle, imponit caput in os ipsius & exinde coepit, propterq. libidinem in actu coitus concepta, abrodit masculo caput & moritur, ferus iterum cum nasci debet abrodunt sese de ventre & femella moritur. Simia similitudinem representat facti. Simia etenim multa facit que factis hominum similia videntur, non tamen sunt, sic & iste apparet quidem homo esse & non est secundum factum, ex eo, quia non humanum factum egit parentes occidendo suos.

Articulus XV.



Vi coram iudicio a causam inchoauerit per quam ipsum uarendam prestatu oporteat. b Si uarendam iam facta postmodum alter superueniens causam apud iudicem proponat eandem, & qui prior egerit superuenientem iure per sententiam amouere non poterit, cum cau-

sam dimittere oportebit cum recopensa sui dimidia, aut carere manu dextra cum qua uarendam promittebat & Iudici mulctam, d Varendam si promittatur aut prestatu pro rebus hereditarijs, expeditorijs, aut pro utensilibus seu mobilibus & si in his uarendam ratam non tenuerit, quia scilicet sibi per sententiam infringatur, promissor iudici dare mulctam & res illas cum emenda dimittere cogitur.

Glosa.

Quicumque in iudicio. &c. alias autem secundum ius commune in causis in quibus locum habet euictio, re euicta veniunt sumptus ad interesse in euictione, ut in. l. si controuersia. C. de euicti. ubi dicitur. Si controuersia tibi possessio nis qua bona fide te emisit allegas ab aliquo mouetur, actori herediue eius denegatur. & si quidem obtinueris habebis quod emisit. Si autem euictus erit a venditore successoreue eius consequeris quanti tua interest in quo continetur etiam eor im persecutio que in re empram ate ut melior fieret erogata sunt. Et vide etiam infra eo. li. ar. xxxvi.

Glosa.

Dictum & abunde declaratum est superioribus de iniurijs tum & que pene desuper sancite sunt. Precedenti etiam articulo expressit quomodo factum ex negligentia vel in defensa patratum emendari debeat. Articulus presens casum quandam ponit, si varendam cui promittatur pro impetitione aliqua, utpote occasione homicidij vel vulnerationis quid sufferre ille primus impetitor teneatur, textus in se planus est.

Si varendam iam facta postmodum alter superueniens. &c. Quid si fuerit presens & viderit negotium agi, verigeldumq. & pecuniam tolli. R. quod post modum querulari non poterit ex articulo. vi. eiusdem li. ij.

Per sententiam amouere non poterit. &c. ex isto sequitur qd si quis iure propellit a querelam illam non incepisset reputa. ff. de reg. iur. l. non videtur. Vbi habetur. Non videtur quod id capere quod ei necesse est alij restituere.

Aut carere manu dextra. &c. & hoc ex eo fit quia per id emendatur excessus eius qd videlicet varendam manu promisit, quam perficere non potuit, quare manum ut textus habet amittit, qua varendam promiserat.

Queritur varendam manu promittens eamque

c. Hec poena recedit iam ab usu moderno rum.

d. De uarendam eius utilitate vide in fra li. ij. ar. xiiij. iur. Mu. ar. xli. glo.

e. Nota quod iure communi etiam est causa similis huic ut cum plures petunt rem ab uno tunc victor tenetur victo prestare cautionem quod eum defendet inde nemque construat, ut ff. de rei. uendi. l. is a quo, & ff. de petione ne hereditatis l. vlti. & qui hanc cautionem habet rem habere uidetur quam ad hoc ut his qui pro eo cauit, respondere pro eo tenetur. ff. ad le. falc. in plerisque legibus.

h. Non omnes homines de puniendi.

i. Occidens patrem matrem fratrem auum filium poena grauisima.

a. Alii textus habent digito cautionem prestare pro eo ne unquam aliquis de cetero eundem impetret in dicta causa.

b. Concordat iur. Mu. ar. xcix. glo. clarius uero ar. Cxvi. in textu

f. Varendam manu promittens & eam perficere non ualens an fidefragus sit.

g. Priuatio honoris maior est poena corporali.

h. Recompensa manū redimens an infamis efficiatur.

Nota dubium pulchrum & solutione eiusdem.

perficere non ualens mediāq; recompensa ut textus habet eliberet sese, si an fidefragus nūcupari vel incusari poterit necne. Quidam dicunt quod sic ex articulo. xxxvij. & xxxviii. li. i. supra. Promissum enim illud negare non poterit ex quo coram iudice factum sit ex arti. vij. li. i. in fine. R. quod ad ulterius co- gi non debet varende promissor, nisi in quan- tum Verigeldus suus se extendit, ille enim qui coram iudicio promittit quid, non aduersa- rio sed iudici promittere dicitur, & in illo pars utraq; ius suum cōfidere & respicere debet, ut supra eo. li. ar. ix. Nec iudex contra eū ma- iora extendere poterit, sed nec alios permitte- re ut sibi maiora obiciat, nisi id quod iure des- scriptum est & prout ius disponit, nisi forsan sibi ultra id promissum quid sit, ut Insti. de offi. iudi. §. i. Si ergo ille quod fidefragus sit accusaretur, maior pena contra illum exten- deretur q̄ ius statuerat, quia ut sic in isto casu perderet honorem, q̄ honor autem maior est q̄ manus ipsa quā ille demeruit. Pena autem seuerior extendi non debet, ut ff. de pēnis. L. absentem.

Cum recompensa sui dimidia, &c. Queritur an iste infamis redditur necne, h quidam di- cunt quod sic, opinionem fundantes suam su- per ar. xxxvij. & xxxviii. li. i. & ar. xii. supra, li. ij. Vbi dicitur qui crinem aut cutem redi- merit, iure priuatus manet, a forciori iste qui manum redimit iure priuatus esse debeat. R. quod redimens ut sic manum nihil sibi in iure nocere potest. Omnia siquidem in iure cō- planari debēt, quę per ius specialiter expres- sa non sunt. Sed quia ius cū cutim vel crinē redimerit quis, infamis esse nō expressit, nisi si fures & predones ut supra li. i. ar. xxxvij. et xxxviii. & C. qui ex cau. ali. infra. irroga. L. non damnatos. Quare in proposito iste infamis non erit sed iudici contra eum procedit. In contrarium licet istius uideatur esse articu- lus. lxvi. in fine, li. i. ubi habetur qui vitam aut manum ei condemnatam liberauerit in- famis iudicetur Tu tamen responde quod ibi loquitur absolute & sine cōdiciōe aliqua cui manus abiudicata sit, hic autem loquitur cō- ditionaliter qui suum medium verigeldum soluere noluerit carebit manu dextra, vide ad id. C. de trāsa. cōdiciōib9. L. trāfigere & L. causas Queritur exoluens ut sic medium verigeldū videtur iam ut textus habet absoluti ab impe- titione quacūq; Et quia ab illo quem im- perebat plenum susceperat verigeldum, qua- re medietas videtur ei remanere, & ita collu- sio eius eum iuuabit ac pmouebit, quod de iure fieri non debet, delictum enim & dolus nemini patrocinantur. ff. de reg. iur. L. nemo. R. quod medium verigeldum dare debet il- li quem varendare promiserat & hec est sua pena, & cum hoc plenum verigeldū, hoc est pecuniam quam ab eo acciperat eidem vices- uersa restituer, & ita dolus eius eum non pro- mouebit. ¶ Per simile etiam soluitur multa

& emenda, per illum qui iuramentum promi- serit pro debito quod tamen non perfecit ut supra eo. li. ar. xi. De huiusmodi recompensis habet etiam Insti. vi. bono. raptō. §. sed ne dum. Queritur, quid facturus est tandem iste super- ueniens, quem ille primus iure repellere non poterit, & quod totum ius querulandi pro se habebit agereq; contra eū poterit sed & res- us similem defensionem habebit. Vnde si prius accusatus pro homicidio vel furto liberatus fuerat & nunc liberabitur k in similibus em simile ius pronūciatur, ut Insti. qui. mo. ius. pa. potest. §. pari. & ff. de verbo. obli. L. a ti- cio in fi.

Varenda si pmittatur, &c. Paragraphus pre- cedens dixerat de his qui varendā promisi- sam explere non possunt in causis criminali- bus, Paragraphus presens disponit in simili casu de varenda promissa in causis ciuilibus, quę & micior est, quare & pena desuper statu- ta tollerabilior, iuxta quantitatem etenim ex- cessus, etiam pene statuuntur ut Insti. de pub- li. iudi. §. item lex. & C. ad le. lul. de vi. publi. L. i.

Articulus XVI

Varendam actor quilibet prestare debet^a in cau- sa mortis, homicidij, mu- tilatione, & uulnerū pro domino suo & pro suis agnatis. Qui alium mutilet uulneraueritue conuictus manum amittit. Qui- bus iniurijs^c duello qs uincitur pœ- nam demerebit capitalem.^d Quili- bet emendam si eam suis non mi- nuit uicij secundum suam obtinet generationem. Quando præco iudi- ci multam demeretur pro eo quod eū super suo neglexerit iudicio, tunc mensuram regis idest maldratam^e pro multa præstet quę in triginta duobus uirge quercine uiridis duor- um cubitorum longitudine uerbe- ribus noscitur comprehensa.^f Qui in ore, naribus, oculis auribus lin- gua manibus genitalibus pedibus mutiletur aut eorum usu priuatus, huiusmodi membra si sint persoluē- da quodlibet horum cū dimidij ue-

k In similibus casibus simile ius pronūciatur.

a. Concordat iur. Mu. ar. Cxvi.

b. Alij textus legunt quacūq; uolentia actor contra reum p duellū probauerit pœ- nam demerebit capite- talem, concordat iur. Mu. ar. lxx.

c. Lex etiam xij. tabu. hoc idem sentire uidetur cum dicit si mem- brum rupit meum, & pacto talio esto, pro- pter os uero fractum nummarie pœne con- stitute sunt.

d. Vide hoc idem in- fra li. iij. ar. xlv. glo.

e. Concordat infra li. iij. ar. lvi. glo.

f. Secus est de iure cō- muni ubi uulnerans li- berum hominem con- demnatur arbitrio iu- dias, ut ff. si quadru- paup. L. ex hac.

B. Alij textus addunt dens.

h. Concordat Iur. Mu. ar. xc.

i. Alij textus & uerisus habent dummodo non moriatur quis, quotcūq; sustineat uulnera in uno impetu uulneratus unam reapiemende aut recōpense medietatem.

k. Concordat Iur. Mu. ar. lxxxix.

l. A contrario ergo sensu si uulnera fuerint carnalia uel duellaria liberari non poterit simpliā emenda sed medio uerigeldo in auxilii actione, in criminali uero in Cus si sibi cedit, ut hic in textu. §. ij. & infra li. iij. ar. xxxviij.

m. Ex febre post uulneris superueniente si moriatur quis an ex uulnere mortuus dicatur.

n. An tutor pupilli possit reddere pacem ocafiori patris pupilli

o. Masculi tantūmodo reapiunt compositionem pro mortuo & non foemine.

rigeldi summa persoluetur. ^g Quilibet digitus & pedica emendatur secundum quod eius est in uerigeldo decima pars constituta. ^h Quociens quis in uno membro uulneratur aut mutiletur in uno actu ⁱ dūmodo tamen nō occidatur dimidio uerigeldo contentatur, quando uero secundario in alio membro mutiletur dimidij uerigeldi donatio iteratur. Cui sola caro uulneratur ^k alij textus habet qui absq; uulnere carnis percutitur aut mendax arguitur, eidem secundum generationem suam ^l praestetur emenda Abscideretur membrum alicui quod ei antehac in iudicio ratione mutilationis fuit persolutū nonnisi emendā pro eo consequetur.

Glosa.

Varendā quilibet pro ^m homicidio aut mutilatione. &c. An autem mortuus ex febre superueniente post vulnus dicatur mortuus ex uulnere. Dic quod hoc aut constat esse ex malicia vulneris, aut ex alia causa, aut dubitat, & tunc statur dicto medicorū, etsi in loco nō est nisi vnus medicus ei soli credeat circa examinationem vulneris, si sit bonus homo & in multis locis talis est iuratus gaagitur de magno prejudicio. Mortuus autem infra triduū presumitur mortuus ex uulnere. vt. L. i. C. de emen. propin. de hoc uide in spe. de homi. & ibi per Bald. in addi. ⁿ Sed an tutor pupilli vel ipse pupillus potest reddere pacem occisori patris. Dic quod solus tutor non potest sed pupillus si expediat cum auctoritate tutoris & cum decreto iudicis, presumitur tamen quo pax & concordia cuilibet expediant secundum Bald. ubi supra. Scias etiam qd si de iussor in processu vulneris nō tenetur morte secuta ga primus processus annullatur mutato titulo criminis, nec est in his eadē forma agendi, nec idem exitus controuersie de hoc in spe. de fideius. §. i. ver. sed pone. Vide etiam in. c. ij. de cle. percut. Et pro suis agnatis. &c. ^o Quia masculī tantum & non foemine recipiunt compositionem patris, vel alterius consanguinei occisi, vt in Lombard. de homici. liberi homi. L. si quis. Conuictus manum amittit. &c. Sic etiā secundum. L. Frederici, quē est in vfi. feud. tit. de pace tenenda, §. si quis alium p solo uulnere

manus amputetur.

Quilibet digitus & pedica emendatur. &c. Pro hoc etiam uide in mercu. in. c. delictū de reg. iur. in. vi.

Cui sola caro uulneratur. &c. Sed quid si statutum dicit quod percutiens aliquem puniatur in. x. An pluries percutiens, pluries puniatur. P Dic quod pro quolibet ictu debet fieri puniatio, fallit in occiso, quia ex omnibus resultat vnus titulus criminis & vnus finalis effectus, de hoc uide in spe. ti. de sen. §. i. ver. sed pone in statuto, & ibi in addi. dicit. Ioan. And. quod Ia. de Are. distinguit. An statutū dicat q dederit alapam, an qui alapauerit in primo casu secundum numerum palmarum, secundo semel tantum puniatur. Ipse tamē Ioan. And. ibidem sic distinguit cum queritur. An ex multiplicitate delicti multiplicetur pena. ¶ Aut enim ex actu continuato pluries delinquo, aut ex actibus separatis & diuersis. Primo casu aut sunt eedem species delicti, aut diuerse. Si sunt eedem tunc vnum erit delictū & vna sola poena puniendum. Nisi in plures & contra plures personas delinqueretur quia tunc numeratione personarū plura delicta cōsentur. Secundo casu quando sunt diuerse species delinquendi licet ex eodem facto continuato, tunc plura & diuersa sunt delicta, nisi ad eundem effectum omnes species sequerent. In secundo autem membro principali scz qñ separati & diuersi sunt actus tñc si sepius iteratus sepius in alterius iniuriam vertitur, sciens delinquēs tenetur quociens iterat. Si autem nō respicit alterius iniuriam vel damnum, vt quia respicit delinquentis malos mores, tunc ter tantum puniatur in anno & nō ultra ad quē allega. & plenius, uide in loco preallegato, uide etiam Bald. in addi. spe. ti. de contruma. ¶ Et hoc scias quod si puocatus ad irā dixit uerba iniuriosa non tenetur de uerbis iniurijs, quia talis magis repellit, q impellit, de hoc per Bald. in addi. spe. tit. de accusa. & uide etiam notata in spe. ibidem ver. qd si te. & ritu. de aduocatis. §. iam nūc. ver. hoc tamen post prin. §. Non em debeo seruare in noem ei qui mihi vituperium facit. ff. de in ius. vo. L. sed si hac lege. §. profututa. Adde infra. li. iij. ar. xlv. ubi uide in. L. vulgaris est questio. ff. de furtis p Ange. & per Ioā. de snj. in. L. defuncto eo qui reus. ff. de publi. iudi. & in. L. q seruo. §. si duo serui. ff. de fur. p Ange.

Glosa.

Varendā quilibet pro homicidio. &c. Et hoc ex eo fit, quia sibi promittere debet quod eū varēdare uult & euincere ab impetitione quorumuis, unde in textu exprimuntur cause p quibus varenda expeti debet, vt est homicidij, mutilatio, vulneratio. &c. & hoc intellige si homicidij illud vel vulnus in defensa vel ex improuisione inflatum est. Vel si ad

P. Pluries percuēs an pluries puniatur uide Iur. mu. ar. xc.

Q. An ex multiplicitate delicti etiā poena multiplicetur.

R. Ad iram puocatus si uerba iniuriosa dixerit non tenetur de uerbis iniurijs.

f. Domini duplices.

concordiam negocium cessit, vel de iure fieri admitatur, quia ut sic ut textus habet varendam prestari debet pro domino & suis agnatis. Vnde p intellectu textus clarior norandum f quod domini duplices sunt. Primo in respectu liberorum famulorum, qui eis bonafide inferiunt, ut Insti. per quas personas nobis. §. idem placet. Si famulis nostris ut sic quid contigerit non opus est quod ipsi varendam prestet pro dominis, Pro iniuria enim illorum non competit actio dominis ipsis sed nulus cogitur ad varendam prestationem nisi cui actio & querela competit, suo itaque nomine famulos agere oportet nisi forsitan in contumeliam dominorum quicquid actum sit, ut infra ar. xxxiiij. & Insti. de iniur. §. sed si. Nam ut sic etiam domino pro contumelia resarcire tenetur nisi iuramento sese absoluerit, ut ff. eo. ti. l. lex, cornel. §. hac lege. Secundo domini dicuntur in respectu suorum seruorum illiberorum, & seruus huiusmodi respondere non oportet si quis in eis deliquerit, sed dominis ipsis, ut Insti. de iniur. §. seruus. Sed nec varendam promittere poterint, verum dominis actio totalis cedit. Vnde et si quidem huic contrariari videtur. §. si quis. Insti. de inuid. stipula ubi innuere videtur hanc stipulationem esse inuvalidam. R. tamen quod sibi loquitur de iniurijs seu contumelijs. Textus vero presens intelligi debet de homicidio vel mutilatione que violenter fit seruo, & ita varendam dominus promittere tenetur, alias nullus sibi verigeldus cedit. Vel dic & intellige textum, de vasillis qui sub vno domino infudati sunt, qui ut sic actionem intentare volentes pro domino varendam prestare tenentur.

g. An frater matris possit ulasam mortem alicuius.

u. Vindicta duplex.

Et pro suis agnatis. & c. Queritur an frater matris vlcisci possit meam iniuriam vel mortem sicut mei patris frater, vel mei patris filius. R. quod vindicta est duplex. Quidam vlciscuntur facto. Quidam vero iure, Isti ex parte gladii ius admittit querelam ex eo, quia pro suis agnatis duellum inire tenentur, hoc est quia tutores eos esse oportet in omnibus querelis, ut supra. li. i. ar. xliij. & lxiij. Insti. de legi. agna. success. §. penul.

Quid si mulieri quis iniuriatur actioneque intentata an maritus varendam promittere debeat, vel proximior agnatus. R. quod maritus, qui ipse est tutor & defensor uxoris quod diu vixerit, ut supra. li. i. ar. xlv. Insti. de iniur. §. patitur.

Qui alium mutilet, & c. hoc intelligi debet cum vnus ex proposito bono & violenter id faciat, conuictus enim manum amittit. Quibus iniurijs duello quis conuincitur, & c. de his vide supra. li. i. ar. xliij. & xliij.

Quilibet emendam si eam suis non minuit vi eius secundum sui generationem obtinebit, & c. hoc est iuxta clipeum sue dignitatis, ut supra li. i. ar. iij. & i. dist. c. ius militare, nisi ut textus habet ex delicto emendam diminuat suam ita

quod iure priuatus declaretur, ut supra. li. i. ar. xxxviij. & infra li. iij. ar. xlv §. vlti.

Quando prece iudici multam demeretur. & c. & hoc ex eo fit, quia paucam pecuniam habent, cum ergo emendare pecunia excessum non possunt puniuntur corpore, ut in autem. de pa. tenen. §. i. coll. x. & infra li. iij. ar. lv.

Qui in ore naribus oculis, & c. Id quod textus habet aliter alibi tenebatur, qui enim alium mutilauerat, etiam in eodem membro mutilabatur, ex lege. xij. ta. que leges ab Atheniensibus Romanam allate fuerunt ut dist. vij. c. fuerunt. Istud tamen propter paupertatem magis statutum fuit, ut qui non haberet unde pecunia emenderet membrum perderet, ut Insti. de iniur. §. pena. Secundum leges autem posteriores dabant arbitrio iudicis, ut iuxta excessum penam statueret, ut Insti. eo. ti. §. eodem. Saxones autem quia determinatum & a lege statutum habent verigeldum & emendam secundum quas eos emendare oporteat, quare nec maior imponi debet, & estimatio eorum cessat.

Genitalibus, & c. Istud intelligi debet si genitalia abscindantur ex improuisione vel negligentia, quia si studiose quis alteri, sibi, si, vel etiam seruo, ex proposito genitalia absciderit vel castrandum procurauerit, medietatem bonorum perdit, ut ff. ad le. Corne. de sicarijs. L. is qui, ubi habetur is qui seruum castrandum tradiderit pro parte bonorum dimidia ex se naturalis consulto multabitur & l. eiusdem. §. qui hominem, ubi habetur si alicui libero, & ipse etiam liber sit id fecerit in exilium mitti debet. Si vero vilis conditionis esset bestijs ad deuorandum datur.

Dummodo tamen non occideretur, & c. z Ex isto habetur quod pro multis mutilationibus in vna guerra factis non nisi vnus exoluitur medius verigeldus, Idem etiam fit in vulneribus duellaribus quia mutilationes & vulnera duellaria habent similem emendam similem penam & simile ius ut superioribus declaratum est, quod autem id ita se habeat, ex his que sequuntur liquet. Si enim vnumquodque vulnus itidem etiam & mutilatio medio soluatur verigeldo, extunc excessus in viuum patratrus in maius extenderetur quam contra interfectum qui exoluitur vno integro verigeldo, hoc est decem octo libris. Mutilatio vero & duellaria vulnera nouem libris.

a In textu cum dicitur, quando tamen secundario in alio membro mutiletur, & c. Id quod hic dicitur quod ei videlicet omnem mutilationem emendare oporteat contrariari videtur priori paragrapho ubi dicebatur quocumque in vno membro quis vulneretur aut mutiletur in vno actu dum tamen non moritur dimidio verigeldo contentatur. R. quod vnum non contrahit alteri ibi enim in priori paragrapho loquitur, cum quis mutilatur in vno actu, hic vero de actu secundario, hancque gratiam ius addidit mutilatis ne ex animo destruatur, nam

x. Estimatio excessum p iudice cessat iure Saxónico, vide supra li. i. ar. lxviij. glo.

y. Lex etiam xij. tabul. in ea sententia cedere uidetur cum dicit. Si puerum quis castrauerit licet precastiore fecerit eundem, quadruplum prestato.

z. Vide Iur. Muni. ar. xc. glo.

defendere sese minime possunt, ad hanc mat-
riam vide etiam infra ar. xxi. in glo.

Cui sola caro vulneratur. &c. hoc est cū vul-
nera sunt non tamen duellaria, vt supra arti.
lxviii. li. i.

Secundum sui generationem prestat emen-
da vt Insti. de iniur. §. pena.

Abscidatur membrum alicui. &c. hoc ex eo
fit quia iam antehac sibi exolutum est.

Nota quod vltra has in textu positas pœ-
nas sunt & alię propter varios excessus in legi-
bus pœne statute vt pote pœna falsificantium
litteras, vel sigilla falsa adaptantes & qui cō-
scij sint si liberi fuerint in exiliū dantur. Si ser-
ui capite plectuntur, vt Insti. de publicis ius-
dicij. §. item.

Qui frumenta coemūt vt carissimā faciāt,
vel qui seruant frumenta vt eo carius diuen-
dant. xx. aureorū pœna statuta est, vt ff. ad le-
lul. de annonā. l. ij.

Thelonea nouā si quis instituerit. Centū au-
rei pro pœna statuti sunt & cum hoc redditur
infantis, vt ff. ad le. lul. de ambitu. l. vrica.

Qui liberum hominem sciēter loco sui ser-
ui vendiderit qui & plagiarium nuncupatur
in legibus, vel occulat eum in damnum do-
mini, vel consilio adest quod fugiat vita pu-
nitur. ff. ad. l. faui. de plagiarijs. l. i.

Qui contra imperium fraudem commise-
rit. Ciuitates aut urbes defraudauerit, perdit
vitā & bona si duello cōuincitur. ff. ad le. lul.
maies. l. cuiusq.

Sepulchrorum violatoribus pœna statuta est
decem librę auri, vt. C. de sepulchro violas-
to. l. qui.

Constitutiones nouas facientes capite ple-
ctuntur, vt. C. de sedici. sis. l. i. pro sedicio-
so enim cōsuetur.

Famosos libellos scribens, vel inuenios
publicans capite punitur. C. de famosis libel-
lis. l. Si quis.

Aggerum & piscinarum ruptores igne cre-
mantur. Qui ad id consilium presterit per-
petuo relegabitur, vt. C. de Nili aggeribus
nō rūpen. l. Si quis. & infra eo. li. ar. lv. glo.

Articulus. XVII.



Filius non respondebit
pro patre defuncto si
quando fecerat iniuriā
seu uolentiam. a Pater
filium super iniuria accusatum si iu-
ramento suam probauerit innocen-
tiam b excipere potest, si ab eo nō
dum sit emancipatus. Si uero am-

bo in unius facti comprehēsi essent
accusatione, extunc pater filium exci-
pere non potest nisi ipse prius se ab
hac excuset causa.

Glosa.

Filius pro iniuriā mortui patris &c. Concor-
dat Insti. de perpe. & tempora. acti. §. non aut
vbi dicitur. Est enim certissima iuris regula
ex maleficijs penales actiones in heredem rei
non comperere. Quę enim in facto cōsistunt,
personales sunt, & ideo non transeunt de per-
sona filij vel serui ad patrem, vel ad dominū,
ff. de verbo. obli. l. si.

Glosa.

Articulus ptesens fundatur super certis legi-
bus in quibus de perpetuis & temporalibus
tractatur actionibus. Vnde pro intellectu rex-
tus clariori notandum c quod querela duplex
est, perpetua videlicet & temporalis seu tran-
sitoria. Querela transitoria dicitur illa quę
vna cum persona contra quam querularur
cessat. Perpetua seu perherens actio quę etiā
ad heredes deuoluitur, vt Insti. de perpe. & tes-
p. acti. §. hoc loco.

Filius non respondebit pro patre &c. Ad
materiam articuli ptesentis pro & cōtra mul-
tę habetur l. g. s. ex vna parte sentire vidē-
tur quod actio patris etiam in filium deuolui
debeat, e diuerso vero id minime fieri debet
re concluditur. Quantum ad primum quod
actio videlicet parentis heredi pertineat, ha-
betur Insti. de perpe. & tempo. actio. §. penas
les. & ff. de reg. iur. l. totiens. Vbi innuitur to-
tiens in heredem damus actionē de eo quod
ad eum peruenit quotiens ex dolo defuncti
conuenitur, non quotiens ex sua, & item de
reg. iur. l. heredem. vbi habetur heredē eius
dem potestatis iurisq. esse cuius fuit defunctus
& itē. ff. eo. ti. l. hereditas. vbi dicit qd here-
ditas nihil aliud est q. successio in vniuersum
ius quod defunctus tēpore mortis habuit. Ex
his itaq. colligitur quod si ius totum heres
sui patris accipit etiam pro excessu eius me-
rito respondere deberet. Ex aduerso vero & p
roboratione articuli ptesentis sunt alię plę
req. leges quę pteise dicunt filium non de-
bere respondere pro patre defuncto, vt Insti.
de perpe. & tempo. acti. §. non omnes autem.
& C. ne filius pro patre. l. patris nomine. &
ff. de reg. iur. l. hereditas. Vnde ad sopiendū
hanc iurium & legum allegatarum contro-
uersim, nota c quod querela quatuor euenit
modis. f. Prima incipit tempore vitę patris,
vergiteq. in sanguinem, & vt sic filius non re-
spōdebit pro patre, vt. C. ne filius pro patre.

c. Querela duplex
temporalis & tran-
sitoria.

d. Filius pro iniuria
patris an responde-
re cogatur uide pro
& contra.

e. Querela quatuor
euenit modis.

f. Nota iure feudali
querela instum po-
test tripliciter ciuili-
ter, criminaliter &
occasione feudi, &
secundum hoc tripli-
da iudiciū fuit. Pri-
mo cū ciuili ter agi-
tur et in eo casu agi-
tiam potest contra
iudicem & per sen-
tentia obtemperare quod
in locū suū subdele-
get aliū et ita iudex
cogitur ius dare &
recipere si actio est
pœnalis dato quod
statuat loco sui aliū
actamē ille super eū
iudicare nō pōt, sed
causa & cognitione
exaudita & cōscri-
ptum ad superiorem
iudicem relegare, si
occasione feudi re-
mittere eū debet ad
dominū vel iudicem
feudalē seo. alia.

a. Sigillorum falsifica-
tores.

b. Annone coemptos
res in carissimā.

c. Thelonea institue-
tes.

d. Plagarij.

e. Crimen lese maie-
statis.

f. Sepulchrorum uio-
latores.

g. Seditiosi.

h. Famosos edentes li-
bello.

i. Ruptores aggerum.

a. Concordat Iur. Mu-
ar. lxxvi.

b. Aliqui textus has
bēt semel exapere pos-
sunt.

Speculi Saxonum Liber Secundus

L.vlti. Secunda fit post mortem patris que se etiam extendit in vitam vel sanitatē quā pater propter excessum demeruit, & ut sic filius etiam non respondebit, ut supra li. i. ar. vi. in glo. filius enim non portat iniquitatem patris nec contra, nam cuius vita excesserit ille moriatur teste Ezechiele propheta, & Insti. de p. pe. & tempo. acci. §. non autem omnes. Tertia querela fit pro iniurijs quas contumelias vocitamus & in eo casu filius etiam respondere non tenetur, quia nec ipsi filio responderetur si post mortem patris sui agere vellet, ut Insti. de iniur. & famo. libel. §. iniuria, & infra li. iij. ar. xxxi. §. Quarta querela si mortuus pater tempore vite sue damnum faciat, furto, latrocinij, heres pro ipso respondebit in quantum de illo ditatus est, vel hereditas exinde sit ampliata, vel si pater tempore vite pro his fuerat accusatus, ut supra li. i. ar. vi. Insti. de p. pe. & tempo. actio. §. aliquando, & ff. de reg. iur. L. si cum. Item etiam sit in causa damni vel contumelie, si tempore vite patris iudicialiter pro his ceptum sit, heres respondere tenetur & hoc si ad pecuniariam recompensam cessaverit negocium aliter non ut ff. de acci. & obli. L. omnes, & insti. de p. pe. & tempo. actioni. §. penales. Ad legem vero in contrarium adductam, ff. de reg. iur. L. rociens, & quod intelligi debet cum querela sit pro dolo mortui, ita quod ex illo dolo heres ditatus sit, quare iusto respondere debet pro commodo suscepto, nullus enim ditari debet cum iactura alterius, ut ff. de conditione indebiti, L. naturaliter, & C. pro empto, L. eum qui. Pater filium pro iniuria accusatum, & Paragraphus iste etiam super certis fundatur legibus signanter, ff. tit. de noxalibus actionibus & item, ff. si fami. fur. fecit, dica, L. vtilissimum, ubi habetur si servus noxam fecerit, dominus duplicem habet optionem, vel eum actori dare pro excessu, vel noxam redimere. Pro intellectu paragraphi secundi ubi dicitur batur quod pater filium super iniuria accusatum excipere potest. h. Quomodo id sit verum & quomodo non, quedam necessario notanda veniunt. Primo quod pater non plus nisi semel accusatum excipere filium potest, idque fauetur sibi de iure Saxonico, nec enim deceret quod pater filium pro excessu exponeret, vel perire sinat, sicut dominus servum exponere potest, ut insti. de noxalibus actionibus. §. vlti. Secundo quod non sit emancipatus quia ut sic factum filij nocius est patri quam si emancipatus fuisset, ut C. ne filius pro patre, L. i. Tercio quod pater pro filio iurare tenetur innocentiam declarando suam, & hoc propter id ut filius iniurie que contumelia dicitur iuramento patris liberetur, ut supra li. i. ar. lxvij, & ff. de iniur. L. lex Cornelia, §. hac lege, & hoc intellige si actio sit contra filium ubi ad iuramentum sibi cedat, alias solus ipse filius respondere tenetur, ut insti. de noxalibus actionibus

§. si. Quarto quod pater illius facti & querela innocens sit. Nullus enim alium excusare potest nisi se prius excusaverit, ut C. si fami. fur. fecit, dica, L. i.

Articulus XVIII



Ententiandum non est qualiter quis debeat puniri^a antequam appareat per sententiam iudicis ad condemnandum. b Nec debet per sententiam ostendi qualiter hereditatem aut eius possessionem quis debeat probare, nisi prius fuerit probatio per sententiam adiudicata.

Glosa.

Ex articulo presenti doctrina datur quod non ad omnia ferendariorum quesita seu interrogata iudex sententiam ferre debet, ordo enim in ferendis sententijs necesse est ut observetur ut textus habet. Unde si procurator querelam former, domine iudex principalis meus. N. querulatur contra. B. quod sibi equum furto vel preda abstulisset petitque sententiam decerni contra furem vel predonem statutam, in isto casu non statim sententia ad interrogata ferri debet, quia si sententia ad quesita partis actorum ferretur accusatus ad responsionem & defensionem venire minime posset, primum itaque probandum & convincendum est quod fur vel predon sit, tandem queratur quam penam iure demeruerit, ut C. de edendo, L. qui accusare. c Nulla enim sententia in communi & generali ferenda est ad interrogata partis, ut ff. de re iudi. L. si se, §. condemnatum & C. de accusa. & inscriptionibus, L. singuli & L. accusatiōis. Quid si accusatus admittat actori probationem in causa que in mortem cedit, an iudex sequi debeat. d & quod sic si & in quantum etiam factum accusatus recognoscat e quia qui coram iudicio recognoscit pro victo habetur, ut supra li. i. ar. vij. & xvij. §. i. C. de erro. aduoca. L. si. & C. de accu. & inscrip. L. accusatiōis. §. nemo. Si vero accusatus admittat probationem sine recognitione illam iudex acceptare non debet. Probatio etenim iudici sit & nulli alteri quia ipse est qui sententiam ferre debet, ut C. quando dies legati, vel fidei, committit, L. i. Nec iudex alicui probationi credat nisi si que coram iudicio sit, ut ij. q. i. c. deus ops. C Nec debet per sententiam ostendi, & c. In primo paragrapho huius articuli in actione criminali intentio legis declaratur, in isto vero

a. Alij textus habent sententia inveniri non debet quia poena reus puniri debeat nisi prius super crimine convincatur.

b. Concordat iur. Man. ar. Cxxxix.

c. Sententia in communi & generali ferri non debet.

d. Concordat infra ar. xxij.

e. Exinde patet quod ex sola confessione potest quis damnari dummodo sit ex proposito & sine torтура, cum tormentis non valet nisi precedant verisimilia indicia & huiusmodi confessio non debet fieri coram solo notario, nec coram iudice in camera sed coram iudice ad bancum causarum. C. de custod. reo. L. ij. secunda Bald & ff. eo t. & item titulo de confessis. Vide supra in anno. ar. ar. xij. eo. lib. ubi in parte contrariatur huius declaratiōi.

g. Nota si pater contumeliam fecerit verbo aut facto negotiumque ceptum sit tempore patris & accusatus negavit uel recognoscat filius respondere tenetur & refundere pecunijs iuxta exigentiam facti seu. c. xliij.

h. Pater quomodo excipere a iudicio filium potest & quomodo non inde.

paraphrasi in civili actione propositum elucidatur. Si etenim bona alicuius impetantur, ille vero possessionem earundem alleget quā & probaturum se offerat, non statim possessionis probatio sibi adiudicanda est, nisi prius decernatur eidem probationem debere fieri. Vnde accusatus si possessionem alleget, possessionis causa prius dicenda est, & quomodo in possessionem venit res illa cui actor contradicat si poterit. Si vero posthac accusato possessionis priuatio decreta fuerit, interrogabit quomodo id probare debeat, alias si id non obseuaretur sententię inequaliter decernerent quod fieri non debet. Textus in se planus est, ex declaratione precedentis paragraphi facile intelligibilis. Curare enim maxime Iudex debet ut in similibus casibus similes ferat sententias, ut Insti. de actio. §. curare. & Insti. de offi. iudi. §. ij. C. de senten. & inter locutionibus omni. iudi. L. preses. & ij. q. vi. c. & qui appellat. §. diffinitiva. & ff. de re. iudi. L. a diuo. §. Si super rebus.

Articulus XIX

Pater coram iudicio filiū emancipare id est separare a se poterit quantumcūq; parue res sint quibus emācipetur, dummodo per eum fuerint acceptate. Domino seruū iam condemnatum excipere licet si iurare præsumat qd' ille seruus suus sit innatus, quodq; facti innocens sit, seruus tamen ille absq; iure erit & absq; honore.

Glosa.

Pater coram iudicio &c. Sed quid si pater emancipauit filium, & donauit ei omnia bona sua, postea vero pater committit maleficium quod exigit confiscationem bonorum. Dic quod si pater postea diu possedit præsuntur donatio simulata & sit confiscatio. Secus si nō possedit pater, sed filius. Quidam autem dicunt quod præsuntur fraus ex generali donatione sicut ex generali venditione præsuntur etiam fraus ex vicinitate maleficij. Vnde donatio vel venditio bonorum omnium delinquentis, maleficio subsequuto non valet propter fraudem ex quo bonorum perditio imminabat alias bene valeret donatio presentium non autem presentium & futurorum simul, de hoc in spe. ti. de dona. ibi per Bald. in addi.

formam emancipationis vide in spe. ti. de natis ex libero ventre ad finem & in. §. preterea per emancipationem Insti. qui mod. ius pa. potest. sol. Pater enim habet filios in sua potestate & non mater, ut Insti. de pa. potest. §. ius. & C. de adoptionibus, L. mulierem, & ideo filius agnationem patris sequitur & non matris Insti. de legit. agna. tute. §. i. & ff. ad munici. L. i. Et hoc etiā scias quod idem honor debetur parentibus etiam si non habeant filios in potestate, ut ff. qui satisda. L. ij. §. pretor ait & ff. de in ius vocan. L. parentes, & ff. de obsequi. L. i.

Glosa.

In precedenti articulo habitum est de filio quā nondum emancipatus est, hic vero declarare vult secundum quem modum & in quo loco filius emācipari debeat. Articulusq; presens super certis fundatur legibus & signanter super. §. preterea Insti. qui mod. ius. patrie potest. solui. ibidē amplam inuenies ad hunc passum materiam & antiquam in hoc negotio consuetudinem, tum & postmodum latam obseruationis legem, vbi habetur quod emācipatio antea quidē ex antiqua legis obseruatione per imaginarias procedebat venditiones, ita quod consensus Imperatoris adueniat, parentescq; quodam ficto modo filios vendebant, venditores tandē in continenti eos manumittebāt, idq; obseruabatur vsq; ad tempora Imperatoris Iustiniani, qui omnes Romanorum leges illuminauit, in luculentamq; redegit formam, ut Insti in prohe. §. omes. & C. de veter. iur. enuclean. L. deo autore. §. cum itaq; Iustinianus tandem statuit quod quicūq; filium suum a sua potestate dimitteret vel emancipare voluerit, ut id coram iudice faciat necesse est, ut Insti. qui. mod. ius pa. potest. soluitur. §. sed emancipatio. & §. nostra. vnde & articulus presens in eo concordat, cum dicit pater coram iudicio filium &c. & hoc ex eo fit, ne forsan posthac negare quisq; eorum id vellet. Id enim quod coram iudicio actum fuerit negari minime poterit, ut supra li. i. ar. vij. Ad hanc materiam vide etiam supra li. i. ar. xij. in textu & in glo. abunde. Specialiter tamen sciendum est quod etiam emancipatus patrem enutritē necessario cogitur si ad paupertatem detinuit, ut ff. de liberis agno. vel alien. L. si quis a liberis in prin. Dummodo per eum fuerint acceptate &c. Existo sequitur si filius emācipari recuset, pater eo inuito id facere minime poterit. Emācipatio etenim fieri debet cum cōmodo vritus, nullus enim contra velle suum ad aliquid cogi debet, ut C. de pactis. L. si quis in conscribendo, nisi forsan filius sit inobediens vel excessiuus, quia ut sic ex tēris causis exhereditari poterit, ut in auten. de trien. & semis. §. frequenter. coll. ij. & supra li. i. ar. xvij. glo.

b. Emācipatio quomodo fieri debet.

c. Concordat supra li. i. ar. xij.

d. Emācipatus patrem necessario enutritē cogitur.

e. Emācipatio fieri non potest contra uoluntatē cuius.

f. Rationē uide quare dominus seruum condemnatum iuramentum liberat.

g. Absurda hæc est glosa declaratio hominem iumento approprians, homo si quidem etiam seruus conditionis si sit rationalis tamen creatura est, sed et iuri naturali contrariatur, ubi nulla differentia est inter hominem liberum et seruum.

Dominus seruum iam condemnatum excipere licet &c. f. Queritur quare seruus condemnatus solo domini sui iuramento liberatur cum tamen si decem etiam pro homine libero iam condemnato iurare velint sententia iam lata nihil proderit, ut supra ar. vi. §. vlti. & C. sententia rescinditur non potest. L. impetrata. R. quod hoc fit ex eo, quia quando homo liber condemnatur ad vitam est eius damnum proprium. Sed cum seruus sententiat, est damnum domini sui, & ita absoluit iuramento innocentiam suam eundemque liberat, in tantumque iuramentum valet g. ac si iuraret, quod iumentum suum vel equus nullum inculcasset damnum, ut ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. hac lege. Dominus enim in eo casu eundem defendere potest, ut C. de accusationibus & inscriptionibus. L. si cuiusdam. Absque lue erit & absque honore, &c. Querere vnus possit quare id fiat quod infamis reddatur, an est ex parte domini quod videlicet iniuste iurasset. R. quod non, sed ex eo infamis redditur seruus ille, quia fuit victus & condemnatus, ut supra li. i. ar. lxxvi. & C. ex qui. cau. infamia. L. si furti.

Articulus XX

a. Hoc est qui ex utroque parere fratres sorores uel sunt.

b. A contrario ergo non succedunt cum patris contra autem. cessante. C. de legi. heredi. & autem, ut fratrum filij. §. hoc. col. ix.

c. de successibus uide supra li. i. ar. iij. et xvi. et Insti. de legi. agna. successi. §. nos uero.

FRATRES sororesue^a in distinctorum fratrum sororumue in successione hereditaria fratribus, uel sororibus a patre aut a matre in generatione^b præferuntur distinctis Textus uetustiores ultra id habent paragraphum sequentem, c. Indistinctorum fratrum pueri æque similes sunt cum distinctis fratribus in hereditate percipienda.

Glosa.

Fratres sororesue, &c. Ad hoc dicit lex communis. Cessante successione linee descendens & eiusque sola sit ascendens uocatur primo fratres, fratrisque premortui filij in stirpes. Dico autem de fratre eiusque fratris filijs qui ex utroque parente contingunt eum de cuius hereditate agitur, quæ persone veniunt etiam cum proximis gradu ascendens si superint. Et quidē predicti fratris filius præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tantum parere cognati erant, post fratres autem ex utroque parere & eorum filijs admittuntur ex vno latere fratres sororesue cum ipsorum defunctorum

filijs in stirpem, ut in autem. cessante. C. de legi. heredi. & Insti. de heredi. quæ ab intestato. §. cum filius & §. si. & in autem. de heredi. ab intestato. §. reliquum & §. sequen. col. ix. cū. §. si. d. Nota secundum lus municipale Scabini Maydeburgen. pronuntiat, ubicunque distinctus & indistinctus concurrunt scilicet premortue medie sororis filius, & integri fratris filia, præfertur indistinctus, si autem vicinior quis esset sit distinctus vel indistinctus ille semper præfertur, ut quia mortui medij fratris filius prior est quam integre sororis pueri, pueri, id tamē seruatur lure prouinciali non municipali.

Glosa.

Dixerat siquidem superius de diuisionibus & separationibus quæ voluntarie eueniunt ut inter patrem & filium cum videlicet pater filium emancipat. Is articulus determinat de separationibus & diuisionibus, quæ natura ipsa facit inter fratres uel sorores, cum dicit fratres, sororesue, &c. Concordat ad id supra articulus tertius, li. i. cum dicitur indistinctorum fratrum filij, & c. e. Ratio autem istius est quia indistincti propinquiore sunt in gradu quam distincti ut etiam supra habitum est li. i. ar. xvij. & in li. de legi. agna. successi. §. nos uero. Tum etiam quia indistinctus duplex ius habet ad succedendum, distinctus uero non nisi vnum. Sed qui duplex ius habet ad aliquid maius iure tollit illud quam ille qui simplex ius habuerit, ut in li. de adoptionibus. §. si uero. C. de edicto diui Adriani toller do. §. i. os uero.

Indistinctorum fratrum pueri, &c. In primo paragrapho dixerat de successione indistincti fratris quod videlicet propinquior est in succedendo quam medius frater, de quo etiam habetur in autem. de consanguineis & uterinis. §. quia igitur coll. vi. Is paragraphus determinat de pueris indistinctorum fratrum quod æque propinqui sunt in tollenda hereditate patruorum sicut medius frater, ut in exemplo me mortuo, mei indistincti seu integri fratris pueri & distinctus seu medius frater æquales erunt in accipienda hereditate mea, & hoc est quod supra li. i. ar. iij. dictum est, quod fratres distincti cum fratribus indistinctis non sunt in eodem membro sed transeunt in gradum remotiorem, ut etiam habetur in autem. de heredi. ab intestato venientibus. §. si autem coll. ix. Pro intellectu textus articuli presentis f. nota quod hereditatem per me derelictam proximius & maiori iure hereditat pater quam integer frater. Itē integer frater propior est quam medius frater ex parte patris mei, uel matris mee. Itē integri fratris pueri & medius frater æquales sunt in hereditando. Item patruelis meus, seu mei fratris indistincti filius proximior est quam medij fratris filius, ut in autem. de consanguineis & uteris. fratribus. §. quia igitur. col. vi. & in autem. de heredi. ab intestato venientibus. §. consequens. §. reliquum.

d. Regula ista quod uide licet medij fratris in aliud descendat medium non mihi ligatur uel erius nisi inter integrum & medium fratrem, quia quod primum medij fratris filius concurret cum integri fratris filij, filio, statim medij fratris filius propior erit ad hereditatem dum quam integri fratris filij filius, & hoc est quod datur hic in glosa. Si autem uianter &c. pestmodum uero subiungit exemplum, ut quia mortui fratris filius &c.

e. Rationē uide quare indistincti præferuntur distinctis.

f. Successionis regulam uide.

& §. si autem. coll. ix.

Articulus XXI.

^a. Textus uetustiores ita legunt plenā recō-
pēsā & satisfactio-
nem reāpere debet qe-
libet homo, licet careat
at usu alicuius mem-
bri quod coram iudi-
cio non ostendit nec tu-
torem in duello acqui-
siuit, nec solutionem p-
membro leso cepit.

^b. Alij textus ita le-
gunt, si mulier uitae
prouisionē habeat in
proprietate uel in feu-
do, & ibidem etiam
aediſia sint post mor-
tē eius derelicta, ipsa
non poterit suis hære-
dibus aediſia delegare,
sed post mortē eius
cedunt fundo, seu illi
cui bona huiusmodi uo-
cant.

^c. Nota quod usufru-
ctarius tenetur ad re-
fectionē domus & ad
tributum. ut. ff. de usu-
fructu & quemadmo-
dum quis utatur. L. usufru-
ctus legato, & L. usufru-
ctus sequenti.

^d. Vide ad hunc passū
iure muni. ar. xcv. glo.

DLenum Verigeldū &
plenam emendā habet
quilibet hō licet in ali-
quo mēbro defectū pa-
ciatur, dummodo illum defectū iu-
dicialiter non publicauit, & exinde
tutorem in iudicio idest protectore
in duello non acquisiuit, uel ei actus
non sit sententiando persolutus. Cē-
sus quicunq; sit, sua relinquit in
fundo censuali aedificia suis hære-
dibus, nisi forte militaris sit qui huius-
modi aedificia uxori in dotē dederit.
(Textus uetustiores ultra id hoc
quod sequitur addunt.) Si autē absq;
hærede uacauerint aedificia nec sunt
in dotem collata, dominus feudi po-
test ea in usus conuertere suos una-
cum cēsu.^b Mulier si habeat dota-
licium idest uitae prouisionē in feu-
do uel proprietate aedificia in ea ab
ipsa derelicta cedere non eius hære-
dibus sed cui dotalicio cedit uidē-
tur.^c Et sicut proprietario aut in feu-
dato sine domini sui uoluntate aedi-
ficia meliorari uel peiorari concedi-
tur, sic mulieri in suo dotalicio cōces-
sum est.^d Pater si habeat filium seu
hæredem in feudo qui non sit hære-
res in iure prouinciali illi potiori iu-
re aedificia in feudo collata debentur
q̄ hæredi iure prouinciali. Conferat
si dominus alicui feudum (alij ha-
bent fundum) indistincte aedificia
fundi eius erunt nisi a domino no-
minatim excipiātur in conferendo.

Glosa.

Sensus parāgraphi primi, articuli presentis

quod verigeldus eque persoluitur mutilato,
Iidem & emenda si forsan post mutilationem
vulneretur vel alia affectus sit iniuria, ac si etiā
sano existenti id contigisset cum condicio-
bus tamen ut textus habet. Ratio, verigeldus
etenim soluitur propter dolorem & iniuriam
quam quis ex negligentia & improuisione al-
teri infert, sed eque dolor infertur mutilato
ex vulnere vel iniuria, ergo iuste eūdem habet
verigeldum, ubi enim est eadem ratio, ibi &
eadē iuris dispositio, ut insti. qui. mo. pa. po.
sol. §. pari. & ff. de verbo. obli. L. a Ticio,
& insti. quod cū. eo. qui. in ali. pos. nego. ges.
esse dicitur. §. istas. & ff. de eden. L. quedam. §.
nummularios & ff. ad le. aquili. L. illud. Secū-
da ratio quia emenda prestat ratione hono-
ris & ad recognoscendum quod is qui emen-
dam soluit iniuste egit contra illum cui solu-
tur. Ex quo itaq; mutilatus eque grauitatē su-
stinet ex iniuria illata sicuti sanus ergo etiā per
simile verigeldo & emenda honoratur & cō-
donatur, ut. ff. de iniuri. L. illud, & insti. ad le.
Aquil. §. his autem verbis, & §. illud.

Et exinde tutorem in iudicio non acquisiuit.
&c. In proposito tutor pro pugile accipitur,
quem mutilatus acquirit in duello, ut supra,
li. i. ar. xlvij.

Queritur si tutorem ut sic acquisiuerit an sit
ne verigeldo erit nec ne. R. quod sic in mēbro
illo propter cuius defectum se pugnare non
potuisse declarauit, presumitur em illud sibi
ante hac persolutum fuisse & ratione istius pu-
gnare solus recusauit. Si vero vulneretur in
membro eodem, emendare illud oportet, ut
supra eo. lib. ar. xvi. habitum est, & hoc est
quod textus habet, & exinde tutorem in iudi-
cio, hoc est defensorem in duello non acqui-
siuit, vel ei actus sententiando nō sit persolutus.
In contrarium licet istius videntur esse quēdā
certe leges, ut insti. de iniurijs. §. poena. Vbi di-
citur quod iniuria ex vulnere alicui illata da-
tur arbitrio iudicis taxandi vulnus illud. R.
tamen id verum esse secundum leges non au-
tē iure nostro, ubi vniuscuiusq; rei verigeldus
est determinatus.

Census quicunq; sit, &c. hic declarare inci-
pit quomodo aedificia apud ciuitates vel vil-
las permanere debent, & quia aedificia villarum
hereditates esse videntur, immo sunt
quia hereditant in heredes quicunq; sint, siue
pertineant ad bona censualia siue non.
Nisi forte militaris sit. Queritur an militaris
homo censualis esse possit. Quidam dicunt
quod sic, multi em militaris ordinis in bonis
resident emphiteoticis seu censualibus. R. ta-
men quod de iure miles super bonis censualibus
residere nō debet. Vnde pro intellectu istius
us. f. Sciendū venit quod bona censualia sunt
duplicia. Quēdā bona habent in se cēsum quē-
dam eademq; possessor forsan habet in feu-
dum, & ut sic milites bona censualia habere
possunt, datoq; quod feudum sit, aedificia tū

^e. Militares an censua-
les esse possunt, cōcor-
dat infra li. iij. ar. lxxv.
vi. & lxxix. glo.

^f. Bona censualia duo
plura.

Speculi Saxonum Liber Secundus.

g. Edificia cedunt sum do.

h. Nota quod iure feudali potest hereditas bonorum possessio in filium, iure uero provinciali hereditas tur eque in filiam sicut in filium, sed in mobilibus diuidendis etiam filie succedunt iure seu hoc idem habetur li. ij. ar. lviij. Feudum tamen pater conferre uni filiorum potest ante omnem diuisionem seu. c. vi. Notandum preterea ex quo quidem nullum feudum in filias cedit si contingat quod pueri habeant castrum quod ad ius feudale pertineat uel alia bona & pueri inuicem se obligent, quod sorores nec filie foriem in his habeant, in idq; sorores & filie consentiunt, filijq; seu pueri moriantur sine herede feudali relinquētes patruos, an patruus maiori iure ad illa bona pertineat iuxta contractū &c. ommissis in contrarium opinioibus si contrarius fuit & probari potest per uasallos, quod filie uel sorores renuntiarunt bonis illis. Vasalli tamen esse debent domini illius qui bona huiusmodi confert tunc ad patruos maiori iure cedet, sed si probari non poterit extunc filie succedunt. iur. seu. c. vi.

i. iure provinciali etiam filia heres est. iur.

hereditat in eorum provinciales heredes, hoc preceustodito quod fundus feudum non sit & quia omnia edificia cedunt fundo, vt Insti. de re. diuifi. §. cum in suo. Secundobona censuales sunt ex quibus alteri census soluitur, & ista militares de iure tenere non debent. Vnde circa id nota si edificia huiusmodi censualis vxo-ri dare velit, dominus censualis illud prohibere poterit ne edificia destruerentur & exportarentur, vt supra li. i. ar. xx. quia exinde census desolaretur censualis vero ditaretur cum iactura aliena quod fieri minime potest, vt. ff. de conditione indebiti. l. naturaliter, & l. vi. ti. ff. de reg. iur. l. iure & c. pro emp. l. eum qui. Quod autē milites bona huiusmodi habere nō possunt habetur in auten. vt neq; miles neq; fide. §. cum domini dei coll. viij. vbi dicitur quod bona per milites possessa in feudum data esse oportet, alias pderet clypeū militare Mulier si habeat dotalicium, &c. hoc dicitur propter id, si forsan heredes mulieris dicere velint edificia ista loco dotis mulieri esse data mulierq; edificia huiusmodi apportata hic ea locauerat, & ita loco hereditatis eis iusto cedere, vt infra li. iij. ar. xxxviiij. & ex eo fundamento destruere & auferre illa vellent quod fieri non debet. Verum edificia illa in fundo manebunt dato quod per mulierem meliorata sint, quod & exemplo in textu probatur, si eum enim dominus fundi accipere edificia derelicta cogitur, qualiacunq; sint etiam peiorata, ita a contrario si meliorata fuerint tollet, quia qui sentit damna sentiat & comoda, vt. ff. de reg. iur. l. secundum & Insti. de legitimi. patro. tute, & item. ff. de contrahen. empti. in plerisq; legibus.

h. Pater si habeat filium, &c. dixerat siquidē in precedentibus paragraphis de obseruatione quē sit in edificijs inter dominum & censualem, inter heredes mulieris & illum cui post mortem cedit vitē prouisio, hic in paragrapho isto differentiam quandam tangit iuris provincialis & feudalis. i. Heres enim iure provinciali etiam filia esse potest. iure vero feudali non nisi filius. Et quia iure cōmuni edificia ad hereditatem pertinent, quare limitat & conditionem ponit in textu si & in quantum in feudo edificia sint, &c. conditio enim ius limitat omne, vt. ff. de reg. iur. l. in toto. Conferat si dominus alicui feudum, &c. hoc fit propter id ne ville desolarentur, vt Insti. de re. diuifi. §. cum in suo, & §. appellatione.

Articulus XXII.



Vicquid contra iudicē quis est probaturus in ea probatione iudicis testimonio non indigebit

si actio seu inculpatio non excedat multam seu poenam simplicē, sed hoc cum duobus sententiam inuenire solitis probabit.^a Si uero altius actio proposita extendatur præfectus seu scultetus aut præco ad testificandum loco iudicis apponetur uel ipse iudex solus. Qui suam intentionem seu testimonium per scultetum aut præconē aut cum scabinis impleuerit. Iudex propter ueritatē ipsorum testimonij facti^b testis efficitur licet factum prius ignorabat. Neget autem iudex se esse testem fraudulenter hoc est si testificare noluerit temerarie & fraudulenter, nihilominus probans suam adimpleuit intentionem^c Monachetur etiā quis adultus licet corā iudicio id factum non sit, hoc tamen contra ipsum probabitur sicut in primo libro ar. xxv. §. clericus diuidet exaratum est. Vbi cū septem testibus debet quid probari, pro eo testimonio. xxi. sunt interrogandi. d. Si idem aduersus quem testimoniū producit in testē nominatur, & ipse de iure sub sacramento suo debet sibi in his notis dicere ueritatem.^e Impleatur autem proponentis probatio per eundem ulterius contra eum non indigebit probatione, Sed confessus iudici multam dabit, & proponenti emendam sicut emendare debuisset, si in probatione defecisset ex eo quia contra iustitiam & suam conscientiam eum compulit ad probandum.

Glosa.

Vbi cum septem testibus, &c. Hic vult secundum glo. quod producens potest simul tot nominare & sic in vna productione utitur quasi tribus dilationibus, si tamen pauciores vel solū septē a principio nominet sibi præiudicat & ex post nō pōt plures inducere quia suspecti

re uero feudali nō nisi filius concordat. iure Mu. ar. xvi. & cxvi. glo.

a. Alij textus habent si uero debitum ulterius se extendat. &c.

b. Concordat infra li. iij. ar. xxv. iur. mu. ar. xxxij. clarius uero ar. ij.

c. vide supra li. i. ar. xxv.

d. Textus uetustiores habent obligatus ad probandum, si testimonium deferat soli actori, actor qui cum ad probationem compulit per sacramentū testimonium perhibere oportet, cōcordat supra. lib. i. ar. vi. iure mu. ar. xvij.

e. Ex isto. §. colligitur quod delato alicui iuramento is cui deferatur referre illud idem uiceuersa eidē minime poterit p. l. Marcellus ff. de acci. rerū amo. in si. ubi dicitur. Si quis delatum sibi iuramentum referre uelit non uidetur prætor pmississe, & itē duabus l. sequētibus, Vide etiā ad id. l. iij. ff. de iur. reuoc. in pri. et supra circa. ar. vi. li. i. in annotatione. & itē infra li. iij. ar. xi. glo. Is tamē qui huiusmodi defert iuramentū si sibi nō credatur tenebitur iurare quod non animo calūniandi huiusmodi iuramentū sibi defert, ut in dicta. l. Marcellus clare habetur.

f. Alij textus habent ille autem si proprio conuictus fuerit testimonio ulterius contra eum non indiget probatione.

esset, de subordinatione si primi in testificando deficerent quia testes hoc modo iure deponunt publice in presentia partium. Secus autem secundum ius commune. Sicut emendare debuisset, &c. Ex ista litera habent scabini Mayd. istud, quod omnem actionem cum testibus propositam sequitur emenda & multa ex parte succumbentis prout sepe rescripterunt in iure.

Glosa.

Superius li. i. ar. viij. & ar. viij. declaratum est quod ad obiecta Saxo negatiua iuramento superapposito liberatur, excepto eo quod coram iudicio actum sit, quia ut sic iudex cum convincit in aliquibus casibus metseptimus, in aliquibus mettertius, hoc idem etiam meminit supra li. i. ar. xviij. Dicere quod possit quod secundum ius istud Iudices omnes inconuincibiles esse viderentur, ipsi vero alios conuincere possent. Pro exolutione huius dubietatis nota quod Iudices triplices sunt. Veri iudices qui vexillo feudi infeudantur qui & iurisdictionem habent iudiciumque, ut sunt Principes & liberi domini. Secundo sunt quos isti primi ulterius infeudant cum iure suo in provincia ut sunt comites sculteti. Tercij sunt commissarii qui substituantur a principibus. Ius etiam triplex est spirituale, seculare, & feudale. Iudex ulterius infeudatus conuinci testimonio potest in duobus. Primo si ius ab eo expectatur ille vero recusat, & tunc in civilibus causis conuincitur mettertius ut hic in textu. In criminalibus vero metseptimus quia sibi pro vita cedit, ut eo. li. ar. xij. Nequaquam enim iudex omittere debet ut malefactorem non iudicet misericordia forsitan ductus. Ius etenim maiorem complectitur misericordiam quam iudex ipse, ut in aut. de iudi. §. oportet, coll. vi. ff. de recep. arbi. L. celsus. Secundo testari contra iudicem potest, id quod coram iudicio actum sit si negare vellet, ut in aut. ut nulli iud. licet habe. §. & hoc, coll. ix. & ff. ad senatus consultum trebelli. L. iij. & C. sententia rescindenda non potest. L. neque, & id obseruat de iure seculari, iudex commissarius testimonio etiam conuinci potest si magis inclinatus fuit vni parti quam alteri, ut subiectus respectu domini ut. xxij. q. v. c. de forma, & extra ut lite non contestetur, c. accedens. Vel si vnus domini sint. iij. q. v. c. accusatores. Vel si vnus familia fuerit, ut. ff. de iurisdic. om. iudi. L. qui. Vel si inimicus sit, ut. iij. q. v. c. vlti. & id seruatur de iure spirituali. Pro tertio iudex feudalis contestari etiam & conuinci testimonio potest iure feudali cum uasallis domini, ut in visibus feu. coll. x. & id iure feudali tenetur.

Si vero alcius actio proposita, &c. Querere vnus possit quomodo iste scultetum aut preconem in testem acquireret ex quo quidem quod iudicium iudicum, ulterius infeudatorum

vel magistrorum ville qui & Gograuij dicitur exercetur ibi raro scultetus fit. Preco etiam dato quod presens sit forsitan propter metum testificari non audet aut circa factum non fuit sed suus predecessor, & tamen si huiusmodi querele sunt actorque prout iuris est probauerit extunc scultetus vel preco testis illius necessario erit & credit sibi ut infra li. iij. ar. xxv. §. i. Sic etiam iudex in legibus credere cogitur illi qui super suis expensis iurauerit, ut in aut. de iudi. §. oportet col. vi. & ff. de arb. bi. L. celsus.

Iudex propter veritatem ipsorum testis efficitur, &c. In contrarium istius sunt leges & Canonones qui dicunt quod testis nullus esse potest nisi illud quod testificatur viderit vel audierit, ut extra de testi. c. preterea & c. licet ex quodam. Ex quo itaque is non aliud testificari potest nisi de auditu quod videlicet causam huiusmodi coram se recitari audiuit, & quod in capitulis allegatis loquitur de rebus que videri possunt, sicut si vnus interemptus sit vel huic simile, vel dic quod ibi loquitur quod nullum testimonium fieri potest prout ex relatu didicit, sed que solus certitudinaliter scit. Vel dic quod ibi non vult intelligere quod visus & auditus vtrunque necessarium sit ad testimonium sed disiunctiue vnum eorum sufficit, hic vero textus intelligi debet quod videlicet iudex testis erit horum que coram ipso insinuantur, facilius enim insinuatio seu narratio testificatur quam negotium ipsum, quia iste qui narrat potest postmodum excusare sese, ut in aut. ut diseren. iudi. audi. §. si tamen, & §. propterea coll. ix. Vnde iudex si protunc presens non sit, ut supra li. i. ar. lxx. recognitionem dare tenebitur, quicquid scabini coram ipso testificari recognouerint.

Neget autem iudex se esse testem, &c. ad hanc materiam vide. C. in constitutione greca de testi. L. vltima.

Monachetur etiam quis, &c. Autor priuilegij intentionem contruando suam paragraphum presentem ponit, quod nonnulla etiam extrajudicialia acta testimonio conuinci possunt exemplificando de monacho. Ratio autem quod monachus ad diuisionem non admittitur supra li. i. ar. xxv. expresse habetur, quia est mortuus mundo, ut in aut. de sanctis Epis. §. si vero, col. ix. & xx. q. iij. c. i. Vnde rotanter in textu dicitur adultus, quia si puer monasterium intruderetur non per id iuri noceret suo, ut supra li. i. ar. xxv. & xx. q. iij. c. si qualibet, testis carique istum ut sic religionem suscepisse oportet, ut in ar. allegato expressum est cum septem viris in generatione equalibus quia tangit feudum quare sui equales in generatione ad testificandum esse tenentur, ut feu. c. ij. & item in vis. feu. coll. x.

Vbi cum septem testibus probari debet pro eo testimonio, xxi. sunt interrogandi, &c. intelligitur quod in iure illo sunt possessi dandi, vnde magis

i. Vide supra li. eod. ar. vi. glo.

k. Hec responsio non satisfiat Canonibus in contrarium adductis tu ampliorem huius solutionem vide de infra li. iij. ar. xxx. & item Iur. Mu. ar. xxxij. & li. ubi habetur quod iudex iusto testificabit narrata scabincorum uel sculteti qui uiderunt uel audiuerunt idque ex officio recognoscunt, plura etenim ex officio admittuntur que alias priuato denegantur.

g. Iudices triplices sunt concordat supra li. i. ar. lv. Iur. Mu. ar. xvi. xviij. & xlv. glo. feu. c. xi. & lxi. ubi habetur quod iudices triplices sunt ex electione, infeudatione, & commissione, ibidem plura uide.

h. Concordat Iur. Mu. ar. xviij. glo.

I. De testium interro-
gatorijs uide.

xima circa huiusmodi testes debet esse aduer-
sentia si testes huiusmodi suspecti non sint.
Iure priuati, proscripti, aut excommunicati,
quia alias de facili reiciuntur, vt supra li. i. ar.
xxxviii. & xl. & li. iij. ar. xvi. iure seu. c. xiiij. Ibi
d. m. super interrogatorijs testium plura vi-
de, unde & textus intelligi debet quod testis
bus aliquis probare quicquid volens, testes
huiusmodi nominare cum oportet quos ius
dex ipse cogere potest ad edisserendum veri-
tatem ab eisdemque vt textus habet (vbi dicit
sunt interrogandi) perquirere & interrogare
de hora, loco tempore, si ex auditu vel visu ne-
gotium ei notum sit & alia plura que longum
enumerare eiset, nam & res sunt finite nomi-
na vero infinita, vt. ff. de prescrip. ver. l. nam.
Si idem aduersus quem testimonium produ-
citur, &c. intellige si aliquid patrafu recogno-
scereque nolles propter rebellionem admittere
resque te testibus conuinci homines cogere vos
lens ad iuramentum contra te, actor potest te
sufficari teipso dicendo quod negotium istud
melius tibi notum est vt sic recognoscere vel
negare sub iuramento te oportebit. Si recog-
noscis, omne perit testimonium, vt textus ha-
bet, ex isto sequi ut quod qui alterum conuin-
cere testibus vult ipse solus super eo interro-
gatus sub iuramento veritatem recognoscere
tenetur & huiusmodi casus in legibus posi-
tiones nuncupantur, m. vt extra de fide instru-
mentorum, c. cum iohannes, & in eo casu is co-
tra quem testimonium producit & sibi ipsi
desertur in instanti respondere potest, vel ad
deliberandum accipere si vult. Secundum ca-
nones vero vt sic pro veritate publicanda in-
terrogatus iurare cogitur, vt. C. de iure deli-
beran. l. si curatores & ff. de iure iuran. l. ius
iurandū & ff. de interdic. acti. l. interdictorū
Contra eum non indigebit probatioe, &c. u
qui enim confessus est pro victo habetur. C.
de accusa. & inscrip. l. accusatiois. §. nemo &
C. de probationibus. l. frustra.
Sed confessus iudici multam, &c. Preceptum
enim iudicis & legem transgressus est ex quo
proximo nocere voluit, vt Insu. de iusti. & iur.
§. iuris precepta.
Et proponenti emendam, vt Insu. de poena tes-
tere litigantium. §. hec autem, & in autem, de
exhiben. & introdu. reis. §. plucini, coll. v. &
in autem, de iudi. §. oportet, coll. vi.

m. Item posito si a-
enda est per iurame-
tum credulitatis glo-
in l. i. in fi. C. de con-
fessis.

n. Confessus pro ui-
cto habetur. Concor-
dat supra li. ij. ar.
xviij.

a. Concordat Canon
c. quod si dormierit
xxi. q. i. ubi dicitur
quod dominus septi-
ma matrimonia non
damnat.



Vamdiu uir uxore ca-
rere non poterit aut no-
luerit a legitimam ei ac-
cipere licitum est uxori
rem, licet ei tres uel plures morian-
tur, & econuerso mulier legitimus

successiue accipit plures uiros, & ta-
cum ultimo quod cum primo liberos po-
test procreare b & eos in bonis pa-
rentum & in iure succedere nemini
dubium existit. c

Glosa.

Articulus presens de statu matrimonij dispo-
nit, qui & primus est omnium ordinum mun-
di prestatque immortalitatem omnibus homi-
nibus. Adam enim viuere in progerie sua dis-
citur, vt in aut. de nup. §. i. coll. iij. Vnde ma-
trimonium ex tribus potissimum commendat-
tur. d. Primo quia est antiquius omnium or-
dinum. Exordium etenim a principe nature
habet & inter primos homines constitutum, est
item sanctum ratione autoritatis & statuti dei.
A deo etenim ordo ille constitutus est. Illud au-
tem quod a deo statutum est perfectum habe-
tur, homines siquidem constitutionesque huius-
modi immutari poterint, ordo vero iste immuta-
biliter manet. Est etiam sanctior propter intrin-
secas virtutes in illo etenim occulte manent om-
nium ordinum effectus. Sed & tres Theolo-
gicales virtutes in se complectitur, in eo enim
est fides quod si vnus ex eis fidem non seruat
perfectio matrimonij destruitur, vt. xxvii. q.
i. c. i. Inest etiam spes vera, qua etenim de cau-
sa hoc procrearet & educaret pueros nisi spera-
ret ad honorem & obsequium dei id fieri, vt
exinde eternam consequatur vitam, vt. xxvii.
q. i. c. nuptiarum. Est preterea charitas in Chris-
to quando statum matrimonij seruat precise
propter Christum, & uxorem diligit sicut se
ipsum in Christo, vt. xxvii. q. i. c. nuptiarum.
Nec matrimonium dicitur esse virginis am-
missio sed est consensus voluntatis, vt. xxvii.
q. ij. c. coniux. Ratione etiam ordinis istius spiritualis
gloriosissima virgo Maria mater dei facta
non ratione copulationis matrimonij sed vir-
tutis diuine id ordinantis, de hoc vide, xxvii.
q. ij. c. omne. In isto ordine est etiam vera pau-
pertas quia is nihil retinet qui seipsum alteri
tribuit quomodo enim illi proprium aliquid ha-
bere possunt quorum corpora indiuisa ma-
nent vt exponitur per doctores sup illo pas-
su Evangelij, ecce nos relinquimus omnia, &
item & erunt duo in carne vna. Est etiam ibi ve-
ra obedientia precipit enim deus Euam esse
sub potestate viri. Ordo preterea iste est utilis
omnibus, quia si ordo matrimonij non es-
set alij ordines cessarent. Est enim constitutus
ante omnes ordines, & est perfectus in seipso,
alij vero ex ipso dependent, hoc expressit em-
nipotens deus in primi hominis plasmatione
cum non alium ordinem religiosorum, sed dum
taxat matrimonij statuit vt habetur Gen. i. In
hoc ordine includi debent omnes homines ad
deum pertinentes, vel corporaliter vel similis-
tudinarie, Matrimonium etenim designat ca-

b. Textus uetustiores
habent & ipsos he-
redes relinquere in iu-
re uel hereditate.

c. Lex xij. tabularum
matrimonium comen-
dare etiam uidetur p-
pter foris conseruati-
onem humane speciei
defensamque reipublice
oppositum etenim iu-
lius puta celibatum ue-
tat in hac uerba Celi-
bes esse prohibento.
Vnde Camillus & Po-
sthumius censores co-
ra pene nomine eos
qui ad senectutem ce-
libes peruenierant in-
erratum deferre iussere-
runt. Cumque aliqui ta-
lem constitutionem in-
eiusarent a censoribus
responsum est. Natus
ram sicut nascendi uti-
gignendi legem prece-
scribere & parentes
nutriendum nepotum
debito alligasse. Vnde
Plato uxorem a trige-
simo anno usque ad quo-
tum & trigessimum
esse ducendam statuit
quod si aliquis non fa-
ceret cum pecunia &
probato multandum
existimauit, secus ta-
men suadet lex nostra
Christiana tu sequas-
ris id quod melius est.

d. Matrimonij laudes
uide quodque ex tribus
potissimum commendatur.

Itum amorē quem deus p̄r habet erga sp̄s
sua Ecclesiam Christianā, designat etiā
filiū dei vnitatē cum humanitate, denotat pr̄
terea gratiā spiritus sancti ad electas animas.
C. Legittimā; ei licitum est accipere vxorem.
&c. e. Notandum circa id quod quinq; gene-
ra hominum contrahere non possunt. Primi
qui castitatem voverunt & hoc dupliciter se-
cūdm quod votum seu promissum duplex
est. Simplex videlicet & solēne. Primi vt qui
propter votum benedictionem ab Episcopo
accipiunt, & istud non dirimit matrimoniū.
Alij qui monasterium intrant & istud impe-
dit matrimoniū, vt. xxvij. dis. c. vlti. Secū-
do quando vnus alteri fidem dat & hoc du-
pliciter vel per verba de futuro simpliciter,
vt. xxvij. q. ij. c. nō est & istud nō impedit ma-
trimonium cōsummatum. Vel est arra desuper
data & sic tenet, vt. xxvij. q. ij. c. non. f. Vel fit
per verba de presenti & istud dirimit omē ma-
trimonium, vt extra de sponsa per totū. Ter-
tio contrahere non potest cum illa quē tuo cō-
sanguineo desponsata fuit, & hoc si ipse vel
illa septennium excedebant, vt extra de spō-
sa impube. c. literas & c. accessit. Item infi-
delem superducere nō potest, vt. xxij. q. v. c.
caute, & c. si quis. Quarto compatrem tuū
vel commatrem vxoris qui post factum ma-
trimonium compater fit superducere minis-
ime potes, vt. xxx. q. ij. c. i.
Item nec illam cum qua manifeste adulteras-
tus es vt supra li. i. ar. xxxvij. & hoc si tempo-
re prioris mariti sibi fidē dederas. Vel in mor-
tem quis eorum machinatus est vel consensit
vt. xxxi. q. i. c. relatū, & extra de eo qui du-
xit in ma. c. significauit, & eo. ti. c. cum habe-
ret. Quinto tue vxoris consanguineam su-
perducere minimelicer, vt. xxxv. q. i. c. cū igitur
& ea. q. ij. c. coniunctiones, & extra de cō-
sangu. & affi. c. non debet.
Notandum circa id g. quod actus matrimo-
nij quolibet tempore sine peccato fieri potest,
& hoc si est proposito prolis, vt. xxxij. q. ij.
.c. vir cū propria. Vel proposito libidinis re-
frenande aut adulterij euitandi. Prima causa
fuit in statu innocentie. Secunda in statu cul-
pe cum Adam mandātū dei transgressus est,
vt. xxxij. q. ij. c. Sicut non omnis. §. his itare
sponderetur & in alijs Canonū locis inueniūt.

Articulus XXIII



Nemo eici debet a sua
possessione a licet male
possideat, b nisi bono-
rum possessio in ipsius
præsentia ex iusta actiōe auferatur,
uel in suis legitimis terminis citatus

non compareat. Vnusquisq; potest
sua iusta bona etiam iure amitte-
re seu alienare c si ab eo obligentur,
uendantur, resignentur, uel si a feo/
di domino inuestitura per anni cir-
culum non petatur, d aut si fuerint
iure prouinciali aut feudali abiudi-
cate uel qualitercunq; non coactus
ea iure desinat possidere. Vnde ob
hoc non licet aliquem a possessione
eicere sua, nisi iuste ad iudiciū cita-
tus, & per sententiam a possessione
eiectus sit.

Glosa.

Non debeat aliquis a sua eici possessioe. &c.
Vnde dicit lex recte possidenti ad defendē-
dam possessionem. &c. vt in. l. i. C. vnde vi.
Predo enim secundum rigorem iuris non est
spoliandus & debet restitui, vt. l. i. §. qui a me
ff. de vi. & vi. ar. & in. c. in literis, de resti. spo.
Vel in suis legitimis citatus terminis. &c. Et
sufficit quod iudex infeudatus vel eius nuntius
iuratus hoc recognoscat. Et si non est iura-
tus satis est q. postea iuret se debite citasse iu-
dicis mādato secundum. In. quid autem si de
iure communi denuntio vide in spe. de cita. §.
nunc de temporum, ver. sed nunq. credetur.
Vnusquisq; potest sua iusta bona. &c. Nota p
istos actus hic expressos hoc iure municipali
amittitur possessio, e & secundum leges
communes amittitur inundatione si res est
immobilis & idem si mobilis & demergatur
in mare, vel in flumine. ff. de bo. au. & iudi.
posse. l. cum vnus. §. vltimo, & l. qui vnus
uersas. §. item quod. ff. de acqui. pos. Item si
mortuum intulero causa perpetue sepulture,
quia locus efficitur religiosus, quem posside-
re non licet. Idem est si vicinus meus exsecun-
do decreto in possessionem domus meę fuerit
positus me de dāno infecto nolente cauere. Itē
si in alterius potestate perueniam vt in dic. l.
quę vnuerfas. §. i. ij. & ij. Item amittitur lō
go tēpore, vt. ff. de vsucapi. l. furtum. §. fun-
di. Et in amissione possessionis rei mobilis
& immobilis est differētia. Nam rei mobilis
possessionem amittimus si subrepta fuerit
etiam ignoranter, vt. ff. de acquiren. vel am-
mitten. poss. l. rem. Sed immobilis si deie-
ctus vel suspicatus fuerit me posse repelli. ff.
eo. l. si id quod. §. vlti. ferarum autem & be-
stiarum possessionem amittimus q̄cito in
naturalem libertatem se receperint. Si autem
incluse erunt a nobis possiderent. ff. eo. l. pos-
sideri. §. itē feras, fallit hoc quia Galline vbis

c. Cōcordat iur. Ma.
ar. xx. glo.

d. Textus uetustio-
res addūt aut si cen-
sum aut seruiciū do-
mino debitum nō p̄-
soluerit infra annū.

e. iure cōmuni pos-
sessio multis amitti-
tur modis.

e. Quinq; genera hos-
minum contrahere nō
possunt.

f. Ad hanc materiam
de matrimonio uide
abunde li. i. ar. ij. xxi.
xxviij. xliij.

g. Cōiugati quomodo
in actu matrimonij se
se gerere debeant.

h. Alij textus addunt
ex parte iudias uel iu-
dieij.

i. Concordat supra
li. i. ar. lxx. infra eo. li.
ar. lxx. li. ij. ar. lxxxij.
iur. Ma. ar. xxix. ar.
Cxxxix. & Cxl. copio
se in glo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

cunq; euolauerint & alia animalia mansuetata, nostra remanent, & qui ea retinet furtum committit. Insti. de re. diuisi. §. pavonum, & §. ceruus & §. in his & §. gallinarū. Item ammittitur possessio corpore & animo vel etiam animo solo. Sed solo corpore non ammittitur. ff. eo. l. i. & l. si qs. & l. possideri. §. in amittenda. Et sic si incipias ab animo sufficit, sed si a corpore utrunq; exigitur simile. C. de iure, delibe. l. poruic. Insti. de iur. natu. §. per nult. & C. de inoffi. dona. l. si toras, vide etiā infra eo. li. circa ar. xliiij.

Vendantur. & c. Nemo enim potest pacisci vt non liceat sibi vti rebus suis. C. de contrahē. emp. l. dudum.

Aut resignentur. & c. Vnde dicitur in lib. feu. poterit etenim vasallus sine domini voluntate feudum resutare, & post resutationem ad seruandum non tenetur sed eum quidem tūc offendere non debet, vt de vasallo qui contra constitutionem Lotharij beneficiū alienauit, c. si vasallus in fine. Vide de alic. feu. paterni. in textu & per Bald. Potest autem quis renūciare iuri suo scripto temporali, corporali, & incorporali, vt nota in sum. hosti. de re. nunc. in §. que possunt, dummodo sit is ad quē pertinet, vt de regulari. c. ad apostolicā & c. statumus, & de cri. fal. c. vlt. & hoc intellige per se vel per alium habentem speciale mādatum, de offi. dele. cum olim ab. §. qa vero, & ff. de iure iur. l. iurandum, §. si procura. Item si habeat generale mandatum ad liberam administrationē, ff. de procura. l. pcurator. Et dummodo renūciāns non sit furiosus nisi habeat dilucida interualla, vij. q. i. quis & C. de cura, furi. l. pc. Et dūmodo non sit minor deliciente etate vt notat. Hosti. in sum. de reg. §. & qualiter & §. & vtrum. Et ita q; renūciāns sit volūtarius, alias contra, vij. q. i. quis, & de his que vi vel metus causa, c. ad audientiam, taliter autem renūciari iure suo vt de cetero non habeat ad id regressum. ff. de edili. edic. l. quęritur, §. si venditor. Et satis absurdum esset quem redire ad id cui renūciandum putauit. C. de re. credi. & iure iuran. l. si quis. Et quod semel repudiatum est reintegrari minime conceditur. C. de condi. incer. l. cum quidam ante finem sit ius quod cunq; vt promunt iura p̄dicta, & ff. de success. edic. l. i. §. qui simul, & in auten. de testi. §. quia vero coll. vij. & vij. q. i. q̄ periculosum & c. hoc nequaquā. xvij. q. ij. Gonsaldus. xvij. q. vi. dudū. xxi. q. ij. si quis iam translatus. xxij. q. iij. si illic. xcv. dis. Epūs de renunc. post translationem, & de causa pos. c. pastoralis cū similibus.

Glosa.

In articulo presenti tum & p̄cedentibus ius statuit & p̄cipit diuersi generis hominibus ne aliquē a possessione ciciant sua. Primo p̄cipit huic cuius bona sunt siue sint mobilia,

siue immobilia, sicut si ego tuum possideā qd auferre mihi non debes nisi iure id facias, vt Insti. vi. bono. rapto. §. quia tamen, & §. sed ne dum. Secundo inhihet iudicibus ipsis ne alioquem ex possessione ciciāt nisi iure victus sit, quinimmo nec sententiare audeant quomodo quis possessionem probare debeat suam anteq; ei probatio decernatur vt supra eo. li. ar. xvij. habitum est, & C. de probationibus. l. siue. Vnde & iudex superintendere debet, ne quis a sua propellatur possessione lus enim id fieri suadet, vt. C. de eden. l. edita, & l. vlti. f. Dato etiam quod iudex omnia ex amulsim sciāt iniuste possideri, actorem nihilominus ad probandum faciat querelam suam, & hoc ideo quia dato q; iste iniuste possessionē nactus sit. Actor vero sufficienti probatione eandem possessionem non destruat. Possessor accusatus obtinet bōa, & hoc est quod textus habet, licet male possideat, hoc idem etiā habetur Insti. de interdic. §. commodū, & C. de eden. l. qui accusare volunt.

Nisi bonorum possessio in ipsius presentia. & c. g. Sententia etenim contra absentem lata non ligat, nisi ille ex cōtumacia absens sit, vt hic, & in. q. ix. c. caueant, & C. de procura. l. quia absente re.

Vel in suis legitimis terminis citatus non cōpareat. & c. hoc est quod tres termini iudicialles sibi p̄figantur, vt supra li. i. ar. lxx. & C. quomo. & quan. iu. sen. proter. l. ij. & l. tres & id est contra illos iudices qui pro primo, p̄ secundo, pro tertio non citatos iudicant.

Non compareat. & c. nisi legale impedimentum importauerit, vt supra eo. li. ar. vij. & C. quomo. & quan. iu. l. cum non, & C. qui ex cau. ma. in integrum. l. i. ij. & in.

Vnusquisq; potest sua bona iure amittere. & c. h. Hic in textu ponitur quinque modi quo modo vnus rem possidere desinit. Primo per venditionem, vt supra li. i. ar. ix, & ff. pro emptore. l. qui cum, & l. qui fundū, & hoc tangitur in textu cum dicitur vendantur, & hoc est verum de venditōe reali & sufficienti vbi & pecunia desuper tollitur. Si enim sub conditione venditio fiat, vt in exemplo, vendo tibi rem prout Petrus taxauerit si id facit vendicio accipit effectum. Si vero non taxauerit vendicio perit & res mea manet, vt Insti. de empti. & vendi. §. p̄tium, & ff. pro emptore l. i. Secundo desinit res esse per obligationē. Et hoc tangitur in textu ibi si ab eo obligentur, i Vnde vendere aliquid & obligare non alio diferūt nisi quia istud exemi potest, illud vero non, vt. C. de pig. l. creditores. k Vnde circa id nota quēdam specialia in pignore. l. Primo quod pignora p̄scribi non possunt. Secundo q; ad pignus computatur id quod pro necessitate pignoris expositū est. Tertio si vadium vtilitatem afferēs oppignoratum est, illa vtilitas ad summam capitalem defalcari debet. Quarto si vadium vēdatur per eū qui inuadiuit, is cui vadium p̄inet, electio

iudex sciens aliquē iniuste possidere aliquid eundem eicere non debet nisi iure muncatur.

g. Sentētia contra absentem non ligat. Concordat supra li. i. ar. lxx. iur. Mu. ar. lxiiij. & Cxxxix. glo.

h. Aduerte modos quo modo res vnus desinit esse ad hanc materiam vide abunde iur. Mu. ar. Cxxxix. & Cxl. gl.

i. Venditio & obligatio quo differunt.

k. Specialia quēdam in pignore vide, concordat iur. Mu. ar. xx. & Cxl. glo.

l. Vnde & secundū ius feudale. c. lv. Pignus nunq; p̄scribit q̄diu probari potest quod res obligata sit, vide ad hanc materiam C. qui mo. pig. rei taq; contra per totum.

en. Casum istum uide
Iure Mu. ar. cxi glo.

a. Bona que pignora
ri non possunt.

o. Vnde circa id nota
si cum consensu mulie-
ris uir dotem impis-
gnoraret uel alienaret
o mulier post mor-
tē uiri acquirit bona
uiceversa extunc cono-
tra mulierē agi potest
de dolo ex quo dolose
conseruat.

P. Nota secundum ius
feudale differentia est
inter pignorationem,
feudum, uenditionem,
conductionē, pignus
fieri potest in tribus,
in hereditate seu pro-
prio. Secundo in mo-
bilibus. Tercio in cen-
sibus exactiōibus o c
In proprietatibus nō
fit nisi coram iudicio
scabinis o alijs ad iu-
diciū pertinentibus.
Item hereditas impi-
gnorari potest uel se
illa quis euincere, cum
pro aliquo fiduciuse
rit sine consensu here-
dum nec desuper quis
coram iudicio actum
fit, aliqua erit prescri-
ptio. Heredes enim
post mortē illius qui
obligauit hereditatē
illam exmere pote-
runt. Feu. c. lv.

q. Impignorata ciui-
tas alicui si fuerit non
debent ultra solutū ex-
torqueri ab hominib-
us exactiōes uel da-
cie nisi id quod tribue-
bant dominis propri-
is quia non debet pe-
iorare bona sed pre-
seruare nec nouas ex-
actiones statuere in

nem habet vel contra venditorem querulari,
vel super bonis debitum querere. Quinto
quod nullus potest vadium lucrari nisi is
cui locatum fuerat. Sexto qui vadium acci-
pit vel lucratur, debet fideliter illud conserua-
re si id facit absoluitur si forsan vadiū perde-
retur. Septimo quod aliquādo res erit ex seip-
so pignus quis per directum non impignora-
tur ut qui bona tenet sub censu & qui tutor
est pupillorū illius res importate in bona cen-
sualia domini loco pignoris erunt. Istius ve-
ro pupillorum, ut. C. de pig. pertotum, &
C. qui. mo. pig. taci. contra. per totum.
Sciendum præterea n quod sextuplicia bona
sunt quę pignorari non possunt. Primo do-
talitium mulierū o ut Insti. qui. mo. alie. li. vel
non. §. i. Secundo bona minorennium nisi pes-
cunia cedat in commodū eorum, ut. C. si alie
res pigno. data. L. curator, & in auten. de nō
alie. aut permuta. rebus. Eccle. §. si autem cre-
ditor coll. ij. Tercio pueri & liberi homines.
P Quarto res quę sunt in bonis meis censuali-
bus, aut sub pacto & censu locatis, ut sunt bo-
ues aratra q diu census mihi non exoluitur.
ut. C. qui res pigno. pos. vel non. L. qui filios
& lege exequutores. q Quinto sunt res sacrę
nisi fiant in redemptionē captiuorum, ut Insti.
de re. diuisi. §. sacrę. & in auten. de non alie-
nan. rebus Eccle. §. si si vero creditor. coll. ij.
Item pro tertio principali rem vnus definit
possidere ex resignatione iuridica, & hoc tan-
gitur in textu cum dicitur resignetur. & c. hoc
intellige iure prouinciali tum etiā feudali, ni-
hil enim naturalius esse potest & magis cōue-
niens naturali equitati, q voluntatem domi-
ni volentis rem suam in alium transferre ra-
tam haberi, ut insti. de re. diuisi. §. per tradi-
tionem, & C. de vsuca. transforma. L. vnica.
Pro quarto res vnus definit esse ex negligē-
tia, & hoc tangitur ibi vel si a feudi domino
inuestitura per anni. circulum non petatur &
istud fieri etiā potest, iure prouinciali, ut su-
pra. li. i. ar. xxviij. & xxix. Tum etiā iure feu-
dali, quia qui feudum in anno & die a domi-
no non petit, iste posthac in expectando negli-
gitur, ut feu. c. xxij. & in auten. de vsu. feu. cō-
stit. Imperiali. §. præterea, coll. x. Pro quinto rē
possidere vnus definit si eidem iure fuerit ab-
iudicata, & hoc tangitur in textu aut si iure fu-
erint abiudicate, & c. hoc est si ille contra quē
conqueritur tribus vicibus citatus non com-
paruerit, ratione cōtumacie bona illa sibi ab-
iudicabuntur ut supra li. i. ar. lxx. & C. quo-
mo. & quan. iudex senten. profer. L. cessan-
te. Quid si iste se negligat & actor iniuste pe-
tat an ex istius negligētia actor sus ad illa
bona consequi possit. Aliqui dicūt quod nō
propositum fundātes suum in certis legibus
signanter insti. de iusti. & iur. §. iuris præcepta
vbi habetur quod nemini nocere debemus, et
item. L. quod ab initio. ff. de reg. iur. vbi ha-
betur quod ab initio iniustum est etiam si cen-

tum annis steterit iniustum erit. Et item nullus
dicari debet cum iactura aliena, ut ff. de reg. iur. L. nemo, & in c. non firmatur de reg. iur. li. vi. Non obstantibus tamen iuribus in con-
trarium adductis, & quod legibus imperato-
rum quę in communem omnium vtilitatem
ex ordinatione diuina sancite sunt, ut dis. viij.
c. quo iure, statutum est quod bona etiam illi
qui ius ad ea habuit abiudicantur immo pri-
uatur bonis illis, ut ff. qui. mo. in possess. ea. L.
iij. & C. quomo. & quan iudex senten. profer.
L. ij. & L. ab eo. & insti. de offi. iudi. §. i. istud
contigit ex contumacia partis quod videli-
cet ius aufert bona vni & alteri eadē tribuit,
ut in auten. de exhiben. & introducē. re. §. si
yo coll. vi. & extra de eo. qui mitti. in possess.
c. i. & ij. & C. de iudicijs. L. properandū. §.
si autem. f Sciendum tamen circa id quod &
si quidem is cuius bona alloquuntur negli-
gatq se iure humano & ex constitutionibus
perdit bona pretacta non autem iure diuino.
Iudicium etenim humanum decipere homi-
nes potest. Iudicium tamen dei minime, deus
enim nemini nocere verum ius suum vniciq
tribuere suadet, ut Insti. de iusti. & iur. §. i. Sed
& bona sic ex contumacia perditā recuperari
iure possunt per iustas querelas anteq occupa-
tor prescribat.
Ad iudiciū citatus, & c. ex isto articulo clare
habetur, quod absens ad omnes actus citari
debet & ad omnes querelas singulatim, &
hoc si accusatus presens coram iudicio nō sit,
vel illud non fateatur, quia alias iam victus
esset, ut C. de confel. L. vna infra eo. li. ar. xlv.
li. iij. ar. xxxix. ff. de confel. L. vna in fi. & xxi
dis. c. nunc autem, alias sententia non ligat ni-
si absentes contumaces sint, ut ff. quę sen. sine
appella. rescin. pos. L. i. & extra de cōsti. c. Ec-
clesia, & extra de senten. & re. iudi. c. cum eter-
ni. li. vi.

provincia obligata
feu. c. lv.

r. Ex negligētia ius
non attentans occa-
sione bonorum citat-
us an perdit bona.

f. Concordat iur. mu.
ar. cxi. glo. si.

c. Concordat infra li.
ij. ar. v. glo. si. iur. mu.
ar. lxiiij.

a. Ad hanc materiā
uide. iur. mu. ar. cxxxix.
ix.

Articulus XXV.



Onqueratur si quis cō-
tra unū quod aliqua
uiolenter possideat, &
ibidem manifestū spo-
lium apparebit, si tunc iudex ad hoc
cū uiolentiarum clamore citatus fue-
rit insequi tenetur in continenti, q/
diu illum prospicere poterit & acto-
ri super prædam b & similiter depre-
dantem & suos cōplices iudicare. c
Postmodū debet ei suam in hac re
restituere possessionem d si reus iu-

b. Alij textus habent
o actori plenam ius-
ticiā exhibere de spo-
liatore o eius com-
plicibus.

c. Concordat iur. mu.
ar. cxij.

d. Textus uetustiores
ita legunt o protin-
us oportet actori re-
stituere spoliata, nisi
reus id fieri iure pro-
hibeat.

Speculi Saxonum Liber Secundus.

re hoc prohibere non poterit. Vbi autem iudex actori non iudicat uel iudicare non ualebit. Rex cū in Saxonica aduenerit nationē, & actio coram eo comprobetur illud iudicabit.

Glosa.

Et sius complices iudicare, &c. Vnde etiā dicit lex cōmunis ubi aut vis facta dicitur aut momentanea possessio postulāda est, ibi loci iudicem aduersus eum qui possessionem turbauit conuenit iudicare, vt. L. vnica. C. ubi de possess. agi oportet. ^e Postmodum debet ei suam in hac re restituere possessorē. &c. Ante omnia em ante restitutionem aduersario rei spōdere nō tenetur. vt in. c. cū dilectus, de ordi. cogni. & in. c. frequens de resti. spo. li. vi. Datur autem restitutio contra eum qui deiecit vel mandauit, vel ratum habuit deiectionem ab aliquo factam, vt. ff. de vi. & vi. ar. L. cum a te. Vbi dicitur quod contra primū delectorem agi potest & non contra secundum, vt. ff. eo. ti. L. iij. §. cum procurator, ubi dicitur Si procurator vel familia armis deiecerit domini sic deiecit videtur, si mandauit vel ratum habuit. Item datur contra vniuersalē heredē & successorē. ff. de vi. & vi. arma. L. i. in fi. & L. iij. §. vlti. sic etiam datur successorī. ff. eo. ti. L. i. §. hoc interdictum, ubi dicitur hoc interdictum heredi & ceteris successoribus cōpetit, secundum leges autem nō competit cōtra successorem rei vel contra emptorem vel donatarium. ff. eo. ti. L. cum a te, & notatur in c. cū ad sedem in glo. penul. de resti. spo. Hic enim peccata suos debent tenere actores, vt in L. sancimus. C. de pe. nec factum alterius debeat alteri obesse. C. de inoffi. testa. L. si quis in suo versus finem, & in regula non debet, cū cōcordat ibi notatis de reg. iur. li. vi. Sed secundum Canones etiam datur contra illum qui scienter recipit rem a deiectore sic in viciū succedendo, vt in. c. sepe de resti. spo. de iudi. c. quia, cū similibus. Sed quia omnium bonorum emptor loco heredis est, ideo ubi heres non vfucapit, nec ipse, vt notat glo. in. L. i. ff. de vsuca. & ff. pro emp. L. i. & poterit etiā talis vt heres cōueniri, vt in. L. nō intelligit. §. cum ex causa. ff. de iure. fil.

Et nota quod de intellectu dicte legis cum a te dicit Guil. in spe. de resti. spo. §. vlti. ver. fi. ubi dicit quod locum habet in ignorante & c. sepe. eo. ti. in sciente. Vide etiam de ista lege de resti. spo. olim. ij. in glo. magna, dicit etiā Bart. in dicta. L. quod ipsa lex etiam intelligitur quando primus deiciens est soluendo alias secus alleg. ff. de furtis. L. itaq. circa princi. Conditione tamen ex dicto decreto sepe bene potest agi contra tertium, sed non interdictio istius legis cum a te, secundū Barto. ibidē.

Glosa.

Superioribus dixerat de utilitate possessionis, articulus presens docet quid ille facere debeat qui ex sua eicitur possessione & quinque ex ordine ponuntur documenta. f. Primū quod nullus suipsius iudex sit, & hoc tangitur ibi cum dicitur conqueratur si quis contra vnū, qui enim suipsius iudex esse vult bonasque violenter aggreditur iure nostro in vitam sibi edit, nisi id faciat tempore & hora cum sibi res auferi vel infacti fuga, vt supra eo. li. ar. xij. & infra. lxxij. & item li. iij. ar. viij. Secundum leges vero talis perdit omne ius quod in bonis illis habuit si bona huiusmodi sua fuerint. Si vero aliena sibi violenter vsurpare corabatur restituere tenebitur illi cui pertinebant, & cum hoc tantundem satisfacere eidem cogitur, §. vt in fi. vi. bono rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. L. si quis in tantam. Secundum docetur hic quod iudex sententiam dare non debet, nisi precedant primū probationes, hoc tangitur ibi cum dicitur, & ibidem manifestū spoliū appebit. Hoc idē etiā leges suadent, vt. C. de eden. L. qui accusare, & de accusa. & inscrip. L. singuli. Tertiū docetur quod iudex sententiā p̄donis ferre debet, cōtra illū apud quem spoliū inuenitur, & hoc ibi cum dicitur, & similiter depredantem, hoc idē etiam cauetur legibus, vt. ff. ad le. lul. de vi. publica L. in eadem, & C. vnde vi. L. inuasor. Quartum docetur quod eandem sententiam ferre debet contra adiutores seu complices prout cōtra principalē tulit, & hoc ibi & suos cōplices iudicare. Dicunt vero cōplices qui iuuat explere alterius voluntatem, vt in fi. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. interdum, quis etiam nihil plus fecerint, nisi quod cum scitu voluntate & hospicio consensint, vel furta aut spolia diuidant & que culpabiles iudicantur, vt supra eo. li. ar. xij. C. de his qui latro, vel alijs crimi. reos ocul. L. eos qui & L. si qui. Quintum docetur quod iudex actorē in suā debet restituere possessionem & hoc tangitur ibi cum dicitur, postmodum debet ei suam in hac re restituere possessorē. Et hoc est contra nōnullos fatuos qui dicunt si quid furto vel p̄da ablatum sit quod iudex qui desuper iudicat tertium denarium pro fatiga exinde habere deberet. Istud em falsum est, nam iudex exercere iudicium debet ratione officij quia est in feudatus, vt supra li. i. ar. liij. glo. Et si obiciat quis, quid faciendum erit si iudex in feudatus non sit, respondebitur quod iudicium exercere non poterit. Si iterū si stet quisque quod Grauius non pernoctata iudicat furta qui tamen in feudatus non est. & quod iudicium eius non extenditur ultra tres solidos, nec exinde tertius sibi cedit denarius, vt supra li. i. ar. lviij & supra eo. li. ar. xij. Vnde etsi quidem non nulla iura oppositum sentiant dicuntque quod iudex de rebus furruis vel p̄da ablati aliud quid accipere debeat, vt infra eo. li. ar. xxxi.

f. Nullus sui ipsius iudex esse debet, concordat infra eo. li. ar. lxx. li. iij. ar. xij. iure muni ar. xxvij. & al. & uē Cxij. glo.

g. Intellige si putauerit esse sua, alias ut p̄do iudicabitur.

h. Vide iure. muni. ar. Cxij.

i. Complices qui dicantur.

k. Vnde furta restitui debent parti, ut infra li. iij. ar. xij. in glo.

e. De restitutione spoliatorum, vide hic per totum.

& xxxvij. Intellige tamē ad hūc sensum qđ cum fures & p̄dones inuestigantur in alia vsq; iurisdictionē resq; ille furto vel preda ablata recuperantur, extunc illis qui sic fures inuestigarunt, tertius cedit denarius. Quod si nullus venit ad recuperandas res illas iudex tertium accipit denarium, l ab illis tamē qui suę sub sunt iurisdictioni nihil accipere debet, vt infra eo. li. ar. xxxi. & xxxvij. Secundū autem rei veritatem iudex ex huiusmodi rebus furto vel preda ablati, nec quicq; accipere debet, & quod id sit verum probatur per paragrāphum vltimum, ar. xxxi. infra eo. li. ij. Vbi dicitur quod licet possessor earum morte puniatur, res nihilominus reddūt illi cui pertinent. Et item si iudices quicq; accipere debeant sententias vendere viderentur quod fieri non debet, vt. C. quan. prouo. non est nec. l. venales, & l. vlti. & ij. q. vi. c. ei qui. vers. diffinitiva, & ver. venales, extra de vi. & honest. cleri. c. cum ab omni. Nullum etiam sententia ledere debet nisi eum qui demeruit Is vero cui furto vel preda bona ablata sunt nil mali facit, vt in auten. de manda. principi. §. quod si, et. §. oportet coll. ij. & in auten. vt iud. sine quoquo sufragio. §. volumus coll. ij. Si qđ sorte dicat qđ istud iudici cederet rōe mulctę nam ex aliunde eam repetere non poterit, queritur ab eo, quis demeruit mulctam huiusmodi, si responderit fur vel predo, resplicabitur iterum sibi quod mulctam in huiusmodi bonis demereri nō potuit, nam nec sua fuerunt, vt infra eo. li. ar. xxxi. Et itē res quam ille demeruit vitam, quare bona aliena cum hoc mulctando perdere non potuit, vt supra li. i. ar. liij. & in autē. de manda. principi. §. oportet, coll. ij. Si etiam dicatur quod actor mulctandus venit, & quod nulli pōna infligi debet absq; sua culpa. Is vero qui iustam instituit querelam sine culpa manet, vt supra li. i. ar. liij. & C. de modo mulctarum. L. eos qui. Concluditur ergo cum textu quod spoliato possessio viceversa restitui debet, resq; furto vel preda ablata, vt. C. vñ vi. l. vi pulsos.

Articulus. XXVI.



Moneta denariorum in aduentu domini noui est renouanda. Monetarius si unum falsum exposuerit denarium in emendo res aliquas morte condemnatur. Monete tres denarij cum medio si inueniantur apud eum qui iuri suo furando aut spoliando derogauit perdit

manū nisi ostendere poterit uarendatorem a quo denarios ceperit. Qui uero pleni iuris est si apud eū solidus nummorum falsorum inueniatur eosdem & nihil amplius ammittit & si plures habuerit absq; uarendatore manum perdit, falsificet autem monetarius suos nummos, uel non cudit eos prout iuris est, ne mini potest crimen imponere falsi ut exinde ei satisfacere teneatur. Moneta nūmorū cudi debet æqui pōderis & ualoris. Nemini licet forū erigere uel monetā de nouo instituire sine consensu eius loci ordinarij seu iudicis, etiā Rex in signum sui consensus suam ad hoc mittere debet cirothecam. Nemini etiam nūmos cudere licet qui alijs sint similes, sed habeant diferentias compertentes postq; nummi prohibētur licite cū eis post hoc per quindenā debita persoluantur & pignora redimentur. Qui autem post tēpus deputatum cum eis emerit cudens eos licite frangit dūmodo es ementi reddat.

Glosa.

Qui uero pleni est iuris si apud eū. &c. Quid si pecunia fuerit approbata & postea apparet reprobata. Item si alius istam pecuniam expendit vt bonā, de his nota in specul. titu. de pigno. §. hęc rubrica post principi. in addici. p. Ioan. And. Hoc etiam scias quod de iure tria sunt necessaria in qualibet moneta scz pba materia, iustum pondus, & imago seu subscriptio principis, quorum altero deficiente non censetur proba sed falsa & reprobata moneta, vt probatur & notatur. ff. de contrahen. em. l. i. & C. de vete. nūmi. c. 10. l. i. li. xi. iuncta. l. quintus. §. penul. ff. de auro. & argento lega. & notatur per docto. in. c. quanto de iureiuran.

Glosa.

Lex p̄sens est cōtra consuetudinem quę in Marchia obseruatur vbi singulis annis semel

c. Alij textus habent in cute puniuntur.

d. Cōcordat infra li. ij. ar. xl. glo.

e. Textus uetustiores habent, licebit monetario eosdem frangere fractis s; restituere & non reuincere.

f. Tria sunt de iure necessaria in qualibet moneta

1. Concordat iur. mu. ar. xxxvij.

a. Concordat iur. mu. ar. viij. Alij textus habent moneta denariorum renouari debet quando nouus dominus curā suscepit.

b. Textus alij habent, reus est cutis uel capitis. uide ad id iur. mu. ar. xcix. glo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

g. Ad hanc materiā vide supra li. i. in p. logo. et ar. xliij. li. iij. ar. lxxvij. iur. mu. ar. i. glo.

h. Consuetudo inuestrata an magis seruanda sit. q. ius scriptum.

f. Lex ex duobus corrigitur. vide supra li. i. ar. iij. iur. mu. ar. l.

k. Parricidij poena.

moneta renouatur. In Episcopatu vero Maydēburgēn̄ bis **g** Vnde & circa id dubiū exoriri possunt magis cōsuetudo inueterata seruari debet vel potius ius scriptum ut articulus habet. **h** Sciendum quod noua constitutio propellit antiquam legem, vt. ff. de legi. & senatuscon. l. de quibus, & consuetudo vnius ciuitatis preponitur etiam legi ciuitatis illius si per desuetudinem eidem abrogatum est, vt. ff. communi predi. l. venditor. §. si constat. Vnde inter cetera lex allegata, ff. de legi. & senatuscon. infra scriptum continet paragraphum quem & hic inferere placuit. In veterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipse leges nulla ex alia causa nos teneant, q̄ quod iudicio populi recepte sunt, merito & ea que sine villo scripto populus prebavit tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio (id est cōsensu in scripto redacto) populus voluntatem suā declararet, an rebus ipsis & factis. Quare recessisse illud etiam receptum est vt leges non solo legislatoris suffragio sed etiam tacito omnium cōsensu abrogentur. **i** Et exinde vt in glossa ibidem annotatum est sequitur, quod lex per duo corrigitur. Primo per aliam superuenientem legem & hoc planum est. Secundo per consuetudinem vel potius desuetudinem legis alicuius, & hoc vel consuetudo est generalis & tunc generaliter vincit legē, vel specialis & sic specialiter vincit legē in illo loco vt. ff. cōmunia prediorum. l. venditor. §. si constat, & hoc est verum si consuetudo sequat legē, nam si precedat vincitur a lege. Ad hanc materiam vide plura in loco allegato, ff. de legi. & senatuscon. Ad questionem vero morā ubi per modum dubij propositum est. **q.** qd̄ articulus iste consuetudini non derogat, dicit enim quod in aduentu domini nummi noui sunt renouandi, nō tamen vetat quod singulis annis non renouentur. Qui iuri suo furando vel spoliando derogat, & c. Vel etiam qui occasione furti obiecti cōcordiam inēit, de his vide supra li. i. ar. xxxvij. & xxxvij. & item, C. ex qui. cau. ali. infam. irroga. l. non damnatos. Monete tres denarij cū medio si inueniantur, & c. hoc in signū istius fit, quia ipse furto vel spolio naturam suam ex quatuor elementis susceptam dehonestauit & non est iam perfectus homo quatuor elementorum sed quasi ex semiquatuor, **k** sic etiam parricide denegantur quatuor elemēta nec sibi ac vivo cōceditur nec terra mortuo ad sepeliendum, vt Insti. de publi. iudi. §. alia, & supra eo. li. arri. xliij. C. de his qui libe. vel paren. occi. l. si qs & ff. ad le. pom. de parricidijs. l. i. Qui vero est pleni iuris, & c. huic enim non adeo erit imputandum cum pecuniam malā quam credit esse bonam expendit, vt. ff. de solu. l. qui.

Si monetarius vnum denariū, & c. Quia magis sibi obest denarius q̄ alteri solidus, ex eo quia maiorem illorum noticiam habet q̄ aliter quod si plures inueniantur denarij manū ammittit, ubi enim excessus maior ibi & poena adaugetur Insti. de publi. iudi. §. alia. Falsificet autē monetarius suos nummos nemini potest imponere crimen falsi, & c. Ratio quia vnusquis obicere sibi possit falsitatem Contra alium enim agere non potest qui illo crimine notatus est, vt. vi. q. i. c. qui crimen & c. de test. l. vlti. Moneta debet esse equi ponderis, & c. Ita qd̄ vna non sit grauior & ponderosior alia tum etiam in qualitate & valore equalis sit, secundum quod in aliqua prouincia statuitur. Nemini licet forum erigere & c. & in eo prouidetur reipublice ne videlicet homines depauperentur in monetaq; iactura fiat aliqua vt. C. de nundinis. l. qui. Sine cōsensu iudicis, & c. Ex isto habetur qd̄ omnes Principes iudices vocitantur, vt infra li. iij. ar. liij. Paragraphusq; articuli intelligi debet quod pro erigenda noua moneta subditi suo iudici hoc est principi seu p̄fidi prouincię insinuare debent, vt infra li. iij. ar. xliij & xlvij. & ille tandem negotium ad imperiū deducet, ita quod imperator ad id suū prebeat cōsensum vt textus habet & c. noua vetigalia institui non posse. Nemini etiam nummos cudere licet, & c. Ad hanc materiam vide, C. de falsa moneta. l. i. ij. & iij. per totū, ubi imperator contra illos qui fallam cudere audeant monetam poenas statuit condignas vnde & leges prenotatas hic inferere viliū est. **m** Quoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant ne cellitatem sibi incubere huiusmodi homines inquirendi vt inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormēta illico prodituri, ac si dignis supplicijs sint adhiēdi. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus cuius modus, quoniam dispar patrimonium est a nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam suspectam de custodia exire fecerit capite puniatur, appellandi etiam priuato licentia denegeretur. Si vero miles aut p̄motus in gradu huiusmodi crimen incurrerit super eius nomine & gradu ad competentes iudices referatur. Domus vero vel fundus in quo hec perpetrata sunt si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia puniēda est, & si ignoret fisco vendicetur, nisi dominus ante ignoret vt primum repperit scelus prodiderit perpetratum, tunc enim possessio vel domus ipsius proscriptiōis iniurię minime subiacet. Sin vero longissime ab ea domo vel possessione abfuerit nullum sustineat detractum, actore videlicet fundi vel seruis, vel incolis, vel colonis q̄ ad hoc ministeriū pre-

l. Moneta equi ponderis & valoris esse debet.

m. Falsificantium monetam poena secundū diuersi status hominum.

buert tñ cū eo qui fecit, supplicio capitali ple-
tendus. Viduas autē ac pupillos speciali di-
gnos indulgentia credimus, vt vidue nec in
proximo constitute domo sua vel possessio-
ne careant si nulla apud ipsas tam grauis cō-
scientie noxā resideat. Impuberes vero si etiā
consciū fuerint nullum sustineant detrimētū
quia etas eorum quid videat ignorat. Tuto-
res tamen eorum si in proximo fuerint quo-
niam ignorare eos quid in re pupilli geritur
non oportet, hec pōna expectabit vt de res-
bus eorum si idonei fuerint tantum fisco infe-
ratur quantum a pupillo fuerat inferendū.
Et itē alia lex disponit. Si quis nummos fal-
sa effusione formauerit vniuersas eius faculta-
tes fisco nostro precipimus adiici. In moneris
etenim tantum nostris cudende pecunię studi-
um frequentari volumus cuius obnoxij ma-
iestatis crimen committunt, & premio accu-
satoribus proposito quicunq; solidorū adul-
ter poterit reperiri, vel a quocunq; fuerit pub-
licatus illico omni dilatione semota flam-
marum exustionibus mancipetur. Et itē alia
lex sequitur. Si quis super cudendo ere vel re
scripto aliquo vel etiam annotatione nostra
sibi arripuerit facultatem non solum fructum
proprie petitionis amittat, verum etiam pē-
nam quam meretur excipiat.

Articulus XXVII



Vi ualuarum Pontiū
siue aquarum Thelone-
um nō p̄soluerit a qua/
drupliciter refundet.
Theloneum autem forense qui nō
dederit triginta solidos pene dabit.
Quatuor euntes pedestres unū de-
narium, & unus aquitum dimidiū
præstet nummū. Currus oneratus
quatuor denarios in eundo & rede-
undo soluet, & hoc dabitur in The/
loneo aquarū, in pontium autem
soluetur dimidia pars. Clerici & mi-
litares familiaq; eorum a theloneo
sunt exēpti. ^b A thelonei etiam da-
tione immunis est omnis qui pon-
cium & nauium non indiget trans-
fretatione. De iure etiam prætiū sol-
uere nō tenetur a conducto cui pla-
cet corpus & res committere peri-
culo seu fortunæ. ^c Qui alijs prebet

conductum a damno precauere &
præcustodire ipsis debet. Currus uā
cuius dimidiū soluit thelonei respe-
ctu onerati, dimidius uero currus
seu biga unum pro theloneo dabit
nummum. ^d Si quis transitum ag-
ro nouo imposuerit, per uetitasq; ui-
as per agros ierit pro qualibet rōta
unum nummum soluet & acquitās
nomine emende dimidiū. Si ue-
ro ager fuerit seminatus damnum
refarcire tenentur & id facienē licite
pignorantur, quod si resisterent pi-
gnorationi cum clamore uolentia
arrestetur quem clamorem cum tri-
bus solidis eos emēdare oportet &
desuper iura pignoris sustinere.

Glosa.

Qui ualuarum pontiū, &c. ^e Hic scias quod
refectionem itinerum & pontium agnoscit
ecclesia, quia respicit pietatem. Vnde dicit lex
Imperialis. Ad instructiones itinerum ponti-
umq; etiam uenerabiles ecclesias & diuinas
domus tam laudabili titulo libenter ascribi-
mus, quia nō est inter sordida munera nume-
ratum, vt in. L. ad instructiones. C. de facto
sancto. ecclē.
Quadrupliciter refun. &c. Possit tamen cōsue-
tudo vel statutum operari vt non soluentes
theloneum vel gabellas amittunt bona, vt
ff. de publica. & vecti. L. commiss. Et qui eam
gabellam imperunt & pro qua causa, vidē
in repetitione regule possessor, de re. iur. li. vi.
Quomodo etiam regulariter quilibet ad ves-
tigalia & huiusmodi soluēda teneatur, vidē
in. L. omnium. C. de vectig. & commiss. In-
mō uidetur quod fraudars gabellam rerum
vectarum perdit illas ipso iure secundum dō-
minici in. c. cum secundam de heredi. li. vi. &
ibi. concor. in glo. super. vers. omittens. quē
tamen intelligitur in speciebus illicitis.
Clerici, milites &c. Vñ dicit cōst. Frede. nul-
la communitas vel persona publica, vel pri-
uata collectas seu exactiones angarias seu p-
angarias Ecclesijs aut alijs p̄ijs locis, aut Ec-
clesiasticis personis imponant, aut inuadere
presumāt, quod si fecerint & requisiti ab Ec-
clesia vel. Economo reddere cōtempserint tri-
plum refundant, & nihilominus banno im-
periali subiaceant, quod absq; satisfactione
debita nullatenus remittatur. Vide etiam in
c. quantq; de censu. li. vi. & eo. ti. presenti in de.
Et in. L. ij. & L. presbyteros. C. de Episco. &
N

d. vide infra ar. xlvij.

e. Itinerū & pontiū
refectionem agnoscat
Ecclesia.

a. Theloneum non sol-
ues quid demereatur.

b. Alij textus habent
quilibet etiā eques in
curru uel uehiculo li-
ber est a theloneo, si
nauis non indigeat uel
ponte.

c. Concordat Iur. mu.
ar. viij. textus uetustis-
ores ultra id addunt
quod si non fecerit cū
damna resarare opor-
tebit.

Speculi Saxonum Liber Secundus

Vbi dicitur presbyteros, diaconos, subdiaconos, atque exorcistas, lectores atque hostiarios etiam personalium munerum expertes esse precipimus.

Et eorum familia. &c. familia & etiam mulieres. Nam secundum leges mulieribus quæ cum maritis Reipublice causa absentibus peregrinate sunt ad exemplum militum subueniri solere non est ignoratum ut in. L. i. C. de vxor. mili f. Mulier enim honorem viri obtinet, ut in. L. filij. §. ij. ff. ad municipi, & ad hoc quod hic dicit de familia dicit lex communis. Omnibus quoque clericis huiusmodi prerogativa succurritur ut coniuges clericorum ac liberi eorum quoque ministeria, id est mares, pariter & femine, eorumque etiam filij immunes semper ab huiusmodi muneribus perseuerent, ut in. L. ij. de epis. & cle.

Qui alij prebet conductum. &c. vide etiam ad id. xxiiij. q. ij. si quis Romipetas. Et non soluens iustum pedagiū peccat, recipiens vero pedagiū debet tenere iter securum, & si dānum detur transeunti, debet sibi id refarcire de hoc etiam per hostien. in sum. de censu. §. ex quibus, & per Odo. C. ne filius pro patre aut. & habita. Vide etiam per Bald. de hoc plene in. §. conuenticulas, de pace iuramē. firman, coll. x.

Glosa.

g. Telonea an sine peccato exigi possint.

Queritur circa id, an theloneum sine peccato exigi possit necne. g. Quidam dicunt quod sine peccato exigi non potest, est enim origo auaricie, oppressioque hominum, unde & Christus saluator noster Mathem qui & publicanus erat hoc est exactionum publicarum questor, ad se inuitauit redargutusque postmodum a iudeis quod cum publicanis comederet. & tamen reiectis in contrarium opinionibus quod si iusto exigitur sine peccato fieri potest. Ex Imperatorum enim constitutionibus theloneum statutum est propter publicam utilitatem illud autem quod Imperatores statuerunt pro iure habetur, & ita sine peccato accipitur, ut Insti. de iur. gen. §. sed & quod principi, & ff. de origine iuris. L. ij. §. deinde, & x. dist. c. de capitulis. c. vides. c. quis autem. Quod autem Imperatores theloneum admittant est textus clarus & rotundus. C. vectigalia noua institui. L. vectigalia, & L. vlti. immo eodem titu. per totum, non enim temere permittitur nouorum exactio vectigalium sed comuni utilitati inspecta, & non propter aliquam auariciam conceditur. Unde Christus theloneum esse soluendum approbavit, cum prehenso per discipulum pisce, dragmaque in eo inuenta vectigal exoluit. h. Nec theloneator publicanus dicitur ut aliqui idiote putant quasi publicus peccator, sed thelonatores publicani nuncupantur ex eo, quia fruuntur publico, vel quia conducunt ab Imperatore aut Ciuitate exactionem aliquam publicam, & exinde pro-

stant aliquod tributum. In generalique omnes qui conducunt aliquid a fisco publicani dicuntur, ut ff. de publicanis. L. i. §. ij. ff. de verbo signifi. L. eum qui.

Quadruplum refundit. Hoc fit ex eo quia si illud reputatur pro violento & manifesto furto, ut Insti. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. pena, & Insti. de acci. §. quadruplici. t. Propter tamen huiusmodi thelonei non solutione vel transgressionem nullus suspendi debet, dato quod furtiue vsurpet id quod soluere tenetur, non enim furtiue illud accipit ut furto conuinci possit, ut infra eo. li. ar. xxix. k. Notandumque circa id quod actio quælibet criminalis ciuilitate semper institui potest, ita quod querulari potest super pecunijs imperis similibus querela, ut Insti. de iniur. §. in summa.

Quatuor eūtes pedestres. &c. Istud intellige ut in se sonat, & hoc postquam theloneum pro necessitate Reipublice instituitur, ut. C. vectigalia noua institui non possunt. L. non quidem. Clerici & militares. &c. l. Hic excipiuntur in triplici genere homines qui theloneum soluere non tenentur. Primo clerici, & hoc propter publicum commodum & utilitatem ut pote orationes quas fundunt & fundere debent pro incolumitate Imperij, & hoc nedum de presbiteris intelligitur, verum de omnibus qui titulo clericali gaudent, totus enim mundus eorum vititur orationibus, ut in auten. quo mo. opor. Epis. & cleri. §. i. coll. i. Secundo excipiuntur milites propter eorum obsequia in defendendo imperio & Republica & ita confortatur etiam eis donum publicum, inamunitas videlicet vectigalium, ut. C. de vectiga. commis. L. omnibus, & in auten. neque miles, neque federa. §. cum domini dei, coll. viij. Tercio excipitur eorum familia in eodem enim iure vititur familia cum dominis suis, ut. C. de epis. & cleri. L. ij. Sed & vxoribus militum eadem inamunitas seruatur, ut. C. de incolis. L. vlti. & xij. q. ij. Ecclesiarum seruos, & ff. de iurisdic. ne omnium iudicum. L. cum quedam puella. Qui pontium & nauium non indiget transfectione. &c. per istum paragraphum excipitur a thelonei solutione qui pontium & nauium usu non indigent. Et exinde sequitur id quod prius tactum est, quod videlicet thelonea, & vectigalia salui conductus non propter auariciam statuta sunt, sed ad necessitatem Reipublice, quare iusto exigi possunt, statuuntur enim thelonea propter viarum reformationem & securitatem, ut hic & C. de vectigalibus commis. L. vectigalia. Excipiuntur insuper a thelonei solutione, n. illi qui ad pontem pertinent, vel de propinquo resident, ex eo, quia si non extendat se theloneum pro construendo ponte, vicini impensis suis extruere tenebuntur, ut. C. de vectigalibus. L. vniuersi. Clerici tamē & milites negociantes thelonea solunt. C. vectigalia commu. l. ex prestatione. CA dāno precauere & precustodire ipsis de-

i. Teloneum non soluens an furtum committat et an suspendi debeat.

k. Actio criminalis ciuilitate semper institui potest.

l. Homines triplicis generis a Teloneo excipiuntur.

m. Familia eodem modo vititur cum dominis

n. Ad pontem pertinentes a Teloneo excipiuntur.

h. Publicanus unde dicatur.

bet. &c. Qui enim sentit commoda fendar & incommoda, vt. ff. de reg. iur. l. secundū. Vñ & theloneum nouum imponens sine consensu principis violentiam committere dicitur, quare & capite penam soluit, vt. ff. ad l. iul. de vi. publica. l. vlti. & ff. ad l. iul. de ambitu. C. noua. vesti. insti. non pos. l. vlti.

Si quis transitum agro nouo imposuerit, &c. Pro declaratione paragraphi istius. Nota qd rusticorum prediorum iura sunt hęc iter, actus, via, aque ductus. Iter est ius eundi vel ambulandi hominis per se, hoc est vbi ire & equitare potest. Actus vbi curru eggere vnus potest. Via vbi pecora pelli & vnus currus alteri cedere valeat. Aque ductus est ius aque ducende per fundum alienum, vt Insti. de serui. rusti. & vbi. predi. §. iter. §. actus et §. via. Hęc iam expressa signant prima tria in textu quodam modo tanguntur. Per id cum dicitur eggers iter includitur. Per id quod dicitur pro qualibet rota actus designatur. Cū vero dicitur si ager fuerit seminatus viam designat. P Vñ via esse debet octo pedum latitudinis in directum, in angulis vero sedecim nisi maior rem vel minorem placuerit facere constitutis tibus quod non fit in actu. Insti. de serui. rusti. predi. §. i. in glo.

Notandum insuper pro declaratione eiusdem paragraphi qd quod quādo transgredit ager vno anno publice, non violenter sine prohibitione, vel absq; contractu admissione precaria, nulli posthac prohiberi potest, vt. ff. de iti. actusq; priua. l. i.

Cum clamore violentie ardentur, &c. Et ex isto passu iudices quidā auaricia ducti a quo libet iudiciario clamore penam trium solidorum usurpare sibi volunt sicut si vnus venit & querulari vult contra aliquem, procurator interrogat eius quomodo ipse necessitatem suam declarare debeat, decernitur quod cum clamore. Vltetius procurator expetit qd iudex decernat vt eum acclamare seu aduocifere possit, quod cum factum sit acille aduociferatus fuerit, iudex tandem iure sibi tres solidos cedere putat, in paragrapho isto opinione fundando suam, & supra. li. i. ar. l. xij. ibi pro solo iudiciario clamore non iure profequuto, &c. Id tamē fieri minime debet nec textum isti intelligit immo contra ipsos militat locus allegatus, loquitur enim arti. l. xij. de clamore iudiciario, cum non profequitur, querelam, tunc enim tres solidi soluntur, hic vero secus est, quia iste profequitur actionem contra illum, quem aestauerat, immo & ibidem li. i. ar. allegato sequenti paragrapho hoc idem clare habetur, cum inquit si vero clamorem profequitur nihil demeretur. Cōcludit ergo quod non pro omni iudiciario clamore tres solidi soluntur iudici, nec obstat si quis dicat quod paragraphus ille arti. l. xij. lib. i. damnum nullum sustinet si verba duellaria non interpoluit, &c. intelligi debeat cū quis

sine duello alloquitur alium, hic vero videtur duellariter alloqui, ex quo cum clamore conqueritur, & quod non duellariter alloquitur. Qui enim duellariter contra alium agit preparat se contra illum si forsan negare vellet quod eū conuincere nitatur, prout ius & iudicio pertinentes decreuerint. Iste vero non hoc facit quia necessitatem declarat suam, & petit cogi aduersariū ad respondendū, dato etiam quod duellariter exigeret ab illo responsionem, extunc iudici multa soluitur non ratione iudicij vt isti putant, sed propter id, qd aetori emenda prestatur, vt supra. li. i. ar. l. iij. Preterea ex quo quidem huic ex officio iudicis admissum est quod aduersarium aduocifere, quicquid vero iudex ex officio admittit illud firmiter tenere cum oportet, & nullam ratione istius exigere multam vt. C. contrario iudic. tute. l. si pater eius, & ff. de reg. iur. l. qui in ius.

Nota hic speciale ex textu presenti, quod quandoq; pignora potest vnus aliquem sine iudicis licentia sicut occasione damni in campo patrat, pro eo tamē criminaliter agere non poterit, & hoc ex eo fit, quia damna illa fiunt ab hominibus itinerantibus qui non facile per ius arctari possunt.

r. Pignora qñā doq; vnus potest sine licentia iudicis.

Articulus XXVIII.

Qui ligna incidit, uel gramina falcit aliena aut in alicuius riuus fluuio q; piscauerit a tribus solidis liberatur, damnum nihilominus secundum formam persoluet. In piscaturis uero foditis seu stagnis si qs piscauerit & arbores plantatas inciderit, aut insertas fructiferas, uel fructum decerpserit seu arbores aut lapides limitum seu finium effoderit triginta solidos exoluet p multa, & si repertus in facto fuerit licite b pignoretur. Nocturnali temporē ligna cesa uel gramina iā falcata furatus qui fuerit suspenditur. c Si diurno tempore hoc fecerit crinis & cutis tormentis subicietur. Aqua fluens nauigandi & piscandi communis est & esse debet, & piscautores ripa ac planicie licite uti possunt.

a. Alij textus addunt excepto mari et mgnis fluminibus.

b. Textus uetustior addunt sine licentia & consensu iudicis.

c. Cōcordat Iur. M. do. xxxvij. glo.

P. Rusticorum prediorum iura, uide infra arti. li.

P. Via latitudo qualis esse debet. Vide infra arti. l. ix. Iur. m. ar. C. xxxi. Vnde & lex xij. tabularum hoc idem sentire uidetur in hęc uerba. Vic latitudo in porrectum octo pedes, in anfractu idest ubi flexum est xxi. habeto.

q. Ager uno anno publice transgressus sine prohibitione posthac prohiberi nō poterit.

N. de iur. h.

Speculi Saxonum Liber Secundus

sunt quantū uno passu ex naui attingere ualeant.

Glosa.

Aqua fluens, &c. Vnde dicit lex communis, flumina vero omnia & portus publica sunt, ideo ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusq; sicut & riparum vsus, itaq; naues ad eas applicare funes arboribus innatis religare, onus aliquod in his reponere cuiuslibet liberum est, sicut per ipsum flumē nauigare. Insti. de re. diuisi. §. flumina. Proprietas tamen illorum est quorū prediis adherēt vnde & arbores ibi nate eorū sūt. Insti. eo. ti. §. riparum.

Glosa.

Precedenti articulo declaratus est casus, vbi quis licite sine autoritate iudicis arcesari & detineri possit. In articulo presenti dat etiā specialem doctrinam vbi sine consensu iudicis vnus aliū arrestare valeat. Vnde in generali pro quolibet dāno ab iter agentibus patrato vnū detineri q; pōt, vt supius declaratū est. Qui ligna cedit, &c. per ligna in textu intelligi vult arbores non fructiferas, per riuos vero & fluuios denotat aquas quę nullū defluxum habent per quę pisces egredi vel regressi libere possunt. Sed dūtaxat aqua illa vērō hincinde agitur, vt insti. de re. diuisi. §. flumina eiusq; cinenda sunt tres solidi. Virā em̄ nō demeruit q; in his piscauerit, vt infra eo. li. ar. lxi.

In piscaturis vero foditis seu stagnis, &c. & hoc ex eo fit quia impensa & labor hominis ad id accessit. Piscisq; ibidem tanquam in seruaculo seruantur. Vnde si stagna aut aquę huiusmodi rupte sint, prandens pisces excuntes etsi vitam non demeretur iniuste tñ agit, quia contrectat rem alienā, vt ff. de reg. iur. l. culpa.

Et arbores insertas, &c. vt sunt Salices, Tilia. Vnde circa id interrogare vnus possit an qui sic arbores succiderit pati debeat ius furantiū arbores, hoc est quod suspendi debeat vel potius ius vt hic textus habet. d. r. si extrēdat se damnum quod patrauerat ad tres solidos suscipiēditur. Si vero non, extunc ad statuam virgis ceditur, quia ligna huiusmodi assimilantur succis lignis, nam inserta ligna non dicuntur arbores plantate nisi radicate iam sint vt ff. de arbo. fur. cesa. l. vitem.

Aut insertas fructiferas, &c. Per id intelliguntur etiā quercus, fagus, plante, vineę, & alie arbores fructifere, vt ff. eo. ti. l. vitem. Vnde circa id sciēdum in cuius fundo radix figitur eidem planta cedit, & idem ius possessionale ad plantā habebit ex parte fundi sui, qui arborem viuificat, & fructificare facit, vt Insti.

de re. diuisi. §. si Titius & infra eo. li. ar. liij. c. etsi plures eandē arborem furtim inciderint cum singulis in solidum agetur, vt ff. eo. ti. l. si plures.

Vel fructum decerpserint, &c. Dicere q; possit, ius istud nō esse equum, quod ille qui fructus decerpit in tantum mulctari debeat sicut ille qui arborem succidit. R. quod arbores ratione quorum vt textus habet multa solui intelligi debent quę extra sepes circumdatas situate sunt, quia si quis exciderit arbores in aliquo loco pariete vel sepe circumducto & cum clamore contra eum proponitur pēna capitis punitur, vt ff. eo. ti. l. ij. vbi habet quod incisores huiusmodi arborum pēna capitis puniuntur.

Seu arbores finium effoderit, &c. intellige si ignoranter id fecerit, vt sic em̄ punitur vt textus habet, secus si scienter & violenter id faciat pēnam enim capitis succumber, vt ff. de termino. mo. l. vlti.

Etsi repertus in facto fuerit &c. Quid si vnus pignoret alium allegando damnum sibi esse illatum, iste vero factum excuset & se fore de predatum quęruletur, quis eorum ad conuincendum propior sit. R. ille qui pignoraui propior erit cum conuincere cum probatoribus damni illati & pignore accepto, vt. C. de probationibus, l. siue, & l. frustra.

Nocturnali tempore ligna cesa vel gramina falcata &c. Istud tractum est ex iure naturali. Vnde gramina huiusmodi nondum secā si quis ceperit pro eo vitam non demeretur. Natura etenim illa crescere facit non adhibita etiā hominum opera, quare nec interfici homo debet si quid de his ceperit, si vero qd operis postmodum subsequatur, vt quia falcata sunt furtumq; in eis committatur vitam demeretur vt textus habet, & ff. de ar. fur. cesa. l. faciēda.

Si diurno tēpore hoc fecerit &c. f. Exinde venit quod furtum nocturnum grauius est diurno quia diurnus fur in cute & crine punitur. Nocturnus vero suspenditur, vt ff. de furi. balne. l. fures & supra eo. li. ar. xij.

Aqua fluens &c. Intelligi debet de aquis & torrentibus vbi pisces libere egredi & intrare possunt, vt Insti. de re. diuisi. §. flumina. Et ille qui primus in illis piscauerit, alios per possessionem prohibere minime potest, vt ff. de vsuca. l. vsucapionem, nisi forsan p̄scriptio ne triginta annorum illa possideat, ita qd aquam & piscaturam per illud tempus pacifice teneat, vt C. de p̄scriptioe xxx. annorum l. si quis.

Et piscatores ripa ac planicie &c. Locus em̄ ille piscatoribus quę communis est sicut & aqua, ita quod portū egredi possunt naues trahāt, rete siccent, gazas edificent, naues reformēt & non aliud, dominium tamen riparum illis pertinet quorum prediis adherent, Quia de causa arbores quoq; in eisdem

c. Ad hunc passum aloludere etiam quodammodo uidetur lex xij. tabularum cum inqt. Tignum alienum furtuum ædibus uel uisneis suis iniunctum ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo p actionem de tigno iniuncto prestare compellitor.

f. Furtum nocturnum grauius diurno.

d. Ex ar. xij. supra eo. li.

nate dominorum sunt, vt Insti. de re. diuisi. §. ripparum. & §. littorum. & ff. de verbo signi. L. littus.

Articulus. XXIX.

Cum res alicuius per alluionem applicentur ipse eas domino reddere tenetur suo, dummodo ut iuris est easdem postulet & si ei quæ ab eo sunt impensa & de super exposita secundum hominū estimationem persoluet. Idem etiā inuentor res sic applicatas denuntiare debet, & per sex septimanarū tempus non consumere interrogatusq; ea se habere non neget, si contra factum fuerit ex occultatione res furtive erunt & eas cum emenda & multa restituere tenetur, furtum tamen in hoc per quod in uita honore, membris, sanitateue condēnetur non cōmisit, quia prædictas res furando aut spoliando a domini possessione non noscitur abstulisse.

Glosa.

Cui res alicuius, &c. Vnde ad hoc dicit lex Imperialis. Alia causa est earum rerū quæ in tempestate maris leuande nauis causa efficiuntur, hæc enim domino permanent, quia palā est non eas eo animo effici quo quis eas habere non vult, sed quo magis cum eis periculum maris effugiat qua de causa si quis eas fluctibus expulsi, vel etiam in ipso mari nauis lucrandi animo abstulerit furtum committit, vt Insti. de re. diuisi. §. si. ^a Et scias qd naufragium patienti nihil est auferendū, sed totum restituendum & clericus contra faciēs deponitur laicus vero excommunicatur, de accusa. cū dilecti, & xxxiii. q. ii. c. si quis necessitate, & de treuga & pa. c. ii. & hoc nisi fuerit naufragium piraticum & predonum, vt in cōsti. frede. ad decus. §. nauigia, ubi etiam cōtrafacientibus imponitur pēna & ibi vide p materia & in. c. excommunicationi de rap. in glo. vlti.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli ^b nota qd aliuo duplex ē. Prima qñ fluui⁹ est inter mēti & tuū agrū, quicquid arene per impetū ex tuo agro importatur in meā partem hoc tibi auferitur & meum fit, vt infra eo. li. ar. lvi. & Insti. de re. diuisi. §. prætereā. Id tamen verum est si illud facile dignosci non possit. Si enim flumen rapuerit quantitatem agri tui qui dinoscipotē in meamq; transportet partē ager huiusmodi illius cui abductus est per aquam manet, vt infra eo. li. ar. lvi. & C. de alluionibus, & palu. L. i. & Insti. de re. diuisi. §. quod si vis. Secundo alluio fit si aqua eliderit arborē tuam ex terra & transportet illum in partem meam, q̄diu non immittat radices in terram tua manebit. Si vero radificetur in rippa mea mihi pertinebit, vt Insti. eo. ti. §. plane, & ff. de dam. infec. L. hoc amplius.

Sciendum etiam circa id quod ager per alluionem accrescens alicui, etiam census ex illo debet secundum quantitatem augeri illi vero cui ager decreuit census minuit, vt. C. de alluionibus. L. ii. ¶ Insula etiam in medio fluminis inter agros per equum sita utroq; iuxta latitudinem cōmunis erit. Insula vero quæ est propior agri alicuius illius erit, vt Insti. de re. diuisi. §. insula & ff. de acquirē. re. domi. L. inter eos & infra eo. li. ar. lvi. in fi. Alter sensus articuli præsentis est cui res alicuius per alluionem applicentur. & c. Quamdiu enim vnus libera voluntate non dimiserit aliquid, vel sibi iure abiudicatum nō sit, vel non effugiat illius manent res huiusmodi. Sed ille cui res per alluionē alienate sunt non voluntate eius id factum est, vt ff. de p. ba. L. cum de in debito in prin. & C. de infantibus. L. si. ergo & c.

Circa id quære vn⁹ possit. Res vel merces tempore fluctus in mare eiecte, an illius qui eiecit sint, necne. Quidam dicunt quod iam istius qui proiecerat res huiusmodi per amplius nō sunt, & hoc quia volūtarie merces huiusmodi eiecerat, allegantes simile in Coronatione apostolici Impatoris vel Regis, ubi pecuniæ proiciuntur, & qui illas apprehenderit illius manent. & tamen quod merces tempore tempestatis in mare eiecte illius sunt qui proiecerat in necessitate enim vitæ nauem exonerauit & non animo quod merces illas ulterius habere noller, nec est simile de pecunia tempore coronationis sparsa illud enim sit ex leticia, istud vero ppter cōseruationē vitæ, alias em libentius retinerent merces huiusmodi, vt Insti. de re. diuisi. §. vlti. ff. pro derelicto. L. i. & ii. & item. L. si id quod, in auten. de consuli. §. hæc itaq; coll. iiii. Ex occultatione res furtive erunt, & c. d Ex isto textu habetur quod quædam res furtive efficiuntur ex sola negatiōe & quæ tamen in vitam vel honorem nō vergūt sed cū emenda illa dimittere cogitur, vt sunt res per alluionē applicate si occultate sint. Tum etiam res mobiles inuente, & si negaue

^b Alluio duplex.

c. Concordat infra eo. li. ar. lvi.

d. Concordat iur. M. ar. Cxxxvi. glo.

e. Res quædam furtive efficiuntur ex sola negatione.

^a Naufragium patiens nihil est auferendum.

Speculi Saxonum Liber Secundus

rit inuentor, vt infra eo. li. ar. xxxvij. & ff. de furtis. L. falsus, & Insti. de re. diuifi. §. alia in fi. Furtum tamen in hoc, & c. hoc intellige de rebus que per alluionem sibi adueniunt. Vel cum eiectione merces ex nauis propter fluctu eiusdem applicatur, vel res tempore incendij exportate in eiusque domu a casu inducte. Si vero aliquis ex proposito tempore diluuij in loco alicuius proprio res ceperit, vel tempore fluctus quo nauis periclitatur merces occupauerit, vel etiam tempore incendij in domo igne flagrante quicquam abstulerit poena capitis damnatur, vide ad hanc materiā. ff. de incendio ruina naufragio. L. quo naufragij. L. pedius. L. ne qd. immo huiusmodi res ex naufragio perditę, sine consensu iudicis inquiri & colligi possunt, vt. ff. eo. ti. L. vlti.

Articulus XXX

Hereditatem seu successionem qui sibi uendicat, non iure cognationis sed pmissionis seu donationis debere aut pertinere, hoc pro irregulari habetur, id est pro iniusticia reputatur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio sit confirmata.

Glosa.

Qui sibi dicit & c. In isto articulo tractatur materia adoptionis. ^b Est adoptio legalis actio ad solatiu eorum principaliter inuenta qui liberos non habent pene naturam imitans, ar. C. de adoptio L. cum eum & ff. eodem. L. adoptio. Potest autem adoptare maior natu minorem & non econuerso. Item is qui filios habet & qui non habet, Insti eo. §. foemine. Necesse autem est quod adoptans sit paterfamilias, id est sui iuris, & talis quod generare possit, immo & qui non potest adoptabit, dum tamen naturaliter non impediatur, minor vero sexagenario arrogare non potest nisi causa cognita, quia iugis debet dare operatione creationi propriorum filiorum, sed bene potest adoptare, ff. eo. L. ij. §. illud. L. si pater. §. vlt. & L. sequenti. Mulier adoptare non potest sed masculus tantum nisi per rescriptum mulieri hoc concedatur, vt. ff. eo. L. nam & femine, & Insti. eo. §. femine. Quilibet vero tam masculus quam femina dummodo sit minor natu adoptantis, potest adoptari, ff. eo. L. adoptio. ij. ^c Et transit etiam adoptio in aliam specie que dicitur arrogatio. Nam & is qui arrogatur, interrogatur an velit arrogantem habere in patrem, sic & arrogans, An velit ha-

bere arrogandam in filium, ff. eo. L. i. in fi. & L. ij. d. Dixerunt huiusmodi species quia si iuxta, adoptantur nec transeunt in potestatem adoptantis. Arrogantur autem patrefamilias, & transeunt in potestatem patris, ff. eo. L. i. in fi. Item adoptio sit cuiuslibet magistratus competentis autoritate dum habet merum & mixtum imperium & iurisdictionem, ff. eo. L. ij. & de offi. fi. procōsu. L. ij. Arrogatio sit autoritate principis & requiritur vtriusque verbum expressum unde infans non potest arrogari sed bene adoptari, ff. de adoptionibus. L. ij. & L. in adoptionibus & L. etiam infantem. ^e Soluuntur autem per emancipationem que est patris potestatis relaxatio coram competenti iudice facta, ex eo quod extra manum & potestatem patris filius ponitur, Insti. qui. mo. ius. pa. potest. sol. §. preterea. Et sit voluntate patris & filij concurrente. Nec cogitur pater emancipare filium nisi in certis casibus. ^f Primo si male afficit filium suum verberibus contra pietatem. Secundum si compellat eum in corpus suum peccare. Tertio si filius est arrogatus impubes, & pubes factus, probat sibi expedire emancipatum esse. Quarto si pater agnouit legatum sibi hac conditione fieri vt emanciparet, ff. eo. L. non unum. C. de epis. au. L. si lenones & ff. de condi. & demō. L. si cui. Soluitur etiam morte naturali, ff. de adopti. L. si pater. Item morte ciuili, Insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. §. cum autem, & §. pene. Item soluitur dignitate, C. de decu. L. vlti. li. x. ^g Est autem in his effectus vt arrogatus ab intestato patri succedat, & habet contra testamentum querelam. C. de adoptionibus. L. cum in adoptiuis. §. vlt. & ff. eo. ti. L. si arrogator. Et idem est in adoptione, scilicet cum sit ab auctore paterno vel materno. Sed si ab extraneo sit, tunc remanet in potestate patris naturalis, & nihil prodest nisi quod ab intestato iura successionis habet, Insti. de adopti. §. sed hodie, & C. cum in adoptiuis. §. si quis. Et etiam effectus vt in his accipitur filiatio & patria potestas vt necessitate sumis pater potest eum vendere, C. de patri, q. fili. disti. L. vlt. Item vt impediatur matrimonium, vt in. c. vno de cognat. le. An & quando valeat promissio siue pactum de futura successione secundum leges sic distinguere. Aut pactum sit de iure successionis conseruando, & valet, Insti. de legi. agna. suc. §. si. Aut de iure successionis amittendo & adhuc valet si causa subest, ff. si a paren. q. man. L. i. §. si parēs. Vbi excluditur pater ab hereditate filij, quia deliquit recipiendo premium emancipationis si autem non subest causa non valet, C. de col. L. pactum, nisi tunc firmerur iuramento, vt in. c. ij. de pactis. lib. vi. Aut sit de iure successionis acquirendo & non valet sine consensu viuentis, C. de pact. L. vlt. Immo aufertur ei hereditas & fisco applicatur, ff. de dona. L. quidam & L. seq. Aut fir de iure successionis certo modo diuidendo, & tunc subdistingue, Aut sit respectu incertu homin-

d. Adoptionis & arrogationis differentia.

e. Vide Iur. Mx. ar. lviij

f. Emancipare pater filium cogitur in certis casibus.

g. Arrogationis effectus.

h. An valeat promissio de futura successione.

^a. Textus uetustior res ita legunt, qui sibi uendicat hereditatem non per cognationem sed per promissionem hoc pro iniusticia reputatur nisi fuerit promissio coram iudice confirmata.

b. Adoptio q. t. & alia de adoptionibus uide.

c. Arrogatio q. t.

nisi ut quia duo paciscuntur diuidere omnem hereditatem communiter sibi obuenientem & valet. ff. pro socio L. iij. §. de illo. Aut sit re spectu certi hominis & non valet sine eius consensu. C. de pac. L. vlti. De hoc vide per Bar. ff. de verb. obli. L. stipulatio.

Sed promissionis &c. aut venditionis, & qui sic vendit vniuersitatem hereditatis, cum res singulas non vendit, de euictione non tenetur rei singularis, vt C. de euic. L. i. vbi dicitur. Emptor hereditatis rem a possessoribus sumpti a periculo suo persequi debet. Euictio quoque non praestatur in singulis rebus cum hereditatem iure venisse constat nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit. Et scias quod hereditate vendita heres nihilominus remanet creditoribus obligatus vt in L. ratio C. de heredi. vel acti. vendi. Venditor vero ipsum compellet vel actionem accipiet, vel interesse sibi praestet vt ibi notatur. Et in venditione nominis debitoris consensus non est necessarius. C. eo. L. nominis. Nam talis contractus factus apud acta equiparatur confessioni in iudicio factae, & mandatur executio tantum confessio iudicialis, vt in L. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis, & ad idem facit. C. de testa. L. omnium, vbi dicitur quod testamentum factum coram principe vel apud acta iudicis habet vim testamenti publici & si si nuati. Et sit de actis siue fiat apud acta, siue ante factum redigatur in actibus, & sic vt ex liquido & notorio iudicio sit per eum executio. Regulariter autem secundum leges non valet pactum de futura successione, vt legitur & notatur in. c. ij. de pact. li. vi. Et pactum factum cum quibusdam heredibus non tangit alios. C. de pac. L. si actionem. Et si etiam heredes siue debitores inuicem paciscantur non praedicitur hoc creditoribus, vt in. L. debitorum. C. eo. titu.

Coram iudicio sit confirmata &c. Et hoc scias quod confirmatio in forma communi valet sic vt iuste possideas & similibus, nullum vel modicum ius tribuit sed verius tantum conseruat xij. dis. preceptis. & de priuileg. c. quia intentionis, & ius quod precesserat declarat, arg. ff. si serui vend. L. sicuti. §. distant. Et per eam non impeditur petitio alterius partis vel iudicis cognitio de concess. preben. quia diuersitatem, ne sede va. c. ij. de consi. ex parte & ix. q. iij. conquestus. & c. nunc vero & ff. ne quid in loco pub. L. ij. §. si quis. & C. de emancipa. L. nec autus. Confirmatio vero quae sit ex certa scientia cum causae cognitione tribuit ius, & nullus nisi confirmans de re sic confirmata cognoscit, vt de consi. c. i. & ij. & de offi. dele quoniam abbas, & de testa. raijnundus & c. raijnaldus. Et non solenne reddit solenne. C. de testa. L. omnium, & mutat naturam C. de rei vxor. acti. Et nudum pactum innuit ar. ff. de pac. L. legitima.

Glosa.

Articulus praesens fundatur in certis legibus quae de adoptionibus tractant. Vnde iure ipsollicito fuit semper sibi adoptare filium vel filiam qui in potestate illius erant, & bona illorum hereditabant, vt Insti. de adop. §. i. ff. eo. ti. L. i. & hoc in fauorem admissum fuit illis qui pueris carebant vel eos bello perdidderunt. Post modum in tantum extendebatur lex illa quod vnusquisque pro libitu sibi heredes constituerebat, vt in auten. de nup. §. disposnat. coll. iij. ff. ad le. fal. L. i. Vnde & in abusu postmodum constitutio praetacta venit. Quidam enim omnia bona sua adoptiuis tribuebant, pueros proprios mendicos relinquentes, vt in auten. de trien. & semis. §. frequenter. coll. iij. Lege tandem Imperatoris statutum est ac prouisum, quod quilibet adoptare aliquem volens etiam bonorum partem propriis relinquare debet pueris, vt in auten. de trien. & semis. §. heredes. coll. iij. Vnde & si quidem in aliquibus legum locis inuenitur quod minus relinquare possit, leges tamen ille abrogatae sunt. & Saxones vt ex toto praesenti libro intelligi datur adoptiones non tenent, seruantesque priuilegium inconculsum in hoc casu. Nullus enim apud Saxones ex electi reuel. prouisus siue hereditatem percipit, sed secundum gradus, & hoc tangitur hic in textu & supra li. i. ar. ij. & in auten. de here. ab intesta. veni. §. si vero coll. ix.

Nisi promissio coram iudicio sit confirmata &c. Quid si testificari pollis quod tibi coram iudicio promiseram vt bona hereditares mea an percipere valeas necne. R. quod sic, quia ius praesentis ita disponit, quicquid vero iure cantum est eidem contrahere minime licet. Imperator enim id vult quod ius suadet, vt in auten. vt in medio litis non si ri san. §. i. coll. viij. In contrarium licet istius sit ar. xxx. iij. li. i. vbi dicitur si quid donatum, necessarium est quod ille cui donatur possideat anno & die alias donatio non valebit. R. per distictionem & nulla in eo erit contrarietas, nam si est donatio mobiliu illa donari potuit quans do id facere potes vt supra li. i. ar. li. Si sit hereditas illa euacuata tenere debet anno & die. Si vero fuerit proprium hereditatu, siue hereditas deuoluta, illam aliter ac non poterit sine heredu consensu, vt supra li. i. ar. li. Hanc triplicem donationis differentiam tangit hic cum dicitur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio confirmata sit, hoc est vt donatio sit prout de iure fieri debeat, vt Insti. de re diuisi. §. per traditionem.

i. Adoptionis regula secundum posteriores leges.

k. Adoptiones apud saxones inusitate.

Articulus XXXI



Vi per sententiam interficitur uel seipsum interficit eius succedit haeres

N liij

^a. Alij textus addit
uel testimonio nō re
petantur.

uel agnatus. Spolia uel fuita sub eo
uel quocunq; alio inuenta Iudex p
annale tempus obseruabit et si per
hoc tempus nō postulentur ^a iudex
eas in usus conuertet suos. Neq; ali
cuius res ppter alterius uicia si sub
eo sunt usurpari possunt. Vnde &
licet possessor earum morte punia
tur res nihilominus redduntur illi
cui pertinent.

Glosa.

^b. Bona damnatorū
eui cedant.

Qui per sententiam, &c. Vnde dicit lex com
munis bona damnatorum seu proscriptorū
non fiunt in lucrum iudicibus, aut eorū of
ficijs, neq; secundum veteres leges fisco appli
cantur, ^b sed ascendentibus & descendenti
bus, & ex latere usq; ad tertium gradū si su
per sunt. Vxorēs vero eorum dotem & ante
nuptias donationem accipiant. Si vero sine
dote sunt de substantia viri accipient partem
a legibus diffinitam siue filios habeant siue nō
Sed si neminem predictorum habeant qui
ista deliquerunt eorum bona fisco sociantur.
In maiestatis vero crimine cōdemnatis leges
veteres precipimus obseruari, vt. C. de bon.
proscrip. auct. bona. Item alibi dicitur eorū
demum bona fisco vendicantur qui consciē
tia delati admissiq; criminis metuq; futurę sen
tentię manus sibi intulerunt. Ea propter fra
trem, vel patrem tuum si nullo delato cri
mine dolore aliquo corporis, aut tedio vite,
aut furore vel infania aut aliqua causa suspē
dio vitam finiuisset confiterit, bona eorū tam
ex testamento q̄ intestato ad successores per
tinebunt, vt in. L. i. C. de bo. mor. sibi consci.

Glosa.

In articulo presenti q̄ninq; tangunt vnicuiq;
cuiuscunq; status fuerit in causis potissimum
criminalibus scitu necessaria, nam & cuius
hominum ius scire tenetur, vt Insti. in prohe.
§. sūma In autē. de iudi. §. i. coll. vi. Primū qd'
illi qui per sententiā iuris vitam perdūt bona
nihilominus non amittunt, doctrina hęc
omnibus vrilis est, possent enim iudices aua
ri in mortem accelerare alicuius propter id,
vt bona eius accipiant, quod fieri nō debet,
immo qui sic agūt iniusti & non veri iudices
nuncupantur, immutantq; nomen iudicis q
& iustus esse debet, xxxiij. q. ij. c. admonere,
& xvi. q. ij. c. postq. C. de ferns. L. a nullo &
in autē. de iudi. §. i. coll. vi. Quod autem ius
dex bona huiusmodi damnatorum accipere
non debeat probatur per paragraphū opor

ter in autē. de manda. princ. §. oportet, coll.
iij. vbi dicitur. Oportet autem te, & in hoc
omnem ponere prouidentiam cum aliquis di
gnus apparuerit pœna, illum quidem puni
re, res autem eius non contingere, sed si
nere eas generi & legi secundum illum or
dinem. Non enim res sunt quę delinquit sed
qui res possident, at illi recipiunt ordire,
eos quidem qui digni sunt pœna dimittunt,
illorū autem auferunt res, alios pro illis pu
nientes quos lex forte ad illorū vocauit suc
cessionem, hoc idem etiam habetur. C. de pe
nis. L. sancimus, vnde licet in cōtrarium istū
us videtur esse articulus, xxxviij. supra li. i. &
C. de bonis proscriptorum. L. deportati, vbi
habetur quod proscriptorum bona confiscā
tur. R. tamen quod in iuribus allegatis loqui
tur de illis qui in proscriptione Regis Maies
tatis sunt, bona enim illorum confiscantur.
Articulus vero p̄sens meminit de his qui ex
cessum vita emendant sua, vnde ad hanc ma
teriam vide supra eo. lib. ar. xxv. Secundum
quod hic in textu tangitur, quis bona illorū
qui seipso interficiunt accipit, id sub disti
ctione intelligendum erit, quia vel ex egritu
dine aliqui vt sunt melancholici, frenetici, se
ipso interficiunt, bona eorū p̄prie quis ces
dunt. ^c Si vero occidunt se metu perę mors
tis quam iudiciū eis inferre deberet propter
delictum bona eorum fisco applicantur, de
primis habetur. C. de bonis eorum qui mor
tem sibi consciuerunt. L. i. De secundis vero
habetur. ff. de bonis eorum qui ante sen tenti
am mortem sibi consci. L. qui rei, & C. eo.
ti. L. vlti. Nec huiusmodi homines mortem
sibi consciētes in sacris locis sepeliri debēt nec
p̄ eis exorandū est, vt. xxij. q. v. c. tu dixisti,
& c. placuit.

Tertium in textu t̄gitur de bonis derelictis
pro quibus aliquis vita priuatur. Bona em
huiusmodi anno & die per iudicē seruari des
bent, si quis iure ad illa se traxerit vt sibi resti
tuantur, vt supra eo. li. ar. xxv. & in glo.

Quarto docetur hic quo pacto vnus hic ad
bona huiusmodi se trahere debeat Iudicē em
eum adire oportet mettersiusq; iurare qd' bo
na illa eius sunt, vt infra eo. li. ar. xxxvi.

^d Sed querere aliquis posset, quorū annus &
dies expectatur, postq̄ enim iste utpote males
ficus conuinci debet, depredatus contra eum
querulari necessario tenet et si querulā quer
anno & die expectare teneatur. R. quod se
pe contigit multos in vna strata publica si
mul & semel depredari. Vnus vero duritas
xat inuestigat predonem & agit, quare ali
expectandi veniunt vt textus habet. Quinto
quod neq; alicuius res propter alterius vicia
usurpari possunt, & hoc fit propter duo. Pri
mo propter id quia iam predo vitam perdidit
siram & ita bona alterius ultra id perdere nō
potuit. Secundo quia si duo fratres, vel pater
& filius coniuncta habeant bona, si vnus eo

c. Concordat Iur. Mm.
ar. xxvi. glo.

orum vitam deliquerit aut sua bona, alterius tamen bona perdere non potest. Si ego etiam alteri bona comodauero & ille vitam de meretur non propter hoc ego bona perdo mea ut hic & C. de penis. L. sancimus

Articulus XXXII



Dominus pro famulo suo non nisi quantum pretium eius se extendat actioni respondebit nisi forte maiora pro eo fuerit stipulatus. ^b Expellat si dominus mercenarium ei plenam mercedem prestare tenetur. Relinquet autem mercenarius dominum importune, quantum eius summa precei constat domino obligatur, ^c et si aliqua pars precei eidem sit persoluta in duplo reddere compellitur.

Glosa.

Dominus pro famulo suo. & c. dominus enim non tenetur de facto familie sue, nisi mandauerit vel ratum habuerit. Sed pro seruo eius tenetur in quantum ad ipsum peruenit, & tunc nomine serui tantum tenetur noxialiter. ff. de vi. & vi. arma. L. i. §. si quis & §. sequen. Et si familia aliquid fecerit non tamen nomine domini, dominus potest illud non habere ratum. ff. de neg. gest. L. si pupilli. §. sed si ego, & illud regulariter est verum, ut in regula ratum, de reg. iur. lib. vi. Pro materia istius etiam vide in. c. i. & c. cum ad sedem, de resti. spo. per doc. Respondebit. & c. Et si ultra pro ipso soluit, ab eo recuperat, vide in addi. Spec. ti. de iniur. & in specu. in versi summa. Expellat si dominus mercenarium. & c. Vnde dicit lex. Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet. Et si quid in lege conductionis pretermisum fuerit, id ex equo & bono debet prestare, ut in. §. conductor in situ, de loca. & conduct.

Glosa.

Articulus presens de excessibus famulorum disponit quos quique sine iussu & voluntate domini euenire cōtingit. ^d Vnde pro intellectu istius nota quod famuli duplices sunt. Quidam qui serui & mancipia proprie dicuntur qui & illiberi sunt, ut sunt bello capti vel

precio empti, ut Insti. de iur. pso. §. serui. Alii sunt qui nobis famulantur, liberi tamen homines manent, ut insti. per quas perso. nobis acqui. §. i. Vnde dominus pro seruo seu mancipio respondere tenetur prout actus damnum suum iure contra eum proposuerit. Vel cum actori pro excessu presentare & tantum mentum aliquod excessum vel damnum faceret, ut infra c. li. ar. xl. & insti. de noxa. acci. §. ex maleficijs.

Notandum specialiter circa id de seruis ipsis Dominus si quidem seruum suum de crimine capitali accusatum defendere potest, & in iudicio sistere accusatoris intentionibus respondens, seruum enim domino defendere permissum est, ut pro eo competentes possit offerre allegationes post probationem autem criminis non ipse dominus sed seruus pro suo dilecto sententiam sustinet, ut. C. de accusa. & inscrip. L. si cuiusdam.

^f Preterea sciendum quod serui facere noxam possunt dupliciter. Primo de scitu & voluntate domini, & ut sic dominus respondere tenetur, qui enim aliquid facere procurat, ac si solus fecisset iudicatur, ut. ff. de noxa acci. L. ij. & L. in dilectis, & C. eo. ti. L. ij. Secundo cum delinquant sine scitu & voluntate domini, & ut sic liberantur domini ipsi ut textus habet.

^g Queritur si multitudo seruorum vel tota familia noxam fecerit, quid in eo casu faciendum. & quod dominus optionem habet, aut totam familiam dandi illi cui noxa facta sit, vel damnum soluendi ac si unus noxam fecisset, hoc tamen verum est si eo incito noxa huiusmodi facta sit. Si vero conscius erit poterit conueniri nomine suo, & nomine singulorum de familia, ut. ff. si fami. fur. fecisset, dicitur. L. vlt. lissimum. Alii vero famuli qui famulantur ex mercede ad tempus certum pro istis dominis non respondebit, nisi in quantum precium eorum sit, ut textus habet, & hoc ex eo quia huiusmodi famulus non est proprie seruus aut mancipium sui domini, & ita pro eo respondere non oportet, ut insti. de iniur. §. sed si libero. Dicere quis posset textum articuli in eo casu contrariari infra, ar. xxxiiij. eiusdem libri, ubi dicitur qui alterius famulum percusserit captiuum uerit, tam domino quam famulo prestabit emendam. Si vero actio domino admittitur & emenda prestatur pro iniuria famuli, merito etiam pro excessu familie respondere deberet. & quod non est si miles, nec unum contrariatur alteri, ibi enim in articulo allegato dominus non agit nisi pro damno & iniuria sua. Articulus vero presens de noxa famuli disponit pro qua ipse famulus respondere solus cogitur. Si quis etiam contra dominum actionem intentare uellet in casu presenti, quod scitu voluntate consilio eius factum sit respondere etiam cogitur dominus ipse, ut. ff. si fami. fur. fecisset, dicitur. L. i. Dicere iterum quis posset declarationem glossæ

^e Absurda & immunda est hæc glossa de claratio ubi seruum iumento comparat cum homo etiam seruus conditionis creatura rationalis dei sit.

^f Serui noxam facere possunt dupliciter

^g Serui multi si noxam fecerint quid faciendum in eo casu.

^a Vide infra li. iij. ar. vi.

^b Concordat Iur. Mu ar. lxxx.

^c Hoc est quantum si bi mercedis promissum est ratum domino solvere tenebitur.

^d Famuli duplices.

non per equum quadrare quia dominus in
maius respondet pro seruo illibero q̄ pro fa-
mulo mercenario, cum tamen eque iste sicut
& ille seruus eius est. Quamdiu enim rem con-
ductam habet quis tēpore conductus res illa
eius est, ac si mancipium eius sit proprium ^h
Si ergo vnus sicut & alter per equum sibi
p̄tinet quare responsio equaliter pro vtroq̄
fieri deberet. R. quod dominus pro vtroq̄ re-
spondere equaliter videtur, famulus enim li-
ber famulatur pro pecunia & mercede, domi-
nusq̄ illam tribuit pro noxa seu excessu, vt
textus habet. Seruus vero seu mancipium ser-
uit etiā pro mercede que est vita ipsius, hoc
est vt in vita cōseruetur. Si ergo dominus dat
vitam serui pro excessu illius dat mercedem
ipsius, & ita equaliter respondere pro vtroq̄
videtur. Quod autem vita serui sit merces ip-
sius, habetur insti. de iur. perso. §. serui.

Querere quis possit, an domino seruum occi-
dere liceat suum. Ommissis in contrariū opī-
onibus. i. R. quod dominus seruum occide-
re nō debet, nec de iure sibi id facere admittit-
ur ex duobus. Primo q̄a vita serui est eius
merces deferuita pro qua laborat. Secūdo q̄a
legibus Romanis id prohibitum est, dato em̄
quod seruus suus sit occidere tamē cum nō li-
cet, ^k Nullus siquidem re sua male vti debet
vt insti. de his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed
hoc. Vnde potius serui vendi debent prop-
ter seuitiam dominorum q̄ quod interfician-
tur vel eis abutatur, emendari tamen & castis-
gati iure poterint, vt. C. de emendatione ser-
uorum. l. i.

Expellat si dominus, & c. hoc ex eo fit ne do-
min⁹ defraudetur opera sua, & famulus mer-
cede & pane suo, & ita vnus refundit alteri
pro dāno vt textus habet. Alias si id per arti-
culum presentem expressum non esset, extūc
dominus seruo & e contra damnum refunde-
re teneretur id quod leges suadēt, vt insti. de
loca. & conduc. §. penul. & C. eo ti. l. p̄ses.

Articulus XXXIII

Mercenarius si matrimo-
nium contraxerit aut ei
tutela incumbit pupilo
rum licite a domino re-
cedet & per quantum tēpus famu-
labatur tantum a domino consequi-
tur p̄æc̄, ^a quod si plus acceperat
hoc tantūmō restituet sine emenda.

Glosa.

Mercenarius si matrimonium contraxerit, &c

facit ad hunc arti. ff. loca. l. dñs, dicit em̄ lex
quod qui operas suas locauit totius tempor-
is mercedem recipere debet, si per eum non
steterit quo mirus operis p̄staret, vt in. l.
qui operas. ff. loca.

Glosa.

In textu due tanguntur cause propter quas fa-
mulus liber licite a domino recedere potest. ^b
Prima est matrimonii & hoc est propter sa-
cramenti illius dignitatem quod & incium
est omnium bonorum, vt insti. de iur. na. §. i.
Nullus itaq̄ sacramentum illud prohibere
potest seu impedire. Secūdu est tutela & hoc
fit ratio pupillorum, cū cessus erim famuli
a domino non est ita nocuus dño sicut puz-
pillis damnu esset, si sine pupillo marerēt. ^c
Vnde nota quicquid aliquis facit quod ius
suadet recte facit & facere tenetur vt hic in tex-
tu de mercenario, qui quis p̄miserit seruici-
um domino, recedere tamen potest ex causis
in textu positis, vt insti. de excusa. tuto. §. non
esse d faciens em̄ quod ius dicitat om̄ia sol-
uit promissa & iuramenta nedum in isto cas-
su, sed & in omnibus, vt. C. de legi. & c. c. si.
l. non dubium, & xxij. q. iij. c. in malis.

^e Queritur an operas seu labores quis perpe-
tuo locare vel conducere possit. Quidam di-
cunt quod nō, quia alias libertas sua sibi in-
utilis esset, vt. ff. de condi. cau. da. l. dedi. §. si.
liber homo, & ff. de libe. homi. ex hi. l. ij. R.
tamen sub distinctione qui seipsum con-
duceret sequeretur quod esset illiber vt leges
allegare sciunt. Cōducere vero labores su-
os bene poterit nec per hoc derogatur liber-
tati eius, alium enim in locum suum surroga-
re poterit, vt. C. de epis. & clri. l. si quis & l.
ad similitudinē, vt sic enim non tenetur vn⁹
totum solus laborare, vt. C. de cadu. tollen.
l. vrica. §. ne aut. & ff. de duobus reis supu.
l. nemo, & istud bene fieri potest, quia p̄c̄is-
um illud alteri bene cōferre poterit, vt. ff. de
re. iudi. l. si quis ab alio. §. si.

Queritur an aliquē aliē fiat cause vt merces
narius dominū relinquere possit. R. quod nō
nisi forte aliqua euident causa vel damnu im-
mineret maximum, vel de voluntate domi-
ni id fiat, vt insti. de loca & conduc. §. vti. ff.
de reg. iur. l. nihil, extra de reg. iur. c. i. Insti.
q̄ mo. tolli. obli. §. itē si reus, & ibidē in prin.

Articulus XXXIII

Famulum alienum ^a si
quis percusserit captiua
uerit spoliauerit propter
domini odium & culpā

^b Causa duplex quod
famulus dominū dis-
mittere liato potest.

^c Quicquid aliquis facit
quod ius suadet rea-
cte facit.

^d Faciens id quod ius
dicitat omnia soluit p̄-
missa.

^e Operas seu labores
suos an quis perpetuo
locare possit.

^h Cōcordat iur. Mu-
ar. lxxx. glo.

ⁱ Domino seruum oc-
cidere leges uetant.

^k Nullus etiā re sua
male uti debet.

^a Vide ad hūc passū
infra ar. lxxx.

^a iur. Mu. ar. lxxx. glo

tam dñō q̄ famulo præstabit emen-
dam^b nisi suo confirmauerit iura-
mēto quod hoc in domini seu utri-
usq; contumeliam non sit factum
siue in domini damnum, quo opera
per famulum domino facienda nō
periclitetur, ut sic enim duntaxat fa-
mulo seu seruo emendabit. ^c Si ue-
ro affirmare uellet hoc in damnum
domini non fecisse ipse damnū hu-
iusmodi debet quemadmodum ser-
uus seu famulus debuisset si serui-
cium domini sui non iure deseruisset
resarcire, & cum emēda ut supra
dictum est nisi se excuset liberare.
Qui hominē tenet captiuū respon-
dere tenetur omnibus suis uxoriq;
ipsius & cuilibet cognatorum age-
re uolentium q̄diu per eum uincu-
lis est mancipatus.

Glosa.

Famulum alienum si quis, &c. Vnde etiā di-
cit lex imperialis. Sed si libero qui tibi bona
fide seruit iniuria f. & sit, nulla tibi actio da-
bitur. Sed suo nomine is experiri poterit nisi
in contumeliam tuam pulsatus sit, tunc enim
competit & tibi iniuriarum actio quociens
in tuam contumeliam & iniuriam facta sit,
ut insti. de iniur. §. sed si libero. Vide etiā qd
notat. Inno. & hosti. in c. dilectus ad apel. &
quod nota. in glo. quę incipit dicebant in c.
autoritate de priuile. lib. vi.

Glosa.

Pro intellectu textus clarior d nota qd ser-
uus mancipij nomen est in latino seruus a ser-
uando dictus, bello enim captus occidi potu-
it vita tamen donatur & loco mancipij serua-
tur, ut insti. de iur. perso. §. serui autē, & istis
non competit actio pro iniurijs si percussus
vel captiuatus sit, nec emendā accipiunt ve-
rum pro iniuria eorū domini actionem in-
tentabunt ipsiq; emendabitur, ut insti. de in-
iur. §. seruis & ff. eo. ti. l. apud labeonem. §.
interdum. Vnde & textus articuli non debet
intelligi de huiusmodi seruis & hoc ex eo li-
quet, cum dicitur quod utriq; emēda exols-
uitur, si in contumeliam utrorumq; iniuria
illata sit, ut insti. ad le. aquili. §. illud. e Serui
autem emendam non accipiunt sed domini

loco ipsorum verū textus intelligitur de mer-
cenarijs liberis qui pro pecunia nobis seruunt
qui & famuli dicuntur, ut supra eo. li. ar. xxxij.
& insti. per quas perso. nobis acqui. §. acqui-
ritur, & isti differunt plurimum ab illis prio-
ribus nec aliqua dominis pro eorum iniurijs
competit actio nisi in contumeliam domi-
ni factum^h sit ut textus habet.

Notandum ulterius quod in textu pro tribus
excessibus emenda exprimitur. Percussio vi-
delicet captiuatio & spolio, cum tamen p
nulla earum emenda competat, omnes enim
sunt criminales nisi forsitan dicere velis, quod
pœna quam occasione istius patitur sua emē-
da esset, quod tamen fieri non potest quia tex-
tus habet quod utriq; dare emendam cogi-
tur hoc ipse cū pœnā satisfacere minime po-
test. Pro intellectu istius responde quod per-
cussio est duplex, f Vna est cum vis inferitur
& armata manu vnus aliū inuadit, exindq;
vulnera eueniunt duellaria, actioq; crimina-
lis subsequitur. Alia est percussio quę & ver-
beratio simplex dicitur sicut in maxillam ce-
sis. &c. & pro his datur emēda ut hic, distin-
ctionem etiam huius vide supra li. i. ar. lxxvij.
li. ij. ar. xij. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. §.

f. Percussio duplex.

g. Spolium duplex.

¶ Spolium etiam est duplex. Quidam enim
spoliat id quod alienum est, & pro eo nō per-
tinet pecuniaria emenda quia actio crimina-
lis est, ut supra eo. li. ar. xij. §. iij. ff. vi bono-
r. r. l. vlti. Quidam spoliat id quod suū
est, sicut qui se in domum possessioni sine ius-
dicis cōser. su rei quā alter prius possederit da-
to etiam quod res illa sua fuerit, emenda ri-
hilominus propter id exoluitur, ut supra eo.
li. ar. xxij. li. i. ff. vi. bono. r. l. vlti. §. sed ne dñi.
& c. vnde vi. l. si quis in tantum. h

¶ Captiuatio insuper est etiā duplex. Vna
cum carceribus vel compedibus aliquis con-
dicitur, & ista est penalis, ut infra eo. li. ar. vlti.
Alia est cū vnus detinet per turricam vel alio
quouis modo cum iniuria alterum quod vi-
tra ire non possit, ut ff. de vi. publi. l. & cum
& insti. de iniurijs. §. ij. In tribus vltimis harū
subdiuisionum modis, emendare oportet fa-
mulo libero pro eius dolore, dñō vero pro
contumelia, ut insti. de iniur. §. sed si & ff. co-
ti. l. item apud labeonem. §. interdum. Seruo
vero si quid tale acciderit nihil sibi emende
cedit, ut insti. eo. ti. §. seruis autem.

Nisi suo confirmauerit iuramēto aliq; verō tex-
tus habent, nisi suo audebit confirmare iura-
mento. i Vnde istud verbum audebit dilige-
ter attendendum est illis qui iurare volūt. In
omni enim iuramento necessario ut sit veri-
tas, sinceritas, & iustitia, cū quid horū defi-
cit periurus efficitur, iurat enim id quod ne-
scit, ut extra de iureiuran. c. eisi. Christus. xx
ij. q. ij. c. animaduertendum vers. item qui fal-
sum. Postq; vero ut sic iuramento confirmas-
uerit immūis erit iure Saxonico, speciale et-
enim ius Saxones habet quod ad obiecta ius-
ramento se expurgare possunt^k nec cōtrail-

i. Iuramentum præ-
stare uolēs quid con-
siderare debeat &
quę arca iuramentū
necessario considerā-
tur.

k. Super periurio a-
ctio non datur, unde
supra li. i. ar. xij.

b. Iure Mu. ar. iij. glo.

c. Textus uetustiores
ita legunt famulum
alienum si quis per-
cussit ceperit spolia
uerit tantummodo p
domini culpa iuste sa-
tisfaciat utriq; nisi iu-
ret quod in damnum
domini uel dedecus
hoc non fecerit quia
ut sic euadet una es-
menda. Dedecus dico
si ipsum percussit pro-
pter culpam domini
& non propter cula-
pam serui, uel pro-
pter culpam utro-
rumq;. In damnum
dico si ratione uerba-
rum dominus in ob-
sequio notabiliter im-
pediatur suo. Ille ete-
nim qui iuc l. si famu-
lum domino supplere
tenetur sicut seruus il-
le deberet si sine caus-
sa seruatum dimississet.

d. Seruus à seruando
dictus concordat su-
pra li. i. ar. xvi. & ino-
fra li. iij. ar. xly. iur.
Mu. ar. ij.

e. Concordat iur. Mu.
ar. iij. & ar. iij.

los datur actio super petitorio, vt supra li. i. ar. xvij. Licet secundū leges actio super petitorio institui potest nisi forsan iuramentū sibi defertur in defectu aliarū probationum, vt. C. de proba. L. actor, & L. si. ff. de iniur. L. lex Cornelia. §. hac lege.

In textu & signanter in annotationibus vbi dicitur dedecus vero, &c. Ex isto doctrina datur, quod quicquid vnus probare vult per distinctiones & differentias vt id faciat necesse est, vniuersale enim & generale recte limitatur per speciale, in toto enim iure generi derogatur per speciem & illud potissimum habetur quod ad speciem directum est. vt. ff. de reg. iur. L. in toto, & extra eo. ti. c. generi. lib. vi.

¹ Contumelia a quibus non inferitur.

Emendare oportet, &c. Intellige de illis qui contumeliam fecerunt a quibus contumelia irrogatur vel irrogari potest ¹ sunt enim alii qui quis contumeliam faciunt pro contumelia tamen non reputatur & hoc fit vel ex parte illius qui infert vt sit pueri vel furiosi, isti enim nec inferre alteri nec eis inferri infamia potest, vt insti. de iniur. in certis passibus. Vel ex parte illorum quibus inferri potest, vt domini respectu seruorum, parētes respectu puerorum, vir respectu vxoris, dominus respectu libertini quem manumisit & qui seruus suus antehac erat, ab istis enim nulla infamia irrogatur, vt insti. de iniur. §. ac si. C. de emend. daci propinquo. L. in corrigēdis. C. de emend. da. seruo. L. si virgis. De viro respectu vxoris habetur in auten. vt lice. ma. & auie. §. si quis autem coll. viij. Vnde etsi quidem in contrariū istius videtur esse in auten. de nup. §. si igitur coll. iij. Lex tamen ista correctā est p. prius allegatā, de domino respectu libertini habetur. C. de in ius vocando. L. venia.

Quemadmodū famulus debuisset, &c. hoc est tenebitur domino prestare tantum pecuniarum quantum precij famulo promissum fuit, etsi quid precij famulus ceperat duplum restituere, vt supra eo. li. ar. xxxij.

Qui hominem tenet captiuum, &c. Paragraphus iste contrariari prioribus videtur, vbi dictum est famulum alienū si quis captiuauerit iuramento excusare se poterit quod in contumeliam domini id factum nō sit, hic vero dicitur quod omnibus occasione istius respondere tenetur, &c. quod nulla in eo est contrarietas, intellecta distinctione captiuitatis de qua a principio huius glosse dictum est. Loquitur enim hic in isto paragrapho de captiuitate quę fit cum carceribus vel compedibus & ita pēnalis, & vt sic captiuans aliquē respondere cogitur quia vt predo reputatur, vt supra eo. li. ar. xij. & ff. de capti. & possi. L. hostes, quod autem omnibus respondere teneatur habetur insti. vi. bono. rapto. §. vlti. Intellige etiam sane paragraphum primum quod videlicet captiuans aliquē innocentiam potest declarare suam in contumeliam

domini nō fecisse. Si & in quantum corpora liter id ita fore probari non possit, alias non admittitur sibi iuramentum, vt supra li. i. ar. xv. & xvij. & hoc idem in textu tangitur, cū dicitur quod diu per eum vinculis est mactatus vt. C. de edendo. L. ij.

Articulus XXXV

Manuale factum sit cum faciens in facto aut in facti fuga reperitur a vel ubi furtum aut spoliū in suis clausuris quas persona liter occludere solet inuenitur ^b nisi sint res adeo parue quod per fenestram illic immitti possint.

a. De manuali facto vide.

b. Concordat supra li. i. ar. lxvi. iur. Mu. ar. xxvij. & Cxv.

Glosa.

Aut in facti fuga reperit. &c. ^c Hic est casus vbi fuga facit quē adeo suspectum quod possit contra eum ferri sententia de hoc in specu. de presumptio. §. hic per Ioannē Andree in additionibus, & habetur hic fugiens pro cōfesso. ff. de suspectis tutori. L. impuberibus & de custodia reorum. L. in eos, & in autentici de exhib. re. §. si vero coll. v. & ibi p. laco. de bel. Nocet ergo fuga. ff. de eo quod met. cau. L. metum. §. i.

c. Fuga facit unum adeo suspectum quod contra eum sententia ferri possit.

Glosa.

Quandoquidem superius dictum est actiones diuersificari secundum diuersitatem facti, aliamque actionem institui oportet cum factū sit manuale, aliam vero cum factum iam sit pernoctatū. ^d Vnde nota manualis facti triplex iudicium est & secundum quod factum manuale triplex est. Ita etiam in facto illo tria considerantur. Primo quod captus in manuali facto ad fideiussoriam dari non debet, nec eidem alter prefigi terminus sed in instanti iudicari, vt supra li. i. ar. lv. & lxvi. & C. de custo. reo. L. in quacunque. Secundo quia sic de prehensi negare factum non possunt. Actor etenim eos metseptimus conuincit, vt supra li. i. ar. lxvi. & C. de accusa. & inscrip. L. singuli. Tertio quęcunque sententia contra eū feratur eam increpare non potest, vt supra eo. li. ar. xij. in fi. & C. quorum appellaci. nō reci. L. obseruare, & ff. de appcl. nō recipi. L. vlti. Quod autem manuale factum in se triplex sit ex his quę sequuntur habetur. ^e Primo quia factum huiusmodi ius nō negatiuum habet ita quod negari factum non poterit, verum

d. In manuali facto tria consideranda. Cōcordat iur. Mu. ar. Cxy glo.

e. De manuali facto vide. Concordat iur. Mu. ar. Cxy. glo.

ita evidens ac si ad manum affixum sit illi qui sic in facto comprehenditur, vt. ff. de furtis. L. fur. Secundo manuale factum sit si in facti fuga deprehenditur, vt. ff. eo. ti. L. siue igitur. Tercio manuale factum dicitur si furtum vel spoliū in suis scrinijs ad quas ipse solus clauēs portat inuenitur, notanterq; id additur ad quas ipse solus clauēs portat, si enim clauem alibi seruare solitus est, vel alicui alteri tribuere, vel si res ita parue sint quod per fenestrā vel foramen ibidem proici possint non imputatur sibi factum huiusmodi. Alias si ista non interueniant reputabitur quod illa furatus est vel furari subordinauit, quod vnum & idem est, vt supra eo. li. ar. xij. & C. de his qui latro & alijs crimi. reos occultant. L. i. & ij. f. Notandum præterea quod iudicium & actio pro manuali facto triplex est. Primo cum expetitur duntaxat ab his contra quos querulatur poena, sicut cū agitur contra proscriptos ibi enim actori nihil sequitur ex poena rei. Secundo actio fit tantūmodo pro bonis occupatis p reū, vt videlicet si mobilia sint quod agat contra eum pro eo quia ex possessione illa accepisset sua, expetens vt ablata restituatur, vt supra li. i. ar. lxx. in prin. & insi. de acci. §. omnium. Tercio cum expetitur vtrunq; tam poena q̄ bona occupata seu ablata, vt cū quis prædonem cum præda vel furem cū furto iudicio præsentat expetens vt ablata restituantur & malefactor puniatur, vt supra eo. li. ar. xxv. & xxxi. & infra arti. xxxvi. & insi. de acci. §. ex maleficijs. §. vi autem & §. sed & legis aquilic.

f. Iudicium & actio pro manuali facto triplex. Concordat Iur. Mu. ar. cxv. glo.

Articulus XXXVI.



Vi post alterum diem furtum aut spoliū si ubi illatū apud quenq̄ inuenerit et ille res huiusmodi aperte ac manifeste emit nec postea occulte seruauit qd̄ et testari poterit, per manuale factum nō est inculpandus, ^a dato quod res ablata apud eū reperiatur nisi forte sui iuris passus sit detrimentū, sed actor cum licentia iudicis suas res potest uēdicare. Si autem ille resistere, nec huiusmodi res sibi dare uoluerit anteq̄ ad iudiciū ueniat, actor petat ut ille secū ad iudiciū diuertatur, hoc si negauerit clamorē uiolentiæ desuper excitet in comprehendendū

a. Concordat Iur. Mu. ar. xxvij. & cxv.

do eo tanquam furem proprium et ac si factum manuale sit, fugiendo etenim ille reum sese effecit. Si uero reus cum actore uoluntariæ ad iudiciū properabit actor iure rem suā uendicet. Contradicatur autē a reo ueluti si pannus sit, per eum texuisse, aut si animal uel equus fuerit per ipsum educatum, possessor maiori iure sacramento proprio & duorū uicinarum res huiusmodi obtinebit q̄ quod actor illa occupare ualeat, Dicat uero possidens rem in cōmuni foro esse ab eo emptā sed se ignorare uenditorem innocens erit furti dummodo locus emptionis & emptio sub suo iuramento indicetur. Nummi autem ab eo pro ea re dati perduntur, si actor rem suam cum duobus uiris poterint comprobare qui fuerint pleni iuris quibus & illud notum sit quod sibi ea res sit furtiue uel per spoliū sublata. ^b Si uero possessor dicat rem sibi esse datā uel ab aliquo emissee, extunc donato rem aut uenditorem & locum emptionis cum nominare oportebit. Iurare etiam tenebitur quod eum ad uerum uarendatorem, nō ad aliam partem fluuiorum nauigabiliū existente perducatur, quē & per quindecim sequi tenetur quocūq; ierit, excepto ut dictū est ultra flumina nauigabilia. Si uarendator id recognouerit eundem intercedere ac pro ipso respondere tenebitur. ^c Si autem in uarendatore defecerit, ipse rē cū multa & emenda relinquet, ^d & si pro furto uel spolio rei inculpatur, secundum iura se excusare tenetur. Defecerit etiā uendicator seu actor in uendicatione ^e multā atq; emendam retromittit. Multos uarendatores nominare admittitur & unus ali

^b De arrestatione equi & ceterorum animalium. Vide Iur. Mu. ar. cxxxij. & cxxxv.

^c Vide Iur. Mu. ar. lvi. glo.

^d Sciendum ex lege xij. tabu. res furtiue usucapi non possunt, ubi dicitur, res furatue ne usucapiuntur.

^e Alij textus habent cum multa & emenda desistere cogitur.

Speculi Saxonum Liber Secundus.

f. Scias quod prescriptio sequens rei traditionem confirmat emptori dominium, et confirmato dominio cessat actio de euietione, ut in l. si obligata. C. de euiet. Etiam si post longum tempus res non prescripta euincatur de euietione agitur, nisi legitima enuntiatio precessit tollitur tamen spacio xxx. annorum, ut no. accur. in l. empti. C. de euiet. Quid autem sit de iure nostro Municipali uide infra ar. liij. & liij. ar. lxxxv. Re autem euietia ueniunt sumptus & interest: meliorationis. C. de euiet. l. si. controversa, & l. si cum que sit.

um nominabit ac ad illum se trahet quousque ad eum qui illud educauit, si pecus est, aut qui texere fecit si pannus est perueniatur. Mettertius uendicator si detentor deficit rem obtinebit. Sub quo res uendicantur easdem retinere debet quousque ab eo iure acquirantur.

Glosa.

Contradicatur autem a reo possidente, &c. Nota quod si reus negat seriem petitam possidere cum tamen ipse possideat facta de hoc fide quibus actor non probat rem suam esse transferenda tamen est in eum possessio, ut nota, de iur. calum. c. pen. & de testa. raynaldus. Contradicatur autem, &c. facilius enim de nouo aliquid acquiritur quam recuperetur amissum, sic arguit glo. de pe. dist. i. Nummi pro ea re dati perduntur, &c. Concordat etiam lex communis cum dicit, Inciuilem rem desideratis, ut agnitas res furtiuas non prius reddatis quam precium vobis sit solutum a dominis. Curate ergo cautius negociari, ne non tantum in damna huiusmodi sed etiam in suspicionem criminis incidatis, ut. C. de furtis. l. Inciuilem & l. ciuile est. Sic etiam & alibi dicit lex. Quod ego consequor rem meam a violento, vel ab eo qui habet sine precij restitutione. C. de rei ven. l. mancipium. Qui tamen possidet res alienas non succumbit nisi actor probet de iure suo. C. de rei. v. l. res alienas.

Quem per quindenam sequi tenetur, &c. alibi dicitur quarendare ut in v. feud. de lege contradic. si inter. De iure vero communi venditor debet defendere emptorem in foro emptoris. Vnde dicit lex, In rem actio non contra venditorem sed contra possidentem competere, frustra itaque desideras non tecum congregi sed cum actore tuo, id est venditore dominium vendicare cum te possidere contendas. Nam si denuntiasti ei qui tibi vendidit, intelligis euietionis sibi periculum imminere, nec enim iurisdictionis forma in eadem prouincia constitutis tam petitor quam possessor ob actoris personam quem in alia prouincia dicis consistere debet immutari, ut in l. i. C. ubi in rem actio exercet. debet. Hic tamen de iure municipali seruus videtur. Et venditor tenetur emptori de euietione & venditione venditam rem defendere expensis ipsius venditoris, nisi aliud esset dictum in contractu, de hoc per Caspa. de cal. in remisso. de ven. in ver. vendere, h. Et nota quod de re vendita & tradita precio non soluto agendum est personali ad precium & non rei vendicatione ad rem. C. de acti. emp. & ven. l. ex arali. Et in huiusmodi contractu veniunt vsus

re, id est interesse ex quasi mora. C. eo. ti. l. curabit. Et actio ex vendito datur ad precium & non ad rei restitutionem nisi hoc sit actum in l. venditi. C. eo. Et solutio precij de pecunia venditoris emptorem non liberat. C. eo. l. si seruos. Et in huiusmodi contractu sine traditione dominium non transfertur. C. eo. l. si pariter, & l. si ancillam, & in hoc contractu precium non est interesse, ut probat lex sicut. C. eo. ti. de acti. emp. & vendi.

Glosa.

Determinat erat antehac articulo precedenti de facto manuali, & quid incommodi euenit cum quis in facto comprehenditur huiusmodi, per constitutionem articuli presentis datur cautela subueniturque innocentie hominum quibus quandoque euenit rem emere furtiuam qui putant ex dominio venditorem pertinere, ut videlicet ille defendere se possit auctoritate articuli presentis, subtilemque autor prius legij in eo casu seruat processum. Peruersis etiam & transgressoribus pro factis eorum penam non denegat, ut in auten. de man. prin. §. neque autem, col. ij. & ff. de mino. l. auxiliu et in auten. de mona. §. si vero, coll. i. Innocentibus vero defensam proponit ac porrigit, qui enim ius suum non defendit ut iuris est eius negocium conculcatur, nam error cui non resistitur approbatur, & veritas cum minime defensatur opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quam fouere, neque caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare, ut. lxxxij. dist. c. error.

Sciendum circa id quod non omnes manuali facto deprehendi possunt nec ut fures iudicantur apud quos furtum vel spoliolum reperitur. Vnde pro intellectu istius quod is apud quem res furtiua reperitur fur non iudicetur vel pro fure non reputetur tria necessario concurrunt. Primo quod illa res sit pernoctata, ut hic a principio textus, & ff. de fur. l. quo destinauerit. Secundo quod non occultetur, ut. C. de his qui latro. l. i. & ij. & insti. de obli. ga. que ex delicto nascuntur, §. oblatum. Tertio quod ille apud quem res huiusmodi reperitur, sit pleni iuris, ut hic & supra l. i. ar. xxxix. & C. de exhiben. & trans. re. l. i. & ff. de his qui notan. infra, l. i. & ius furtiuum.

Sed actor cum licentia iudicis, &c. Hic tria ex ordine tanguntur huic qui rem vendicare vult plurimum necessaria. Primo quod cum licentia iudicis id faciat, ut hic & C. ut nemi. lice. sine iu. aucto. l. rebus. Secundo ut certo sciat rem illam suam fore quam vendicare proponit, dato enim quod iudex sibi admittat, res tamen sua non sit quam vendicat damnari in eo patietur, ut hic in textu & ff. que sen. sine appell. rescin. pos. l. illud, §. item. Nullus itaque iudice se excusare poterit, nam iudex non plus admittere potest nisi quod ius ipsum ad

1. Non omnes ut fures iudicantur apud quos furtum reperitur. Concordat Iur. Mu. ar. xcij. & ar. cxxxv.

k. Res furtiua apud aliquem inuenta ut euadat penam furti, que requiruntur.

l. Vendicare rem uolens aliquam que reo quiritur.

g. Concordat Iur. Mu. ar. cxl. glo.

h. De uenditione uide per totum

mittit. Si quid vero contra iuris ordinem admittit, illud non facit ut iudex quare admisso nulla, ut. C. quan. appel. non est neces. L. si cum & ff. de reg. iur. L. factum, extra eo. ti. c. ea que li. vi. Tertio quod ille qui vindicare vult, ut id faciat secundum quod ius suader, quia alias cadere a causa possit, ut in auten. de pa. tenen. in vlt. seu. L. hac edictali. in fi. col. x. & C. de ordi. cogni. L. si res. Id vero quod dictum est secundum quod ius suadet id est ut procedat secundum cursum & ordinem iuris, ut in auten. ut iudi. sine quoquo suffragio. §. eos autem. coll. ij. & ff. de re. iudi. & effec. sen. L. qui pro tribunali.

Si autem ille resistere voluerit, &c. m. Nota quod ille qui rem possidet duplicem resisten- tiam & defensam contra vendicantem habet. Primo extra iudicium & hoc dupliciter. Vno modo cum defendit vnus rem suam si qs violenter sibi eam arripere vult, ut supra eo. li. ar. xij. & ff. de vi. & vi. arma. L. idem est. §. si quis autem. Secundo cum quis defendit & impedit rem alterius quod tamen ei facere non licet, & sic faciens pro predone censeatur, pro vno enim & eodem reputatur qui bona alterius rapit, & qui aliquem in usufructu proprie rei impedit, ut insti. de vi. bono. raptio. §. quires, & insti. de oblig. que ex delict. nasci. §. furtum. Secundus modus defense contra vendicantem fit coram iudicio & istud tangitur in textu cum dicitur, si veroreus volu- tarie ad iudiciu properabit, defensaque huius modi fit per contradictionem. Quoadmodu enim miles defendit se in bello gladio, ita ac- cusatus responsione contradictoria coram iu- dice, ut insti. de excep. §. comparete, & ff. de ex- cep. seu. prescrip. L. exceptio.

Actor iure rem suam vendicat, &c. hoc est per sententiam & cum licentia iudicis, alias extra iudicium non requiritur consensus iudicis, n. Vnde coram iudicio cum quis vindicare vult rem aliquam hunc modum seruare debet dis- cendo. Domine iudex peto mihi de iure ad- mitti ut rem vindicare possem meam quod & admitti sibi debet. Circa id nonnulli dicunt cum quis vendicat & se intro mittit rei alicui & signanter si pecus vindicare nititur ocals- care debet in dextrum eius pedem & arripe- re per dextram auriculam, parum tamen de eo curandum est, attingere etenim & appre- hendere vnusquisque rem suam quam vendica- re conatur potest quomodoque poterit, ut insti. de lega. §. sed olim, & ff. eo. ti. L. si a plu- ribus.

Contradicatur autem, &c. dictum si quidem est quomodo actor rem vendicare debeat, in isto paragrapho datur modus quo pacto res- pondens contra vendicantem sese defendere possit, quemadmodu enim ut dictum est mi- les in bello defendit se gladio, ita accusat iu- dicialiter per contradictionem & responsio- nem resistit aduersario, ut insti. de excep. §. co- parate, & complectitur breuiter omnes respo-

dentis contradictiones in his tribus catre- lis in textu positis, quod videlicet vel rem emit, vel eam educauit, vel solus opatus est. p. Dicere quis possit autoru priuilegiu insuffi- cienter expressisse modos defense contra ven- dicantem, nam preter hos in textu positos alij quipures inueniuntur sicut forte quia rem que vendicatur inueni. Vel ex deuolutione mi- hi cessit, vel accommodatam habeo, R. quod au- ctor priuilegiu Eicke de Rep. kaw. nec plura addere sed nec minuire potuit nisi secundum quod in priuilegio q. quod ipse ex latino in Germanicum transulit inuenerat, lura enim ampliare vel minuire nemini licet nisi Impe- ratori, ut insti. de iur. gen. §. sed & C. de vere. iur. enucle. L. ij. §. sed & C. de legi. & consi. L. ij. Vel dicendum quod autor priuilegiu non ea intentione hos tres contra vendicantem de- fense modos in textu posuit quod videlicet preter illos nullam aliam defensam possessor habere possit, sed quia ut communiter vna ex his tribus respondens rem que apud eum vendicatur si probauerit obtinet, pote- rit nis hilominus & alia que iusta videbit in eo defen- sam habere ut. C. de rei. vendi. L. si inferiore. C. de eden. L. is apud, & ff. uti possidetis. L. ait pretor.

Dicat vero possidens rem in communi foro empta, &c. In paragrapho precedenti dictu est quibus contradictorijs & responsiuis ma- iori iure respondens vendicantem rem obti- net. In paragrapho presenti tangitur respo- sio duplex ubi respondens rem perdere po- test vendicantem. Primo si dicit quod rem es- misset venditorem tamen ignorat, nummos perdit, ille etenim qui tibi vendidit, ius veri de- di non habuit, illud vero quod non iure sit pro non facto reputatur, nec pecunia sibi res- tituitur quia rem non suam ille vendiderat. sed alterum pertinebat, illud vero quod al- terius est sine voluntate veri domini alienari minime potest, ut ff. de reg. iur. L. id quod no- strum. Emptor si quidem non plus iuris ha- bet nisi prout venditor habuit, ut ff. de reg. iur. L. plerumque. Secunda responsio si dicit re- sibi esse donatam vel ex aliunde aduenisse il- le quem sic nominauerit te cuius tenebitur vel mulctam iudici & actori emendam dare cogeris propter id quod illum temere in sua re neglexisti ut insti. de pe. teme. liti. §. hec au- tem & C. de iudi. L. properandum. §. sin aut Pro intellectu maiori articuli presentis vici- du sequitur que res vendicari possunt & quo tpe & quidiu re possidere teneat ut veram in ea conse- quatur possessionem. Sciendum itaque quod vendicari seu alloqui res non possunt nisi dis- ferentias in sui natura habeant per quas diro- sci possint, ut pecora vestimenta & his simile. Pecunie vero communiter in ciuitate illa ubi vendicatio fit currentes vendicari non possunt, nullam enim differentiam habent. Si enim ego nummum vel denarium amise- rim & apud alium similem cernens num-

P. Concordat iur. Mu. ar. Cxxxij. & Cxxxv.

q. Speculum Saxoni- ex latino in germani- cum translatum. Co- cordat supra li. i. in prolo. & infra li. iij. ar. xxxix. & xlv. & de iur. Mu. ar. x. glo.

r. Concordat infra li. iij. ar. xij.

s. Res vendicari non possunt nisi differen- tias habeant. Concor- dat supra li. i. ar. xv. iur. Mu. ar. Cxxxij. glo.

m. Possessor rei dua- pliater rem defendere potest. Concordat iur. mu. ar. Cxxxv. glo.

n. Practica unde quo pacto vnus in vendi- catione rei proceden- re debet.

o. iur. Mu. ar. Cxxxv. admittitur hec consuetudo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

num eundem vendicare velim, id fieri mihi me admittit. Nummi enim huiusmodi nullam differentiam habent nam & vendicator difficile probare posset nummum illum suum fore, nec per testimonium probari poterit, testimonio enim debent esse clarissima, vt. ff. de interroga. a. 10. L. de etate. §. nihil. & C. de testi. L. solam & L. eos. Sed nec ille imperitus pro nummo ad euitorem se trahere possit, nam cum difficultate ille cognoscere valebit, an nummum illum ab ipso habeat necne. Præterea cum res furtiua commutatur pro alia re, illares transmutata vendicari non potest vt si equum furatum quis emit bona fide, putans venditorem esse verum dominum, illum tandem proboue seu vacca commutat is cui equus furatus fuit non potest bouem apud se lucrare, dato quod recognoscas quia equum pro ipso dederas, vt. C. de rei. ven. L. si ex ea. ¹ Insuper is qui rem aliquam furatur sit vel scit furatum fore, nullo modo prescribit, vt. C. de rei. vendi. L. cum a matre.

Pro secundo quo tempore vel quid teneatur vnus rem possidere vt in ea veram consequatur possessionem, &c. & sub distinctione quæ veliste rem emit ab illo qui furatus est vel sciuit rem furatam fore, & iste etiam nunquam prescribit quia est actio personalis. Vel emit rem aliquam quam venditor putat pro certo suam fore, sicut si hereditatem videret ex morte alius sibi deuolutam quam & putat fore iusto per illum priorē possessionem eandem tandem ulterius vendit, iste prescribit mobilia in tribus annis. Noxa enim seu factum illud non est personale sed in re ipsa, vt insti. de vsu. ca. & longi. tem. prescrip. §. & cum, & §. furtiue, & C. de acquiren. posses. L. vicia, & ff. de doli. mali. excep. L. apud, §. autoris.

^u Querit cuiusmodi ius Saxones in se debent in causis quas expressas in privilegio non habent. & quod obseruare debent eorum laudabiles consuetudines & iura ex antiquo statuta, vt supra li. i. ar. xvij. Vbi autem ista deficiunt recurrendum est ad leges & Canones, ad illas enim vnusquisque obligatur, vt. C. de legi. & constit. L. leges, & C. de iur. & fact. ignoran. L. constitutiones, & extra de consti. c. i.

Articulus. XXXVII



Vicquid aliquis inuenit a postmodumque interrogatus id negauerit furtum committit. Inuenta autem & quæ furibus aut raptoribus fugatis retromittuntur coram iudicibus sunt denuncianda & si aliquis eiusdem Iurisdictionis ea in

fra sex septimanas iure mettertius repetierit post solutionem impensarum ut si sunt animalia uel pecora ei restituantur. Si uero alterius iurisdictionis fuerit ille cui bona pertinent, extunc is qui pradonibus ea abegerit tertia parte retenta duas partes reddantur. Quod si per tempus illud sex septimanarum nullus uenerit qui se dominum rerum illarum demonstret, iudex duas accipit partes, tertia ereptori datur.

Glosa.

Qui quid inuenierit, &c. Concordat ad hoc canon inueniens. Si quid inuenisti & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti, qui alienum negat si posset & tolleret, deus cor interrogat non manum, vt. xiiij. q. v. si quid inuenisti. Item eadem causa & q. c. multi habetur. Multi sine peccato putant esse si alienum quod inuenierint, tenent, & dicunt. Deus mihi dedit cui habeo reddere, q. d. nulli, discat ergo peccatum simile esse rapine si quis inuenta non reddat.

Post solutionem impensarum, &c. Ob negocium enim alterius utiliter gestum repetitur impense & usura. Vnde dicit lex communis. Ob negocium alienum gestum sumptuum factorum usuras prestari bona fides suasit vt in. L. ob negotium, C. de nego. gest. & sic gerens non prestat casum fortuitum sine pacto, vt. C. eo. ti. L. negotium, ubi dicitur negotium gerentes alienum non interueniente speciali pacto casum fortuitum prestare non compelluntur.

Glosa.

Superius dictum est de rebus quæ apud quæ vendicantur, quæ etsi furtiue sunt furto tamen ille accusari non potest, ex eo, quia res huiusmodi non occulte seruatur. In presenti articulo agitur de rebus quæ quis furtiue non sunt propter id tamen quia occultantur pro furtiuis reputari poterint.

Pro intellectu textus articuli nota, c. quod furtum committitur quatuor modis. Primo furatur vnus rem aliquam, resque huiusmodi furtiua fit, & exinde contra istum criminaliter intentari poterit, sicut cum quis in manuali facto deprehenditur, vt supra eo. lib. ar. xxxv. Insti. de obliga. quæ ex delicto nascuntur, §. manifestos, & Insti. vi. bono. rapto, §. i. & ff. de fur. & item, C. eo. ti. per totum. Secundo furatur quis rem aliquam & exinde criminaliter accusari potest, res tamen illa ablata, furtiua non

c. Furtum committitur dupliciter.

c. Furtiua res nunquam prescribit.

u. Saxones quo iure ut debent in casibus quos expressos in privilegio non habent, concordat infra li. iij. ar. xliij. glo.

a. Ad hunc textum vide supra eo. li. ar. xxix. Vnde qui rem alienam inuenit ut euadat penam furti debet illam facere preconisare, ut in allegato articulo habetur & notatur simile per Ioan. And. in .c. dudum de electi.

b. Alij textus habet quæ furibus aut raptoribus adimuntur coram iudicibus, uel in ecclesia denunciari debent.

dicatur sicut si quis furetur pignus quod prius inuadiauerat, vt Insti. de obliga. que ex delicto nascuntur. §. unde. Tertio furatur quis non tamen furtum committit, nec criminaliter accusari potest, sicut si quis accipit equum quem emit & proprijs exsoluit pecunijs sed difertur & prolongatur eius extraditio, vt ff. de furtis l. cum que emit. Quarto furatur quis reus illa furtiua sit, criminaliter tamen accusari non potest, & hoc contigit bifariam. Quia vel iste cui res ablata sit, est tante autoritatis quod sine actione solus per se super facto iudicare valeat, vt quia forsitan sunt pueri sui qui id fecerunt, vel vxor sua, vel seruus seu mancipium suum, vt Insti. de obliga. que ex delicto nascuntur. §. hi qui in parentum potestate, & ff. de furtis l. si quis vxori in prin. & l. ne cum filio, & l. serui, & C. de patria potest. l. congruentius. Secundo quia ille qui furtum commisit, in primis animo non furtiuo illud fecit, id est honesto modo illud acquisiuit, sed postea res illa furtiua efficitur. Sicut si quis aliquid inuenit idque negauerit, ex negatione res inuenta furtiue assimilatur vt hic & supra. eo. li. ar. xxix. d. Furtum enim non est aliud nisi dolosa contrectatio rei aliene, vt Insti. de obliga. que ex delicto nascuntur §. furtum. De raptoribus vide in constitutione Frederici de pace tenenda. Et si aliquis eiusdem iurisdictionis, & c. vnde eiusdem iurisdictionis in proposito dicuntur eiusdem ducatus incole. Quare si duo iudicio presideant alicubi, in aliquibus villis uterque tamen subest superiori iudici. Villani illius iurisdictionis dicuntur uterque enim iudex autoritate superioris iudicis iudicium exercet. Quare in casu presenti non diuident res huiusmodi inuentas. Cum iudice diuidat, & ex isto trahunt quidam consuetudinem prauam & noxiam, allegantes quod iudices tertium denarium accipere debent rerum ablatarum & spoliatarum, quod tamen minime fieri debet, vt supra circa. ar. xxv. & xxxi. declaratum est. Consuetudo siquidem mala reicienda est, vt viij. dist. c. frustra, nec iudicari debet vt exinde commodum aliquod eueniat, vt. xi. q. iij. c. qui recte & in auren. vt iudi. sine quoquo. suffragio. §. Cogitatio, coll. ij. Quicquid aliquis inuenit, & c. f. Circa id notandum quod vnus potest rem honesto modo acquirere que tamen postmodum furtiua efficitur, sicut si quid ad seruandum mihi locas, vel si quid inueniero exordium istius honestum est. Si vero post hac locatum vel inuentum detinuerit furtum erit, non tamen transit in vitam verum in mulctam & emendam vt hic, & Insti. de obliga. que ex delicto nascuntur. §. furtum, & ff. eo. ti. l. si pignore. Sciendum etiam quod quod furtum committi potest, ille autem qui id facit fur non erit, nec res illa furtiua nuncupabitur, sicut si triticum ex campo ducis putans esse suum, quod tamen alterum pertinet, triticum illud proprie non

dicatur furtiuum antequam rescueris quod tuum non est. Vbi enim voluntas furandi non aduenit fur non dicitur, vt Insti. de re. diuifi. §. gallinarum, & ff. de furtis. l. i. vbi clare habetur quod fure non aliud facit, nisi voluntas. Opponi circa id potest. Ex quo quidem furtum est contrectatio rei aliene cum proposito nocendi ita quod voluntas adsit illius qui furare nititur, vt ff. de fur. l. i. §. furtum. Et quia nullus propter voluntatem puniri debet cogitationis enim poenam nemo patitur, vt ff. de penis. l. cogitationis. Si ergo furtum sine voluntate & proposito fieri non potest propositumque seu voluntas poenam non infert, vt lex allegata disponit ergo nec furi pena inferri deberet. ¹ R. quod hec dictio voluntas aliquando accipitur pro cogitatione dumtaxat simplici, vt quando quis proponit male facere non tamen facit, & pro ista cogitatione pena non infligitur, vt lex allegata disponit. Alio modo pro facto cum videlicet cogitationem istam in effectum deducit, & pro isto pena irrogatur.

Inuenta autem & que furibus, & c. Dicere quod posset, articulum istum contrarium esse prece denti, dictum enim ibidem est, ad hoc quod aliquis de furto non inculetur sufficit quod rem emptam non occultet, hic vero dicitur quod res huiusmodi debet denunciari. R. quod ibi loquitur de rebus emptis que putat non esse furtiuas, hic vero loquitur de rebus inuentis & furibus ablati.

Et si quis eiusdem iurisdictionis, & c. istud iam declaratum superius est quia eiusdem iurisdictionis illi dicuntur qui vno domino subsunt vnde quis duo iudices in duabus villis existant ab vno tamen & eodem domino iudicium habent commissum homines illi vnus iurisdictionis dicuntur. Quibus enim autoritas impartitur illi agunt nomine illius qui autoritatem dedit, vt extra de offi. delega. c. sane, & c. pastoralis, & C. de vete. iur. enuclean. §. his itaq.

Tertia parte retenta, & c. hoc fit propter illius fatigam qui predonibus & latronibus abstruunt & id iustis, quia alias negligentia esset in subueniendis spoliatis. ¹ Notandum etiam circa id quod si quis inuenit quid in via publica vel ciuitate & nullus adsit, qui illud repetat, medietatem accipit inuentor, & aliam medietatem ciuitas, vt Insti. de re. diuifi. §. at si quis in alieno loco.

Si vero per tempus illud nullus venerit, & c. Vt si enim iudex duas accipit partes declarationem istius vide supra eo. li. ar. xxxi.

Articulus XXXVIII



Homo damnum alijs a sua negligentia illatum resarcire tenetur. Si quis

h. Voluntas dupliciter accipitur.

1. Inuenies in via publica vel ciuitate quod cui cedit inuentum.

a. Textus vetustiores habent, qui alicui ex negligentia damnum fecerit per ignem aquam, putrem, usque ad genua super terram non premunitum, uel arcum sepem, aut sagittas in aum preus uel hominem interfecit, aut si moriatur lesus reus in membris aut uita non puniuntur hoc est non admittitur sibi sanitas aut uita in membris sed soluit re compensationis estimationem.

a. Furtum. q. d. Concordat iur. mu. art. xcij. d. Cxx glo.

c. Eiusdem iurisdictionis qui dicuntur.

f. Res honesto modo acquisita, furtiua postmodum efficitur.

g. Furtum committi potest ille uero qui id facit fur non erit.

Speculi Saxonum Liber Secundus

aliquem ignoranter iaciendo uel sagitando interfecerit in sui donationem uerigeldi & non in mortem condemnatur.^b

^b. Concordat Paulus de Castro. l. i. c. ubi senatores uel clarissimi, & ut l. si fugiui. C. de seruo fugiui.

Glosa.

Homo damnum &c. Sed quid si est statutum in ciuitate Bononiens. qd' is cuius occasione quis sentit damnum teneatur ad emendam. Et quidam A Bononiens. debebat B. Florenti no centum qui recusabat soluere, ppter qd' ille B. quendam D. Bononiens. transeuntem per florentinu districtum spoliavit. Queritur an uirtute statuti spoliatus possit agere contra A. & qua actione agat, dic quod iste A. debitor ipsi D. spoliato de iure non tenetur. Ratio quia spoliatus habet contra spoliatorem actionem & repetitionem cum augmento quadrupli. Vnde cum reperere possit ab illo contra A. debitorem de iure non agat, Istud enim est negocium A. nec re, nec gestu, nec ratione. Si autem ponderatur statutum, tunc dubium pendet ex verbo occasione. An intelligatur de occasione remota aut proxima. De hac questione notatur in addi. Specul. titu. de iniur. & de dam. da. §. sequitur in ver. sed pone. In quo versu dicit Specu. Quod si inimicus tuus cuius forte patrem occidisti incendit domum tuam in eam vicinam, ex quo tua etiam est combusta quod tu mihi in nullo deberis, ad quod alleg. iura & ibi vide. Vnde etiam dicit Ius canonicu, si culpa tua damnum est datum, vel iniuria irrogata seu alijs irrogantibus opem forte tulisti, aut hec impericia tua seu negligentia euenerunt iure super his satisfacere te oportet. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam ut in. c. vii. de iniur. §. i. Iaciendo &c. nota quod secundum leges licet aliquid facere ad ostendendas vires ut hastam vel pilum iaciendo, vel currendo, vel saliendo vel luctando, vel pugnando, & in his etiam casibus sponsonem facere licet, ut ff. de alea. l. solent. & l. sequen. Et si quis alteri in publico certamine damnum dederit non tenetur cum causa virtutis & glorie non animo iniuriandi hoc factum sit, ff. ad le. aquil. qua actione. §. si quis. & vide tamen de hoc notatur contra Burgenses, Insti. de le. aquil. §. iniuria, ver. si alius per Ioan. fab. & alios moder nos post glo. Nec tales infames sunt, ut ff. de his qui not. infam. l. athletas. Et hoc verum quando quis pugnet causa virtutis ostendens de, secus si hoc facit causa auaricie scilicet operas suas locando, nam tunc efficitur infamis, ut ff. de postulan. l. i. §. bestias. Huiusmodi autem torneamenta secundum Can. reprobantur, ut de torneam. per totum, quia hominum interit & animarum pericula exinde sepe pue-

niunt, ut in. c. i. de torneis. & debet quilibet discretus sibi prospicere in futurum, quia debet cogitare hoc euenire posse, de electio. c. licet, de ieruis non ordi. c. i. de obliga. ad ratioci. c. i. ff. loca. l. Si quis domum. & de homici. c. vlti. li. vi. Non quod causa ludi factum dicatur. Nam ludus noxius est in culpa, ff. ad. legem Aquil. Na ludus, & de presumptio. c. i. Quis enim ludos appellet ex quibus crimina oriuntur, ut in prohe. ff. §. illud vero.

Vnde etiam dicit Seneca. Nihil interest quo animo facis quod vitiose factum est, de ludo quando sit licitus vel illicitus, & presertim de ludo taxillorum, vide plene per Hosti. in summa de excessibus prelato. §. qualiter, ver. clericus vero & sequenti.

In sui donationem &c. Sic etiam dicit Ioan. And. post Hosti. de electi. dudum. ij. super glo. simile quod qui rem alienam inuenit ut euadat penam furti debet illam facere preconisari.

Glosa.

Pro intellectu textus, nota quod damnum contingit tripliciter. Primo damnum facit vnus alium voluntarie, & propter commodum suum, sicut ille qui alteri rapit, vel furatur, & si pro eo ciuilitate accusetur, soluere debet cum multa & emenda, ut infra li. ij. ar. xlvij. Insti. de acti. §. tripli. vero. & §. sed furti. & ff. de furtis. in multis locis. Si vero queruletur criminaliter, in vitam sibi transit, ut supra eo. li. ar. xiiij. & Insti. de publicis iudicijs. §. iij. & §. item lex Iulia. & ff. de penis. l. capitalium. Secundo damnum facit vnus alium voluntarie, non tamen propter suum commodum, sicut qui pecus interficit vicini sui, vel mutilat, illud soluere tenetur secundum verigeldum determinatum, ut infra eo. li. ar. xl. & ipsi. ad legem Aquil. in prin. & ff. de dam. infec. l. iij. Tertio damnum infertur precise preter voluntatem & absque comodo suo, & iste non demeretur vitam, sicut hic in textu. & Insti. ad leg. Aquil. §. iniuria. & §. ar. ne. & ff. eo. ti. l. ite si ebrietrix.

CA sua negligentia illatum &c. Hoc est quando quis negligit & non prouidit rem quam prouidere teneat, estque grauis excessus negligentia ipsa, quia est mater omnis noxe. Si enim ille debite prouideret nullum damnum exinde sequeretur. In textu articuli non de ista negligentia quam nunc expressimus intelligi debet, sed de illa cum aliquid sit preter alicuius voluntatem, estque valde necessarius passus articuli presentis nec enim illa que de verigeldo prius dicta sunt intelligi possent si non esset articulus presens. Si aliquis iaciendo, vel sagitando interfecerit &c. Nota quod homicidium contingit quatuor modis. Primo interficit vnus alium voluntarie sine iusta causa, & vocatur sicarius ut supra eo. li. ar. xiiij. & ff. ad le. Cornelianam de sicarijs. l. i. Secundo interficit vnus alium voluntarie quidem sed causa necessitatis, defens-

^c. Damnum contingit tripliciter, vide ad hanc materiam infra li. iij. ar. xlv.

^d. Homicidium contingit quadrifariam, vide ad hanc materiam supra eo. li. ar. xiiij. ar. Mu. ar. xxxviij.

Adendo sese ille manet sine damno si vt iuris est necessitatis defensionem probauerit, dato etiā quod non venerit ad iudicium p̄ timore & angustia liberatur nihilominus interfecit verigeldo, vt supra eo. li. ar. xiiij. & C. ad legē Corneliā de sicarijs. L. his qui. & ff. de iusti & iur. L. vt vim. & extra de sen. excom. c. si v̄o & eo. ti. c. delicto. li. vi. e Tercio interficitur qs vbi solus ex improuisione sua causam mortis p̄buerit vt si quis per locum gradiendi in conuerterum transferit, alterq; ibidem arborem cederit, arbor cadens gradientem interficit, vel si in torneamentis vbi milites ludos exercent damnum ex casu acceperit ipse sibi culpa erit, vt Insti. ad le. aquli. §. at ne. & §. item. & ff. eo. ti. L. item si obstetrix in fine. Quarto interficit vnus alium ex sua propria inconsideratione p̄ter tamen eius voluntatem sicut sagittans in auem hominem interficiat ille de meretur verigeldum interfecit & iste sunt causas q̄q; verigeldo absoluuntur. Vnde iudex p̄uidus & caurus in eo esse debet diligenterq; exquirere si voluntarij homicidium patratū sit, quia si sic etiam vitā eidem adimere debet vt. ff. de pactis. L. iuris gentium. §. pactorum, & C. de secundis nupcijs. L. cum apertissime & ff. de pigno. L. Paulus, & Insti. ad legē ag. li. §. at ne. Secus si p̄ter voluntatem factū fuerit quia tunc verigeldo absoluitur vt hic & C. ad le. Corne. L. i. & in auten. vt hi qui obligati. §. si vero. coll. vi.

a. Vide ad hanc materiam Iur. Mu. ar. xxxviiij.

Articulus XXXIX



Annonam qui noctis tempore furatus fuerit suspendetur, si in die decollatur. Viator si agrorum fructū non asportando frumenta cōsumperit, tenetur ad ipsius estimationem.

Glosa.

Annonam qui. & c. Scriptum est enim in lege. Trāsiens per messiem alienam falcem immittere non debet sed manu spicas conterere & manducare vi. q. iij. scriptum.

Glosa.

Ex quo quidem furtum communius est spolio, quare sepius in iure mentio fit de furto, q̄ de spolio. Iniuria enim q̄ communius euenit etiam iure sepius admonetur, vt. ff. de legibus & senatusconsulto. L. nam ab ea, excessusq; huiusmodi qui cōmunior est grauius p̄nat. c.

c. Furtum nocturnum cōmunius est diurno Concordat Iur. Mu. ar. xxxviiij.

Ex quo itaq; furtum nocturnum cōmunius est diurno, quare & grauius punitur vt hic in textu & supra eo. li. ar. xxviiij. & ff. de furibus balnearijs. L. fures nocturni, & ff. de fur. L. furtum, & ff. de p̄nis. L. aut facta. Quare & textus habet annonā qui noctis tempore furatus fuerit suspenditur quod & grauius est, si in die decollatur, de huiusmodi p̄nis vide. ff. de p̄nis. L. aut facta.

Viator si agrorum fructum. & c. In paragrapho isto ponit quandam exceptionem & limitationem p̄cedentis paragraphi de viatore mentionem faciendo. In contrarium tamen istius videtur esse infra ar. lxxviiij. vbi dicitur quod equitanti admissum est fata succidere & spicas equo apponere. & quod articulus allegatus non contrariatur paragrapho p̄senti, loquitur enim ibidē quod si alicui equus fessus sit, licebit equitanti succidere spicas vno pede a via. & c. hic vero loquitur de illo q̄ pecora in annonam immiserit. Iste damnum refarcire tenetur.

Queritur an pro minima querulari cui liceat vel institui querela possit. & quod sic, immo etiam pro vno denario querelam institui licebit, vt hic & ff. de damno infecto. L. si proprietarius in fine, vbi dicitur eadē erunt & si minimum damnum detur, & Insti. de re. diuisi. §. gallinarum in glo. vbi dicitur, quod quelibet actio etiam pro vno nummo datur. Galline enim vnus medius nūmus verigeldus est ex li. iij. ar. li. & tamen occasione illius actio institui potest.

d. An pro minima querulari et institui actio possit, vide etiam infra li. iij. ar. xlvij. glo.

Articulus XL



Vius, canis, aper uel Taurus, aut animal quodlibet hominē aut animal mutilauerit, occidit, dominus tenetur damnum soluere iuxta determinatum uerigeldū uel iuxta eius ualorem recompensam facere, & hoc si animal illud postq̄ de noxa rescuerit postmodū in suam recipit possessionem. Si uero noxiū animal ab eo omnino expellitur, nec seruat illud neq; pascit neq; potat, innocens est a damno, & damnificatus animal illud pro damno accipit si uult. Animal seu brutum ex facto suo nullam multa seu p̄nā iudici p̄stat. Equus

a. Vide infra ar. lxxij. et Iur. Mu. ar. Cxxij.

b. Animal ex facto multa non p̄stat

Speculi Saxonum

Liber Secundus

c. Nota quod domi-
nus equorum, cuius
seruus aliquem cura-
ru interemit non tes-
netur nisi defuncti
amias unum uerigel-
dum, iudicia autem ni-
hil tribuitur & hæc
est communis præ-
ctica.

aut pecus in custodia famuli seu ser-
uientis existens, si damnum fecerit
ille famulus damnum refarciet cu-
ius custodie pecora fuerant manci-
pata. c. Si uero custos effugerit &
currus animalie domini arestantur
in manifesto facto & probari pos-
sit testibus dominus equorum seu
pecorum refarciet damnum integre,
si non poterit per ius se eximere usque
ad ualorem equorum seu animali-
um & currus qui detenti sunt, uel
his omnibus carebit lesusque hæc om-
nia pro damno retinebit. Consumat
quis fata uillanorum, cum porcis aut
aucis qui quæue commode pigno-
rari non possunt si a canibus mor-
deantur aut interficiantur eorum
damnum sustinebit nec refarcire
oportet.

Glosa.

Equus aut pecus in custodia famuli, &c. Sci-
re debes quod pro omni damno datur Aquil-
lia actio quando damnum culpa alicuius da-
tum est, alias enim quis non teneretur de iniur-
ria vel damno ut in. c. si. de iniurijs, & ff. ad
leg. Aquil. L. sed et si. §. iniuriam. Duo ergo re-
quiruntur scilicet quod damnum datum sit,
& quod culpa dantis præcesserit, & est neces-
se quod facto hominis interueniente damnum
detur culpa etiam necesse est interuenire, ideo
neque furiosus, neque infans dolo carens teneretur
secus si sit doli capax. ff. ad le. aquil. L. v. §. in
iuriam. Ideo etiam non teneretur qui se defen-
dendo damnum dat, dummodo modum ser-
uet alias contra. ff. ad leg. aquil. L. scientiam. §.
qui cum. Talis enim culpa caret cum facit hoc
auctoritate iuris, ut ff. de iusu. & iur. L. ut vim.
Et illud non excusat a culpa quod quis dicat
se ignorasse si ei aliquid poterit imputari. ff.
ad le. aquil. L. v. §. i. & L. scientia. §. pena. Vñ
hic etiam leuissima culpa ei imputetur. ff. ad
le. aquil. L. in lege. Est autem damnum dimi-
nutio vel ademptio patrimonij, ut ff. de dam-
nifec. L. iij. Actio autem de pauperie datur con-
tra dominum quadrupedis, & in eum qui con-
fessus est quadrupedem esse suam, etiam si sua
non sit. ff. de interro. acti. L. si quis in iure. Da-
tur etiam & in heredes & ceteros successores,
& in quasi heredes & quasi quoslibet domi-
nos. ut ff. eo. L. i. §. si. & datur ad extimationem
damni, dando autem illud quo nocuit quis

liberatur, ut ff. eo. L. i. in prin. Et tunc datur cum
nullius hominis instinctu vel culpa interue-
niente. Vel contra suam naturam id est consuetudi-
nem sui generis damnum dedit. Alias autem agitur con-
tra eum qui in culpa fuit. ff. ad le. aquil. L. si ex
plagis. §. quidam & hic. Sed actio Aquiliana da-
tur contra eum qui damnum dedit aut operem
ut de iniurijs ca. si. §. i. Item & contra illum qui
iussit damnum dari excusatur tamen is qui
dedit si precipiens in eum habuit ius precipi-
endi, puta quia dominus vel pater erat cus-
parendum est, nisi in atrocibus. Sed si non ha-
buit ius precipiendi tunc uterque tenetur ad. L.
aquil. L. liber homo. ff. de reg. iur. L. ad ea, & in
fuit. de noxalibus. §. omnis.

Glosa.

Nota quod damnum ut communiter euenit
ex triplici causa. e. Vel euenit voluntarie. Vel
sine voluntate. Vel etiam cum equus aut ani-
mal alicuius damnum infert sine tamen istius
voluntate. De primo habetur Insti. ad le. aq-
li. §. at ne. de secundo. C. ad le. corne. de sicarijs
L. frater. De tertio habetur hic in textu cum di-
citur cuius animal damnum fecerit, &c. Vñ
de etsi quidem hic de pecore textus habet per
id tamen intelligi dantur alia animalia dam-
num facientia, ut ff. si quadrup. paupe. fecif.
dica. L. i. in principio. Sciendum itaque quod
quædam animalia sunt fere nature ut quæ sub
custodibus pabulari non possunt. Quædam ve-
ro domestica & mansueta, ut Insti. de re. diui-
si. §. ceruos quoque. Notandum præterea quod
in textu triplicia animalia ponit, ex eo quia
triplicem differentiam in nocendo habent ani-
malia ut communiter omnia, per canem in-
telligi vult omne animal quod inter homi-
nes versatur ex natura tamen nocium est, Bo-
ues & Verres ex natura quidem damna non
inferunt, furore tamen concitati & inedia pul-
si aliquando nocent, f. quomocumque tamen
damnum per ea inferatur, si post factum dan-
num, dominus illa expulerit indemnis ma-
net. In contrarium istius videtur esse, si qua-
drup. paupe. fecif. dica. §. animalium, ubi dicitur
si animal illud quod nocuit tibi attulerit ab-
soluitur. R. quod paragraphus allegatus non
debet intelligi, quod pecus illud noxam fa-
ciens deberet dari illi cui damnum factum est,
miserabile enim esset & dolor animi afferret,
si pecus occidens puerum alicuius in maiorem
molestiam in domum eius transmitteretur. In-
telligi ergo debet quod pecus noxam faciens
dimittatur, ille vero cui damnum illatum est,
acceptet tandem illud si vult.

Animaduertendum insuper quod tenens &
fouens Leonem, Ursum, Simeam, Leopardum
quibus etiam annumerari potest canis rabio-
sus lupus & aliud animal his simile in loco ubi
homines pretereire solent si faciant damnum
refarcire tenetur, cum verigeldo & multa,
nec eum iuuabit quod post factum illa expelo-

e. Damnum ex tripli-
ci euenit causa.

d. Ad damnum res
quisita.

Damnum quid sit.

f. Vide infra. ar. lxiij.
& iur. mu. ar. Cxx
iij. glo.

lere vellet, vt Insti. si quadrup. paupe. fecit. dica. §. ceterum, & ff. de edili. edic. l. hi enim & l. item generali, & infra eò. li. ar. lxij. & li. iij. ar. li. Si vero huiusmodi animalia seruatur in loco priuato extra viam publicā dānumq; illic aduenienti euenerit excusari forsitan poterit, dicens quod nihil negocij tibi fuit locum intrandi huiusmodi. Vel dicere possit quod forsitan Curiam meā animo malo intrare voluisti, vt Insti. eo. ti. §. ceterum, & Insti. ad l. Aquili. §. item. Exinde liquet qd quēdam animalia mansueta quē circa hominem versari solent. Vel ex sui natura, vel furore incitata inediaq; pulsa nociua sūt. Alia vero quē circa homines non versantur, sicut animalia fera ex natura nociua sunt, quare seruari minime debent.

Iuxta determinatū verigeldum, & c. hoc dicitur propter duo. Primo si animal mansuerit ex natura damnum fecerit ibi necessario requiritur verigeldus. Si vero illorū statutus verigeldus non habeatur vt sunt equi militum, & alia similia animalia, solui debet iuxta valorem. Secundo loquitur si animalia fera de quibus iam supra dictum est damnum fecerint.

Attendendum circa id quod multi passum istum a iure cōmuni discrepare putant, dicit enim hic quod damnum refarcitur cum verigeldo. Secundū leges vero vt Insti. si quadrup. paupe. fecit. dica. §. ceterum in fine, vbi dicitur quod refarciri debet iuxta taxam iudicis. Alibi vero vt ff. de edilio. edicto. l. quia vulgo, habetur qd refarciri debet hominis damnum ducentis solidis quē faciūt decem libras. & quod iura allegata non cōtradiciūt articulo presenti. Iudex enim nihil similis decernere debet nisi id qd iure cautum est, nec enim penam augere, sed nec minuire eidem licet, vt ff. de penis. l. respiciens dūm. Decernere itaq; penam pro excessu debet secundum quod ius mediante quo iudicat disponit. Lex etiam allegata. ff. de edilio. edicto. l. quia vulgo, non discrepat a iure hic nostro. g Communis enim verigeldus est liberorum hominum rusticorum decem librę, vt infra li. iij. ar. xlv.

Animal ex facto suo nullam prestat mulctā & c. hoc ex eo fit, iudex etenim in loco dei sedet, nec mulctam accipit nisi excessus committatur erga deum. Quia ergo irrationabilis bestia non peccat erga deum. Quare nec mulctam prestat. h Sed nec violentiā facere dicitur bestia huiusmodi in facto suo, ex eo qā rōe caret, vt Insti. eo. ti. §. paupies. Aut equus in custodia famuli damnum faciens, & c. dixerat si quidem de animalibus extra custodiā si quid damni fecerint, paragra phus iste tangit de animalibus quē custodiri possunt damnumq; faciant, & dicit quod is cui in custodiam commissum fuit animal illud damnum refarciet. In defectu vero quo id non fecerit vel aufugerit vt textus habet de

min⁹ illius animalis exoluere tenebitur vel carere animali huiusmodi. i Et hoc est contra quosdam stultos qui dicunt quod ille solus in culpa sit damni commissi, cuius curus equi aut pecora fuerint sepiusq; sacramēto confirmare vnum cōgunt, quod pecora illa eius non fuerint. k Precauere tamen ne id fiat iudex debet quodq; homines ad iuramentum etiam quandoq; iniustum non inducat, vt in auten. de iudi. §. quia vero, coll. vi. Nam in eò casu iudex ipse efficitur periurus, quia non seruat iuramentum quod deo & superiori dño prestauit, vt in auten. iussurandum quod prestat ab his. §. iuro ego, coll. ij. & infra li. iij. ar. liij. Preterea iudex efficitur etiam periurus quia iuramentum illud cōtractum eque in iudicem sicut in iurantem vergitur. Est etiam peior homicida, homici da etenim corpus duntaxat interficit, iste vero animam occidit, vt. xxij. q. v. c. qui compulsum & c. ille qui.

Consumat quis fata villanorum cum porcis, & c. l Quia qui damnum infert, eidem etiam damnum inferri potest, & qui ius spernit, ille etiam in subsidium ius accipere minime poterit, hoc iste facit. Quare agere iudicialiter non potest, vt ff. de mino. l. auxilium, & in auten. de mona. §. si vero, coll. i.

l. Ad hūc casum uia de infra ar. lxij. co. li. in glo.

k. Iudex nō facile ad iuramenta homines inducat.

l. Damnum faciens eidem etiam inferri potest.

Articulus XLI

MVictam si iudex extrahere seu emonere non potest in proprio alicuius, in huiusmodi fundo prece debet super portam crucem apponere & per illam impositionem & bannitorum sententiam insignit illud proprium ad opus iudicis a et si istud per dominum fundi intra annum & diem non reuocetur, omne ius quod habuit in ipso abiudicatur domino. Si postea infra annum & diem hæres illius ueniat in iudicium, & se ad suā trahat hæreditatem per sacramentū ut iuris est, debitumq; soluat iudici qd iudex suo sacramento & duorū probare potest & quæ ipse in iudicio lucratus est, hæres proprium sic requirit. Nullum aliud maius debitū iudex in hoc casu probare poterit

g. Verigeldus rusticorum decem librę ut infra li. iij. ar. xlv.

h. Bestia iniuriam seu violentiā inferre non dicitur. Concordat iur. mu. ar. liij.

a. Concordat iur. mu. ar. liij.

Speculi Saxonum

Liber Secundus

nisi tres mulctas & unū uerigeldū,

Glosa.

Superioribus dictum est de verigeldo & emenda & quia post hęc duo sequitur mulcta quę deo ipso spectat, uel iudici in loco dei residenti. Vnde pro intellectu articuli presentis quedam ex ordine notanda veniunt quę ex textu articuli eliciant. Primo quod mulctas iusto recipere debet, hoc tangitur in textu a principio cum dicitur mulctam si iudex, &c. Q. d. quod nulli alteri mulctam recipere licet nisi iudici.

Vnde quandoquidem iudex loco dei residet mulctamq; nomine ipsius accipit. b Quare & potissimum quatuor virtutes in se habere debet. Primo iuris peritiam, vt in auten. de iudi. §. i. coll. vi. c Secundo institiam. Ius em maiorem complectitur misericordiam quā etiam aliquis iudex, vt in auten. eo. titu. §. oportet, & ff. de arbi. l. Celsus. Quare omnia iudicia secundum ius scriptum vt exerceat necesse est ff. ad exhiben. l. ij. & c. de senten. & interlo. l. nemo. & in auten. iusiurandum quod prestatur ab his. §. i. coll. ij.

c Queritur circa id, an iudex secundum ius scriptum d vel secundum suam noticiam & scientiam iudicare debeat, vt in exēplo. Accusetur quis de homicidio, iudexq; sciat illum esse innocentem, sed quia tacet ad querelam & nihil responder, cumq; ei tribus denuntiatur vicibus vt respōdeat ille nihilominus respondere non vult, exindeq; de rigore iuris sententiarī iam deberet. Qui enim tacet consentire videtur, vt ff. de reg. iur. l. qui tacet, & extra eo. titu. qui tacet lib. vi. An ergo is in hoc casu iuxta iuris dispositionem condemnari debeat, vel de scientia iudicis liber dimitti. Quidā dicunt qd' liber dimitti debeat, vt in auten. de manda. princī. §. sit tibi q'q' coll. ij. vbi per imperatorem iudicibus de mādāt quod lites cum omni equitate audire debent breuesq; lites ex non scripto cognoscere & iudicare, prouidereq; ne occasiōe iudicialium expensarum subditi damnificentur, & item. C. de iudi. l. placuit & ff. finium regundorum. l. si irruptionem in fi. & ff. de ferijs. l. ij. & tamen quod iudex istum sententiarē & iudicare debet secundum iuris dispositionem & non secundum eius noticiam vel scientiam, vt ff. de offici. presi. l. illicitas. §. veritas & c. de legi. & consti. l. inter. Nisi forsan sint pueri aut furiosi, vt infra eo. li. ar. lxxv. & li. ij. ar. ij. Et quāuis mirari vnus possit id ita fieri tenendum tamen est non obstante in contrarium sanctione vel pragmatice per Imperatorem vel principē lata, leges enim preferri debent sanctionibus quibuscunq; vt in auten. de iudi. §. omnis autē iudex coll. vi. Ad legē vero allegatam, vbi dicebatur quod iudex cum omni equitate discernere debet & nō ex scripto, intelligitur de rebus parui momenti vt ibidem habet, vel

cum omni equitate iudicabit vbi ius scriptū nō habetur vel super casu aliquo dubitatur, in casibus enim dubijs tutius est fidem adhibere huic qui allegat & probat q' illi qui tacet vt hic in proposito, quare & tutius iudicabit secundum proposita q' secundum scientiam suā. c Tertio iudex in se habere debet vt videlicet se prestat equalem vtriq; parti ad audiendum propositionem & responsionem, vt supra li. i. ar. lxi. & lxiij. infra li. ij. ar. xxx. In auten. vt iudi. sine quoquo supra. §. eos autem coll. ij. Et in auten. vt differētes iudici. coll. ix. Quarto quod irā cōmoti sententias pronuntiare minime audeat, vt. xi. q. ij. c. ira & c. cum apud. & c. summopere & ff. de offici. presi. l. obseruandum. Secundo docetur hic in textu an mulcta iusto recipi debeat ibi cū dicitur, f Mulctam si iudex extrahere. & c. concluditurq; mulctam iusto esse recipiendam iudicem enim proprię & de iure pertinet & dimittens eam male facit ex tribus. Primo quia mulcta est quasi recōpensata vel pena dei propter excessus hominū statuta. Quare dimitti non debet, vt. xxij. q. iij. c. duo ista. Secundo quia si mulcta reciperet autoritas & honestas iudicij vilesceret, vt supra. li. i. ar. lix. & c. de modo mulctarum. Tertio mulcta recipitur vt populus a maiori damno precauatur, vt in auten. de manda. princī. §. quod si, & in auten. de defenso. ciui. §. audient. coll. ij. Tertium docet in textu. g Vnde & ex quibus bonis mulcta exigenda sit, & hoc ibi in proprio alicuius. Sciendūq; circa id quod ratione mulctę aut verigeldi nullus bona immobilia accipere debet nisi eueniat vt hic text' habet. Quod videlicet mulctā ex mobilib' exigere nō possit p simile etiā habet in autē. vt null' mutuas agrico. §. pp' avariciā. col. ij. qd' vez creditor credēs agricolę p debito ei' terrā occupare non debet. Vñ in primis bōa mobilia ad exoluēdū mulctam v' verigeldū pignori debent, vt supra. li. i. ar. liij. & c. de exequutione rei iudicate. l. si vt. Si non sint mobilia expetitur ex censu ex agro vel fundo proueniente. Vltimo vero expetitur ex hereditate, vel proprio sicut hic & c. eo. ti. l. ordo. Iudex preterea prouincialis mulctam expetere non debet in feudo alicuius, istud em ptinet ad iudicē feudalem seu ius militare, vt dis. i. c. ius militare. Quarto docet hic quo pacto mulcta expeti, & quomodo bona huiusmodi consignari debeant & hoc ibi, presco debet crucē apponere, exinde liquet qd' mulcta ad deum pertinet, insignio enim dei cōsignatur, vt. xi. q. ij. c. quicūq; huic mulctę crucis appositio nedū propter id sit qd' iudicium ad deum pertinet, sed vt notū appareat heredibus qd' bona huiusmodi spectant quia alias si ignorarent eis mirime nocere posset vt. C. de iuris & facti ignorantia. l. error. Quinto docetur hic quomodo ille vel heredes eius viceuerfa ad illa bōa sese tra-

e. Nota quod iudex precogitare debet quā in sede residet dei quare recte & iuste iudicabit, alias deus omnipotens in extremo iudicio eundē iudicaturus est. A flor etiā premeditet quod iustam inchoet causam. proximūq; ad expensas & iuramentū non inducat. Reus itidē custodiat quod nō aliud nisi uerū recognoscat. seu. c. lxxij.

f. Mulcta recipi debet, & dimittens eam male facit. Concordat Iur. Mu. ar. xvi. & liij.

g. Mulcta unde et ex quibus bonis exigi debet.

Mulcta g. f. d.

b. Iudex quatuor in se habere debet. Concordat supra li. i. ar. lv. Iur. Mu. ar. xi.

c. Iur. Mu. ar. xvij. gl.

d. Iudex an secundū ius scriptum uel secundū suam noticiam iudicare debeat.

here debent & dicit quod heres iuramento ad bona illa sese trahet exsoluendo iudici ea que sibi debentur, ut hic, & C. de preterito. pigno. L. si preteritum, & C. de pigno. L. cum re. Sexto docetur hic de modo multarum sibi, nullum aliud maius delictum, & c. Hoc idem etiam habetur. C. de modo multa L. eos qui. Vbi dicit lex, quod iudex accipere potest pro excessu multas ternas in anno in cuius correctione persone, si continuatio peccati impulcrit, exceptis tamen furibus, latronibus, qui puniuntur secundum excessus. Tres multas & unum verigeldum, & c. h. Dicere quis posset paragraphum istum contrariari prius dictis, dicit enim quod iudex tres multas & unum verigeldum acquirere potest, cum tamen iudex non nisi multam, actor vero verigeldum & emendam in iudicio consequitur. R. quod iudex quandoque & in certis casibus verigeldum etiam consequitur & hoc tunc quando proscriptus se a proscriptioe liberare vult, fideiussoriamque iudici statuit ad parendum iuri, non tamen comparet, iudex lucratur verigeldum ut sic & non actor. Est enim querela in sanitatem ipsius, ut supra eo. li. ar. iij. & x. huiusmodi enim fideiussoriam seu cautionem iudex acceptare potest sine actoris voluntate, in alijs vero casibus pars respondens verigeldum accipit.

Articulus XLII.



Qui agit contra alium quod ipse feudum eius occupet minus iuste, et alter ipsum feudum se ab alio domino habere contendat, uterque eorum suum dominum adducere in iudicium ad recognoscendum tenetur, a et si quis suum non adduxerit alter qui suum representet feudum obtinebit, dummodo eorum alter in predicto feudo possessionem non habeat magis efficacem, ut pote quia in ipso anno ambo sunt de eodem feudo infeudati. Si quis uero eorum feudum huiusmodi per annum & diem possedit propter uigorem sue possessionis feudum per absentiam domini sui non amittit, sed tamen alteri aut eius uarendatori tunc responde-

re tenetur, legitimo cessante impedimento. Illustres uero seu principes infeudatos per suas patentes literas sigillatas uarendant per suum innatum ministerialem eos transmittendo qui feudum illius nomine defendat & ad obiecta respondeat. Si autem ambo unum feudi nominauerint dominum, ad illum infra sex hebdomadas a iudice transmittatur. Iudexque suos nuntios duos mittat ad audiendum quis eorum uicerit. Victus uero multam iudici & parti preestabit emendam.

Glosa.

Qui agit contra alium, & c. Nota quod ad partem istius articuli concordat lex feudorum, cum dicit si inter pares duos de aliquo beneficio sit controuersia quorum uterque suum proprium feudum esse dicat, & si asserant se diuersos inuestitores habere, coram iudice vel arbitro finiatur. Sed si unum conducent inuestitorem, & possidenti sine fraude guarandare voluerit ipse obtinebit, nisi aduersarius aliquid contra induxerit, ut in lib. feudo de lege Conradi, §. si inter. Item alibi dicitur, si tres vel plures contendunt de eodem beneficio producentes utrinque diuersos inuestitores, iudex in cuius presentia causa ventilatur a duobus requirat boni testimonij homines in provincia eorundem litigatorum commorantibus per sacramentum quod iurent quod illorum absque rapina eius beneficii possessor extitit, & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi iudicio & iusticia dictante de manu sua iudex illud eripiat, ut in consti. feud. de pa. tenen. §. si tres.

Literas, & c. Et nota quod ubi litera seu instrumentum cause perditur creditori casum probanti reficitur & qui casum allegat eum probet. C. de fide instrumenti. L. sicut. Sed qualiter casus amissionis probetur, vide in specu. de pignori, §. i. ver. sed qualiter & sequenti. Et amissio instrumenti non mutat substantiam veritatis. C. eo. ti. L. statum. Et tenor literarum seu instrumenti non potest probari per eos qui rem gestam ignorant. C. eo. ti. L. apud. et cum ab una parte producuntur diuersae scripturae & sibi repugnantes, eis non creditur. C. eo. ti. L. scripturae, & soluto debitor remanet litera seu instrumentum inefficax penes creditorem reddendum debitori per conditionem sine causa, C. de condi. ex lege sine cau. L. dissoluta.

b. Textus uetustiores ita legunt literarum; huiusmodi presentari debent illi contra quem agitur id est reo ad testificandum quereas tam si forsan his post hoc indigerit.

c. Qui casum allegat eundem probet.

h. Concordat iur. Mu. ar. xlvij.

a. Textus antiqui ita habent, cuius dominus non apparuerit ille cadit in sua causa si non ipsum legale impedimentum excuset, quod ostendere possit.

Speculi Saxonum Liber Secundus.

d. De sigillis literarū
uide.

Sigillatas. &c. Sic potest dominus feudi causam delegare feu. c. lxxvi. d. Nota quod statum si sigillo domini contra dominum & prejudicat sibi ut confesso, de fi. instru. si cautio. Et idem est si dominus alteri tradidisset suum sigillum confidit enim quis de illo cui sigillum tradidit, & totam voluntatem illi committit cum imprimeretur imago domini, vel saltem carac- teres nominis eius de fi. instru. c. inter dilectos. Et sigillū cuius non potest legi scriptura non probat, nec meretur dici sigillum, nota. in dicto. c. inter dilectos & sigilli appensio facit consensum no. Bar. in. c. i. §. preterea, qui mo. feud. amitt.

Vnde etiam dicit lex imperialis, si quis asserat cum mandatis nostris se venisse secretis, omnes sciant nemini quicquid nisi id scriptis probauerit esse credendum ut. L. vnica. C. de man. princ. & vide etiam infra li. iij. ar. xxxiiij. Et loqui videtur qui nuntium mittit vel literas, ut ff. de consti. pecu. L. & licet. Omnia enim nostra facimus quibus auctoritatem impartimur, ut. C. de vet. iur. enucle. L. i. ultra medietatem. An autem credatur sigillo ignoto vel obscure sculpro, vide per docto. de fide. instru. c. quod super his, & ibi etiam quomodo neganti verum sigillum incumbit probatio. Sigillare potest quis cedulam licet non legit eam, extra de his quæ si. a maio. par. c. quanto. Contrarium autem notatur de fide instrumentorū. c. ij. quia non videtur sigillasse ille qui non vidit, sicut nec dicitur subscripsisse qui errauit adde infra. &c.

Ministerialem. &c. Et qui eum & ipsius verba recipit, dominum recipit, qui autem spernit eum istum a quo missus est, & cuius fungitur legatione spernit, ut xxi. dist. in nouo.

Glosa.

e. Nota quod feudum hereditarium hereditat de uno in alium iuxta naturam Clypei militaris. Vnde feudum hereditarium est huiusmodi feudum quod ab eo alienare non potest nisi demeretur ex causis supra expressis in li. feu. et confertur ex proprietate domini militibus propter eorum dignitatem, exindeque seruicium prestare tenentur conduci; huiusmodi feudum potest acsi proprietate esset, feu. c. xxxviij.

Satis abunde antehac declarauerat de querelis coram iudice prouinciali preponendis. Articulus presens disponit de querelis incidentibus, ubi & querela principalis terminari non potest nisi illud incidentale prius finiatur. Et ex isto colligitur quod inceptio querelæ quandoque competit vni iudici decidenda, cum vero incidentaliter quid eueniat, ad alium iudicem negotium remitti oportet, ut hic in proposito. Iudici prouinciali competit iudicium, cum quis alterius bona violenter occupat, ut ff. quorum bonorum L. ait preter. & ff. vii. possi. L. i. c. Si vero accusatus dicat bona huiusmodi a domino habere, & ita feudum fore. Iudex prouincialis querelam primum propositam determinare non potest nisi illud incidentale occasione feudi primum finiatur & ita remitti debent ad dominum feudalem, ut textus habet. Quia istud iudici prouinciali iudicare non licet, ut in auten. de consti. Frederi. §. preterea. coll. x. Vterque eorum suum dominum in iudicium adducere tenetur, &c. Istud mirabile quibus-

dam esse videtur. Ex quo quidem iudex prouincialis super vasallo aut bonis feudalibus quæ vasallus a domino habet iudicium exercere minime potest. Is vero paragraphus disponit quod dominus solus iudicio comparere debeat. & tamen quod dominus non ex eo constituitur coram iudice prouinciali quod occasione feudi aliquid agatur, sed duntaxat ad recognoscendum feudum vasalli sui, & ita liberat eum a violentia & impetitione. Hæbentur etiam in aliquibus glosis hic circa articulum presentem certe quædam occasione occupationis & vendicationis feudi instantie & quæstiones de quibus parum ad propositum, magis enim ad ius spectant feudale.

Si quis vero prædictum feudum. &c. hoc est si quis in possessione feudi præscribat non opus est ei guarandatore iam enim tutus est ab omni impetitione, ut insti. de vsuca. & lon. tempo. præscrip. §. & cum.

Et si quis suum non adduxerit, &c. Ex isto colligitur quod venditor varendare emptorem debet cum facto opus sit, ut. C. ubi in rem actio. L. i.

Quæritur vterius ubi venditor emptorem varendare debeat. & sub distinctione si sit occasione feudi varendare eum dominus tenetur coram suis vasallis, ut in auten. de pace, tenen. hæreditari. coll. x. & feu. c. xxxviij. & xl. Quid si varendator venire negligat emptor ex possessione eiciatur an ius perdit suum necne, & quod omne retinet ius quamdiu ille intromissus non præscribat, hoc est quamdiu non possideat anno & die, ut. C. eo. ti. L. vlti. nisi legale importet impedimentum, ut supra eo. lib. arti. vij. f. Illustres suos in feudatos per suas patentes literas varendant &c. Ratio istius est quia si forsan principes soli per se & in personis suis ad iudicium venirent, homines pauperes quibus in iudicio actio est pertimescerent presentiam eorum, & item in actione quam coram iudicio haberent stare eos oporteret quod esset cum dignitate illorum, si etiam sederent contra auctoritatem & consuetudinem iudicii foret, ut in auten. ut ab. illust. & qui super eam sunt digni, §. quæcunque coll. v. & C. de postul. L. quisquis, & C. ubi sena. & clarissimi. L. fina. §. sedendi.

Per litteras sigillatas. &c. Intellige si ibidem nihil falsi appareat, de huiusmodi litteris vide de extra de confir. vii vel inuti. c. cum dilecta, & C. de iure Emphiteo. L. vlti. Vnde litteræ postquam ad iudicium importantur diligenter inspici et legi debent si non sit aliquid abrasum inter linias vel scriptum, & si aliqua litera in loco notius innouata non sit quia alias reicietur, ut extra de crimi. fal. c. licet, et extra de fide instrumentorū. c. inter dilectos. Inspiciendum etiam diligenter est an sigillū principis sit quia alias non valebit, ut. C. de fide instrumentorū in certis legibus. Per suum ministeriale innatum, &c. hoc ex eo fit, iurare enim eum oportebit pro domino

f. Vnde nota quod feudum perditur ex sex causis. Primo cum proscriptus sit ab imperio. Secundo si bona publicentur propter fraudem commissam. Tercio si in mortem domini machinatus sit. Quarto si dominum uerbis uel alio diffamauerit, alij dicunt si cum uxore domini concubuerit. Quinto si ex bello fugerit dominum relinquens. Sexto si ex delicto membrum cruetur, utim, perdiderit. Septimo si bona in feudum accepta alienauerit. Octauo si religionem suscepit tempore quo annos habuerit, & omnia ista contra vasallum dominus probare debet metseptimus quia est actio criminalis, ut feu. c. lv.

g. Littere iudicio presentate diligenter conspici debent,

b. Iuramentum per
vasallos principes ex
qui possunt.

siro si negocium ad iuramentum venerit, & hoc intelligitur in isto quod textus habet, qd feudum nomine ipsius defendat, &c. ^b Vñ notandum circa id. Quando principes iuramentum facere obligant, contra suos ineqiales, iuramentum illud facere possunt per suos vasallos, vt in auten. vt ab illustribus. §. i. coll. v. Iuramentumq; huiusmodi extendit se & de iuratur ad utroq; si uterq; eorum de iniusticia nouerit. Si vero vasallis incognitum erit iniustum esse negotium, iuramentum illud in animam domini cedit, ac si per se solus iurasset, vt. C. de iureiuran. propter calumniam. L. cum. §. si. autem, & C. eo. ti. L. cum & iudices. Contrarium etsi quidem istius videtur esse supra li. i. ar. xlv. vbi habetur. Iuramentum adiudicatum plenipotenti principalis illud explere tenetur. & quod ibi loquitur de hominibus simplicibus siue de his qui procuratores habere possunt si volunt. Principes vero procuratores necessario habere coguntur siue volunt siue nolunt. C. de procuratoribus. L. quicumq; & vi. q. iij. c. si quis. Episcopus, extra de iureiuran. c. i. & ij. li. vi. & in auten. vt ab illustribus & qui super eam sunt digni. §. i. coll. v.

sex septimanis, vt supra. li. ij. ar. xxiiij. & infra ar. proximo. Item supra. lib. i. ar. lxx. Proprium vero contra illum qui presens sit, & donationemq; vidit & ei non contradicit prescribitur in instanti, vt supra eo. li. ar. vi. Contra illum vero qui absens est in. xxx. annis & in anno & die prescribitur, vt supra. li. i. arti. xxix. contra id instare quis posset stante huiusmodi feudi & proprii prescriptioe sequeretur quod feudum melius esset, qd proprietas, quia quod facilius est ad possidendum etiam melius & facilius est ad conseruandum, si ergo feudum in anno prescribitur proprietas vero in triginta annis & anno & die, quare illud facilius obtineretur qd istud ergo, &c. & quod hic non loquitur quod eorum facilius prescribatur, sed quod ex his facilius obtinetur. Si uterq; eorum nullam habeat prescriptionem, vt si vnus moriatur sine heredede feudali, dominusq; dicere velit quod fundus iste per mortuum relictus ad eum iure cedere debeat, ex eo quia feudum sit, heres propior est bona illa loco proprii possidere qd dominus loco feudi, & hoc ex eo, quia dominus confert in feudum bona absq; banni to iudicio. Proprietas vero non nisi in determinato iudicii loco, & sub banno Regio, vt supra li. i. ar. liij. Quare & citius testimonio probari potest, & ita obtineri, vt. ff. de interdictis. L. interdictorum. §. iuris, & ff. quoru bonorum. L. ait pater & C. vti possideris. L. i. Proprietas etiam hereditaria, &c. hic tangit tertium videlicet quando duo dicant, quis libet suam esse hereditatem seu proprium alio legando, vnus tamen dicit esse emptam. Alter vero hereditatem. Iste secundus citius obtinebit hereditatem illam quia ad nullum euictorem se trahere cogitur, verum illud totum ius in bonis habet, quod mortuus habuerat, vt. ff. de reg. iur. L. heredem & C. vñ de legitimis. L. i. & C. vñ de liberi. L. si auus. Emptor vero non plus in bonis habet, nisi quod se ad euictorem trahit, vbi multe interuenire possunt difficultates, quare & difficulter illa obtinere poterit, vt supra eo. lib. ar. xxxvi. & C. de emp. ci. L. iij. & iij. C. vbi in rem actio. L. in re. & L. si quis & infra li. iij. ar. iij.

c. Vide supra li. i. ar. vi.

Articulus XLIII



Si quis bona aliqua sua esse dicat proprietate^a et alter ea sua esse feudum affirmet, facilius ea proprietarius cum duorum bannitorum testimonio obtinebit, ^b & hoc si equaliter ea possideant. ^c Proprietas etiam hereditaria citius obtinetur qd empta uel donata.

Glosa.

Si quis bona aliqua suam esse dicat proprietatem. &c. vide qd de hoc sentitur in vñ. feud. tit. de controuersia inter masculum & femina nam de beneficio in. c. item sciendum.

Glosa.

In precedenti & in isto articulo tria tangunt. Primo si duo occasione feudi decertauerint, & hoc in precedenti articulo habitum est. Secundo si duo vendicent sibi bona vnusq; dicat suam esse proprietatem alter vero suum feudum esse affirmet equali tamen possessione, vt textus habet. d. Vñ de & circa id sciendum quod possessio feudi prescribitur in anno &

Articulus XLIII.



Quicunq; bona aliqua per annum & die absq; iusta cotradictione possederit ^a eorundem uerus efficitur possessor. Quamdiu autem contra retentorem bonorum agitur licet diucius ea retineat ^b iur.

a. Nota ex isto textu rem mobilem anno prescribi. Vide infra li. iij. ar. lxxxij. iur. Mu. ar. xxx.

b. Textus antiqui ita legunt, licet ea diuini uolenter possideat.

a. Vide iur. Mu. ar. lxxx. sub alio tamen sensu.

b. Textus antiqui ita legunt, si eorum probationes fuerint equales, fauorabilior est pars proprietarii ad obtinendum bona illa cum duorum testimonio scabinorum.

c. Notanter in textu dicitur si equaliter ea possideant, quia alias non esset uerum, ut feud. c. v. in fi. glo. Secus etiam si uasallus illa diuini contra dominum ut feud. c. xij. & xli.

d. Possessio feudi prescribitur anno & sex septimanis.

Itam tamen per hoc non acquirit possessionem nec ea præscribit, quā diu uera actio poterit comprobari. Qui uero bona hereditaria aut donata sibi uel concessa retinet non uiolenter (idest quæ nulli abstulit) fructus in his medio tempore per eum perceptos non restituet si postmodum possessio ab eo euincatur, & hoc si pro ipsis bonis iura debita nulli denegauit. Qui etiam in suo feudo aut dotalitio matris aut suæ cognate sibi proprietatem uoluerit usurpare, nisi hanc testimonio sex bannitorum comprobauerit succumbet.

Glosa.

Quamdiu autem. &c. Nam cum dolo malo quis fuerit possessor inuentus non debet sibi talis possessio patrocinari, ut. C. de libe. cau. in multis legibus.

Qui uero bona hereditaria. &c. concordat ad hoc lex communis, cum dicit. Si quis autem a non domino quem dominum esse crediderit bona fide fundum emerit, vel ex donatione aliquaue qualibet iusta causa æque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus quos percepit eius esse pro cultura & cura, & ideo si dominus postea superuenerit & fundum vendiderit, de fructibus ab eo consumptis agere non potest, ut insi. de re. diuisi. §. si quis autem, hic patet de commodato possessionis, & supra. eo. lib. ar. xxxvi. & infra. li. iiij. arti. iij. In re. feu. ar. xxxvii.

Si postmodum. &c. hic uidetur approbari quorundam legistarum opinio quæ habet, quod si aliquis detineat rem alterius per annum, ille perdit possessionem per. L. si finira. §. non autem, & §. eum tamen. ff. de dam. infec. & Sciis re autem debes quod possessio est corporalis rei detentio corporis & animi iuris adminiculo concurrente. Ideo enim dicitur corporalis rei, quia incorporalia possideri non possunt, sed quasi possidentur, ut de electi. c. quæ relata, & de cau. pos. & proprie cum. c. cum ecclesia. Detentio ideo dicitur quia naturaliter tenetur ab eo qui insistit ei. Nam appellata est quasi pedum positio. ff. de acqui. possessio. L. i. in prin. Ideo autem dicitur corporis & animi iuris adminiculo concurrente quia non acquiritur aliter nisi corpore & animo inueneriente, licet solo animo amittatur. ff. eo. possideri. i. & L. quemadmodum, & C. eo. L. licet, hæc autem possessio quam quis

animo & corpore suo adipiscitur naturalis est. ff. eo. L. i. idest de iure naturali gentium induta vel approbata, hæc etiam eadem possessio potest dici civilis scz approbatione. ff. de verb. signi. L. lege, & ff. de origine iuris. L. ii. Nec sunt duæ possessiones sed una. Illa tamen naturalis quam retinet animo, potest dici civilis, quia iuris civilis autoritate tenetur. Iuris adminiculo ideo dicitur, quia possessio quandoque habet plurimum iuris ut ea quæ per seruum in rebus peculiaribus habeo. ff. de acqui. possessio. L. i. §. item acquiritur, & L. possessio, & L. si me. §. seruus, sic est & alia quæ habet plurimum facti, vide de concess. preben. c. cum nostris in glos. §. Acquiritur autem possessio per apprehensionem in rebus quæ in nullius bonis sunt. ff. de acquiren. pos. L. i. in prin. & L. possideri. §. item feras & ff. de acqui. re. domi. L. i. Item queritur per quemcunque qui alterius nomine sit in possessione. ff. de acqui. vel amitten. possessio. L. possideri. §. genera. Item & per furem queritur non enim ad possessionem refert an iustus vel iniustus quis possideat, ut supra eo. li. ar. xxiiij. & infra eo. li. ar. lxx. & li. iij. ar. lxxij. & ff. eo. L. possideri. §. ex contrario, & L. item. Item acquiritur ex secundo decreto ex causa damni infecti, vel alias ubi res adiudicatur pro debito, sed in actione reali, lapsus anni uerum facit possessorem. ff. de bo. auct. iud. pos. L. quis, de offi. ordi. c. pastoralis & de dolo. & contu. c. contingit. Item acquiritur per pacientiam, nam si scierit quid mihi dedisti vel vendidisti, & patienter possessionem intraui & omnia ut dominus gessi possessio nem acquiro. C. de acquiren. vel amitten. possessio. L. minus & ff. si serui. vñ. L. si a re, & per binum actum acquiritur possessio, vel fortius per trinum, extra de causa pos. cum Ecclesia. Acquiritur etiam per traditionem pignoris civilis & naturalis. ff. de acquiren. vel amitten. possessio. L. i. §. per seruum, & L. qui pignoris. Et acquiritur nobis possessio non solum per nos, sed per hos quos habemus in nostra potestate ut per filium. ff. eo. L. quicquid. Item per seruum proprium nisi ab alio possideatur. ff. eo. L. i. §. sed & per eum. Item per seruum fugitiuum qui diu, idest decennio fuit in possessione libertatis bona fide & paratus sit subire iudicium liberale. ff. eo. L. possideri. §. si seruus, & L. per eum. §. ultimo. Item acquiritur per procuratorem, tutorem, & curatorem, rectorem ciuitatis, & prelatum Ecclesie possessio. ff. eo. L. i. §. per procuratorem & §. ult. ff. de condi. & demon. L. municipibus, & ff. quod cuiusque uni. L. vlti. extra de pecu. cleri. per totum. Item etiam acquiritur possessio corpore & animo, ut supra in descriptione pos. Item acquiritur quandoque & sine apprehensione, ut patet in his versibus. Visu, siue rei mutuate uenditione, Clauibus & chartis mea si conduco scienter. Quamuis non aliter detur possessio transit, Visu unde

f. De possessionibus hic uide abunde per totum.

g. Possessio quomodo acquiratur.

e. Nota in hoc speculo ali et diffiali casu possessionem septem testibus probari scilicet in alia simplicia possessione, pro qua duo testes quemadmodum pro dominio sufficiunt de communis obseruanda.

d. Nota quod bona impetere dicuntur, uel impetratio bonorum fit quando unus ad iudicium datur qui bona in possessione habet, & contra eum conuenitur. Unde si quis bona haberet & dominus uiolenter cum de his pellat uel spoliat, uel committat, ex eo quod sibi bona ablata sunt, non propter hoc fit impetratio bonorum, ut C. de edendo. L. edita. ui de seu. c. xiiij.

e. Possessio. q. t.

si rem tuam mihi vendideris que cum in alio
pectu sic me possidere iusseris, vel procurato
ri meo precipio tradendam quamuis aliter
corpore non apprehendam possessionem que
ro. ff. de acqui. vel amitten. posses. l. i. §. pe
nul. & l. quorundā. Quidam tamen dispu
tant, ut in vacua possessione, sufficit aspectus,
& in non vacua exigitur pedum impositio
ff. eo. l. i. §. ff. de acti. emp. & vendi. l. i.
ij. §. vacua. Sequitur in vers. siue rei mutuate
venditione, quia si comodasti mihi rem tuā,
vel pignori obligasti, vel apud me deposui
isti, & ipsam mihi vendideris, eo ipso quod pa
teris meam esse videtur tradita. Insti. de re. di
uisi. §. interdum. Preterea clauibus, nam si cla
ues celle vinarie vel horreorum mihi tradis
deris coram cella vel horreo vendendo mi
hi vinum vel merces, que ibi sunt tradita, vi
detur possessio per claues. ff. de acquiren. vel
amitten. posses. l. i. §. penulti. & ff. de co
trahen. emp. l. clauibus. Sequitur in vers.
& chartis, puta si vedis mihi mancipia vide
or acquisiuisse possessionem, si tradas mihi
instrumenta mancipiorum in quibus contin
etur qualiter mancipia emisti. C. de donas
tio. l. i. Sequitur mea si cōduco scienter, scilicet
constituendo me possidere nomine tuo cui
vendo. Nec enim causam possessionis mihi
muto, se desino possidere & alium ministe
rio meo possessorem cōstituo. Is namque pos
sidet cuius nomine possidetur. Sic loquitur.
ff. de rei. ven. l. quēdam mulier. & ff. de ac
quiren. vel amitten. posses. l. qd' meo. Et
dicitur scienter quia tunc donare videor, et
iam si non vendam, alias si ignorans condu
co rem propriam non paro mihi preiudiciū.
C. de rei. vendi. l. re tua. & de loca. & cōduc.
l. qui rem. Idem si retineo usufructū rei quā
tibi dono videtur enim tradita possessio. C.
de dona. l. quisquis. Usufructuarius tamen
naturaliter possidet, & sic ciuili tantum in
hoc casu traditur. Item & cōsuetudo trans
fert possessionem ipso iure sine apprehensio
ne secundum Inno. & Hostien. in. c. ij. de cō
suetu.

Glosa.

Dixerat si quidem superius de his qui bona
occupāt nondum sufficienti possessione nas
ta. Articulus presens loquitur de bonorum
possessionibus. Vnde pro intellectu articuli
quēdam ex ordine notanda veniunt. Primo
quādo in omnibus & singulis bonis posses
sio acquiritur. Secundo quo pacto acquirat
tur. Tercio ad quid utilis possessio sit. Quan
tum ad primum quando & quo pacto pos
sessio acquiritur. Sciendū quod bona tri
pliciter vni adueniūt. Primo quia ex amicis
hereditarie deuoluuntur, sicut quando heres
des in bona succedunt demortuorum pro
pinqvorum, i & in his acquiritur possessio ex
admortuo, vt. ff. de reg. iur. l. heredem & ff.
de vfu capi. l. possessio. Secundo adueniunt

vni bona ab extraneo, et si fide bona illa pos
sederint in anno & die prescribūt, de iure ro
stro sicut hic, & l. ij. ar. lxxij. Secundum le
ges vero res mobilis prescribit in tribus an
nis. Immobilia vero contra presentem in de
cem, contra absentem in xxx. annis, vt Insti. de
re. diuisi. §. illud, & §. quicqd, & Insti. de vfu
ca. §. iij. ff. de vfuca. l. pōt. k Res vero em
pta a fisco, Imperio, Rege, Regina, prescri
bitur in instanti, & hoc propter eorū digni
tatem, vt Insti. de vfuca. §. edito, & C. de quas
dri. prescri. l. bene, cōtra Ecclesiā vero pre
scribitur in xl. annis. Ecclesiā vero contra te
in tribus annis prescribit, vt in auten. hec cō
stit. §. i. coll. vij. Vnde et si quidem in contrari
um istius videtur esse in auten. vt Ecclesi. Ro
ma. §. i. coll. ij. vbi habetur de prescriptione
centum annorum. R. tamen quod cōstitutio
sequeus & que prius allegata est corri
git istam que vltimate introducta est. Tercio
adueniunt hominibus bona quando ipsi ro
li ea lucrant, sicut feras, bestias, aues, agros
desertos qui ante hac nullius erant occupan
tes fiunt, vt Insti. de re. diuisi. §. fere & §. infra
la. & inde sequitur, quod cum feram aut be
stiam insequeris fugientem vel eandem pos
sides tua est. Si vero post hac in alterius vere
rit manus illius erit, m. Si enim feram vul
neras & eam insequeris tua est si eam prehē
dere possis, si effugerit illius erit qui occupa
re eam poterit, vt Insti. de re. diuisi. §. & illud
& §. quicqd. ff. de acquiren. & retinen. posses.
l. naturalem.

Pro declaratione preterea textus articuli. No
tandum quod possessio est duplex. r. Cor
poralis, videlicet & mentalis. Possessio cor
poralis dicitur quādo rem possidemus teneo
manu vel in ea pedem figo, vt. ff. de acquirē.
vel amitten. posses. l. possessio, & l. si de
re. corpo. §. ij. Mentalis possessio dicitur cū
rem meam menti teneo licet a manibus desi
nasse meis, & ita non cedit ex possessione
mentali, sicut q̄ tēpore nautfragi eijcit mer
ces in mare, nihilominus menti tenet res il
las eius esse non enim voluntarie possidere
desinit, hoc modo etiam intelligere possu
mus de possessione aliorum bonorum que
mente possidemus, non enim omnia corpor
aliter possideri possunt, vt Insti. eo. ti §. vi
ti. & ff. de acquiren. vel amitten. posses. l.
possideri.

Queritur. Ex quo quidem sine mea voluntate
te prescribi possessio nō potest, voluntateq̄
meam declinare nō possum nisi prius de illa
re sciam, an ergo bona possideri possunt
de quibus ignoro. Quidā dicunt quod nō,
quā si tesaur⁹ in agro iaceat meo de quo igno
ratur tesaurum non videor menti possidere,
dato quod agrum possideam, vt. ff. de ac
quiren. & amitten. posses. l. possideri. §.
in certam. Alij respondent sub distinctione
si quis ins habuerit ad rem aliquam eandēq̄
sine possessione se non sequi posse sciat obtine
re

k. Vide ad hanc mat
teriam supra li. i. ar.
xxix. glo. aliam huius
passus declarationem
et in m. ar. xxi. glo.

l. De prescriptionibus
vide.

m. Notandum est
ar. id, quod bona
aduenire uni possunt
ex infundatione, cō
ducto, & appropria
tione, ut in anno,
infra eo. li. circa. ar.
lvi. unde etiam ad hanc
materiam infra li. ij.
ar. lxxij. seu. c. v. &
c. vij. in glo.

n. Possessio duplex
corporalis & menta
lis.

h. Bona adueniūt uni
tripliciter.

i. Vide supra li. i. ar.
xxix.

nebit eandem, dato quod de illa nesciat. Sed si nullum ius extra possessionem acquirere se posse putet, nec illud sciat, extunc nec possidet bona huiusmodi. Preterea acquiri etiam possessori alicuius poterit, si quis nomine tuo illam possideat, sicut si tuus vassallus vel censualis, vel seruus tuus, bona pro persona tua possideat, ut insti. p. quas perso. nobis acqui. §. non solum proprietas, & ff. de acquir. ren. & ammitten. posses. l. i. §. item acquirimus. Leges allegare disponit quod filius, seruus, & is cui vxor commissa est, possessionem acquirere nobis possunt, etiam inscijs nobis & hoc esset contra prius dicta, ubi dicebatur absq; scientia nostra possessionem acquiri non posse. Vel. R. pro exsolutione questionis. Quod noticia seu scientia alicuius rei & voluntas differunt, fieri enim potest quod reus possessor ore habeat de qua nescio, & hoc quoniam includitur res aliqua mihi ignota in illa de qua mihi notum est. Vnde quando possideo rem que mea propria est, voluntarie illam possidere dico. Illud vero quod nolo ut meum sit, nullo modo possidere possum, sufficit ergo voluntatem accedere quis per expressum de re illa nesciat ut ff. eo. tit. l. possideri. Quamdiu vero contra retentorem, & c. p. Circa id notandum venit quod quedam res sunt, que possideri seu prescribi non possunt. Primo res violenter occupate ubi desuper cum violentia queruletur ut iuris est, ut hic & supra l. i. ar. xxix. & l. ij. ar. xxv. & c. vñ vi. l. si quis, & Insti. vi. bono, rapto. §. quod tamen. Secundo res furtive, ut supra. eo. li. ar. xxxvi. & Insti. de vfua. §. furtive, & §. quod autem. Res vero sacre nunquam prescribunt, ut Insti. de re. diuisi. §. nullius, & §. sacre. Qui autem bona hereditaria, & c. hoc intelligi debet quicumque bona possederit, nec alio cui super his ius denegauit, fructus preceptos percipiet, quicumque fructus huiusmodi sint, dummodo fide bona possederit, & cum hoc omnia exposita eidem refundi debent, ut Insti. de interdic. §. commodum & ff. de condici. indebi. l. si in area. & ff. de doli. excepti. l. Paulus. Testimonio sex bannitorum, & c. hoc intelligi se si sit in comitatu, quia si in marchionatu fuerit extunc obtinet cum eo qui sententiam inuenit, vide etiam ad hanc materiam supra eo. li. ar. viij. C. de assessoribus. l. studiorum & l. licet omnibus, & Insti. de interdic. §. commodum. C. de rei. vendi. l. ij. & l. si in area & l. certum, & istud perdit ille qui iniuste possederit, ut C. de fructu, & liti. impen. l. ij. Qui etiam in suo feudo, & c. hoc ex eo fit quia feudum ex gratia datur. Quia gratia autem si quis abutitur perdit eam, sicut in proposito fit, cum quis feudum in proprietatem sibi usurpare nititur, ut extra de priuile. c. ut priuilegia, & c. tuarum, & in vñ. feu. qui. mo. feud. amitti. §. vñ, col. x. C. ubi. sena. conueni. l. ij. & c.

de reuocan. dona. l. ij.

Articulus XLV



Contra quem in iudicio in sua presentia actum fuerit, si effugerit actor, res actionis adiudicetur (id est conuictus est in causa) & si actio fuerit iniuriarum in contumacem reus proscribitur.

a. Concordat iur. Mu. ar. Cxij.

Glosa.

Contra quem in iudicio in sua presentia, & c. potest enim sententia ferri ex precepto vel quasi precepto & expressa contumacia ut in l. tres denuntiatioes. C. quomo. & qua. iudex, & ex monitione facta presenti, ut eo. ti. l. ij. & ex recessu sine licentia iudicis, ut notatur. ff. de re. iudi. l. contumacia, secundum Bald. Et presertim per statuta locorum accusati vel inquisiti qui sunt contumaces, habentur pro confessis, ut in specu. de accusa. §. sequitur circa prin. Pro quo etiam vide glossam supra eo. li. in ar. ix. super verbo, quasi victus condemnatur. Vide etiam infra l. ij. ar. xxxix. §. vñ. Et est ratio presentis articuli quia fugiens iudicium videtur de sua iustitia diffidere. re. xi. q. i. Christianis & lxxiiij. dis. honorat. Hoc etiam scias b quod possum debitorem meum fugientem capere & detinere donec ipsum ad iudicem perducam, ut ff. que in fraudem credi. l. ait pretor. §. si debitorem. Non tamen possum ab eo rem per violentiam auferre, ut satis dicitur. C. de decurio. l. generalis. li. x. & not. ff. de eo quod met. cau. in. l. extat decretum. In sua presentia, & c. Intellige de presente & audiente, alias enim non dicitur fieri eo presente, ut notatur. ij. q. i. in primis & l. ij. q. ix. testes, & xi. q. ij. eorum, & de electio, ut circa lib. vi. super verbo coram.

b. Debitorem fugientem detinere licet. Concordat iur. Mu. ar. xxvij.

Glosa.

In articulo presenti declaratur de eo cum quis reus efficitur cum tamen innocens esse possit, & hoc ille qui in eius presentia accusatur a iudicio aufugit, ut C. de assessoribus. l. consiliarios. Vnde pro intellectu textus clariori nota, c quod innocens quandoque reus efficitur quoniam modis. Primo ut tactum est in textu, & hic in glossa habetur. Secundo quando res furtiva apud quem inuenitur & vendicatur, per iudicemque restitutio decernitur, ille vero res restituere non vult aut facere recusat, ut supra.

c. Innocens reus quandoque efficitur. Concordat iur. Mu. ar. Cxij.

o. Notitia alicuius rei & voluntas differunt.

p. Res quedam sunt que nullo modo prescribi poterint. Vide ad hanc materiam supra. li. ar. xxix. gl.

q. Abutens gratia perdit eam.

eo. li. ar. xxxvi. Insi de obliga. quæ ex delict. nascunt. s. est etiam. Tercio qui nō admittunt quærere. res furtivas aut spoliatas apud se. vt infra. ar. lxxij. & supra eo. li. ar. xij. Insi. de obliga. quæ ex delict. nascunt. s. est etiā. Quarto si vnus alium verbis male tractauerit. vel ei dem iniuriatus sit. decernaturq; vt illud emē dare debeat. ille vō id facere recusat. actioq; post modū criminaliter instauretur reus efficitur. vt supra li. i. arti. lxxvij. & C. quomo. & quan. iudex senten. profer. L. cessante. s. i. Quinto cum respondere nō vult qñ accusatur. vt infra. li. iij. ar. xxxix. ff. de. reg. iur. L. qui tacet. & C. de iureiuran. L. ij. s. ij. & extra de test. c. cum clamor.

Articulus XLVI.

^a. Textus alij ita legunt. Qui arat agros sibi alter commisit deprehensus a contradicatore labore perdit. & ille qui sibi contulit recompensabit laborem. qui seminat eisdē sub interdicto semina perdit & laborem. quicquid seminat ante querelam semina retinet & censum soluit terram obtinent.



Qui alienum arat agrum uel forte alter eundē sibi locauerit nesciēter. Interimq; quod adhuc arat actio contra ipsum moueatur laborem & semina amittit. Qui autem agrum sibi locauerit damnum ei refundet. Qui uero nondum actione mora seminauerit ipsi compere sata uidebuntur. & ei qui agrum obtinebit cēsum præstabit. Qui sata seu seminatos agros alterius arauerit emendā ei dare tenetur. & damnum iure refundet. hoc est quantum crescere potuisset in agris. & cum hoc iudici multam & parti emendationem soluere cogitur.

Glosa

Qui alterius arat agrum. &c. vide etiam infra. li. iij. ar. xx. cum concordant. Concordat cum principio istius articuli ius commune. vt insi. de re. diuisi. s. si quis. & vi de supra eo. li. circa. ar. xliij. Pro alia autem parte articuli vide infra li. iij. circa ar. xx. Laborem & semina amittit. &c. fructus enim magis debentur iure soli q̄ seminis. ff. de usu ris. L. qui scit. & ff. de rei vendi. L. itē Pom. scribit. s. si frumentum. s. idem scribit.

Glosa.

In articulo presenti duo tanguntur. Primum si agrum alienum quis arat scienter. idq; sibi

ante hac interdictū sit. vel per eū cuius ager est. vel per alium quemcunq; nomine ipsius accusatus super eo perdit laborem. est enim male fidei possessor. vt. C. de rei. vendi. L. domum. Si vero interdictum sibi non sit obtinet laborem & impensas contra illum qui ager est. vt insi. de re. diuisi. s. certe. Secundū quod hic tangitur est qd̄ ille qui pro eo accusatus non sit. vel actione nondum mora seminauerit. iste retinet sata soluendo censum. Dicere quis posset huius glosse declarationem sibi esse contrariam. dictum est enim p̄ se us quod iste qui sic nescienter. & qui actio nondum mora seminat. tam impensas q̄ laborem retinet. hic uero dicitur qd̄ censum exinde soluere tenetur. Si ergo censum præstat sata loco census retinere videtur & non pro suo labore. & quod ibi loquitur de agro qui liber est. hic uero loquitur de bonis seu de agro censuali. sicut si ego meo censito agrum tuū tanq̄ meum conferrem. Quod si forsan leges in contrarium allegarentur & signanter insi. de re. diuisi. s. si Titius & ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. s. si alienam. vbi dicitur si plantam in fundum meum inseris cum cresecit mea erit. Ita in proposito. sata in alienū agrum iniecta illius esse deberēt cuius ager est. & tamen quod leges allegare & similes quæ adduci adhuc possent intelligi debent de illo qui dolo malo id agit. Textus uero articuli loquitur de eo qui ignoranter id faceret vt insi. de re. diuisi. s. certe. & ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. s. appellatione. Qui seminatos agros. &c. Textus iste est contra illos qui dicunt. quod quotienscūq; arando agrum alienum aratrum subleuat & e contra dimittit. toties multam & emendā succumbet. falsum enim est ex paragrafo presenti. Debet enim damnum resarcire. hoc est tantum dare debet quantum crescere potuisset in agris. dominoq; emendam & iudici multam præstabit. sicut hic & infra li. iij. ar. xx. & C. de fructi. & lit. expen. L. ij. Epilogando itaq; articulum istum scire debemus. Qui agrum ignoranter arat laborem retinet suum. Qui scienter id facit laborem perdit. Qui seminatos agros arat emendā & multam absoluitur. Qui uero arat terram quæ presentiam sibi abiudicata est & post querelā alteri desuper pax indicta. vitā demeritur. sicut leges allegare disponūt & articulus p̄ns.

Articulus. XLVII



Qui sua pecora in alterius sata uel gramina immiserit damnum resarciet. et tres solidos possessori dabit pro emenda. Si autem

dominus pecorum immissione præsens non fuerit, & pignorantur, damnum si ostensum fuerit soluat dominus put a paganis arbitretur, a & sex nummi eius emenda erit a quolibet cuius pecora erant. Si uero animalia sunt quæ pignorari non possunt, sicut equi feroces, apri, b extunc damnificatus assumat duos uiros eis damnum demonstrando, pecoraque in ædem domini sequatur cum inculpando ipse tandem in soluendo eadem tenebitur ac si pecora fuissent pignorata. Qui pecora sua in communia alterius prædij seu uille pascua immittit, in sex nummis delinquit pignoratus. In cultum agrum si quis pertransierit, nisi forte pratum fuerit insignitum, non punitur.

Glosa.

Qui sua pecora in alterius. &c. Cõcordat cum non cum dicit si leserit quisquam agrum vel vineam & dimiserit iumentum suum ut des pascat aliena, pro damno extimationem restituet, ut in. c. si leserit de iniurijs. Et sex nummi. &c. licet enim possim pignorare aut includere pecudem tuam mihi tantum damnum illud tamen celare non debeo. Vide Bald. in a. d. i. spe. titu. de actore. Qui pecora sua. &c. c. Nota quod si communis consuevit infra limites alterius a tempore quo non extat memoria hominum animalia sua pascere, aut ligna in nemore sciungere aut graminia, seruanda est huiusmodi consuetudo, sic de deci. in. c. cum sint & c. suggestum de deci. de verb. signifi. quid per noua le. C. de seruitu. L. preses, p. Ioan. And. in nouella, & in. c. dilecti. de arbi. Incultum agrum. &c. Et hoc licet secundum ius diuinum, ut. i. dist. c. i. Secus autem est de iure humano. Unde dicit Imperator per agrum quidem alienum qui seruitutem non debet, ire vel agere vicino non licet, uti autem via publica nemo recte prohibetur, ut in. L. per agrum. C. de seruitu. & aqua.

Glosa.

In articulo præcedenti dictum est de eo qui agrum arat alienum, articulus præsens disponit de damno per immissionem pecorum illato, & is

qui sic damnum facit peior est quam ille qui agrum arat. Qui enim alienum arat agrum domini? agri potest quandoque ex eo commodum accipere, utpote quando scienter agrum ille arauerit, iste uero nullum commodum facit. Quare & punitur propter iniuriam in vicinū illam tam ut sextus habet. Qui enim contra ius facit iniuriam facere dicitur, ut Insti. de iniur. §. generaliter, & ff. eo. ti. l. i.

Si autem præsens dominus non fuerit, &c. d. Ex isto liquet quod ius facilius absoluit absentem quam si præsens solus esset, & hoc ex eo quod opinatur quod doleat de damno facto, quare minoratur sibi emenda. Damnum nihilominus refarcire tenetur. Is etenim cui damnum illatum est, eque in commodum patitur, siue iste doleat siue non, sed contumelia ratione cuius emenda soluitur, est iuxta affectum hominum, ut Insti. ad le. Aquili. §. item & l. dist. c. hi qui. & c. sepe. & c. si duo.

Sex nummos dabit, hic dicitur quod unus dare sex nummos debet. Quid si pastor communis fuerit omniumque rusticorum pecora pascat, an etiam emendare debeat cum sex nummis, uidetur enim quod non quia alias contrariaretur huic paragrafo. & qd nulla est contrarietas quia dato quod multorum sint pecora, illa tamen pastoris pertinent, eius enim periculo subsunt, postquam eius custodie committuntur, ut in. ra. ar. liij. In cuius uero custodia vel prouisione quid factum sit, illi respondere tenetur, sed & sibi responderetur, ut Insti. de obliga. que ex delicto nascuntur. §. item si fullo. Quare pastor emendam soluit ac si unus homo. Sed si dicas emendat ut unus homo ex eo quia eius sunt pecora & est præsens, extunc emendare deberet tribus solidis sicut prius dictum est. & qd pecora huiusmodi sua sunt quoad custodiam & non quoad dominium & ibi præsens est ut custos, non tamen sequitur ut pecora illa sua sint, quodque maiorem emendam pro alterius pecoribus soluere deberet quam ille cuius proprium pecus est utpote sex nummos. Quod autem pastor ad emendam cogatur est ex eo, quia non satisfacit officio sibi commissio, ut in auten. de iudi. §. i. coll. vi.

Si uero animalia sint. &c. Ex isto textu habetur quod Saxo testimonio convinci potest & hoc propter id, ne pecora per illum quæ in satis vel gramminibus preuenit occidantur ledantur, vel mutilentur, & ita admittitur testimonium ac si pignorum pecus esset. Alij interpretantur textum istum, quod in eo casu Saxo non conuincitur sed pecus, ut supra eo. li. ar. xxxix. f. Aliter enim pro re parui momenti iudicatur quam pro re magne estimationis, ut in auten. de manda. principi. §. sit tibi. col. iij. & c. de sententia ex periculo. recitan. L. nisi breues, ubi innuitur quod ceremonie iudiciales occasio ne vilium rerum seruari non debent sed simpliciter iudicentur.

Qui pecora sua in communem alterius prædij

a. Alij textus addunt, et si plures sint quilibet sex denarios pro pecore emendam dabit damno soluto.

b. Alij addunt ursi, anseres.

d. Ius facilius absoluit absentem quam si præsens sit.

c. De pastoribus uide

e. Concluditur ergo iuxta glo. antiquorum Codicum quod sex nummis pastor in eo casu absoluitur.

f. Alter obseruatur modus in iudicando res parui momenti, quam in rebus magne importancie.

82. Queritur an rustici possunt maiorem inter se statuere poenam pro excessu huiusmodi occasione pastorum q̄ quę iure descripta sit, g. 82. q. 8. sic, illud tamen minime nocere poterit cum vicinis villis. h. Plebi scitum enim dicitur ideo quia ligat illos qui in illud consensuerunt. Si ergo plebi scitum illud per rusticos vicinis villis conclusum nocere deberet alijs circumvicinis, non esset plebi scitum sed ius. ¹ Priuate autem persone ius cedere minime possunt, vt. C. de iurisdicōne omnium iudicium, L. priuatorum. Incultum agrum si quis pertransierit, &c. intellige si via per huiusmodi agrū prout decretata sit ad aliam villam, ^k quęlibet enim villa viam liberam prestare debet alteri villę, vt Insti. de serui, rusti. & vrb. predi. §. rusticorum. Sed si vnus nouam faciat viam p̄ agrum pignori potest, vt supra. eo. li. arti. xxvij. Si vero quis dicat articulum presentē contrarium sentire, tu tamen responde quod ibi loquitur de agro, qui quandoq; incolit, hic vero de agro deserto nisi forte prout sit, vt Insti. de iuri, acti. q. priua. L. i. §. i. cuius.

Articulus. XLVIII

Quicquid pastor in sua custodia amiserit ad eius tenetur solutionē. Si quis dimittit fruges in campo aliorū fructibus vicinorū introductis, si conculcentur aut cōsumuntur, postmodū a nemine sibi persoluantur. ^a Per simile est de decima, si decimator eam non suscepit, & a decimante dimissa ac p̄ uillanos demonstrata fuerit. Quod libet animal quod fetum parturit, ubi de uesperis ad hospiciū uenit illic debet suo tēpore decimari. Annona decimatur in campis, animalia in uillis in qualibet domo ubi nascuntur. Decime dantur ab omnibus animalibus reptilibus ^b exceptis gallinis ^c Quęlibet curia uel solum aut singularum domus cum uno pullo seu gallina decimatur p̄ festo sancti Martini. Vbi decima soluitur in cāpo, decima sexagene dabitur eque bōa, uel decimus ma-

nipulus. Introducere uolens annona hoc intinet decimatori, si in uilla sit seu in agro, quod si decimator non curat, ipse solus personaliter deputet decimā, ita quod si postmodū impetitus sit, suo possit saluari sacramento, & duobus eam uiris demonstrēt ac eam stare permittat, quod si postmodum annihilata & contumpta fuerit, sine damno manebit. In multis locis deputata & certa annona in sexagenis sub certo numero, nomine decimę & agnus de ouili unius curie pro decima datur. ^d Vbi decima soluitur ut dictum est in sexagenis, funiculus duarū debet esse uinarū a pollice incipientium per quem manipuli ligabūtur, & hoc in frugibus hiemalibus obseruetur. Qui secundū consuetudinem decimam soluit bene soluit. ^e De appibus autē & cunctis animalibus, decimator suā accipit decimam si expectare uoluerit de anno in annum, quousq; sibi de illa domo cedere possit. Si autē expectare noluerit detur ei qd' ad eum annuatim pertinet. De polestro idest pullo equi & muli unum nummū, de oue, asino, uitulo, edo, porcello, dimidium nummi si sint in nūero quinario aut infra. Si uero in senario consistent nūero, uel ultra, decimator sextum cū duobus nummis. ^f Septimum cū altero dimidio. Octauum uno denario. Nonum medio nummo seu obulo liberabit. Dominus autem animalium duo capita excipit ex sex, & tria de nouē, postmodū eligat decimator unū, consimiliter decimantur pulli anserum, secundumq; aliquos & caprarū uno denario.

Glosa.

P iii

^d. Textus uetustior res ita legūt, si soluitur decima ut dictū est in capetibus seu sexagenis, ibi debet ligamen inter duos nodos cubitum obtinere in annona hyemali.

^e. Alij textus habēt de appibus & cunctis animalibus decimam acapit decimātor, de anno in annū si uoluerit expectare donec sibi de iure contingat de domo soluentis, quod si noluerit decimam acapiet in compensatione.

^f. Nummus in proposito duos constituit obolos.

^g. Ad hanc materiam uide supra li. i. ar. lxij. iur. Mu. ar. i.

^h. Plebi scitum unde dicitur.

ⁱ. Priuate persone ius cedere minime possunt.

^k. Villa quęlibet uiam liberam prestare debet ad aliam uillam.

^a. De decima uide per totum.

^b. A gallis non decimatur.

^c. Alij textus habent curia sine horto, & item domus in horto preterea domus specialiter inhabitate decimantur uno pullo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

Quicquid pastor, &c. Tenetur enim pastor de custodia, vt. ff. l. ca. l. qui mercede & xxij. q. iij. tres personas & vide vltra que notantur in glos. quis de regulis iuris.

Vbi de vespere receptum fuerit decimatur, &c. Et secundum legem Moysi, leui. c. vlti. videtur deberi decimum in ordine nascendi qualecunque optimum vel minimum, hoc verum si ab alijs cognoscatur, alias cessabit iste rigor, facit. c. sacris de sepul. & quod ibi notatur, & tunc debet prestari mediocriter, & dabitur agnus vel hedus lactatus & congruus ad usum facit. ff. de soluti. l. si seruus & in fi. & de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. inter certā. Si eam tunc non expectant, &c. Iste etiam pater decima debetur potest de iure comuni petere interdici domino fundi ne fructus colligat vel exportet, nisi eo vel eius nuntio presente Arg. C. li. x. quando & quibus quarta pars de ex vo. decu. 10. li. §. & ff. de rei. vendi. l. non solū. Si enim habet partem in fructibus ratione decime, ergo & in fundo, quia fructus sunt pars fundi, ff. de rei. vendi. l. fructus, & ita e communi potior est causa prohibentis, ff. commu. diuidi. l. labinus, immo quod ipse aut eius nuntius debeant interesse probatur, ff. de procura. l. Paulus, ff. de ino. si. testamen. l. si suspecta. §. i. & ff. de adoptionibus. l. nam ita, ff. de appellaci. l. si p. iutorio, cum multis similibus, de quo plene vide in spe. u. de decimis ver. vlti.

Glosa.

Quicquid pastor in sua custodia amiserit, &c. In omni enim conductione damnum prouideri debet, dato quod expressum non sit alias respondere super damno tenetur, vt In si. de loca. & conduci. §. penul.

Ad eius tenetur solutio, &c. Contrarium istius videtur esse eo. ti. §. vlti. Vbi dicitur quicunque rem diligenter custodit, si damnum interuenierit refarcire non tenetur, & quod scriptum solui argumentum istud. Si enim tantam diligentiam facit in custodia, quantam facere potuit, non tenebitur de damno. Textus vero articuli disponit, de illo qui ex negligentia id facere omittit, v. ff. eo. ti. in multis legibus.

Si quis dimittit fruges, &c. dictum siquidem superius est, quod damnum refarciri oportet, si quis ex negligentia illud fecerit, vt hic in primo paragrapho, & supra eo. li. ar. xxx viij. infra eo. li. ar. xlix. ff. de damno infecto. l. in. §. paragraphus loquitur de illo qui sibi ipsi causa est damni, sicut est ille qui fruges in campo dimittit. Negligentia enim vnicuique nocua est g. vt supra. ar. xl. & infra. xlix. ff. de reg. iur. l. quod quisque & ff. de verbo. obli. gatione. l. moram & l. cum filiis. Sed nec querulari occasione damni illius poterit quare iure a querela alienatur, vt. ff. de reg. iur. l. non videtur, Quicquid enim ipse solus facit

eidem imputabitur, v. ff. de a. bi. l. diem. §. scari, & C. de iure deliberan. l. scimus. §. q. Per simile est de decima, &c. Pro intellectu istius paragraphi aliqua ex ordine notanda veniunt videlicet decima quid sit. Item qui eam dare teneantur. Item cui offerri debeat. Item que pena statuta sit contra illos qui decimam non soluunt. Item de iure occasione decimarum. Quantum ad primum sciendum quod decima est oblatio dei decime partis rerum a domino deo per laborem tuum largitarum, que & iuste soluitur, vt. xvi. q. i. c. decime. Quantum ad secundum. Decima ab omnibus hominibus dari debet, vt extra de deci. primi. & obla. c. decimam partem.

Quantum ad tertium decima prestatur Ecclesijs locorum & villarum earumque prebiteris, vt. xvi. q. vii. c. decimas. i. Soluique decime debent ex omnibus fructibus terre & animalibus de anno in annum nascentibus mercede deferuita, & de omni honesto lucro ac negotiatione, xvi. q. i. c. decime. Quantum pro quarto pena eorum qui decimas non solvunt priuantur enim bonis terrenis & celestibus. Deusque omnipotens auferit benignitatem suam ab ipsis minusque crescere faciet, vt. xvi. q. i. c. decime. Quoad ultimum quo iure occasione decimarum agi debeat. Sciendum quod negotium occasione decimarum ad forum pertinet spirituale, vt in clement. c. dispeditiofam de iudi. & extra de arbitri. c. contigit, & de iudi. c. decernimus. Unde & decimam non soluens excommunicari potest, quod si proteruiter in eo se presterit, potestas secularis eundem coercet transgressorque incutit poenam sexaginta solidos, vt infra li. iij. ar. xvi. & lxiij. c. i. c. statuimus, & in canon. & in c. in sacris ibidem decimis plura vide.

Queritur an laicus decimas accipere possit. Quidam dicunt quod non. Iure enim id prohibetur, vt. xvi. q. i. c. i. & extra de decimis. c. quonia, & de res. rip. c. vlti. vbi expresse habetur quod laici decimas accipientes peccant. Alij vero dicunt quod Episcopus decimam pro libitu conferre potest, eandem operipignorare, vendere, vt extra de empci. & vendici. c. i. & de loca. & conduci. c. vestra. Alij vero contrarium sentiunt, quod videlicet laicis illud conferre minime potest, vt extra de deci. c. ad huc, & x. q. i. c. hanc consuetudinem. Quidam vero istud limitantes dicunt, Episcopum conferre decimas posse reservato sibi dominio, quia alias sine voluntate Episcopi id fieri minime potest, vt. xvi. q. i. c. in canonibus. In contrarium licet istius sit. xvi. q. vii. c. i. vbi expresse habetur, dato quod consensu Episcopi adueniat id fieri minime potest. Unde & aliqui, Canones pro & contra allegatos concordando dicunt, quoad vnam partem, quod videlicet decimas laici habere possunt, intelligendum est de decimis que ad aliam quam Ecclesiam applicate sunt. Vbi vero dicebatur quod laicis decime prohibentur nec

h. Decima. q. i.

i. Decima a quibus rebus prestatur.

k. Actio occasione de amarum ad seru. spirituale pertinet.

l. Decimam non soluens que pena.

m. An laicus decimas accipere possit. Vide ad hanc materiam infra eo. libro. ar. lviij.

g. Negligentia cuiuslibet est nocua.

eis ut possunt, ut x. q. i. c. hanc consuetudine. Intelligi debet de decimis vel oblationibus que in Ecclesia offeruntur. Omissis tamen pro & contra allegatis canonibus, & quod laici ex antiqua consuetudine decimas in feudum habere possunt & illas in suos successores hereditare, ut extra de his que sunt a prela. sine consensu. c. cum apostolica, & de privilegijs. c. cum & plantare. Intelligendum tamen si ante constitutionem que facta est. Anno, Millesimo centesimo septuagesimo nono concessit in feudum huiusmodi decime fuerunt, quia alias post constitutionem possideri non poterint nec acquiri, ut extra de decimis. c. ad hec & c. quis, & c. prohibemus, & de rescriptis. c. causam, & qui aliter facit periculum anime sustinet. Immo contrarium faciens Christiana debet priuari sepultura ut in dic. c. prohibemus.

Animal ubi de vespere ad hospitium venerit, & c. Intellige dato quod in campum alienum animal ad pascua pellatur, decima tamen soluitur ubi iumentum noctu hospitio declinat, idque de consuetudine sit. Consuetudo enim est optima iuris interpret, vicit enim legem si post legem introducta sit, ut Insti. de iur. natu. §. ex non scripto. Quicquid enim de decimis habemus magis ex consuetudine sit, que & legem ut dictum est opprimit, ut ff. de legi. & consi. l. de quibus & iij. dist. c. statuimus.

Articulus. XLIX



Nulli licet stillicidium seu tectum a suorum aedificiorum in aream seu fundum alienum extendere.

Vnusquisque etiam tenetur partem curiae suae sepere, alioquin damna per hoc vicino suo illata refarciet, sua vero damna sibi ipsi imputabit.

Glosa.

Nulli licet stillicidium, & c. Vnde etiam dicit lex communis, Si quis velit vicino aliquod ius constituit, pactonibus atque stipulationibus id efficere debet. Potest etiam in testamento quis heredem suum damnare, ne alius tollat sedes suas, ne luminibusedium vicini officiat, vel ut paciatur eum tygnum in parietem immittere vel stillicidium habere, vel ut pactatur eum per fundum iter agere aquam eum ducere, ut in §. si quis. Insti. de serui, rusti, & verba predictio, vide ad hoc, ff. de damno infecto. l. dies & per totum. Pro hac materia vide etiam aliquid notatum in lib. iij. circa

ca arti. xxxi. & infra eo. lib. articulo. li.

Vnusquisque etiam tenetur partem suae curiae sepere, & c. Quidam dicunt, ad altitudinem vnius hominis facit infra li. iij. ar. lxxvi. circa medium. Alii usque ad genua hominis facit supra eo. lib. ar. xxxviii. Alii dicunt esse arbitrarium & arbitrio iudicis ordinarii relinquendum cum hic non deciditur, facit de offi. delega. c. de causis. Hoc verum est si istud non est speciali consuetudine vel statuto loci determinatum. Primum tamen vidi multociens observari, vide etiam iur. mu. arti. xxxi. Alii vero dicunt quod taliter debet fieri munitio ne vicino damnum inde contingat alias veniet damnum refarcendum, ut hic dicitur.

Vide in materia servitutis in diuersorio vulgari. d. Et nota, Si area non potest habere ventum nisi ab una parte ipso iure in illa parte constituta est servitus. Adeo quod aliquis non potest ibi edificium altius extolle, neque arbores plantare, neque aliquid aliud facere quod exinde vetus impediatur, tex. est notata. in l. cum talis. C. de serui, adde notata in fti. de seruitu. rusti. & verba predictio, & insti. de acci. in §. eque si agat in reperto.

Glosa.

Articulus praesens cauet de futuro danno, vnde pote quando vicinus edificia fruit in ea forma inam quod stillicidium in vicinum suum immittere velit, & huiusmodi damnum nondum est factum tendit tamen ad effectum, in huiusmodique casibus vicinus illud iudici denuntiare debet, & huic qui edificat. Si vero vicinus post denuntiationem antequam super his respondeat ulterius edificet, demolire & ista cogitur, dato quod probare vellet illud iure facere posse, ut ff. de operi. noui. nuntia. l. operis noui nuntia. & sequentibus, & ff. de damno infecto. l. pretor ait. Nec est contra paragrphum, item verborum, Insti. de serui, rusti, predi. ubi dicitur quod vicinus stillicidium aliterius vicini ferre cogitur. Textus enim articuli praesentis loquitur de illo, ubi consensus non aduenit vicini.

Vnusquisque etiam tenetur partem curiae sepiere, & c. virgultis vel roboribus, & per id praecauetur de futuro damno. Similiter vicinus querulari potest contra alium, si vnicui ipso domus contiguas in vno pariete fundatas habeant, timeaturque de ruina vicine domus, propter vetustatem vnde iudex eum amonere debet, ut super damno pvideat & assecuret, vel alias iste mittetur in possessionem, ut ff. qui ex cau. in. possess. ca. l. i. & ii. & ff. de dam. infecto. l. dies. Si vero non querularis nec petis cauere de damno, interimque edificium corruat super domum tuam, damnum nihilominus refarcire tenetur, vel ligna seu robora que in curiam vicini ceciderunt vicinus seruabit, ut ff. de damno infecto. l. euenit. Si vero damnum sibi immet illatum est, sibi ipsi

d. Area si vetum non habet nisi ab una parte potest prohiberi ne iuanus eas faciat ex illa parte.

e. Concordat iur. Mu. ar. Cxxvi. glo.

f. Quomodo unus puidere sibi debeat si domus una sit iuncta.

a. Vide supra eo. lib. ar. xxvi. glo.

a. Concordat iur. Mu. ar. Cxxvi. Intellige si non sit consensus iuncti secus est si consensu, ut Insti. de seru. rusti. predi. §. item vel dic nisi per annum quiete sic possideret quia tunc praescribitur: supra li. i. ar. xxviii.

b. Concordat iur. Mu. ar. Cxxvi.

c. Testamento seruitus et libertas institui potest.

Speculi Saxonum Liber Secundus

g. Edificia struere unus potest in altum quantumcumque uoluerit iude infra ar. li.

h. Domus uiam tempore incendij impune destrui potest.

imputabit, vt. ff. de reg. iur. l. quod quisque & C. de iure deli. l. scimus. §
Nota qd' vicini edificia sua struere in fundo suo potest in altum quantum sibi placuerit, etiam ad aera, dato quod luminibus vicini officiat, vt. ff. quod vi. aut clam. l. si. §. per nul. et hoc est verum si domus est sita preter seruitutem idest quod seruitus contra eum probari non possit. Vnde si seruitus nulla fuerit faciens fenestram ad alienam curiam cogitur proprijs sumptibus rem in pristinum restituere statum, vt. C. de serui. l. altius quidem. Nullus tamen potest stillicidium vel defluxum rignum & similia in vicini curiam vel edificia ponere, vel insigere nisi sit consensus illorum vel ex venditione, donatione & his similibus, vt. l. nsti. de serui. rusti. p. r. d. i. §. si quis.
h. Nota quod domus vicini potest impune destrui in tempore incendij timore futuri damni exinde, vt si ignis usque illic peruenierit non tenetur de damno ille qui destruxit. Si vero non peruenierit illuc tenetur destruens restitutionem, vt. ff. quod vi. aut clam. l. si alius. §. est & alia.

Articulus. L

a. Concordat iur. mu. ar. Cxxij.

b. Ratio est ut dignoscatur quod scopus cum pertineat, si aut a simili quando dignoscimus cuius paries sit & ad quem pertinet perscrutatur, unde & ex qua parte figitur clauis et in qua parte capita clauium sint illius paries est



Qui lapides aut arbores finium regundorum id est distinguendorum limitum ponere uelit, uicinos qui ex altera parte fundum habent ad id uocare debet. Qui curiam sepit uirgis, uersus fundum suum arbuta debet uertere uirgarum b

Glosa.

Qui lapides finium regundorum & c. vide. C. si. regun. l. i. §. & per totum. Pro materia istius articuli secundum ius commune de pena amouendis terminum notatur. lxxxvi. dist. tanta nequitia. Et nota quod si damnum datur & nescitur per quem, presumitur contra vicinum arg. ff. loca. l. dñs. & de fun. instruc. l. si ita. Et ratione vicinitatis consequitur quis damnum & commodum Arg. ff. de serui. ru. p. r. d. i. l. qui duo & quod ibi notatur & ff. de contrahen. emp. l. quod sepe. §. si. De isto iudicio, uidelicet finium regundorum, vide hic in glo. & in. c. ex literis de p. ba. & inspecu. de iudi. §. sequitur, & infra ar. lxx.

Glosa.

c. In causa finium regundorum quedam specialia uidet.

Circa articulum presentem quinque notanda ex ordine veniunt. c. Primo quod circa fines

limitandos dominus potest fundum vel agrum suum in quantum suus est limitare, terminare & adaptare, prout sibi placet, vt. C. finium regundorum. l. i. & §. d. Secundo quod nulli admittitur actio super diuidendo vel occasione finium regundorum nisi actor ostendat bonorum illorum possessionem, occasione quorum limitatio fieri debet, vt. C. eo. ti. l. si quis. Tertio cum possessio probetur ex tunc diuisio subsequi debet non obstante contumacia partis aduersae, vt. C. eo. ti. l. i. §. qd' si altera pars. Quarto quod qui conatur alterius fundi partem occupare, victusque si sit tantum amittit de suo, quantum ipse vicini occupare uoluit, vt. C. eo. ti. l. si constiterit. Quinto quod actio finium regundorum non longi temporis, sed triginta tantum annorum prescriptione locum habet, vt. C. eo. ti. l. vlti. In contrarium licet sit. l. nsti. de usufructu. §. iij. ubi dicitur quod res mobiles per triennium. Immobiles vero inter presentes decennio. Inter absentes vero viginti annis usufructuuntur. & quod ibi loquitur de prescriptione bonorum, hic vero de prescriptione limitum.

Qui curiam sepit uirgis, & c. Concordat. ff. finium regun. l. sciendum. §. si quis. lexq. illa Solonis est Athenienis data, & inter leges xij. ta. apud Romanos habita. Si quis septem vel maceriem iuxta alterius regionem effuderit, terminum non exceduto. Si autem murum, unum pedem derelinquat. Si domum, duos pedes. Si sepulchrum aut foueam effuderit quantum profundum idest quantum extenditur fouea interius tantumdem derelinquat, si puteum, passum unum. Oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plante, in ceteris autem arboribus quicquid pedes seruant, forte oliuam & ficum hec lex ab alijs arboribus distinxit quia huiusmodi arborum radices longius proserpunt damnumque ob id finitimis afferunt, an hoc tamen sit verum agricolas consule, ibidem ex glosa. Notandum ibi cum dicitur in preterita lege duos pedes, immo uidetur quod in edificatione qualibet que sit a priuato iuxta priuatum debet spatium decem pedum liberis aeris relinqui. Si autem iuxta horrea publica quindecim pedum alias domus destruitur & solum fisco applicatur, vt. C. de edi. priua. l. Meniana, & ita uidetur esse contra legem presentem, dicunt tamen quidam hanc corrigi per illam. Alij dicunt quod illa loquitur in Menianis. i. solaris, hec autem in ceteris edificationibus vel structuris qd' est verius, non enim adeo defacili lex una debet corrigere aliam, correctionem enim iuriu vitare debemus.

d. Concordat iur. mu. ar. Cxxij.

Articulus LI.



Pornases, cloace, & stabuli porcorum a sepe trium pedum spacio sunt ponendi

e. Concordat iur. mu. ar. Cxxij. & Cxxij. & Cxxij.

de. Quilibet fornacem suam & carminum protegere debet, ne a scintillarum incursum fundus vicini periclitetur. ^b Cloace etiam uersus curiam vicini uerse ^c usq; ad terram muniatur.

Glosa

Fornaces, cloace, &c. vide etiam pro materia presentis articuli in L. preter & per totum ff. de cloa. & ff. de dam. infec. p. totum. ^d Sed quid, an pactum quod non possum facere feneſtra in meo pariete vel simile liget emptorem vel successorem. Dic quod non, nisi tunc appareat pactum appositum contemplatione tui predij vel tue domus, de hoc p. Drjn. in L. finali. ff. de oper. no. nunci. & facit. ff. de alie. iudi. L. ii. §. opus & ff. de serui. in L. ante penul. & perul. facit etiam. ff. ad vellet. L. si mulier secundum Bald. Adde notata in specu. titu. de emp. & vendi. in §. sciendum vers. sed pone, ubi de fenestra. Sed cum lex dicit quod ille qui vadit per fundum alienum, vel facit alios actus per quos potest queri aliquis seruitutis talis per hoc non querit possessorem seruitutis nisi eo animo facit ut intendat uti iure suo. ff. quemadmodum serui. amit. L. si. & ff. de aqua. quoti. & est. L. i. §. aristot. & ff. de i. act. p. priua. L. i. §. iulianus & L. si. Vnde dicit Inno. in c. bone. ij. de postu. Quid de hoc constare debet per verba expressa, ut dicat se uti illo actu seruitutis tanquam iure suo non ex gratia, sed ex debito, & etiam secundum eum ad hoc necessaria est scientia illius in cuius preiudicium cedit, & quod non contradicat verbo vel facto, sed potius paciatur. Si enim nescit non fit ei preiudicium. ff. de acqui. posses. L. clam possidere. §. si. Nam in uterque seruitute ut illius possessionem acquirat, est necessaria patientia possidentis rem, ut. C. de serui. L. ij. & ff. de serui. L. quotiens, & ff. de serui. vr. pre. L. ij. Patientia autem non potest dici adesse nisi sciat ille cuius res est quod utens intendit acquirere seruitutem. ff. si serui. ven. L. & si forte. §. i. & hoc placet. Non obstante C. de prescript. longis. tempo. L. si. ubi prescribitur etiam contra ignorantem, quia loquitur de corporalibus, ut nota in L. ij. C. de serui. Nec etiam obstat quod notat Inno. in c. de quarta. de prescript. quod etiam domino alicuius nisi ignorante possit quis in illa re incipere possidere & prescribere ius seruitutis, & quod prescriptio iurium currit inter presentes & absentes. Nam intelligitur absentes super. & sciens vere & presumptiue. Et dicit ipse Inno. quod si ista scientia negetur debet probari per asserentem, & probet eam si docet se antiquo possessori hoc dixisse scilicet quod intendebat uti iure suo, vel quod ipse eum prohibuit & nihilominus ipse eo prohiben-

te usus est possessione seruitutis, tunc enim querit sibi ius, nisi alius sibi prouiderit de retinenda sua possessione, ut notat Inno. in c. ij. de rest. in integ. Item probat eum scire quod ipse intendebat uti iure suo, eo ipso quod talis scuit ipsum uti his actibus vel iuribus qui non conueniunt nisi possessoribus. Constat igitur de huiusmodi intentione ex qualitate actus quem quis exercet, & alius patienter sustinet. Item ex multiplicitate actuum & ex qualitate personarum ex modo peredi, ex modo faciendi & ex alijs similibus, ex quibus hoc bonus iudex arbitretur, & secundum hoc refundet onus probationis in alterum secundum Inno. & eorum que leguntur in c. preterea & c. in nostra de testi. Et quando prima facie est presumptio contra utentem quod non utitur iure suo, debet ille de hoc coram domino rei protestari, non clam coram alijs. Nam per id apparet quod malam fidem haberet, & sic nec possideret nec prescriberet, ut in c. vlti. de prescripti. Et non est necesse quod utens credat sibi seruitutem de iure competere, cum etiam predo exceptis bene facientibus eam acquirat secundum Inno. in c. in literis, de resti. spo. Et si dominus non possidet fundum, dicit Inno. quod tunc preter eius scientiam seruitus acquiratur quia nullum preiudicium patitur ei fieri in possessione ex quo non possidet, & si plures sunt in possessione rei in parte seruitus acquiratur, si ex ista acquisitione omnibus sit preiudicium tunc omnium scientia est necessaria, ut ff. de serui. rusti. predij. L. per fundum. Alioquin si iura possidentium sunt separabilia tunc requiruntur scientia illorum tantum quibus fit ex hoc preiudicium secundum Inno. Incipit igitur tempus accipiendi currere ex quo quis cepit uti illo iure non vi. aut clam. non precario & illo qui fit preiudicium sciente & non contradicente, sed tacente & ipsam probare debet & sic intelligitur. ff. quemadmodum serui. amit. L. fina. & ff. de i. act. p. priua. L. i. §. iulianus. Quotuplex autem est seruitus & qualiter in ea prescribatur, vide plenissime p. Inno. & alios modernos post eum in c. de quarta de prescriptione.

^f Nota quod contra seruitutem domum eleuare non possum sed preter seruitutem mihi licebit usque ad coelum, ut in L. alcius. C. de serui. & aqua. Et omne predium est liberum nisi appareat de seruitute imposita, ut. C. eo. ti. L. i. per agrum.

^g An habens molendinum in flumine potest prohibere ne aliud edificetur, notatur in L. si manifeste. C. de seruitut. Et an flumen quod nauigio transfratur recipit seruitutem, nota per Bald. in addi. specu. ti. de resti. spo. in ver. iuxta. Et scias quod vim facit qui contra inhibitionem facit. ff. quod vi. aut clam. L. i. & L. ij. Et aduersus violentiam parum prodest custodia. C. quod met. cau. L. ij. & ff. loca. L. sed & de damno.

^f Si domus extra seruitutem posita est edificia extelli usque ad aera licet.

^g Ad hanc materiam vide infra eo. li. ar. lx.

^b Concordat Iur. Mu. ar. Cxxiiij.

^c Iur. Mu. ar. Cxxvi.

^d De seruitutibus rusticorum prelatorum vide supra eo. li. ar. xxvij. & hic in glo. per totum.

^e De prescriptione seruitutis attende.

Speculi Saxonum Liber Secundus

Glosa.

Fornāces trium pedum &c. Hoc ex eo fit ne paries ardeat.

Cloacę & stabulū porcorū &c. Hoc fit propter fetorē. ff. de cloacis. L. pretor ait. §. quęq. Quilibet fornacem suam protegere debet &c. Hęc constitutio statuta est, propter cōmōdum vicinorum, vnusquisq; em p̄uidere debet ne damnum ex sua negligētia eueniat. Quare si ad instantiam vicinorum p̄uidere non vult, cautionem de damno statuere cogitur, vt. ff. de dam. infec. L. dies. Vnde dato quod vicinus non queruletur antehac, nihilominus tamen si postmodū damnū illatum eueniat, resarcire tenetur, ex eo quia iure interdictum & prohibitū est, vt. ff. de interdic. seu extraordi. L. videamus. & Insti. de interdic. §. prohibitoria.

h. Mandata seu precepta que p iudicem statuuntur triplicia inueniuntur.

Vnde pro intellectu istius, notandum^h quod mandata seu precepta que per iudicem statuuntur triplicia sunt. Prima sunt prohibitoria, hoc est preconstitutiva damni, vt cū pretor vetat aliquid fieri vt hic, & Insti. eo. ti. §. prohibitoria. Secundo sunt restitutoria quib⁹ iudex restitui aliqd iubet, veluti bonorū possessori possessionē eorū, vt Insti. eo. ti. §. restitutoria, & ff. eo. ti. L. interdictorū. §. hęc autē. Tercio exhibitoria hoc est repetēdi ea que in iudicio pmissa sunt, sicut si iudex expetit illud a fideiussore quem ad cautionem dedecarat, vt supra li. i. ar. lxxv. & li. ij. ar. iij. infra. li. ij. ar. ix. Insti. eo. ti. §. exhibitoria. ff. de interdic. L. interdictorū. §. iuris, & §. qdā interdicta. Cloacę etiā versus curiam vicini, &c. idq; propter cōmunem vtilitatem statutum est vt ff. de cloacis. L. pretor ait. §. hoc autem interdictum, vbi habetur, quod mundatio cloacarum prohiberi minime debet dato etiā quod p curiam vicini id fieri contingat, ad salubritatem enim ciuitatū id p̄tinere dicit. Dicere q; posset hanc glosse declarationē contrariam esse primo paragrapho huius articuli vbi dicitur quod cloacę trium pedum spacio sunt ponende, &c. quod nulla in eo est contrarietas. In paragrapho em vltimo cloacę accipi debet pro loco secreto gratia exonerandi ventris constructa. In paragrapho vero primo accipitur cloacę pro omni loco seu puteo vbi aqua defluit, vt. ff. de cloacis. L. pretor ait.

Articulus. LII



Ran crescat siquidē humulus sepem, a q; radices habet infra sepē uel cuius fundū radices figerit^b quantum de humulo atrahe

re potest per sepem humulum tollet, & quod extra manet uicinū per tinet. c Rami arborū sepē nō transcendāt si hoc uicino sit dānosum.

Glosa.

Qui radices habet, &c. Concordat Insti. de re. diuisi. §. si Ticius, vbi sic dicitur. Si Ticius alienam Plantam in suo solo posuerit ipsius erit & sic ex aduerso, si Ticius suam plantam in Menij solo posuerit Menij planta erit, si modo vtroq; casu radices egerit, antequam autem radices fixerit, eius permanet cuius & fuerat, d adeo aut ex eo q; radices egerit plantā proprietās eius cōmutatur, vt si vicini arbor ita terram ticij presserit vt in eius fundū radices egerit ticij effici arborem dicamus. Ratio etenim non permittit vt alterius arbor esse intelligatur q̄ eius in cuius fundum radices egisset, & ideo prope confiniū arbor posita si etiā in vicini fundum radices egerit, cōmunis fit, qua ratione autem plante que terre coalescunt solo cedunt, eadem ratione frumenta que sata sunt solo cedere intelliguntur. Item alibi dicitur, si quis sciens in alienū agrum plantas posuerit postq; hęc radicibus terram fuerint amplexate solo cedere rationis est, vt in. L. si quis. C. de rei. ven.

Glosa.

Sensus articuli presentis duplex est. Primus quod qui radicem arboris vel aliarū herbarum in fundo suo habet eundem iure naturali pertinet. Arbor etenim seu planta vitā suā ex illius fundo retinet. Vñ textus dicit trans crescat siquidem humulus sepem. &c. q. d. si arborē vel herbam aut vitem in fundo habes tuo, ita quod radices in terrā egerit tuā, rami ex ea procedentes tibi pertinent radicem insequentes vt Insti. de re. diuisi. §. si Ticius, & ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. si alienā. c Alter sensus articuli presentis. Quāuis radices arbores tui sint in colligendis tamen fructibus vicino damnum ferre nō debes sepem eius destruendo vel demoliendo, aut agrum laboratum conculcando, & hoc tangitur ibi in textu, quantum de humulo atrahere potest, &c. dato etiā qd' plus accipere ex illo possis cū damno tamen alteri id facere minime admittit, vt. ff. de reg. iur. L. iure, & ff. de vf. capi. L. cū qui & ff. de cōdici. in debi. L. naturaliter & L. nam hoc, & ff. de peti. here. L. plane Rami arborum &c. Paragraphi istius sensus etiā est duplex. Vnde in priori paragrapho dictum est de ramis plantarum seu arborū que faciliē flexibiles sunt, hic vero tangit de ramis magnarum arborum que non faciliē

c. Concordat ad hoc lex xij. tabu. cum inquit si in agrum alterius arbor impendat usq; ad quindeam pedes à terra alius coerato & ne umbra arboris uiano p̄edio noccat quindeam pedes alius ramū arboris arcumadito in propositoq; nomine arboris & uites intelligi debent.

d. Concordat Iur. Manar. Cxxvij.

e. Ad hunc articulum concordat Iur. seu. c. lxxi. glo. cum dicit fructus cadens ex arbore uiani in fundum meū mei sunt, fructum tamen ex arbore ipsius decerpere mihi non licet, nisi postq; ipse fructus huiusmodi ex arbore decerpserit arboremq; mouēdo quicquid in meum fundū ceciderit meum manet poteroq; ei in roitū negare in fundum meum ne fructus illos in meum fundum cadentes colligat, si uero colligere possit fructus sine damno meo, egoq; sibi prohibeo uiolentiam facere uideor, quod si in damnum arbor illa plantata sit meum tollere neq; illud nolo iudicialiterq; contra eū ago arborem exadere cogitur. Itidem & de aqua habetur. Erūpat si aqua in agrū alterius, & ille tollere uult potest ea ut sicut ille ex cuius agro oritur. Notandum etiā si aqua originem in meo fundo habet do-

a. Cōcordat Iur. Manar. Cxxvij.


b. Ad id sentire uideatur lex xij. tabu. cum inquit glādem in agrum fundum prociuentem colligere fas esto.

minus agri. riuum et
defluxum aque conti-
nere in agro suo pōt
si uult, prouid. re. ta-
men ne damnum uias
no inferatur. Si uero
aqua naturalem mea-
tum consequitur pro-
hiberi nō debet. Qui
autem nouum meatū
fecerit, penam de sta-
gni raptoribus lata
pati oportet, ut. C.
de Nili aggeribus nō
rumpen. l. i.

Sciendū præterea est
q̄. liu aqua in meo per-
maneat agro, unum
quēq; quo pisces præ-
dat prohibere possū,
ut Insti. de re. diuisi.
Cum aut metas agri
mei excesserit, prohibe-
re minime possum
ex quo & fluius ille
meus per amplius
non est, sed tantūmo-
do riuus et origo illius
us apud me manet,
hanc etiā glossam cō-
firmare uidetur lex.
xij. ta. in hæc uerba,
si aqua pluuiarum ne-
cet arceſto.

flecti possunt. Vnde si huiusmodi frondes
seu rami crescāt, quominus vicini riuus edifi-
cia struere possit, abscidi debent, ut ff. de
arbo. ce. l. ait prætor. Si uero non noceāt cre-
scere permittantur, ut ff. eo. ti. l. i.
Notandum etiam quod in colligendis fru-
ctibus, si fructus arboris tui cadunt in vicini
fundum, illius sunt. Et licet in contrarium
istius uidetur esse. ff. de glande legen. l. ait
prætor. Vbi prohibetur ne vicinus impediatur
vicinum in colligenda glande in fundo suo,
etiam in diem tertiam. Lexq; xij. ta. hoc idem
suadet cum inquit, glandem in alienum fun-
dum procidentem colligere fas esto, ubi no-
mine glandis fructus quilibet intelligitur,
ut ff. de verbo. signi. l. qui uenenū. & quod
non est in contrarium, quia lex disponit qd
nulla sibi uolentiā faciat, sed iste qui iure ali-
quem facere quicquam uetat iuste facit, nec
uolentiā aliquam in eo committit. Intelli-
gi etiam debet quod fructus vicini sine dam-
no colligatur & ita lex allegata non militat
in contrarium.

Articulus LIII



Vicquid homo censua-
lis in terra ædificat alie-
na hoc est in fundo cē-
suali, ea tollere potest,
& hæres eius cum recedit præter
anteriorē & posteriorem sepem,
domum & finem, id etenim domi-
nus redimere potest secundum ar-
bitrium & æstimationem pagano-
rum, quod si non fecerit tam ea q̄
prius dicta q̄ uoluerit exportabit.

Glosa.

^a. Res aliena iure na-
turali efficitur tua sex-
tupliā. er

Articuli præcedentes duo & iste præsens des-
clarāt quomodo res aliena iure naturali tua
effici potest, ^a istudq; contingit sextupliciter.
Primo illud quod crescentiā habet, crescitq;
ex tuo fundo, dato quod antehac alterius sit
tuum tamen efficitur, ut Insti. de re. diuisi. §.
si Titius. Vnde & si quidem contrariū istius
uidetur esse supra. ar. xlv. in fi. & tamē quod
ibi loquitur de satis seminatis in agro alicui
censuali, quare soluto censu fata istius mane-
bunt, hic uero secus est. Secundo cum quis
ædificat in suo solo roboribus meis. Tertio
si quis tabulę meę picturā imposuerit. Quar-
to si mei fructus in fundum tuum ceciderint.
Quinto si ex mea materiā imaginem facis,

quę in pristinā materiā prout fuit redigi
non potest, de his abunde uide. Insti. de re.
diuisi. §. cum ex aliena §. cum in suo solo, &
alijs. & ff. de acquir. re. domi. l. adeo. Sexto
si domus ædificetur in fundo meo, mea erit,
quia ædificium cedit fundo, ut Insti. de re. di-
uisi. §. ex diuerso.

Quod si non fecerit tam ea q̄ prius dicta ex-
portabit & c. Huic paragrapho contrariari
uidetur declaratio glosse nunc dicte, ubi ta-
ctum est quod res aliena quandoq; efficitur
tua iure naturali. & c. Quod nulla in eo est cō-
trarietas, omnia etenim hic expressa, ut potē
quod robora permaneant circa ædificia,
& tabula circa pictorem, & metallum circa
fusorem. Intelligi debet si ille qui ex alieno
fabricauit vel pinxit, putauerat materiā suā
fore, & ita manet apud illos materia illa, ne
laborem perdant suum, quę maioris estimā-
tionis est, q̄ materia huiusmodi, exoluere nil
hilominus materiā tenebuntur, & in eo do-
minus materię contentus esse debet. Si uero
sciuerat materiā huiusmodi non suam fuisse
sed alium pertinere, potest contra eū pro fur-
to agi, ut Insti. eo. ti. §. certe. & §. si quis. & ff.
de fur. l. furtum. In contrarium etiam istius
uidetur esse supra ar. xxxvi. eo. li. ubi dicitur
quod qui uis rem furto sibi ablatā uendicare
& alloqui potest, hic uero secus sentit. & c. qd
non est simile, qui enim ædificia locat aut ali-
quid plantat in fundo meo, non furatur mi-
hi fundum, sed duntaxat plantat vel ædificat
desuper. Articulus uero prædictus xxxvi. p̄-
cise de re furtiua loquitur. Vnde pro intellē-
ctu istius nota^b quod uendicatio seu repeti-
tio rei fit dupliciter. Primo quando illa eadē
res consequitur. Secundo quando valor rei
persoluit, unde res ipsa potest expeti, q̄ diu
a bone fidei possessore in aliam formam nō
immutatur, & de isto liber præfatus, & articu-
lus signanter iste loquitur, legibus uero ha-
betur, si res transformata fuerit per laborem
alterius. Et ut sic iste cōsequitur valorē rei &
ille operam & laborem non perdit, qui em
bona fide aliquid possidet impensas & labo-
rem desuper obtinet, ut supra eo. li. ar. xliij.
& Insti. de re. diuisi. §. si quis a non domino,
nisi sint res furto ablate, ut Insti. de uſuca. §.
quod autem,

^b. Uendicatio rei cō-
tingit dupliciter.

Articulus. LIIII.



Ecora quæ pastorem
seq̄ possunt nullus do-
mi seruare debet exce-
ptis suis lactatibus
quæ etiā custodiri debent ne dā-
num inferāt alicui, ^a Nemini licet

^a. Textus uetustior
res ita legūt, nisi tres
curias aut plures ha-
beat, aut feudū in il-
la uilla.

Glosa.

segregatim pecora pascere ut per id communi pastori prætium minuat^r nisi tres mansos habeat substituo proprietatis uel feudalis, illi ouile & pastorem ouium sepe^ratim conceditur habere. Vbi prætium pastori soluitur de māsīs seu curiis & nō de pecoribus appreciat^r, illud nō licet denegare ne uilla maneat absq^{ue} pastore. Quicquid pastori præs^{en}tatur & ex uilla ad eū pellitur istud uiceuersa impellere debet, & quod perdidit soluere tenetur. Si lupus quid ceperit aut spoliator & ipse si detentus non fuerit nisi factū per uolentiam clamorem ita ut hoc possit comprobare notificet ad solutionem earundem teneatur. Mutile^r tur etiam pecus coram pastore ab alio pecore uel cōculcet^r aut mor^{de}tur, si pastor pro his incusabitur nominare tenetur pecus, & si opus fuerit^b ad hoc iurare quod pauperiē perpetravit, & ille cuius pecus pauperiem intulit debilitatum seu lesum in suam capiet tutelam quousq^{ue} pastorem ssequi possit, & si moriatur pecus, deputatus a iure uerigeldus pro eo est persoluendus. Accusetur pastor quod aliquod pecus non reportauit suo iuramento absoluitur. Si autem ille qui pecus suum non inuenit statim sub testimonio duorum pastorem accusando accedit pro eo pastor iurare nō poterit sed ad eius tenetur solutionē. Dixerit autem si pastor pecus sibi non esse præs^{en}tatum ad pascendum hoc nūctians cum duorum testimonio uirorum qui uiderunt quod pecus sibi commendatum & præs^{en}tatū sit facilius obtinebit q^{uam} pastor denegare possit.

^b. Hic locus est, qd^{am} testimonio unius creditur.

^c. Boues ad custodiā cōmissi pastori si lupus rapu^{er}it cui damnum reddit.

Si lupus quid ceperit aut spoliator. &c. c. Quid autē iuris sit. Si locau^{er}is tibi boues meos custodiēdos certa mercede tibi data, & tu dimisisti eos in pascuis in qbus animalia cōmuniter dimitti solebāt, & lupus vel fur eos abstulit vel occidit, nunquid teneris, uidentur quod sic. Nam pastor de custodia tenetur, & quia mercedem habueris de periculo teneris. ff. loca. l. qui mercedem. Item quia nō debuisti eos sine custode dimittere, ut ff. cōmo. l. si ut certo. §. si de me. Et hoc ipso in culpa es quia in tuciore locū trāsferre potuisti. ff. de dam. infec. l. utiq^{ue}. Nec obstat qd^{am} homines ibi consueuerunt dimittere boues sine custode, quia quod alij in suis faciūt culpandum est, quod autem tu in alienis negligisti puniendum est. Argu. ff. solu. matri. l. si cor^{am} stante. §. si maritus. De ista questione uide in f. eccla. titu. de loca. §. postq^{ue} uerū. quid si locau^{er}is. Vbi arguit pro & contra, & uidet^r tenere quod excusatur & plerius pro soluci. Vide ibidem Ioan. And. in addi.

Nemini licet segregatim pecora pascere. &c. Iste articulus fundatur super publica utilitate d^{icitur} quē regulariter priuate præs^{er}tur, ut ff. pro sol. l. actione. c. labeo, & c. de cadu. tollen. l. vna. c. perul. & in aucten. de ressi. & ea quē parit. c. l. iij. & in. c. bone. i. de posuila. prela. Et hec uera cum in cōmuni seu publica utilitate priuata includitur ut hic. Alias enim quilibet potest præs^{er}ferre propriam utilitatem cōmuni. Arg. xviij. q. ij. dūc sunt & xxij. q. v. si non licet & c. de seruitu. l. præs^{er}ses, & ff. de arbi. l. licet.

^d. Publica utilitas præs^{er}tur priuate.

Glosa.

Articulus iste fundatur super publica utilitate quē regulariter priuate præs^{er}tur, ut l. i. ff. de re. diuisi. §. singulorum. Vnde nō sine causa articulus præs^{er}is de publica utilitate disponēs de pecore & pastore meminit, damnum enim per pecora illatum nocet & illi cui pertinet, & etiam pastori. Vnde & in textu sup^{er} eo ponuntur nōnullae conditiones. Primum quod nullus pecora domi fouere debet quē pastorem insequi possunt, re damnum exinde vicinis eueniat pastorq^{ue} in sua mercede minuat^r. Et ex isto liquet quod constitutio statui potest occasiōe futuri damni ut hic & supra eo. li. arti. xlix. ff. de dam. infec. l. i. & l. damnum. Secundum quod priuatim pastor seruari non debet, & hoc ex eo, ne expensae augeantur, tota enim villa facilius pastorem fouere potest, q^{uam} ut quis priuatim. Et exinde liquet, quod Iudex redum indicat excelsus aliorum sed etiam statuere & demandare poterit, quod unusquisq^{ue} bonis non abutatur suis, & nec illa inutiliter effundat ut l. i. ff. de his qui sui aut alieni sunt iuris. §. expedit em,

^e. Iudex prohibere potest ne quis re male utatur suis.

Articulus. LV



Vicquid sculterus a cū
maioris partis consen-
su paganorum ordina-
uerit utilitatis, huic a mi-
noris parte contradici non poterit.

Glosa.

Quicquid Sculterus &c. b Sed quid si reci-
piunt mutuum an quilibet de vniuersitate te-
neatur ad soluendum debitum vniuersitatis.
Dic quod sic & fiet collecta, vt notatur. ff.
quod cuiusque vniuers. l. i. §. quibus. Sed an
ista collecta fiet per capita, an per libram, &
solidum. Dic quod aut est debitum princi-
pale, & tunc per libram & in solidū collecta
imponetur, vt in. l. incola. ff. ad municipi. in
glo. Aut est debitum accessorium capituli,
puta quia erat impositum onus ville in capi-
ta, quod onus pecunia redimeretur, tunc illa
pecunia debet distribui in capita. c. Sed verū
ad istud debitum teneantur forenses. Dic qd
sic, si sunt habitantes perpetui tenentur ad o-
nus personale. Si vero sunt eliberati, tenent
ad onus libertino, vt notatur in dicta. l. in-
cola, etiam si non habitent vt banriti. ff. de
pollici. l. de pollicitationibus. Si autem non
sunt incolę, nec liberti, non tenentur ad col-
lectas, vt. ff. de mune. & hono. l. rescripto. §.
fi. Sed ad munera patrimonialia tenentur cū
res est immediata causa debiti non persona,
& si vnus de villa est exemptus pars oneris
non accrescit alijs. Et quicumque cedit bonis,
non tenetur ad collectas. d Nec vniuersitas
potest priuilegiare rusticum ne soluat colle-
ctas. Nouus etiam habitator ville nō tenetur
ad vetera eius debita neque repressalijs veteri-
bus pōt capi. Qd si villa debet emendare dā-
num alicui de corpore ville, illemet contri-
buet, de his in spe. ti. de centi. in. §. rure dicē-
dum. Et ibi per Bald. in addi. Et non obliga-
tur Ciuitas ad mutuum nisi apparet verum
in eius utilitatem, e alias enim soli contrahe-
re obligantur. ff. de re. credi. l. ciuitas.
Ordinauerit scilicet statuendo. Statutū enim
est lex municipalis, vt. i. dist. l. ius civile, extra
de consi. c. quę in ecclesiarij. & ff. de iustici.
& iure. l. omnes, & insi. de iure. natu. §. i.
Vide. ff. quod cuiusque vniuers. l. ij. & l. item
eorum, & insi. de iure. natu. §. i. & ij. in qui-
bus iuribus conuincitur quod vniuersitas potest
facere statutum. Quod igitur maior pars fas-
cit alij seruare tenentur vt notatur in. c. ex par-
te, de cens. & de postu. prela. c. bonę. ij. Et qd
placuerit maiori parti vniuersitatis seu po-
puli factum est, vt. ff. ad municipi. l. quod ma-
ior. Qualiter autem contrahendum sit cum

a. Textus uetustior
res ita legunt, quico-
qd sculterus pro uti-
litate uille cū consen-
su plurimum statuerit
istud a minori parte
te imitari non pos-
test.

b. Debitū vniuersi-
tatis an quilibet te-
neatur ad soluendū
uide.

c. Ad collectas rusti-
les an forenses tene-
antur.

d. Vniuersitas diu-
nō potest rusticū pri-
uilegiare, ne colle-
ctas soluat.

e. Ad hanc materiā
uide iur. municipi. ar-
xlvij. glo.

Etiam possunt iudices inutiles & superfluas
expensas prohibere, vt extra de dolo. & cō-
tu. c. si. & de si. ordi. c. vt litigantes. li. vi. & in
auten. de consi. §. si vero. coll. iij. Tertium
tangitur in textu quāuis vnus pastore pri-
uatum habeat, ne pretium pastoris minuat,
de mās. ei. de pretium cōstitui debet, huius-
modi autem pretium constituitur cum vil-
le pauca habent pecora, pastoreque contentari
in mercede non possit. Quare constituitur
quod a tot vaccis, suisque &c. tantū & tantū
præstatur. Vnde & quilibet ex communitate
siue tot pecora habeat, siue minus, soluere te-
net, & idem ad cōmunē statutū est utilitatē
que & præfertur priuate, multa etenim sta-
tuuntur in republica ad utilitatem cōmunē
etiam cum damno priuati hominis, vt in au-
ten. vt neq. miles, neq. sede. §. cum domini
dei. col. viij. Quartum tangitur in textu de
damno pastoris qui ex negligentia pecus am-
mittit, nam illud soluere cogitur, vt insi. de
loca. & conduc. §. cōductor. & §. qui p. vsu.
nisi in conductione aliud condictionem cum
rusticis specificet, quia vt sic iuxta illud dā-
num soluitur, vt insi. eo. ti. §. penult. & vlti.
Quintū tangitur quod pastori soli creditur
super pecore mutilato. Et exinde videtur qd
ex isto textu Saxo testimonio cōuinci posset
quod est contra articulum. xviij. li. i. & tamē
aliqui, quod textus pñs minime cōtradicit
articulo allegato. Ibi enim loquitur de facto
hominis quodq. Saxo cōuinci minime po-
test, hic vero factū pecoris testimonio pbat.
¶ Etsi opus fuerit ad hoc iurare &c. Vnde
sciendum circa id quod in iure nostro nullis
bi inuenitur quod fides vno testi daretur ex-
cepto articulo presenti de pastore, g & hoc
ex eo fit, quia vt cōmuniter circa pecora pa-
scenda non nisi vnus homo sit, iure tamen
Canonico testimonium vnus ualet in causis
que damna aut impedimenta non inferunt,
sicut an Ecclesia sit consecrata, vel si vnus
baptizatus sit & similia, vt de consec. dis. iij.
c. placuit. & c. paruulos. Etsi quidē in contra-
rium istius videatur esse, extra de testi. c. licet
vniuersis. & iij. q. iij. c. placuit. §. item in crī-
minali. & tamen quod ibi loquitur de causis
nocumentum afferentibus, hic vero vbi nul-
lum imminet periculum. Sextum in textu ar-
ticuli tangitur documentum quod pastor iu-
ramento absoluitur si forsan accusetur quod
pecus domum non reportauerat custodie sue
commissum, vt. C. de re. credi. l. delata. &
hoc intellige vt textus habet, nisi ille qui pe-
cus suum non inuenit statim sub testimonio
duorum pastorem accusando accedat, vt sic
enim iurare non poterit. Tum etiam si dicere
velit pastor pecus sibi non esse presentatum,
citius in eo casu testimonio duorum conuin-
citur, h hominesque illi necessario vt sint pro
bi, honesti, qui & testificabūt se vidisse pecus
pastori pñsentatū, vt extra de testi. c. pñterea. &
& causa. & extra de successi. c. cum dilectus.

f. Multa statuntur
pro cōmuni utilitate
in Repub. etiam cum
dāno hominis priuati.

g. Testimonium vnus
quomodo ualet &
quomodo nō uide hic

h. Testes quales esse
debent in isto casu.

Speculi Saxonum Liber Secundus

f. Ad hoc qd' actus alicuius cōmunitatis ualeat necessario due ptes p̄sentes esse debent.

uniuersitate vel ciuitate, vide in specu. de obli. & solu. §. i. vers. ceterum scz cōmunitas alicuius ciuitatis. f. Et in uniuersitate debet esse p̄sentes due partes ad hoc ut actus ualeat. ff. quod cuiusq; uniuerſi. l. plane, & de no. ope. nunci. c. ij. Et requiritur quod conueniāt in corpore. C. de decu. l. ij. lib. x. & de elec. c. i. in Genesi. & quodlibet collegium artificiorum potest habere superiorem ordinarium qui recusari non potest, ut in. l. perini quum. C. de iurisdic. om. iudi. Vide etiam in lib. feud. tit. de forma. fid. in. c. in epistola per Bald.

Glosa.

Superioribus abunde dictum est de cōmuni omnium utilitate, quam quilibet legissator maxime curare debet, ut Imperator Iustinianus testatur, in auten. de here. & falcidi. §. i. coll. i. Et quia non omnes iuri intendere possunt, signāter rustici laboribus dediti, quare eis admissum est quod quicquid pro cōmodo & utilitate de cōsensu maioris partis inter eos statutum sit, hoc minor pars cōtradicare non potest, & istudq; iudices potissimum animaduertere debet, ut in auten. de manda. princi. §. sed & coll. ij. & in auten. ut iudi. sine quoquo supra. §. omnes. & §. cogitatio. coll. ij. & ff. de offi. procu. C. far. l. curatores, & C. de senten. & interlo. om. iudi. l. nemo.

g. Ad hanc materiā vide supra l. i. ar. xxvii. & infra l. iij. ar. xxxix. & lxxix. glo.

Articulus LVI.



Quicunq; uillæ seu prædia iuxta flumina aut aquas instagnatas sita sunt uel aggeres habent qui ea ab impetu aquæ protegat^a quodlibet prædium in eo partem stagni suā debet tenere ab undis inconuulsam. Si autem undarū impetus aggerem diluit, & per uiolentiæ clamorem ad id aduocentur hñ qui sub eo commorantur^b qui cunq; eorum ad reparandum aggerem non uenerit ipse talia quæ sub eo habet bona se noscat perditurū. Quicquid aqua euellit de terra hoc perdit cuius erat & tuo fundo applicatum tuū erit. Si uero nouum fecerit alueum seu meatū partem fundi tui disruptam non am-

a. Alij textus habent quilibet partem stagni suam illesam seruare debet, ne per negligentiam uiana submergatur.

b. Textus uetustior res ita legunt si per uiolentiæ clamorem uocati ad claudendū rupturam stagni nō uenerint, quicquid hereditatis infra stagnū possederint perdunt.

mitis. c. Si qua insula in flumine ex arena nata fuerit cuius fundo uicinior sit ipsi est acquisita. Si autem mediū omnino tenuerit possidentium ab utroq; ex equo erit. Quod etiā de alueo seu palude siccato est intelligendum.

Glosa.

Quæ per alluionem, &c. Idem dicit Imperator Insti. de rerum diuisi. §. præterea, quod per alluionem in agro tuo flumen adiecit iure gentium tibi acquiritur. d. Est autem alluio incrementum latens per alluionem, aut id uidetur adijci quod ita paulatim adijcitur ut intelligere non possis, quantum quoquo momento temporis adijciatur.

Si uero, &c. Item facit ad hoc in dicto. §. insula ubi etiam inter alia dicitur, quod si alia qua parte diuisum flumen sit deinde infra uisum agrum alicuius in formam insule redegerit eiusdem permanet is ager cuius fuerat, hoc tamen scias quod etsi totus agger inundatus fuerit ipsa inundatio non cōmutat speciem fundi. Vnde si recesserit aqua palam est eius fundum manere cuius & fuit, ut insti. de re. diuisi. §. alia. Ex præmissis igitur nota, quod flumina vicem iudicis obtinent, & delent & auferunt dominia facit etiam. ff. de acquiren. re. do. l. ergo. §. alluio.

Non ammittas, &c. Concordat Insti. de re. diuisi. §. quod si, ubi dicitur quod si vis fluminis partem aliquam de tuo prædio detraxerit, & vicini prædio appulerit, palam est eam tuam permanere.

Si qua insula. &c. Concordat, insti. de re. diuisi. §. insula, ubi dicitur Insula quæ in mari nata est, quod raro accidit occupantis sit, nullius enim esse credit. At in flumine quæ frequenter accidit siquidem mediam partem fluminis teneat communis est eorum qui ab utraq; parte fluminis prope ripam prædia possident pro modo latitudinis cuiusq; fundi quæ latitudo prope ripā sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantū quæ ab ea parte prope ripam prædia possident, & si naturali alueo in uniuerſum derelicto, alia parte fluere coepit, prior quidem alueus eorum est qui prope ripam eius prædia possident pro modo scilicet latitudinis cuiusq; agri quæ latitudo prope ripam sit.

Glosa.

Continuans ea quæ ad communem utilitatē sunt posita in articulo præsentis hoc idem facit dicens, quod illi qui circa stagna cōmorantur ad reformationē aggerū cogi possunt, idq; ad præcauendū de futuro dāno statutū ē

c. Concordat supra co. li. ar. xxix.

d. Alluio q. t.

e. Ad ripam stagni vel fluminis commoran. pactum inter se facere possunt super reformatione rippe.

f. Vide iur. mu. ar. i. gl.

g. Aggeres disrumpti cremantur, cōcoro dat supra eo. ti. ar. xvi

h. Alueum nouum nullus facere audeat.

Si autem undarum impetus &c. Circa id tria notanda veniunt, e Primo quod illi qui sub stagno commorantur vel resident, possunt inter se concludere pecuniam certam quantam cuncti voluerint ad reparandum aggerem, huiusmodi quod conclusio est iusta & honesta quod si longo tempore seruata fuerit pro iure habetur, vt. C. quod sit longa consuetudo. L. preses. f Consuetudo enim precedens & ratio quæ consuetudinem suauit, custodienda est, & ne quid contra longam consuetudinem fiat ad sollicitudinem suam reuocabit preses prouincie. Secundo qui ad reparandum aggerem prestare auxilium noluerit hereditatem amittit, Quid si proprium sit. &c. quod vnus & idem est, nam & proprium hereditas appellatur, vt supra li. i. ar. v. in fi. Sed si feudum sit illud non perdit, feudum enim est stipendium militare vt dis. i. c. ius militare, & ff. de testamen. mili. L. ex eo. Hoc tamen quod dictum est de perditione hereditatis. Intelligens si eum legale impedimentum excuset quod ad reparationem aggerum venire non potuit, vt supra eo. li. ar. vii. & C. qui ex cau. maio. in integ. resti. L. ij. & L. in contractibus & L. vlti. g Tertium qui stagnum voluntarie dirupit igne cremandus venit. Qui vero ad id consilium prestitit perpetuo proscrbitur, vt C. de agger. nili. non rumpen. L. si quis. Quicquid aqua euellit de terra. &c. de hoc vide Insti. de re diuisi. §. preterea.

Si vero nouum fecerit alueum, &c. Ad hanc materiam vide abundantius. Insti. eo. ti. §. si quis, & ff. de acqren. re. domi. L. adeo, & C. de alluui. L. ea quæ, & per totum, h Sciendum tamen quod nullus alueum nouum ex industria facere debet ad id quod aqua aliunde nouo fluat alueo in damnum alterius qui id facit poenam subibit quæ contra ruptores aggerum statuta est, vt. C. de alluuiouibus. L. i. & C. de Nili. aggeribus non rum. L. i. Sciendum etiam si flumen partem fundi tui adimat vicinorum applicet tuo, istudque corporaliter id ita fore cernatur tuus erit, vt Insti. de re diuisi. §. si uis fluminis.

Si qua insula, &c. de hac materia vide. ff. de acqren. re. domi. L. insula, & Insti. de re diuisi. §. insula.

In flumine ex arena nata fuerit, &c. Notanter istud additur in flumine, si enim contingat quod lacus vel stagnum aut fluuius, intantum exsiccetur, extunc terra sic exsiccata stagni non erit illorum qui circa incolunt sed illius cuius stagnum antehacerat, nascatur etiam insula in mari occupantis sit, Insti. de re diuisi. §. insula.

Quod etiam de alueo est intelligendum, &c. Ad hanc materiam vide Insti. de re diuisi. §. quod si, & ff. de acqren. re. domi. L. adeo, §. quod si toto.

Licet feudum propter inuestituram sit plurimum id tamen quod in eo delinquitur libero possessori emendatur.

Glosa.

Licet feudum propter inuestituram, &c. b Nota quod iste articulus in parte qua dicit de decimis, intelligitur de illis quæ laicis fuerant concessæ, de hoc de priuile. c. cum & plantare, & de decimis prohibemus. Vnde concilium vt legitur in Chronica Martiniana fuit celebratum. Anno domini Millesimo centesimo septuagesimonono, & fuit in eodem concilio prohibitum, ne clerici decimas cum aliorum suarum periculo detinentes in alios quoquomodo transferrent, contrarium autem facientes deberent Christiana sepultura priuari, vt in dicto. c. prohibemus, hinc etiam est quod laici decimas prescribere non possunt vt in c. causam quæ, de prescrip. Pertinet enim decime ad Ecclesiam vt in c. cum apostolica, de his quæ fiunt a prela. & c. h. de resti. spo. lib. vi. & de deci. quasi per totum, est enim cibus leuitarum, vt. xvi. q. i. reuertimini & c. vlt. Vnde etiam Ecclesia decimas de nouo non potest dare in feudum nisi in casibus, vt in c. vlti. ti. de feud. Sed pone quod non apparent instrumenta infeudationis, & est dubium an laicus eas post vel ante dictum concilium habuerit. Sed tamen habuit eas tanto tempore cuius inicij non est memoria, quid iuris. Dicunt quidam quod nisi appareat habuisse eas ante concilium quantocumque tempore possideret semper possunt reuocari ab Ecclesia, quod ius commune dicitur pro Ecclesia, & possessio decimarum a laicis sunt odiose, ideo restringende. Sed dicit contra per. c. i. de prescrip. li. vi. Per quod respondetur ad primam rationem. Ad secundam vero rationem dic, quod verum est si laicus non possideret decimas vt vassallus, & si non recognosceret Ecclesiam vt dominam.

Glosa.

Precedentibus declarauerat de alluuiouibus accrescentijsque agrorum quæ per alluuiouem vni adueniunt, vt ff. de re diuisi. §. preterea, & ff. de acqren. re. domi. L. adeo, §. preterea & C. de alluuiouibus. L. si quos. Articulus presens disponit de dano in bonis quæ vnus ab alio per infeudationem habet illato cui damnum illud resarciri debeat. c Pro intellectu articuli presentis nota quod bona ab altero habere contingit tripliciter, ex feudo, Condueto, & oppignoratione. Si ex feudo bona illa habuerit, extunc illi quærela incumbit qui

a. Textus uetustiores hunc textum ita legunt licet multis dominis una pertineat hereditas seu feudum, ita quod unus ab alio ex infeudatione eandem tenet at, quicquid aliquis in illa deliquerit satisfaciet possessori & nulli alieri.

b. Glosa ista nihil ad propositum articuli disponit sed magis pertinet ad articulum xlvij. supra eo. li.

c. Bona ab altero habere contingit tripliciter am.

c. Vnde & iure feu. c. ij. Bona unus ab alio acquirit tripliciter.

Primo ex feudo, sicut Rex bona cōcedit pri-
cipi. Princeps tandem
vasallo aliquid ex eis
tribuit, & ille tandē
alteri, & ita unus ab
alio habet bona in feu-
data qui itaq; in usu
fructu & utilitate tes-
net bona illa, eidem re-
spondere oportet si qd
in bonis euenerit. Secū-
do bona ueniunt nobis
ex oppignoratione et
condueto. Tertio ex
pacto qd dicitur Em-
phyteosis idest melio-
ratio, ut do certū locū
ut ille eradicet & ex
inde seruiat uel cēsum
det.

a. Alij textus habent p
festo sancti Bartholo-
mei.

b. Textus uetustiores
legunt sanctorū Phi-
lippi & Iacobi.

est possessor bonorum feudalium ut insti. de
usufructu, L. cetera. c. Si ex condueto bona
quis habeat, hoc intellige sub distinctione qd
euenit damnum & nihilominus res condueta
in se ipso illa manet, & tunc emendatur cō-
ductori, quia sibi damnum cedit, ut C. de
loca, & conduc. L. damnum. Si vero destrui-
tur res condueta, extunc actio pertinet domi-
num illius rei, ut C. de iure Emphyte. L. i.
Quod si ex oppignoratione vnus rem ab alio
habeat, extunc emendatur illi cuius pignus
est. Vnde breuiter epilogoando, cuius est dam-
num eidem cedit querela, ut Insti. vi. bono.
rpto. §. vlti. eidemq; etiam soluitur emenda.
Creditori enim magis expedit incumbere pi-
gnori qm in personam agere, quare & eidem
emendatur, ut Insti. de obliga. quē ex delict.
nascun. §. furti. ff. vi bono. rpto. L. ij. §. & ge-
neraliter, & ff. de reg. iur. L. plus. & L. minus.

Articulus LVIII.

Heredem feudalem si qd
post mortem non ha-
beat, hæres puintialis
quicunq; sit tollit mor-
tui bona in feudo deseruita. Nunc
considerandum sequitur quando
redditus feudi deseruiuntur uel ex
soluuntur. In festo sancti Martini,
a est omnis cēsus & pactus deserui-
tus quare ibidem soluitur, b Die san-
cte Valpurgis decima agnorū. As-
sumptionis Mariæ Anserū, Die san-
cti Ioannis Baptistæ, decima carni-
um, ubi decima denarijs redimitur
annuatim. Vbi autem non redimi-
tur ibi quando nascitur est deserui-
ta. Die sanctæ Margaretæ omnis
decima frugū uel si prius manipu-
latur soluitur. Die beati Urbani de-
cima uinearum & pomeriorum. Sa-
ta proprio aratro operata & rastra
deseruiuntur quādo semina agro
deteguntur, quod & de hortis intel-
ligitur cum scz rostratus & semina-
tus fuerit. Pensio molendinorum
Teloneorum, monetarum, uinearū
soluenda est cum terminus aduene-

rit huiusmodi solutionibus assigna-
tus. Si puer annos suos compleue-
rit ante dies census qui in bonis de-
seruitur, puero persoluitur. Si uero
post dies census ueros annos exple-
uerit tunc in percipiendo censu illi-
us anni carebit, hoc ideo dico, c quia
si dominus hortos pueri aut uine-
as aut pomeria coluerit aut tradide-
rit ad colendum usq; ad festum san-
cti Urbani, & puer ad annos per-
uenerit post terminū dominus ac-
cipit fructū. Si etiā dominus agros
pueri seminauerit infra annos, do-
minus sata recipit & non stipulas,
neq; baculos palmitibus seu uiti-
bus adligatos. Nō licet domino pu-
eri ad annos peruenientis ligna ce-
dere aut gramina defalcare. Si au-
tem prius puer annos attigerit aut
terminum, dominus suum amittet
laborem. Puer enim sibi nihil resti-
tuere tenet, sic nec dominus puero
nec eius hæredi quicq; dabit d quā-
do post mortem eius feudum expe-
ctabit.

c. Vide ad hūc passū.
Iur. mu. ar. xxvi. glo.

d. Alij textus habent
quando tale feudum
ad eum fuerit deuolu-
tum.

Glosa.

Si vir heredem. &c. Scias quod pro hac mā-
teria usus feudorum aliter disponit, ut in li.
feu. tit. hic finitur lex. §. his consequenter, ubi
sic dicitur quod si uasallus decedat & contig-
erit feudum ad dominum reueri, sic distri-
bitur, ut si ante Martiū omnes fructus eius
anni ex feudo provenientes ad dominū per-
tineant. Si uero post Calendas Martij usq;
ad Augustum fructus qui inde percipiuntur
ad heredes uasalli cedunt. Si uero post au-
gustum omnes fructus anni percipiet domi-
nus. Quidā tamen dicunt quocunq; tempore
anni uasallus decesserit, omnes pendentes fru-
ctus ad dominū pertinere. Et nota quod uasallo
per successionem non cogitur de debito
hereditario aliquid soluere nomine feudi sed
de fructibus sicut ibi in lib. feu. titu. an agna-
tus vel filius defuncti. c. si contigerit. Et uerū
est de agnato uel alio uasallo, non autem de
filio qui non poterit retinere feudū repudia-
ta hereditate patris, ad hoc ut non teneatur
soluere debitum paternum. Sed aut totū de-

bet repudiare aut retinere, nisi dominus eum tanq̃ de nouo beneficio inueſtuerit agnatis cōſentientibus vt ibi. Hoc etiam eſt notandum quod ſi vaſallus ſine deſcendentibus maſculis deceſſerit, & aliquod edificium fecit in feudo, aut ſua pecunia ipſum meliorauit, dominus debet pati edificiū ab herede auferri vel debet precium meliorationis ſoluere, & idem ſi ſua pecunia ſeruitutem feudo acquiſiuit, licet quidam dixerunt quod prædicta ad dominū pertineant, vt in li. feud. hic finitur lex ſ. ſi. vaſallus, & vide ſupra eo. li. ar. xxi. ſ. habeat ſi quis. Quando autem incrementū feudi tranſit ad dominū vel vaſallū, vide plene per la. de bel. titu. de contro. inueſti. in. ſ. ſi quis de maſſo.

An quis poteſt repudiare hereditatē & feudū retinere & cum perditur feudum cui aperiatur, vide notata in ſpecu. de feud. ſ. quoniam verſ. xxxvij. & ibi in addi. per Ioan. And.

Iure autē provinciali equit filia hereditatē cut & filius, vnde bona huiusmodi in feudo deſeruita ſi filius non ſuperſit filia tollit ad rēpora, vt in textu expreſſa habentur. Vnde & articulus præſens magis ad ius feudale ſpectat q̃ ad provinciale. Feudū enim eſt ſtipendium militare quod promereri cos oportet, vt in auten. demanda. princ. ſ. publicorum, coll. iij. & i. diſ. c. ius militare.

Si puer annos ſuos compleuerit, & c. Dominus ſiquidem tutor eſt in bonis vaſallorum anteq̃ annos attingat, domini vero vt textus habet proventus illos tollunt, iure enim id admittitur, ^k quicquid vero iure ſit iuſte ſit, vt ff. de. reg. iur. l. nullus & C. de emenda. propin. l. i.

^k. Quicquid iure ſit iuſte ſit.

Articulus LIX.

Gloſa.

Articulus iſte a Romanis ortum habet Romanī etenim totum ſubiugantes mundum, & Principes provincijs præfecerunt eiſdem milites adiungentes quos & expenſis providebant. In recompenſamq̃ prouiſionis militū, principes prenotati agros & poſſeſſiones deſuictarum provinciarum occupabant, & quicquid ad locandum ſeu conducendum videbatur ſub determinato cōmodo vtilitate & cenſu faciebant & exinde milites fouebant, quicquid ſuperfuerat Romanis tribuentes, ^f Cū tandem alię provincię vltius ſubiciebantur & iſtis propinquiorebus pax fuit, diſplicebat principibus milites continuis fouere expenſis, quare tribuebant & largiebantur militibus proventus provinciarum, & illi ſeſe in expenſis providebant, exindeq̃ obſequium imperio præſtabāt. Sēſus itaq̃ articuli præſentis eſt quando miles quicq̃ de bonis obſequio ſuo obtinuit ſi moritur homo ille in feudo, bona huiusmodi domino cedunt niſi ſit vnus cui de iure bona illa pertineant, & q̃ illa obſequijs promereri poſſit ſuis, hoc eſt vt ſit talis heres qui ſufficiens ſit ad ſerendum onera ad vaſallum feudalem pertinentia, & Vnde nota quod heres feudalīſ eſt filius, pater, auus, qui ex ſtirpe procedunt militari, vt Iur. feu. c. ij. & in autē. de vſu. feu. in prin. col. x. Debētq̃ ſani eſſe & ad vſum armorum apti, ^h vt ſupra li. i. ar. iij. Vnde deſectuoſi ad ſuccedendum in feudo non admittuntur, feudum enim confertur vt manu armata inimicis ſeſe defendere poſſit, quia ergo deſectuoſi ſi & ſignanter qui vt ſupra li. i. ar. iij. enūmerantur ad deſenſam non valent, quate nec ad feudum admittuntur, ſublata enim cauſa tollitur & effectus, vt C. de Epil. & cleri. c. generaliter, & extra de iureiur. c. eſi Chriſtus, & extra de appella. c. cum ceſante. Heres provincialis quicunq̃ ſit tollit, & c. i



Si dominus fundi cenſualem bonis non innatum alienare aut ille uiceuerſa recedere uelit, hoc ei dominus & econuerſo cenſitus domino in die Purificationis denunciare debet. Moriatur ſi cenſitus, eius hæres ſuccedit in fundo, & ſoluit ex bonis ſicut ille ſoluturus eſſet. Si uero dominus moriatur extunc ei ad quę bona pertinebunt hoc eſt legitimo ſucceſſori cenſum perſoluet promiſſum, & nō niſi ſi ſuo aratro indigebit uarēdatore. ^a Strata ſeu uia Regia tante latitudinis eſſe debet quod currus alteri cedere poſſit. ^b Currus uacuuſ onerato cedat, & minus oneratus magis onerato. Peſteſter cedat æquiti & æquitans curruī. Si autē in uia arcta conſiſtunt, ut ſupra pontem, aut ſi æquitans uel tranſiens perſecutio nē patiatuſ ab inimico, currus tādīu ſtet donec pertranſierint incōmoda fugientes. Currus prius pontem aſcendens primus tranſeat, ſiue ſit uacuuſ ſiue plenuſ. Qui prius annonā molendino præſentauerit prius molere debet.

^a. Vide ſupra ar. xxvij. Iur. mu. ar. Cxxxi.

^b. Vide glo. l. prætor ait. ff. ne quid in via publica.

^c. Alij textus adiunt excepto domino molendino.

^e. Feudi primi inuento res Romani.

^f. Concordat ſupra li. i. ar. lviij. Iur. mu. ar. vij. glo.

^g. Heres feudalīſ quis dicatur et q̃ ad bona admittūtur feudalīſ.

^h. Vide ſupra eo. li. ar. xxi. Iur. mu. ar. xvi.

ⁱ. Iure provinciali etiā filia heres eſſe poteſt Concordat Iur. mu. ar. vi. glo. ubi dicitur qd̃ provincialis pater poſſeſſionem hereditatēque in filiā ſicut in filium.

Glosa.

Et soluit ex bonis sicut ille solutus esset, &c. Nam res transit ad quemlibet cum onere suo, extra de deci. cum non sit, sicut & vitium rei sequitur omnem possessorem. C. de acqui. ren. pos. l. vicia. ff. de acqui. pos. l. Pōponius refert. §. i. & ff. de cōtrahē. emp. ci. l. alienatio.

Glosa.

Articulus presens de locato & conducto tractat, d. locatum autem & conductum venditioni fere correspondent, excepto quod venditio in perpetuum fit. Conductio vero in tempus determinatum, vt. ff. de loca. & conduc. l. i. & quia locatio & conductio communis omnibus est, necessario itaq; sequitur vt ius ipsius debite sciatur.

Vnde pro intellectu articuli sciendum, e qd bona triplicia sunt videlicet proprium, feudalia, & bona conducticia seu locata. f. Bona quę proprium dicitur, sunt quę quis primum acquisiuit, prima siquidem rerum origine bona omnibus cōmunia fuerunt & quę quis primum aggressus est eius erant, sicut & hodie fit quando acquiruntur res quę antehac nullius erant quate occupantis fiunt, vt Insti. de re. diuisi. §. Insula & ff. de acquiren. re. domi. l. adeo. §. insula. Ex huiusmodiq; bonis quę proprium dicuntur, nec soluitur quicq; nec obsequiū aliquod prestat. f. Feudalia bona sunt quę ab imperio vel dominorū proprio veniunt, & conceduntur militibus propter eorum merita exindeq; imperio obsequia prestatere tenentur, est enim stipendium eorum nisi ex gratia eis dimittatur, vt in auten. de mā. da. princi. §. oportet. coll. iij. & in auten. de pace tenen. §. hac edictali. coll. x. Bona conducticia vel locata sunt quando bona mea siue sit proprium seu feudum alteri loco seu conduco secundum conductamen mutuum sub certo pacto, conductamenq; illud pro iure seruari inter eos oportet, vt Insti. de loca. & conduc. §. conductor.

Notandum preterea quod locationis materia inuenitur septuplex. Primo qui in bonis conducticijs sedet, militaris ordinis esse non poterit, perdit enim ius militare, nam accipit illū pro domino qui sibi bona locat, & istud tangitur in articulo presenti cum dicitur. Si dominus censualem alienare velit, &c. q. d. ille qui bona censualia suscepat censualis efficitur. Ille vero cuius bona sunt suus dominus erit, & vilior est censualis q̄ si vasallus suus sit, quia vasallus deferret scutum bellicū & manet miles. Censualis vero perdit ius militare & efficitur rusticus, vt C. de loca. & conduc. l. licet, & l. milites. Secundo quia vnus alterū non alienat, nisi determinato tempore sibi indixerit vt sic enim locatio recte cedit. Et id tangitur in textu cum dicitur hoc ei de

nuntiare debet, vt C. de loca. & conduc. l. legem quidem, & in auten. de depoli. & de nūc. §. i. coll. vi. Tercio quod quedā locatio fit hereditaria, vnde in textu non immerito additur censualem non innatum, hoc est qui natus non sit ad bona illa, & in isto discrepat Ius Saxonicum a Marchionali. Saxonicum enim iure is qui ad bona censualia innatus est, originarius dicitur, & non possunt bonis renuntiare sine voluntate dominorū. i. Vnde originarij dicuntur quos predecessores Saxonum in agris confedere permiserunt sub certa conditione, tempore quo prouintias subiugabant, vt infra li. iij. ar. xliij. In Marchia vero rustici possident bona sub quibusdam pactis, vt in fra li. iij. ar. lxxix. & diuendere bona huiusmodi possunt iuxta eorum placitū, idq; ex eo fit quia Marchia incolis oppleta est, agriq; antehac rusticis sub censu dati & concessi eorum industria meliorati sunt, quare & diuendere agros huiusmodi poterint. Idq; quod ipsi in agris huiusmodi meliorarunt ultra illud q̄ bona censualia valebant, hereditas rusticorū vocatur, vt C. de iur. emphi. l. i. ij. & iij. Quarto quicquid damni euenerit in conductione, damnum illud est conductoris, id est coloni non domini, ita tamen quod bona illa in sui natura permaneant, non enim decet quod minus prestatetur propter infortunium vel damnum superueniens cum nec plus datur, si fortuna vel utilitas subsequatur, vt ff. de reg. iur. l. secundū. C. de loca. & conduc. l. damnum. Quinto si conduco mobilia & custodio illa cum diligentia qua maiori possum, moriturq; interim vel deperditur soluere illud non teneor, precium tamen conducti me dare oportet, vt Insti. de loca. & conduc. §. qui pro vsu, & ff. eo. ti. l. si merces. §. qui columnam. & ff. eo. ti. l. sed & de damno. Sexto quia bona sic locata recuperare possum tripliciter. Primo si locatio est hereditaria seu perpetua, conductorq; censum ad tres annos non soluerit, bona illa domino vacabunt, vt in auten. de alie. & Emphi. §. si vero, coll. ix. & C. de iur. emphi. l. ius emphiteoticarium. Secundo si bonis illis solus pro mansione indigeo, vt C. de loca. & conduc. l. edem quam, sequitur textus legis. Edem quam te conductam habere dicis si pensio nem domino non soluisti inuitum te expelli non oportet, nisi proprijs vsibus dominus eam esse necessariam probauerit aut corrigere domum voluerit, aut tu in re locata male versatus es. Tercio si locator bona deteriorauit vel inhoneste ibidem vixerit, alienari poterit, vt C. eo. ti. l. ea, & in auten. de aliena. §. si quis vero, coll. ix. Septima locationis materia, si conducis bona sine aliqua determinatione census extunc soluitur tibi exinde iuxta consuetudines prouincię aut patrię, vt C. eo. ti. l. licet. §. penultimo. Morietur si censitus, &c. de hoc vide. Insti. de loca. & conduc. §. vlti. et. C. eo. ti. l. vlti. & titatis

i. Originarij qui dicuntur concordat supra li. i. ar. ij. & ar. vi. li. iij. ar. xliij. iur. mu. ar. l.

k. Damnum in re locata uel conducta eueniens conductoris est et non domini.

l. Res conducta si moritur uel deperditur, damnum domino rei cedit.

m. Bona locata recuperare possunt tripliciter.

n. Vide supra li. i. ar. liij.

d. Venditio & conductio quo differunt.

e. Bona triplicia inueniuntur.

f. proprium q. s.

g. Feudalia bona.

h. Conducticia bona.

Locationis materia septuplex.

Si vero dominus moriatur, &c. textus ut in se est intelligi debet, & census non nisi suo aratro indigebit varendatore, ita ut ostendere possit, quod ille agrum laborauit. Contra rium istius videtur esse infra, li. iij. ar. lxxvii. Vbi dicitur quod si quis agrum redditum percipiendi gratia locauerit seminatū, &c. & ille interim moritur, ager seminatus est hereditarius restituendus, quia ipse diutius agrum huiusmodi in varendatione habere non potuit nisi quamdiu vivebat, hic vero in textu articuli dicitur quod non alio varendatore indiget nisi aratro, &c. sub distinctione quod si moriatur dominus censito, vel sibi bona dimittat non indigebit alia varendatione ad hoc quod semina in utilitatem reducat suam nisi si aratrum suum, hoc est ut declaret quod ipse semina huiusmodi labore adaptauit suo ut textus habet. Si vero bona huiusmodi longius tenere deberet, ille qui iam mortuus est eum varendare iam non poterit.

Sciendum etiam quicquid inuenitur bonorum censiti in curia tua est pignus tuum loco census. Quicumque etiam bona conducat loco proprii usurpare vult, tantum amittit de suo, quantum occupare de alieno voluit, si victus sit, ut. C. de loca & conduc. l. certi iuris, & l. vlti.

Strata seu via Regia, &c. de hoc vide Insti. de scrui. rusti. predi. §. via, & ff. eo. ti. l. via, & ff. de via publi. reffi. l. preter ait. §. viam aperire. Et id ex eo statutum est, ut vnus cedat alteri siue eques sit suo cum curru, vnusque ex malicia non impediatur alium.

Anno ex li. feu.

Molendino prius allata frumenta prius adaptari & moliri debent. Vnde molendinator sub pacto seu censu tenens molendinum, debet illud tenere sine damno vicinorum alias damnum refundere cogitur. Queritur circa id molendinator habens molendinum in communi fluuio, faciatque obstaculum propter abutentorem aquam, exindeque damnum vicino sit vicinus vero denunciaret molendinatori ut obstaculum resarciat qui nec facere curat, vicinus illud tandem dirumpat, accusatusque per molendinatore coram iudice super diruptione obstaculi cui primo cedit querela, &c. si obstaculum illud fuit constructum in agro vicini, potuit destruere vicinus & damnum molendinator resarcire tenetur. Sed si in suo agro molendinator construxit non potuit vicinus dirumpere obstaculum illud & ita de meruit si id fecit. Ibidem practicam istius laetior vide.

Secundo queritur P Tholandus habuit molendinum sine omni impetione possessum triginta annis, & cum hoc liberum defluxum aque, Gaius tandem construxit aliud molendinum in damnum istius auferendo vel impediendo aquam, negotioque in iudicium verso

Gaius respondet molendinum constructum esse in proprio solo & in communi fluuio, nec per id aquam ampliauit vel minoraui & queratur in iure, an in proprio solo edificare non posset quicquid voluerit, &c. quod iste in damnum illius edificare non debet qui per tempus longum sine impetitione illud tenebat, nec obstat quod dicit aquam illius non accepisse. Est tamen causa quod aqua a molendino illius impeditur, sicut in simili. Si quis pecus alterius detinet & moritur pre inedia seu fame quis non interficit est tamen causa mortis eius seu. c. xi.

Notandum etiam quod bona sunt alius propria ea tamen habet in feudum, quedam sunt feudalia precise que donata sunt propter seruitium suum. Si vendidit homo bona primo modo accepta, que sunt propria seu feudalia, mortuo illo pueri foris adimplere tenentur & dominus prohibere non poterit quod illum non infeudet, huiusmodique bona hereditat vnus in heredes tam provinciales quam feudales. Sed feudalia bona precise non potest vendere, quia feudum domini est. Quod si dominus admittit vult extunc vendere potest ille non quidem feudum sed bona feudalia seu. c. xvi.

Nota etiam differentiam inter feudum & proprium. Feudum enim illud est quod datur ex proprio Imperii, & tribuitur militibus propter eorum seruitia vide hoc idem in prologo seu. Proprium vero est illud quod vnde emit quid pecunijs proprijs vel quod lucratur aut obtinet ex desertis radicibus quod antehac nullius fuit seu. c. liij.

Articulus LX

Qui equum uestimenta seu aliquod aliud mobile concedit aut impignorat seu quouis modo res ab eius potestate cum consensu suo desinunt possideri, si percipiens seu nouus possessor eam reuendiderit, obligauerit, detestauerit, hoc est ludo amiserit, uel furto aut spolio perdididerit, is qui res huiusmodi primo concessit aut pignoraui, a nullo poterit eas repetere aut euincere, nisi ab eo cui sponte concessit aut impignorauit. Si vero is qui rem huiusmodi concesserit aut in suam recepit obligationem

P. Ad hanc materiam vide de supra ar. liij.

Speculi Saxonum Liber Secundus

morte directa uel indirecta moriatur, tunc is suā rem ab hærede eius prout iuris fuerit postulet^a, uel a iudice si ad eum pertinebit.

^a. Alij textus legunt uel a iudice si ad eū quouis modo perueniat.

Glosa.

Vel aliquod mobile concesserit. &c. Lex autē cōmunis uidetur contrarium innuere, cum dicit, quod rei commodate sicut & depōsite proprietatem & possessionem retinemus, ut ff. de po. l. licet. §. rei.

Nisi aduersus eum. &c. Et iste merito etiam pro his rebus respondebit, quia & pro eis agere potest & defendere. Dicitur enim illud ex bonis meis quod mihi cōmodatum vel pignori datum est, & quod apud me depōsitū est & ea res in qua ius habeo, ut plene dicitur. ff. vi. bono, rapto, l. ij. §. in hac.

Glosa.

In articulo presenti tractatur cū quis accōmodat aliquid alteri, & si ille tandem oppignoratū alienauerit, ista nullo alio rem vendicare potest nisi ab illo cui cōcredidit & alia quę textus habet. Contrarium istius uidetur esse supra ar. xxxvi. eo. li. vbi dictum est quod unusquisque rem suam vendicare poterit ubi eam pręuenerit. R. tamen quod ibi loquitur de rebus furto ablatiis. Textus uero articuli presentis disponit de rebus libere per accōmodationem vel oppignorationē alienatis. Si uero is qui rem concesserit moriatur. &c.

^b. Rem accōmodans oppignorās, an hæredibus illius cui accōmodauit actionē instituere possit.

^b Queritur, an iste qui rem accōmodauit vel oppignoraui occasione huiusmodi accōmodati hæredibus actionem intentare ualeat. R. Si circa huiusmodi uadiū maxima qua potuit habebat diligētia, interimq; perit vel alienatur respondere non tenebitur, ut in ff. de loca, & conduc. §. vlti. Sed si quis instare uelit quod hęc solutio & paragraphi allegatio locum habet de rebus concreditis & custoditis ubi sub custodia amittuntur, quid si ludo amittantur an recuperare easdem apud heredes ualeat. R. quod & in isto casu heredes minime impeti poterint, ut supra li. i. ar. vi. & c. de aleæ lusu. l. vlti. Vnde textus articuli ubi dicitur ab hærede eius prout iuris fuerit postulet, intelligi debet nō quod pro omni indifferenter accōmodato vel oppignorato hæres respōdere teneatur quia alias esset contra primum paragraphum articuli presentis, ubi dictū est quod a nullo poterit repeti, nisi cui uoluntarie concredidit. Verum si quid rerum concessarum, oppignorarum, concreditarum, accōmodatarum inter bona mortui relictum sit, hæresq; sibi illa usurpare uoluerit, extunc iste uendicare illa poterit cum duorum virorum testimonio quod sua sint, ut supra li. i. ar. xv

vel contra heredem agat si res huiusmodi in usus conuerteret suos, ut suprali. i. ar. vi. ff. de reg. iur. l. quociens.

Vel a iudice si ad eum pertinebit. &c. Quomodo istud euenit quod bona illa iudici pertineant. R. quia forsan ad parafarnam vel ad arma bellica connumerantur, & post tricesimum iudici presentantur, vel quia forsan hereditibus ablata & spoliata sunt, & fur seu prædator cum his iudici presentetur, ut supra li. i. ar. xxviii. & li. ij. ar. xxxi.

Queritur si pannum dederō ad parandum tunicam, vel aliquid aliud simile, & interim furatus sit pannus ille, resq; furciva una cum fure intercepta & iudici presentatur, cui competat actio furti, an huic qui pannum dederat, vel illi cui pannus datus sit, vel contra quę actio institui debet, an contra illum cui pannum ad parandam tunicam dederat ut esset sartor, vel contra furem. R. quod iste qui pannum dedit optionem habet repetendi damnum suum, vel in illo cui pannum concrediderat, vel contra furem agere super furto, ut ff. de furtis. l. itaq; fullo. Insti. de obli. quę ex delicto nascunt. §. item fullo. Limitatur tamen ibidem, si fullo seu sartor est in soluendo quod soluere possit domino, tunc ei incumbit actio, secus si non sit, extunc domino incumbit actio contra furem.

^c. Pannus si sartori datur ad parandam tunicam, interimq; pannus furetur, contra quę actio instituenda sit uide.

Articulus LXI

QVando deus hominē formauerat a ei uolatilium piscium ac bestiarum dedit potestatem, ex eo istis iniuriam inferenti uita aut sanitas nō auferatur. ^b Tribus attamen in Saxonia nemoribus, & in eis bestijs existentibus, exceptis lupis, ursis, & uulpibus, pax per bannum imperij nunciatur. Primum est nemus Koynisch. Secundū Mageteyde atq; hartus tertia. Qui feras in istis locis occidit soluet bannum Regium. lx. solidos mulctetur. Qui autem per dicta nemora æquiuauerit ^c arcus & eius balista relaxentur faretra eius sit munita, nec non & omnes eius canes colligabuntur. Si feram extra prædicta nemora persequi ceperis & in nemora effugerit licite eā insequeris dū

^a. Concordat. Iur. mil. ar. cxx.

^b. Textus uetustiores ita legunt, tria sunt loca in Saxonia in quibus sub banno Regio feris securitas est concessa, ursis, lupis, & uulpibus exceptis, & hec loca uocantur merica seu sylua banno Regio interdicta. Prius Choyne, secunda merica uirginum, tertia lu barth.

^c. Concordat Iure mil. ar. cxxij. glo.

Textus antiqui habent, postquam se erexerunt, et in nodulos se preparant ad culmum.

modo cornu non suffles & canes non instiges ad insequendum, & si canem ceperis non delinquisti canesque tuos absque culpa licite reuocabis. ^d Nemini etiam licet fata pertransire uenando & conculcare postquam folium crescendo acceperint.

Glosa.

Quando deus hominem formauerat, &c. Vnde dicit lex imperialis, fere, bestie, volucres, & pisces ac omnia animalia que in terra, & in mari, coeloque nascuntur, postquam ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. Quod enim antea nullius est, id naturalis ratione occupanti conceditur, ut insti. de re. diuisi. §. fere. Vbi etiam dicitur, §. in pecudum, quod omnes fructus rerum natura id est deus hominum gratia comparauit. Vnde etiam dicit psalmista, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi, volucres coeli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Glosa.

Verba in principio articuli posita non sunt ex privilegio sed sunt ipsius Eicke de Repkau ex Genesi extracta. Ponunturque ad declarandum & magis elucidandum ius ipsum. Dicere quis possit. Autorem privilegii per verba hec in articulo introducta intentionem suam minime declarare posse. Voluntatis enim & intentionis sue est declarare velle, quod homo iniuriam bestiis siluestribus inferens eas occidendo vitam aut sanitatem non demeretur, & hoc ex eo, quia deus omnipotens dominium & potestatem dedit homini super omnes bestias ut habetur in Genesi. Vnde si sic hoc est si ratione doni & dominii quod deus homini concessit super bestias iniuriam eis inferendo nihil demereatur, equa ratione animalibus mansuetis iniuriam inferendo nihil demereri deberet, non enim deus omnipotens speciale concessit dominium hominibus super bestias siluestres sed in generali super omnia animalia que in coelo que in terra & in mari nascuntur. Ex quo itaque donum est commune, quare ad omnia animalia deriuari debet, secus tamen videmus, iniuriam enim inferens pecori alicuius illud occidens emendam & verigeldum solvere cogitur, immo & vitam perdere si illud furto abstulerit. Sequitur ergo, quod non ratione dominii a deo omnipotenti hominibus in bestias concessi hec prerogatiua habetur quod iniuriam eis inferenti vitam aut sanitatem non demeretur. Omissa tamen in conarium adducta instantia, & secundum rei ver-

ritatem quod ex quoquidem deus omnipotens hominibus potestatem dedit & imperium super omnia animalia in generali tam fera quam domestica homo non demeretur in animalibus si ea occiderit vulneraueritque, prout in precedenti instantia superinductum est. Demereri tamen quis potest vitam aut collum seu aliam penam in illis si ea furatus vel depredatus sit. Vel etiam demeretur quandoque emendam & verigeldum si animal alicuius vulnerauerit occideritque. Nec erit contra articulum presentem intentionemque auctoris privilegii quia ut sic in eo casu non demerebitur contra pecus sed contra hominem cuius est animal illud.

Ex quoquidem ut dictum est, nullus incurrit penam mortis occidendo vel vulnerando animal excepto furto. Queritur an pro feris siluestribus furto quis accusari possit. Respondeo quod non, furtum enim est dolosa contrectatio rei aliene inuito domino, ut ff. de furtis. l. furtum & ff. de penis. l. cogitationis. Sed quia fere siluestres nullius sunt, ut insti. de re. diuisi. §. fere. quare in eo casu non contrectat dolose res aliena, & ita nec furtum committit. Pro declaratione horum que dicta sunt. Primo quod rem nullius esse contingit sex modis. Primo ex natura ut hic de bestiis siluestribus dictum est, & insti. de re. diuisi. §. fere. Secundo contingit rem nullius esse ex negligentia vel ira, ut cum vnus rem a se proicit, ut insti. eo. ti. §. vlti. Tertio euenit rem nullius esse propter honestatem ut sunt res sacre, ut insti. eo. ti. §. nullius. & Quarto que venerunt in obliuionem, ut sunt absconditi thesauri quorum non est memoria, ut ff. de acq. re. do. l. nunquam. §. thesaurus. Thesaurus enim est vetus quedam depositio pecunie cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim sit eius qui inuenerit quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid vel lucris causa vel metus, vel custodie condiderit sub terra non est thesaurus, immo & furtum in eo committitur. Quinto venit ex parte proprii seu hereditatis sicut ex lucro quod seruus heredis lucratur tempore illo cum verus heres hereditatem nondum nactus est, vel eam acceptare non vult, lucrum illud per seruum acquisitum tempore illo nullius est, hereditati tamen applicatur, ut insti. de stipulatione seruorum. §. i. Sexto contingit istud propter excessum alicuius, sicut si seruum egrotum quis expulerit eundem in eius infirmitate prouidere nolens, ille seruus nullius erit, ut C. de liber. lati. tollen. l. vnica. §. sancimus.

Tribus attamen in Saxonia nemoribus, &c. Textus ut in se est intelligi debet. Secus vero faciens sexaginta solidos demerebitur, & hec pena bannus regius dicitur, ut supra li. i. ar. lix. & infra li. iij. ar. lxxij. & xvi. q. i. c. statuis mus, & extra de penis. c. licet. Nemini fata pertransire licet &c. Vnde qui transgreditur, damnum refarciat & penam solu-

e. An pro feris siluestribus quis furto accusari possit vide. lxx. ar. Cxx. glo.

f. Rem nullius esse contingit sex modis.

g. Vide supra lib. ii. ar. xxxv. glo.

uit tres solidos, vt supra eo. li. ar. xlvij. & Insti. de seruitu. rusti. predi. §. iter, & ff. de iti. acti. q. priua. L. p̄tor ait. §. is cuius. Postq̄ folium crescendo acceperint seu in nodulos se erexerint, &c. ^h Verba enim coequari rebus debent, vt Insti. de dona. §. sed nos, C. de Episc. & cleri. L. decernim⁹, & C. de offi. p̄fect. L. i. & in autē. de iudi. §. i. col. vi.

^h. Verba coequari rebus debent.

Articulus. LXII

^a. Textus uetustior res addit tacite mordentem.

^b. Vide supra eo. li. ar. xl. ubi contrariū istius uidetur sentire sed dic quod ibi loquitur de animalibus mansuetis et usui necessarijs, hic uero de feris & bestijs uide ad hanc materiā Iur. mu. ar. cxxij.

^c. Concordat Iur. mu. ar. cxxij.

^d. Textus antiqui addunt extra siluam bannitam.

Qui uerrem tenuerit, canem, ^a lupum, ursum, ceruum, simeam aut taliū quid, & si postq̄ dānum dederint ea animalia excludendo, ^b aut eis uictualia denegando se excusare uoluerit, hoc facere non potest si comprobare possit metuetius is qui damnum acceperit, quod p̄dictus ea usq̄ in diem dati dāni tenebat. ^c Interficiat quis canem uel simile quid, ipse nullā sustinet p̄nam si suum addet iuramentū se causa necessitatis hoc fecisse. ^d Qui bestias quarum natura est fera tenere uoluerit eas intra sua septa aut munitas debet habere possessiones.

Glosa.

Qui uerrem tenuerit, &c. vide supra eo. li. ar. xl. & dicitur verres potius cum testiculis domesticus, sed aper siluestris. Et si eam ceperis, &c. cum vero prohibitus fuerit aucupandi gratia, ne per agrum vadat alienum nō facit ipsas suas, vt Insti. de Re. diuisi. §. plane, & quod ibi nota.

Glosa.

Dicere quis posset rextum articuli presentis esse superuacaneum. Ex quo quidem superius articulo. xl. de hac materia sufficiens habitata est declaratio. R. tamen quod nihil superfluitatis in eo est, ubi enim sunt casus diuersi ibi & iura vt specialia sint necesse est, vt. C. de legi. & consti. L. quę ex relationibus, unde articulo. xl. supra loquitur de animalibus quę ex natura nociua non sunt, vt vacce, equi, &c. vt Insti. si quadru. paupe. fecit. dica. §. hęc autem. Articulus uero p̄sens disponit de illis

q̄ bestias seruant, quę ex natura nociue sunt, vel naturaliter damnum inferre solent, & q̄ p̄fecta differentiam habent inter se, quare & iura occasione illorum distincta, & pene p̄ excessibus diuerse habentur. Iudex enim maxime curare debet, vt secundū excessum pena sequatur, vt Insti. de acti. §. curare, & ff. de pems. L. respiciendum. Quare iuxta articulo. xl. si animal mansuetum damnum fecerit, dominusq̄ illud non suscepit, liberatur, vt Insti. de noxa. acti. §. ex maleficijs, hic uero iuxta articulum presentem quamuis bestiam illam expellat per id non liberatur, sciuit enim quod animal illud ex natura nociuum est, tum etiam q̄ iure bestie huiusmodi foueri prohibent, sicut hic & Insti. si quadru. paupe. fecit. dica. §. ceterum.

Lupum, ursum, &c. ^e In istis uerbis intelligere uult omnia animalia nociua, vt sunt uulpes, Leones, Leopardi, Simee, Cati marini, Pantheri, &c. siue sint occlusa, siue alligata, vt. ff. de edili. edic. L. hi enim & L. & generaliter & L. vlti.

Damnum soluere tenetur, &c. vt Insti. si q̄tra. dru. paupe. fecit. dica. §. penul. Intelligendum iuxta determinatum verigeldū, si libero homini id fecerit, vt supra eo. li. ar. xl. In alijs uero quanti datum sit dupli, vt si seruum meū momorderit qui artificium tale nouit quod se enutrire possit, duplū soluere cogitur, vt ff. si quadru. paupe. fecit. dica. L. ex hac, & Insti. eo. ti. §. ceterum. Alie uero res soluunt iuxta earum valorem, vt supra eo. li. ar. xl.

Si comprobare possit metuetius, &c. Ex isto textu clare liquet, qd̄ Saxo. testimonio vinci potest metuetius, hoc idem etiam habetur extra de testibus. c. licet vniuersis & c. in omni. Contrariū licet istius esse uidetur supra li. i. ar. vij. & xvij. ubi dicitur quod Saxo contra quemlibet iuramento se absolueri potest, quę coram iudicio acta non sunt. R. tamē vt ibidem declaratum est, nec est contra nūc dicta. Nō enim loquitur hic quod Saxo iuramento se absolueri p̄cise non possit, nam & id facere licitum ei erit, si bestia illa renuntiare uellet, iuraueritq̄ quod ignorabat canem tacite mordacem esse, vel quod canem aut aliam bestiam quę damnum fecit nō fouerit, vt sic enim iuramento absoluitur, vt. ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. hac lege.

Interficiat si quis canem, &c. hoc intellige vt in se sonat, quiuis enim uolentiam propulsa repōt, vt. C. ad le. corne. de scaris. L. §. et. iij. Vnde ex isto paragrapho, ubi dictū est, qd̄ ille qui fouet feram ne dum per amissionem bestie liberatur, sed iurare cogitur, quod p̄ tunc temporis cum illatum sit damnum bestia sua non fuit. Quidam trahunt opinionē stultam tamē dicētes, si animal alicuius mā suetum vel auriga curru damnum faciat, tās demq̄ aufugiat, f̄ quod dominus occasione illius iurare cogatur, quod uidelicet equi sui non essent et his similia, Erroneum enim id

^e. Ex isto colligitur quod exemplum non restringit regulam.

^f. Ad hanc materiā uide supra eo. li. ar. xl. in glo.

est vt supra circa ar. xl. eo. li. declaratum fuit quare iudex providere huic debet, vt in auten. de mada. princi. §. sed neq. coll. iij.

Si suum addet iuramentum. &c. Quod autē vnus iuramento absolui possit habetur hic, & Insti. de acti. §. itē, & C. de iureiur. L. in bono, & ff. eo. ti. L. iusiurandum.

Qui bestias tenere voluerit, &c. Is paragra- phus de venationibus quodammodo tan- git, de ferisq; & bestiis quę per venationem capte seruantur. Vnde notandum circa id quod prohibitio venationis cum iniuria fit, nisi bestię ille intra septa vel alias munitiōes seruentur, omēs enim bestię siluestres sunt na- turali iure, & ita occupantis primo fiunt, ex- ceptis tamen in tribus nemoribus vt in pre- cedēti articulo habitum est, & Insti. de re. di- uisi. §. fere, & ff. de acquiren. re. domi. L. i. §. omnia. Nisi, forsan aliter ex consensu homi- num statutum sit ex consuetudineq; illud te- neat, vt. C. quę sit lōga cōsuetudo. L. preses.

Obicere quis posset consuetudinē huius- modi nullo modo contrariari posse iuri scri- pro, sed quia legibus cautum habemus fe- ras cōmunes esse omnibus, vt Insti. de re. di- uisi. §. fere. Vbi autem ius scriptum habetur, illud consuetudo vel consensus hominū in- fringere non potest vt. C. quę sit longa consuetudo. L. ij. Vbi dicit Cōsuetudinis vsusq; longēui non vllis autoritas est. Verum non vsq; adeo sui valitura momento, vt aut ra- tionem vincat aut legem. Ex huiusmodi etiā hominum consensu nullum ius subsequi po- test. Priuatorum enim voluntas ius non sta- tuit, vt extra de foro. compe. c. significasti, su- pra eo. li. ar. vij. in glo. Iur. mu. ar. xlv. in glo. C. de iurisdictione omnium iudicum. L. priua- torum. R. quod constitutio in eo casu homi- num, consuetudoq; subsequēs nō repugnat iuri & legibus allegatis, quia etsiquidem be- stię aut fere ex sui natura nulli⁹ sunt, primoq; occupantis fiunt, & ita iure naturali venatio non prohibetur, potest tamen vnus prohibe- re alium quod fundum suum lata vel siluas non ingrediatur^h vt Insti. de re. diuisi. §. pla- ne, & C. de rei vōdicatione. L. si fundū, & L. certum. Et ita si venator fundum intrare pro- hibetur etiam venationem exercere non po- terit, quare & iure venatio quodammodo prohibetur quīs indirecte. Exindeq; statutū seu consuetudo si quę est occasione prohibē- de venationis non contrariatur iuri, immo pro iure vtsic habebitur. Ad illud vero vbi dicebatur, quod priuatorum consuetudo & statutum nullum ius facit. R. quod etsiqui- dem legem communem ita quod ab omni- bus teneri debeat constituere non potest pri- uatorum consensus, statutum tamen priuatū locum habet & seruari debet inter illos q il- lud statuunt, vt infra li. iij. ar. lxxix.

Articulus LXIII

Mulieribus procurare non licet, neq; sine tutore agere hæc omnia perdi- dit eis Calurnia quæ se- xus uerecundiam coram Rege ex- ira ostendit, dum suam in procurā- do obtinere non potuit uoluntatē. Vnicuiq; b testificari agere & se de- fendere licet, nisi forte in Regis uel ipsius iudicij sit proscriptio. In fo- ro autem ecclesiastico c hoc ei non admittitur si est excommunicatus.

Glosa.

Mulieribus procurare non licet. &c. Vñ di- cit lex cōmunis. Secundo loco edictum pro- ponitur in eos, qui pro alijs ne postulent. p- hibentur. In quo edicto pretor excipit sexū & casum. Sexū dum scēminas prohibet pro alijs postulare, & ratio prohibēdi, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis cau- sis se immisceant, nec virorum officijs fungā- tur mulieres. Origo autē introducta a Cal- urnia improbissima scēmina quę inuerecū- de postulās, & magistratū in quietās causam dedit huic edicto, Casum dū cecū a postula- dō repellit, vt. ff. de postu. L. i. §. secūdo loco. In foro autē Ecclesiastico, &c. Nec etiā hō- die in foro seculari vt in. c. decernimus de sen- ten. ex cōmunic. li. vi. vbi sic dicitur, Decer- nimus vt iudices seculares per censurā Eccle- siasticam ab Ecclesiasticis iudicibus canonicā monitione premissa repellere ex cōmunicā- tos ab agendo, patrocinando, ac testificando in suis cutijs & iudicijs compellantur. Si est ex cōmunicatus. &c. Et ex cōmunicat⁹ in vna Ecclesia est ex cōmunicatus quantum ad alias. xi. q. iij. c. ij. & iij. q. v. quisq;. Et notatur de appella. in. c. pastoralis in glo. vlt. ex cōmunicatus. d Nullus autem debet ex cōmunicari nisi pro mortali. Vnde dicit ca- non. Nemo Episcoporū quemlibet sine cer- ta & manifesta peccati causa cōmunionē pri- uet Ecclesiastica, quia anathema eternā mor- tis est damnatio, & non nisi pro mortali de- bet imponi crimine, & illis qui aliter nō po- tuerunt corrigi. xi. q. iij. nemo, & vide quod ibi notatur in. c. sacro, & de sen. ex cōm. & ed. ti. c. i. lib. vi.

Glosa.

Mulieribus procurare non licet. &c. Ad hāc materiam vide. ff. de reg. iur. L. scēmine, & iij. q. vij. c. infamis. §. tria sunt. e Notandum tamen circa id quod mulieres

a. De procuratoribus seu serendarijs uide infra li. iij. ar. xxx. ad hanc materiam repe- te etiam articuli xlv. li. i. supra.

b. Intellige uero secun- dum quod textus uer- tustiores addunt.

c. Vide ad hanc mate- riam Iur. Mu. ar. y.

d. Excommunicari nullus debet nisi pro mortali.

e. Mulieres in sex casib- bus fungi offiāo pro- curatoris possunt.

e. Venatio an iuste p- hibetur.

h. Concordat Iur. Mu- ar. Cxxij. glo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

in sex casibus officio procuratoris fungi possunt. Primoratione officij ut abbatissa re potest defendere monasterij, extra de confir. vti, c. cum dilecta, circa finem. Secundo in causis eorum proprijs vel ad utilitatem eorum, vt. C. de procura. L. quia absente. Tertio si ei ceditur causa vel querela, vt. C. de procuratoribus. L. qui. Quarto pro parentibus egrotis, vt. ff. eo. ti. L. feminas. Quinto quando turtix est, vt. C. quando mulier officio tutoris fungi potest. L. vlti. Sexto mater pro libertate filij agere potest, vt. ff. de liberali causa. L. amplius, idque totum fit secundum leges & Canones.

Nec sine tutore agere, & c. hoc ex eo fit, quia testibus iure nostro convinci non potest, vt supra li. i. ar. xlvj.

Hec omnia perdidit eis Calpurnia, & c. vt Insuper de suspectis tutoribus, §. consequens, & ff. de postula. L. i. §. secundo loco. Vnde circa id dicere quis posset hunc paragraphum ubi dicitur hec omnia perdidit eis Calpurnia contra rari videtur ar. xlvj. supra li. i. rum & glossam declarate, ubi habetur & exprimitur causa quare mulieres procurare non possunt, ex eo, quia vinci testimonio non poterant, & quod vnum non contradicit alteri. Articulus enim allegatus, xlvj. dicit quod mulieres necessario tutores habere debent in actionibus earum propter id, quia iudiciaria potestas testimonio eas vincere non potest. Articulus vero presens dicit, quod nullius verba iudicialiter loqui possunt, nec procurari propter demeritum Calpurnie, vnde & procurator in proposito etiam pro tutore accipi debet.

Vnicuique agere, testificari, & se defendere licet, & c. Exceptis tamen in delictis & hereticis vt. C. de postulante. L. nemo, & extra de here. c. excommunicamus, §. credentes. Exceptis etiam monachis, vt. xvi. q. i. placuit. Ex clusis etiam clericis, vt extra ne cleri vel mona. c. sacerdotibus. Tum etiam exceptis illis de quibus habetur supra li. i. ar. lx. in glo.

Agere & se defendere, & c. Exceptis is nunc proximè expressis & C. qui accus. pos. L. qui crimen.

Testificare, & c. exceptis illis qui infames sunt vt. ff. de his qui notantur infamia. L. i. nisi forte in certis casibus qui expressi habentur li. i. ar. viij. in glo. Vnde ex isto verbo quod in textu ponitur, vnicuique agere licet, & c. liquet quod nullus a herendarionatu reici potest, vt Insuper de exceptis, §. vlti. nisi forte iuris sui paciam detrimentum.

Si est excommunicatus, & c. vt extra de hereticis, c. excommunicamus, §. credentes, & extra de excessibus prelatorum, c. inter dilectos & de iudi. c. intelleximus, & de excep. c. pia. lib. vi. hoc idem servari etiam debet in iure seculari propter salutem anime, vt extra de senten. excommuni. c. decernimus li. vi.

Articulus LXIII

Mulieres & uirgines uiolenter oppressæ a cum uiolentiarum clamore coram iudicio agere debent

propter manuale factum & uim seu necessitatem quam declarare eas oportet. Qui etiam in furto aut spolio comprehensos iudicio presentet cum clamore uiolentiarum eos agere oportet propter manuale factum quod producitur cum hominibus presentatis. b Præterea qui occisos iudicio presentant uel iniuriam eis illatam prosequi intendunt cum clamore uiolentiarum id agere debent propter manuale factum quod manifestum & clarum appareret. Spoliatus si scit ubi res eius ablate peruenerint, & si iudicem ad prosequendum eas aduocare uoluerit, cum clamore uiolentiarum hoc facere debet & conqueri propter manuale factum quod ibidem ostendere uelit. Vbi manuale factum non est sine clamore uiolentiarum agendum est, alias actio agendi est danosa. c

a. Concordat iur. m. ar. xxxviij.

b. Vide supra li. i. ar. lxx. c. iur. m. ar. xxxvi.

c. Concordat iur. m. ar. xxxviij.

Glosa.

Mulieres & uirgines, & c. Vnde etiam dicit lex imperialis, Sciant cuncti accusatores eam rem se deferre debere in publicam notione, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documentis vel iudicij ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita, vt in. L. vlti. C. de probatio.

Qui etiam occisos iudicio presentant, & c. Et omnis particeps homicidij debet pro homicidio condemnari, siue sit particeps delicti ex consensu, consilio, facto, seu opere, vt ff. de minori. L. auxiliu, §. in delictis, & de homi. c. sicut dignum.

Glosa.

In textu quatuor ponuntur quæ iudicialiter cum clamore uiolentiarum conqueri oportet. Primum est raptus virginum quod & grauissimum est, vt. C. de raptu. virgi. vel vidu. L. raptores. Vnde grauitas huius delicti in iure ex tribus consideratur, d Primo quia non

d. Raptus uirginum graue delictum ex tribus concor. iur. m. ar. xxxviij. glo.

f. Procurare seu in iudicio agere quibus de negatur uide.

xa huiusmodi necessario querulatur a patre
tribus, quod si parentes querulari omiserint,
vel factum occultauerint, in exiliū transmi-
tuntur, vt. C. eo. ti. L. i. Secūdo quia mulierē
per vim rapiens vitā demeretur & bona, nec
eam posthac in matrimoniū superducere po-
terit, vt supra li. i. ar. xxxvij. & in auten. de ra-
pti. mulie. que rap. nubet. §. i. coll. ix. Vnde
& si quidem in contrarium alique militant le-
ges tamen interpretationē huius vide supra
li. i. ar. xxxvij. in glo. Tertio quod iudices ra-
ptores huiusmodi inuestigare tenentur & ius-
dicare sine querela omnesq; complices simile
ius patiuntur, vt. C. eo. ti. L. i. & in auten. de
manda. princi. coll. iij. & infra li. iij. ar. i.

Propter manuale factum quod declarare eos
oportet, & c. Declaratio autē huiusmodi fieri
debet cum testibus & cum clamore, vt. C.
de Eden. L. q. accusare, & C. de rap. virgi. L.
i. q. quis aliqui in eo casu aliter sentiant.

Qui etiam in furto aut spolio deprehensos,
& c. Istud est secundū quod cum clamore vio-
lentiarum querulari oportet, & hoc ex eo quia
etiam est actio criminalis. Vnde vt sic furto
accusatus damnum seu incommodū sustinet
in tribus. Primo quia accusatus si desuper
cōcordiam interit efficitur infamis, vt supra
li. i. ar. xxxvij. & xxxvij. & C. ex qui. cau.
ali. infra. irro. L. non damnatos. Secundo quia
tales si secundario accusantur ad iura legalium
hominum venire non possunt, nec sententis
as eis reprobare admittitur, vt supra li. i. ar.
xxxix. & li. iij. ar. xij. in fi. & C. quorū appel-
la. non recipi. L. obseruare. Tertio quod bo-
na vt sic ex furto vel spolio lucrata possideri
vel prescribi nullo modo possunt, vt supra,
eo. li. ar. xxxvi. & Insti. de vsucapio. §. furtiue
& §. quod autem.

Præterea qui occisos, & c. hic tertium tēgitur
quod cum clamore agere oportet. Vnde ex
homicidio etiam tria incōmoda veniunt. Primo
quia is qui interficit verigeldū sol-
uere tenetur etiam si sine culpa id eueniat, vt
supra lib. i. ar. xiiij. & Insti. ad le. A quili. §. il-
lud. Secundo qui homicidam fouet domici-
lium sibi prestat eandem penam sufferre te-
netur, vt supra eo. li. ar. xiiij. & C. de his qui
latro. & alijs crimi. reos ocul. L. i. & ij. Tercio
si occidere proponunt aliquem, & vulne-
rant duntaxat, dato quod non interficiant si
desinunt tanq; homicide iudicantur, vt. ff.
ad le. Corne. de sicarijs. L. i. & C. eo. ti. L. his
qui, & supra li. i. ar. xliij.

Spoliatus si scit vbi res eius ablata, & c. Et id
est quartum quod cum clamore etiā queru-
lare vnus tenetur. h Vnde cōtra raptores eti-
am pena statuitur triplex. Primo quia ex de-
bito & necessitate insequi debent vt hic & su-
pra li. i. ar. liij. & infra li. ij. ar. penul. & vlt. In
auten. de manda. princi. §. quod si, coll. iij.
Secūdo quod sub illo iudice vbi excesserint
respondere tenentur & sententiā tollerare cu-
iuseūq; iurisdictiōis fuerint, vt. C. vbi de cri-

mi. agi. opor. L. i. & in auten. vt om. obedi. iū-
di. §. arripiat. col. v. & infra eo. li. ar. lxxi. & su-
pra li. i. ar. lix. Tertio quod in facto vel fuga
interfici possunt, vt infra eo. li. ar. lxi. & C.
quan. li. vni. sine iudi. se vindi. L. vlti.

Vbi manuale factum non est, & c. i Vnde ma-
nuale factum est vel dicitur factum quod ita
est euident ac si manu attigi vel palpari pos-
sit, vt. C. de proba. L. sciāt, & supra eo. li. ar.
xxxv. k Vnde circa id sciendum vbi clamor
excitatur iudiciarius, factum debet esse eu-
dens & ad huiusmodi querelam sufficiens.
Subsequi etiā oportet membri amissio vel
mortis pena.

Vnde dato si vnus baculatus sit cum clamō
reque queruletur factumq; euident sit, pena nō
subsequitur corporis, emendam tamē de iure
soluere tenetur, vt supra li. i. ar. lxxvij. & in-
fra li. iij. ar. xxxvij.

Alias actio agentis est damnosa, & c. Queritur
quod damnum sufferre cogitur hisce. Quā-
doquidem supra li. i. ar. lxxij. dictū est, quod
ille qui alicui actionē intentat & si ab ea pro-
pellatur damnum pro eo nullum sentit, hoc
idem etiam habetur li. ij. ar. viij. & ita vnum
contrariari videtur altero, & quod vnū non
contradicit alteri. In locis enim allegatis lo-
quitur, quod sine damno manet nisi duella-
ria verba interpōita sint, hoc est nisi cū cla-
more & criminaliter etiā accuset, vt. C. de ca-
lumnia. L. mater & L. qui non, & L. calum-
nie, & ff. de penis. L. absentem.

Actio agentis est damnosa, per damnum in
pposito intelligi debet l quod ipse solus pe-
nam illam tollere cogitur si illum nō con-
uincet, vt supra li. i. ar. lxxix.

Articulus LXV

NVer infra annos discre-
tionis a non potest in-
tantū delinquere qd
in uita puniatur. Occi-
datur uero aut mutiletur quis a pue-
ro, b tutor illud ex substantia pueri
secundum uerigeldi modum resar-
cire tenetur, quod & de dānis alijs a
pueris illatis est intelligendum si iu-
re comprobata fuerint. Interficiat
autē quis puerum, plenum pro eo
dare debet uerigeldum. c Corrigat
uero quis puerum dummodo hoc
pro delicto eius se fecisse suo iura-
mento affirmauerit nihil pro eo su-
stinebit.

i. Manuale factū q. t.
Ad hanc materiam
vide supra li. i. ar. lxxvi.
li. ij. ar. xxxv. Iur. Mu.
ar. Cxv.

k. Clamor iudiciarius
cū excitari debet quā
requirantur.

l. Hic est locus pene-
tationis.

a. Iur. Mu. ar. xxxvij.
glo.

b. Vide infra li. iij. ar.
iij. Iur. Mu. ar. xxxvij.

c. Textus antiqui ita
legunt, qui puerū per
crimes traxerit uirgis
castigauerit dummo-
do propter delictum
& excessum eius id
fecisse iuramento con-
firmauerit nihil pro
eo sustinebit.

e. Furto accusatus dā-
num sustinet in tribus
Concordat Iur. Mu.
ar. xxxvi. glo.

f. Ex homicidio tria
incommoda eueniunt

g. Occidere proponēs
aliquem & interim
non nisi uulneret eun-
dem ut homicida iudi-
catur.

h. Raptorum pena
triplex. Concordat Iur.
Mu. ar. xxxvij. glo.

Speculi Saxonum Liber Secundus

Glosa.

Nullus puer infra annos, &c. vt in. l. i. C. de falsa moneta, & in. c. referente de deli. pue. & in concor. ibi allega. Paret autem hic quod puer pro delicto temporaliter punitur, quod quidam etiam procedere dicunt secundum le. si sit proximus pubertati, si autem esset proximus infantie in nullo teneretur, ff. ad le. Aquili. l. sed & si. iniuriam, & ff. ne vis si. ei. qui in posses. mis. est. l. i. §. hoc edicto, & de doli. excepti. l. apud Celsum, & de reg. iur. l. pupillus. Et dicunt quidam quod si delinquat minor ex culpa seu negligentia, non ex proposito mero iure obligatur, sed restitutionem petere potest, siue ciuilitate, siue criminaliter conueniatur. C. si aduer. delict. l. i. Si vero ex certa scientia delinquit & ciuilitate conueniatur, tenetur quatenus interest illius contra quem delinquit. Et si ultra tenetur petere potest in hoc restitutionem. ff. de minori. l. si ex causa. §. si in commissum. Si vero conueniatur criminaliter, tunc precipitur ei, vt hic & C. de fals. mone. l. i. ad finem quoad penam mortis, sed tamen alias temporaliter punitur vt hic vides, & si non habet in bonis unde satisfaciatur, tunc potest cum loris & virgis castigari. ff. ad vellei. le. con. l. ii. & p. parces leuiter. Per iudicem vero seuerere secundum atrocitatem feriri. C. de emen. propia. l. vna.

Glosa.

Puer infra annos, &c. dixerat siquidem superius de querelis cum clamore insituendis & que pene easdem sequantur. Articulus presens excipit nonnullos qui ex facto suo pena mortis non demerentur vt sunt pueri & furiosi de quorum etiam vide infra li. iiij. ar. iiij. d. Vnde & exinde liquet differentia inter violentiam & damnum. Violentiam etenim nullus committere potest sine voluntate. Ex quo itaque pueri de quibus articulus presens, sed & furiosi de quibus infra li. iiij. ar. iiij. arbitrium voluntarium non habent, vt ff. de reg. iur. l. furiosi, quare violentiam facere non possunt, vt ff. de iniurijs. l. illud, & ita nec vitam demerentur, vt ff. de reg. iur. l. fere & C. si aduersus delictum. l. i. Damnum vero fieri potest sine voluntate quare damna per pueros vel furiosos illata rescindi oportet iuxta determinationem verigeldum siue sit nobilis siue plebeius, siue spurius is cui damnum huiusmodi illatum sit, vt infra li. iiij. ar. xlv. Ad hanc materiam etiam vide infra li. iiij. ar. iiij. & C. si aduersus delictum. l. in criminibus. Illud ex substantia pueri, &c. Tutor enim de suo respondere non tenetur super excessu pupilli ex quo absque eius culpa factum sit, vt supra li. i. ar. xi. & xxiiij. C. de administratione tutorum. l. frustra, & C. de pericu. tuto. l. tutoribus.

Occidatur vero quis a puero, &c. Intellige de pueris minorennibus, secus si sint doli capaces, quia illi vitam demerentur, vt ff. de reg. iur. l. pupillu. Sicut si tredecim vel quatuordecim annorum sint, vt ff. de fur. l. iam puberem, & ff. ad le. Aquili. l. itaque, & l. sed & si.

Corrigat vero quis puerum, &c. de his vide C. de emendatione propinquorum. l. in corrigendis, & ff. de iniurijs. l. item apud Labonem. §. addicitur.

Suo iuramento affirmauerit, &c. vt ff. de iniurijs. l. lex cornelia. §. hac lege.

Articulus LXVI.

Nunc considerate antequam pacem quam in terra Saxonie Imperialis Maiestas ex consensu religiosorum nobilium, procerum, uasallorum, proborumque hominum in ea comorantium confirmauit. Omnibus in perpetuum temporibus. Clerici & religiosi, mulieres, uirgines & Iudaei in corpore & rebus. Necnon Ecclesie cimiteria, & quolibet uilla intra sepes suas aut foueas. Aratra cum molendinis & Regia uia tam in aquis quam in campestribus & omnes in his existentes secunda pace fruentur. Omnes etiam dies feriales seu celebres ac ligati ad pacem omnibus hominibus sunt constituti & cum hoc in qualibet hebdomada quatuor dies uidelicet quinta & sexta feria, Sabbatum & dies dominicus. Quinta feria propter olei & crismatis consecrationem cum quo Christiani in baptismo consignantur. Ipso etiam die cenauit dominus cum discipulis ubi corpus suum nobis in cibum tradidit a quo & lex incepit nostra. Etiam propter uenerabilem in hac die domini Ascensionem in qua serrata uia nobis fuit reuerata

A. Differentia inter violentiam & damnum

merito tranquillam teneamus.

Sexta feria deus hominem forma-
uit & moriendo eum redemit. Sab-
bato dominus requieuit, post coeli
terraeque formationem & in sepul-
chro post amare suae mortis passio-
nem, & tunc etiam clerici ordinan-
tur qui Magistri Ecclesiae sanctae
deputantur. Dominica die homi-
nes deo reconciliabantur & sicut
iste dies omnium dierum fuit pri-
mus domusque in eo a mortuis sur-
rexit, sic & omnium erit ultimus, quia
in eo erit resurrectio omnium, ac in
eo unusquisque accipiet praemium me-
ritorum, & ideo praedicti dies a Chri-
stianis custodiuntur & cum vere pa-
cis consignatione honorantur. Ex-
ceptis tamen his qui in manuali uiol-
entiae facto deprehenduntur, uel
qui pro eorum reatu a Rege uel ab
alio iudice proscribuntur eodemque
iudicio fuerint deprehensi.

Glosa.

Omnibus, &c. vide in, c. i. & ii. de treuga. &
pa. quae iura cum isto articulo in multis concor-
dant, & plenius per Host. in sum. de treu. &
pa. per to. ibi vide.
Et quilibet villa, &c. unde etiam dicit lex im-
perialis. Agricultores & circa rem rusticam
occupati, dum villis insident, dum agros co-
lunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita
ut nullus inueniatur tam audax qui perso-
nas bonas & agrorum instrumenta, aut si quid
aliud sit quod ad operam rusticalem pertine-
at inuadere, capere, aut uolenter auferre pre-
sumat. Si quis autem statutum huiusmodi ausu
temerario violare presumpserit, in quadru-
plum ablata restituat, & infamiae notam ipso
iure incurrat, imperiali animaduersione nihilo-
minus puniendus, ut in constitu. Frederici de
statutis & consuetudinibus contra libertatem
Ecclesiae & dictis in fine.

Glosa.

Articulum presentem pauci admodum intelli-
gunt. Pro intellectu itaque illius sciendum quod
hic in textu de multiplici tractat pace. Et in
primis pacem antiquam nominat, fuitque pax
illa quae in terra Saxonie initium habuit, cum

expagariismo ad fidem Christianam conuersi
sunt, & eorum prauis consuetudinibus rerum
etiarunt, & haec pax spiritalis fuit inter deum
& Saxones ipsos. In hacque fidei pace cepit con-
suetudo bonorum operum, cuius initium fuit
Imperialis Maiestas, consuetudines huiusmodi
confirmando & hoc bifaria. Saluberrimis
videlicet documentis cum introductione con-
suetudinis bonae, reiectioneque consuetudinis
praeuae, ut supra in prologo lib. i. & ar. xviii.
Alia confirmatio fuit per pene superappo-
sitionem contra illos qui fidem Christianam
seruare nollent, vel secundum eam viuere res-
cusarent, ut supra li. i. ar. ii. li. ii. ar. xii. infra
li. ii. ar. lv. C. de apost. per totum, & in aure.
de priuile. dotis. §. i. coll. vii. Idque natum fu-
it pro consolatione bonorum qui in acceptan-
da fide superbiam in humilitatem traieciunt.
Saxones siquidem antehac domini
erant superbi, facti tandem sunt serui humi-
litis in Christo. Secundo tangitur hic pax
quae statuta est certis personis propter eorum
dignitatem, eandemque habere debet. Clerici
& spirituales propter eorum orationes qui-
bus totus mundus fruitur, ut in autem. quor-
mo. opor. Episco. §. i. coll. i. Vel pacem habe-
re debent de bona consuetudine qui antehac
pace carebant ex consuetudine praua, hunc enim
am prestitum honorem & pacem habere de-
bent omnes mulieres & uirgines ne eis quae
quam inferatur iniuriae ut Insti. de iniurijs. l.
sed est, & l. attentari, & l. si quis.
Et Iudei, &c. Quia ex quo quidem omnipotens
deus pacienter nostram prefolatur con-
uersionem, ita & nos pacifice tollere ut alii
quando conuertantur eos debemus. Ad obsequium
enim & fidem Christi nullus cogi debet,
ut. xlv. dist. c. q. sincera & C. de Iudeis per totum.
Hanc prerogatiuam etiam habere debent. Eccle-
sia & Cimiteria ita quod nullus ex illis uol-
enter accipiat, nisi in certis casibus quos anno-
tatos uide supra eo. li. ar. x. & xii. & C. de his
q. ad Eccle. consu. l. fidei, & l. denunciamus.
Et quilibet villa intra lepes & ioues, &c.
Quidam dicunt quod ex isto passu sequi de-
beat communis cuiuslibet domus pax, quam
unusquisque in domo, curia, intra suos parietes
seu quatuor angulos domus uel curie ha-
bere debet. Alii uero dicunt quod pax huius-
modi non nisi in iudicio quando pax uni de
cernitur intelligi debeat, ut infra li. ii. ar. xx.
Et tamen secundum uariorem intellectum, quod
ex quo quidem pax ista ortum habet ab illa
antiqua pace prout textus habet, quare & des-
riuari potest quod unusquisque in domo sua pas-
ce ista frui debeat, quinimmo & conductor
domus utitur isto priuilegio pacis intra par-
ietes domus conductae. Sed & quilibet nec-
cessariam defensam in domo facere potest ut
infra li. ii. ar. lxxviii.

Omnes etiam dies festuales, &c. Et haec omnia
habentur ex constitutionibus Imperatorum.
Intelligeque cum paragraphum, non quod dicitur

Alij textus legunt
reconciliati deo sunt.

Speculi Saxonum Liber Secundus

Glosa.

b. Istud uenit ex cōsuetudine, apud nos enim ut communiter ferijs sextus iudicium bannitiū celebratur.

c. Declaratio textus articuli, tū glosa istius super solennitate diei dominice intrincata est. Tu tamen uide ad hanc materiam legem nobilissimā supra arca ar.x.co.li. annotatā

taxat in his diebus pax esse debeat, nam omni tempore & omni die seruanda est. Sed quia maxime & potissimum in his diebus pax obseruatur, & signanter quia abstinetur tempore illo a querela nullumque iudicium exercet, ut supra eo. lib. ar. x. & ar. xij. C. de ferijs. L. omnes. L. quadraginta, & L. vlti.

Et cū hoc in qualibet hebdomada b quatuor dies. &c. & hoc intellige quia in illis diebus nullum legitimū iudicium exerceri debet. Feria quinta propter id, quia lex nostra eo die ut textus habet cepit, ut extra de treu. & pa. c. i. & de conse. dis. ij. c. nec Moyses. Eodem etiam die instituit sacramentū corporis sui nobis hic in terris cēlosque ascendit, Feria sexta saluator noster morti iudicatus est. Sabbato quia dñs die illa requieuit. Domini ca uero die homines deo reconciliabant. Insistere tamen contra id unus possit, textū paragraphi istius esse male positum, homines enim reconciliati sunt feria sexta per mortē Christi mors enim Christi, salus est eterna. & iuxta aliquorum sententiā, in die nouissimo per filium dei qui est salus hominū, primo deus reconciliabitur totaliter. Cum uero dicitur in textu reconciliabantur, hic uerbum preteritū pro futuro ponitur, quod & in sacra scriptura sepius euenit, ut apud Esaiam. Puer natus est nobis, cum tamen adhuc nasci debuit. Sensus ergo articuli erit quod reconciliabimur deo dñico die, hoc est in extremo iudicio qui die dominico eueniet, ita quod post hac dominus deus nobis non indignabitur, quare diem illum celebrem habere debemus ut hic & C. de ferijs. L. omnes, & de conse. dis. ij. c. pronuntiandum. Exceptis qui in manuali facto deprehenduntur, &c. ut supra li. ij. ar. x. & in auten. de mādā. princi. coll. ij. C. de ferijs. L. prouintiarū.

Articulus. LXVII

Pro uolentia seu pace fracta ad presentandū se iuri citatus. Ipse non plures nisi triginta secum ad iudiciū ducere potest, & hi nulla arma secū deferant præter gladios.

Glosa

Pro uolentia seu pace fracta. &c. vel qui alium accusat cū equa debet esse actoris & rei conditio ut in. c. i. de mutu. per. Et nō debet actori licere quod reo non permittitur, ut. ff. de reg. iuris. L. non debet, & eo. ti. c. non licet. lib. vi.

Pro uolentia seu pace fracta citat. &c. a Absterger dante superioribus declarauerat de damno & incommoditatibus quas sustinere coguntur qui iudicio contumaces sunt, presens constitutio datur de his qui quis iudicio compareant, contumaces tamen se ipsos reddunt. b Vnde de intellectu istius nota quod reus quandoque comparendo fit contumax. Primo ut cū quis presens sit & comparet respondere tamen non uult, vel causam nō allegat quare respondere non debeat, iste sententiatur victus ex contumacia. Qui enim tacet consentire uidetur, ut infra li. ij. ar. xxxix. ff. de reg. iur. L. qui tacet, extra de presumci. c. non ne, & detesti. c. cum clamor. Secundo qui licet iudicio sunt presentes proterue tamen a iudicio recedunt vel aufugiunt, isti propter fugam sententiatur, ut supra eo. li. ar. xxxv. & xlv. C. de iudi. L. properandū. §. cum autem, & ff. de precepto. stipula. L. i. & ij. Tertio qui manu armata ad iudiciū ueniūt eo animo quod ius pro voto habere uellent si secundū uoluntatem eorū non succedat ut cum manu armata exinde eis abire liceret, & de istis textus presens habet, & qui sic armatus ad iudiciū uenit, mulctam prestabit, & actor querulari nō tenetur, nec iudex istum audire debet. Quod si incipit guerram ut pacis uiolator iudicatur, ut. ff. de vi. publi. L. in eadē, & L. qui dolo. & ff. de vi. priua. L. legis Iulie, & istud etiam intelligi debet de his qui extra iudiciū populum pro seditione congregant, ut. C. de sedici. L. ij. & iij. & ff. ad le. Iul. Maies. L. proximum, & Insti. de publi. iudi. §. item lex.

a. Nota quod pax in iudicio fracta corpore re punitur, uerbo peccunia exsoluitur seu. c. lxx.

b. Reus quandoque comparendo fit contumax

Articulus. LXVIII.

Si æquitantis seu uiatoris equus fuerit fessus eidē liceat lata seuannonam iuxta uiam positam seu situatam succidere, & spicas ad pabulandum equo ponere, dummodo ea scindendo unum pedem in uia cōtineat & ea post equi aut equorum pastum nullibi ferat ad sui profectum.

Glosa.

Si æquitantis equus. &c. De iure enim in necessitate bene licet agros alienos ingredi, & spicas manducare, & conterere, ut in. c. discipulos de conse. dis. v. Alias enim de iure humano transire per agrum alienum nō licet

ut in. c. omnes. i. dis. vbi in casibus ibi nota,
in vlti glo.
Et ad istum articulum dicit etiam lex. Qui-
cunq; per terram transiens equum suum pa-
bulare voluerit, quantum propinquius secū-
dum viam stans in loco amplecti poterit ad
refectionem & reparationem equi sui, impu-
ne ipsi equo porrigat, licitū etiam sit ut her-
ba & viridi silua sine vastatione quilibet vta-
tur pro suo cōmodo & vsu necessario ut in
vlti. seu. titu. de pa. tenen. §. quicunq;.

Glosa.

Ex textu articuli presentis habetur a quod
non omnes illi fures nuncupantur, qui cōtre-
ctant res alienas propter cōm. dum suū. b
Ad id enim quod furtum dicatur tria cōs-
currunt. Contrectati, vtilitas exinde proue-
niens, & propositum furandi. In viatore itaq;
prout textus habet licet duo sint, rei iū tam-
men deficit quia non animo furandi id facit,
& ita nullum furtum exinde cōmittitur, ut
ff. de fur. l. i. & Insti. de obliga. quē ex delicti
nascun. §. ij. & Insti. de re. diuisi. §. gallinarū.

a. Non omnis qui re
contrectat alienam
furto accusari potest

b. Ad id quod furtū
dicatur tria concu-
runt.

Articulus LXIX



Pccidens aut uulneras
pacis suae uiolatorem
pro eo nihil demere-
tur, si metseptimus
hoc in fuga, aut in actu uiolentiae
accidisse ualeat comprobare.

Glosa.

Non demeretur, &c. ut in. l. i. C. quando li-
cet vni. si e iudi. se vindi. a Quod igitur les-
gitime factum est, penam nō meretur, ut. C.
de adulter. l. Gracchus. Nulli enim licet in-
terficere quenquā, nisi habeat gladij potesta-
tem ut est iudex. Nam iste interficiens malos
in hoc minister dei est, de sen. ex cōm. perpen-
dimus in glo. vlti. Nisi tūc sint notorij depō-
pulatorēs agrorum vel latrones in publicis
stratis quos quilibet occidere potest, vel vbi
defendendo quis aliquem occidat, ut notat-
ur. xxiiij. q. v. in summo. Iste enim qui ag-
gressorem vel aliū in duello discriminis con-
stitutum occiderit, nullam calumniam ob id
factum metuere debet ut. C. ad leg. Corne.
de sicca. l. ij. Et quod quis ob tutelam sui cor-
poris fecerit, iure fecisse existimatur, ut. ff. de
iusti. & iur. l. vi vim. Et licite quis occiditur
cum ex parte resistentis bellum est licitū. C.
de his qui ad Eccle. confu. l. iij. & bonus est
dolus quem quis machinatur in hostes, ff. de

a. Concordat iur. l. iij.
ar. Cxij.

dolo. l. i. §. non fuit autē. Ex parte vero infes-
rentis, bellum regulariter est iniustum, cum
nefas sit hominē homini insidiari. ff. de iustu.
& iur. l. vi vim.
Aut vulnerat, &c. ut in. l. i. C. quando licet
vni. sine iudi. se vindi. ibi enim dicitur quod
melius est occurrere in tempore, q̄ post exi-
tum vindicare.

Glosa.

Articulus presens concordat cum preceden-
ti, ibi enim posuit exceptionē quod non om-
nis qui contrectat rem alienā furtum facit b
sic non omnis qui aliū interficit, reus homi-
cidij efficitur, & hoc si in defēsa id faciat, ut
supra eo. li. ar. xiiij. & infra li. iij. ar. lxxxiiij. in
fi. C. quando li. vni. sine iudi. de sen. l. i. & ij.
& Insti. ad le. A qui. §. iniuria, & ff. de vi. pub.
l. vlti.
Si metseptim⁹. &c. Intellige si occisum nū-
lus deſedere duellariter velit, alias secus suc-
cedet si agnatus illum defendere proporat,
ut supra li. i. ar. lxxiiij. & C. de proba. l. vlti.

b. Non omnis qui in-
terficiat aliquem reus
homicidij efficitur.

Articulus LXX



Possessio a nullo alienetur,
uel ex bonis quae
possidet nullus expel-
lat a nisi possessio for-
ret iure ab eo acq̄sita. Pacis uiolator
debet puniri secundum quod su-
pra dictum est.

Concordat iur. l. iij.
ar. Cxij.

a. Concordat supra
li. i. ar. lxx. & li. ij.
ar. xxiiij. & l. iij. ar.
lxxxij. iur. Ma. ar.
xxix. ar. Cxxxix. &
cxl.

Glosa.

Possessio a nullo alienetur, &c. Concordat
supra eo. li. ar. xxiiij. & infra li. iij. ar. lxxxiiij.
Immo quilibet est tuendus in sua possessione,
extra de insti. c. cum venissent, & in li. feud. c.
i. & per totum. ff. ne vis. si. ei. qui in posses-
sit. l. i. §. i.

Glosa.

Articulus presens facit tertiam exceptionem
de illis qui bona aliorum occupant & dicit,
quod qui rem vel bona in possessione habeat
violenter expelli ex possessione nō debet ni-
si prius sibi iudicialiter possessio abiudicet,
ut supra eo. li. ar. xxiiij. C. de iudi. l. nulli, &
C. de rei. vendi. l. ordinarij.
Pacis violator, &c. hoc pertinet ad accusato-
rem vel actore, qui dato quod inueniat apud
aliquem rem suam iure eandem vindicare
debet, quia si violenter illud nancisci conat,
in possessione q̄ violentiam faciat, ut viola-
tor l. iij.

143

*ni Ut Violator
Pacis est punitus*

tor pacis puniendus erit, vt supra eo. li. arti-
x. ij. Immo si suam etiam rem nō iuridice ac-
cipiat perdit illam, vt infra lib. iij. ar. xliij. in
glo. Si vero accipiat aliquid quod ad alium
pertinet putans rem esse suam duplum red-
dit, & hoc intelligesi veraciter putat rem su-
am fore, alias vt predo punietur, vt. Insti. vi.
bono rapto, §. vlti. C. vii. vi. L. si quis in tan-
tam, & ff. vi. bono, rapto. L. p̄tor ait.

Articulus. LXXI

IN iurata pace arma (ex-
ceptis gladijs) non nisi
ad publicam expeditio-
nem uel ad torneamen-
ta sunt portanda. Quicunq; contra
dictū & aduersus ea fecerint, si-
cut illegales & banniti iudicentur
Imperialem enim transgressi sunt
sanctionem, Gladios etiam nō licet
ferre in Castris, Ciuitatibus, aut uil-
lis, oibus q; in eis domicilia aut ho-
spicia habent Arma licite ab his fe-
runtur qui uolentiae sequuntur cla-
morem. Clamorem autem uiolen-
tiae omnes sequi tenentur qui annos
discretionis habent & gladijs accin-
gi possunt, nisi iusta necessitate fue-
rint praepediti exceptis clericis, mu-
licibus, sacristis, (idest, Ecclesiarū
custodibus) & pastoribus. Si cla-
morem ante castrum aliquod inse-
quuntur, ante illud per tres dies &
noctes permanere debent, quisq;
sub sua prouisione & expensis pro-
prijs. Quilibet in sua iurisdictione se-
qui tenetur q̄diu actor insequitur.
Si autem actor nō ualeat sequi uul-
neratus, sequantur uicini alij q̄diu
uiolatorem conspiciunt. Si forsan
uiolator in aliam se trāserat iuris-
dictionem, & cum sequentes com-
prehendere in campo queant an-
teq; gens illius territorij uenerit, ab
eis licite reducatur. Si uero ad uil-

las, castra, aut ciuitates fugierit uiolator, renouato uiolētiarum clamore, & congregatis ad hoc sculteto & rusticis ac probis uiris qui protūc haberi possunt, ad iustum iudiciū reus postuletur ad quod praesentā-
dus est si in manuali constiterit fa-
cto, & si sequentium persecutio a
suo iudicio per testimonium septē
uironum comprobetur, qui probēt
quod istum in manuali facto inse-
cuti sunt ex suo iudicio usq; illuc.
Cautionemq; prosequenē statuere
debent, super uerigeldo hominis il-
lius^b si forsan iniuste contra illum
iudicent, & sic reum reportantes fa-
ciant quod de iure fuerit faciendū.

Glosa.

In iurata pace, &c. Qualiter pax est iuranda,
& de pena violationis, vide in vsibus f. u. ti.
de pace iura, fir. constitutione Frederici que
incipit hac edictali, & supra eo. li. ar. xij. & in
fra li. iij. ar. ix. cum similibus.

Sanctionem, &c. Sic etiam omnes incidunt
in crimen lese Maiestatis qui delinquant fa-
cta opponendo, & moliendo contra Prin-
cipem vel contra urbem Romanam vel eius
populum, vel qui ad hostes profugit, vel ip-
sos qualitercunq; inuat sez armis, vel pecu-
nia, vel consilio, vel qui subiectas prouintias
nititur rebelles facere, vel seditionem mo-
uet in ciuitate, vel qd' Magistratus vel Prin-
ceps occidatur, vel qui arma sumit, vel occu-
pat loca cōtra Rempubicam, & hoc crimen
etiam perduellionis appellatur idest crimen
hostile, vt. ff. de crimi. pduelli. L. i. ij. & iij. &
iij. & C. ad le. lul. Maief. per totum. Si uero
cōmittitur crimen lese Maiestatis non cōtra
Principem vel Rempubicā, non dicitur cri-
men perduellionis sed lese Maiestatis tar. tū,
vt. ff. ad le. lulia. Maief. L. vlt. vide etiam in fra
li. iij. ar. lxxviiij & de pena istorum vide etiam
supra li. i. ar. xl. Secundum le. autem in crimi-
ne lese Maiestatis etiam filij delinquentis pu-
niuntur, quis enim non decapitentur, sunt tā-
men infames, nec alicui succedunt licet de bo-
nis maternis falcidiam habeant, vt. C. ad le.
Iulia. Maief. L. quisquis. §. filij uero. Et accus-
satio inchoari pōt etiā post mortem. C. eo. L.
vlt. Non etiam excusatur reus huius crimi-
nis siue perfecrit crimen, siue ad actum pro-
cesserit, dando vel recipiendo sacramentum
super crimine cōmittendo, vel aliquid simile
faciendo, & debet gladio feriri & bona eius

a. Et sic isto casu non
tenetur ad poenā tad-
lionis prout supra li.
i. art. lxx. cogeban-
tur.

b. Textus uetustior
res ita legūt, si reum
non iudicent lege ius-
ta, tandē uero a pro-
mo reum ducent &
secundum quod ius
fuerit eundem condē-
nabunt.

omnia publicantur. Eadē enim seueritate vo-
luntas huius criminis punitur qua & effectus
vt. C. eo. L. penal. Si autem alias verbis & nō
facto maledixerit principi, vel pmissa cō-
miserit contra alium dominum suum super-
riorem, tūc arbitrarie punitur, quē dic vt no-
tat Hostien. in sum. de maledi. per totum. Et
ad accusationem huius criminis quilibet ad-
mittitur, vt. ff. e. L. famosi, & L. seq. & C. eo.
L. nullus, & L. vlt.
Gladij etiam in castris, & c. vide. C. de gladi.
pon. tollen. per totum. li. xi. & vt armorum
vltus per totum, eo. li.
Ab eis licite reducat. & c. vnde dicit lex cō-
munis. Questiones eorum criminum quē le-
gibus aut extra ordinem coetcentur vbi cō-
missa vel inchoata sunt vel vbi reperiuntur,
qui rei esse perhibeantur criminis perfici de-
bere satis notū est, vt in. L. i. C. vbi de crimi-
agi. oportet. An autē in criminibus fiat remissio
de iure vel honestate notatur super verbo de
more in Clemē. pastoralis de re. iudi. quē dic,
vt ibi nota, & super ea per Ioan. de lig. & vi-
de supra li. i. arti. lix. & infra li. iij. ar. xxv.

Glosa.

Nota quod iurata pax tria in se specialia cō-
tinet. Primo quod diebus feriatis & ligatis
fieri potest, vt supra eo. li. ar. x. & item. xv. q.
iij. c. nullus, & xxij. q. i. c. omne. Secūdo quod
in pace huiusmodi gladij omnibus inter-
dicti sunt qui gladios portare possunt vt
textus habet, signanter in ciuitatibus qui &
si non iurauerint super pace, tenere tamē edi-
ctum eos oportet, vt in autē. de pace tenen. §
i. coll. x. Tertio quod arma portare etiam nō
debent. Exceptis tamen duplici genere homi-
nibus, primi qui violentiam sequuntur, vt su-
pra eo. li. ar. lxiiij. in fi. & li. i. ar. liij. Alij sunt
qui in torneamentis militant vel exercitium
militare habere solent, istis enim admissum
est, vnde si casus alicui ibidem acciderit, ita
quot mutilatus vel vulneratus sit iudiciū de-
super non cedit, sibi quē ipsi imputabir qui lo-
cū illum ingressus est, sit quisquis sit, vt in
sti. ad le. Aquili. §. at ne, & in autē. de mans-
da. princi. §. titulos. coll. iij.

Gladios etiam ferre nō licet, & c. vt. ff. de vi.
publica. L. i.

Arma licite ab his feruntur, & c. Et hoc ex eo
Violentia enim armis propulsanda est, vt in
fra lib. iij. ar. lxxviij. & ff. de vi & vi arma in
multis legibus.

Clamore violentie omnes sequi tenentur.
& c. Dixit siquidē superius li. i. ar. liij. quod
qui non sequitur violentie clamorem multā
prestare cogitur per articulum nunc presen-
tem excipit quasdam personas qui id facere
non tenentur, vt sunt clerici, istis etenim arma
deferre prohibitum est, vt infra li. iij. ar. ij. &
xxij. q. viij. c. clerici. Et etiā mulierib⁹ Vir em
defendere debet vxorem & non e contra, vt

ff. de iniurijs. L. quod si, & Insti. eo. ti. §. patit.
Excipit etiam ab insecutione violentie sacris-
tias hoc est Ecclesiarum custodes. Isti siquidē
arma deferre possunt in via, si iuri spirituali
subiecti non sunt, vt. xxxij. dist. c. si quis, &
xx. q. iij. c. eos, & extra de cleri. cōiuga. c. Io-
annes, Præterea eliberat a prosecutione vio-
lentie pastores, Officium etenim eorum est,
gregem commissum custodire & non defens-
se insistere. Quare & ius cōductū eis seruari
debet, vt Insti. de loca. & cōduc. §. cōductor.
Per testimonium septem virosum, & c. vt. C.
de eden. L. qui, accusare.

Cautionemq; statuere debet persequen. & c.
Circa id nota si accusatus pro violentia iure
non conuincitur verigeldo emendatur, ex eo
quia contra eius vitam actio intentatur & ita
iudex expetit ab eis fideiussores. Articulus
tamen presens contrariari quodammodo vi-
detur articulo. L. supra. li. i. Dictū enim ibi
dem est quod ille qui aliquem accusat crimi-
naliter & non perducit, solus ipse conuincit-
tur. Textus vero articuli presentis dicit, quod
verigeldo absoluitur.

Et sic faciant quod de iure fuerit faciendum
hoc est secundum excessum pena sibi inflige-
tur, vt supra eo. li. ar. xij. ff. de penis. L. respi-
ciendum, C. de exhiben. re. L. vlti. & in autē.
vt in medio litis. §. si vero, coll. viij.

Articulus. LXXII



Acis uiolator a si super
aliquod castrum se re-
ceperit, uel in quo con-
tra iustitiam detinetur
cum iudex per uiolentie clamorē
ad hoc citetur, ipse in tanto sonitu
uocis ut in castro audiri possit, reū
ad rectum iudiciū debet postula-
re & si iudicio nō presentetur, tam
castrum q̄ in eo habitantes proscri-
bentur. b Sed si dominus castri sex
nuntios iudicis cum actore ad quæ-
rendum rapta & raptorem castrū
ascendere permiserit tunc castrum
non est proscribendum. Accusetur
autem castrum quod ab eo uel ad
ipsum spoliū sit illatum aut por-
tatū, dominus suo iuramento d aut
suus castrensis illud poterit excusa-
re. Qui autem ipsemet de spolio est
accusatus castrū anteq̄ seipsum ex-

a. Vide ad hanc matē-
riam infra li. iij. ar.
xxij.

b. Vide ad hanc matē-
riam infra li. iij. ar.
i. & ar. lxxviij. lxxv.
ar. xxxix.

d. Alij L. gūt Burger.

c. Iurata pax tria in
se continet specialia.

culauerit non poterit excusare. Si quis uelit castrum reum facere per duellum hoc a domino eius uel suo castrensi contra sibi in generatione æqualem repugnetur. Alioquin perscribetur castrum & ipsi castrensi rei iudicabuntur. Conqueratur si quis quod de alterius castro sit spoliatus per aliquem, dominus castri illum ut castrum excuset aut ut satisfaciat eundem producere debet, aut pro eo respondere eum personaliter oportebit. Agatur uero aduersus castrum quod quis ex eo sit spoliatus, & si actor spoliatores ignorabit, dominus castri post sex hebdomadas si pro eo incusetur castrum cum suo expurgabit sacramento, uel damnum secundum quod iuris fuerit sine emenda resarcire debet, dummodo ipse operis & consilij sit immunis. Si inferentes damnum de aliquo castro exequitauerint & infra diem & noctem ad illud non reuertantur, spoliūque ante castrum uel in castrum ad seruandum non dederint, extunc castrum immune ab hoc facto habetur. Si uero exequitantes facto damno ad castrum reuertuntur, & spoliū castro aut suis defensionibus mancipetur, castrum iusto iudicio pro eo in facto iudicetur.

Glosa.

Supra quodcumque castrum, &c. dicitur lex ad istum articulum. Si iudex clamore populi aliquem violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus idem cuius castrum esse cognoscitur, ad faciendum iusticiam illum producat. Quod si de sua diffusus fuerit innocentia & ante conspectum iudicis eum vocare formidauerit, si mansionem habet in castro, dominus eius mobilia sub iuramento iudici representet, & eum de cetero in domo sua tanquam proscripsum non recipiat. Si uero mansionem in castro non habuerit, dominus eius secure eum adducere faciat, ac post modum iudex cum populo eum tanquam pacis

violatorem persequi non desistat, ut in vñ. feud. de pa. tenen. §. si iudex. Item in eisdem, vñ. feud. ti. de pa. iura fir. in consti. Frede. hac edictali. §. receptatoribus, ad nostram materiam sic cauetur Receptatoribus etiam malefactorum qui pacem violauerint in predamentibus, nostram indignationem subitis, & eadem pena cum violatoribus feriendis. Præterea bona eius publicentur & domus eius destruat. Qui pacem iurare & tenere noluerit beneficio & lege pacis non fruatur. ¶ Pro materia vide in. C. de his qui latro. vel ali. crimi. re. occul. L. i. & per totum, & ff. de receptatoribus per totum, facit enim qui fieri facit. ff. de his qui notan. infra. L. furti, & quod quisque iuris. L. i. & vide quod notetur de faciente & consensiente in. c. i. de offi. deleg. & de homici. c. sicut dignum, & plenius statim infra eo. ar. in glos. Omnis autem receptator obligatur. ff. de recep. L. ij. ff. de fur. L. q. vas. §. qui furem, & ff. de incen. rui. naufragi. L. quo naufragium. §. non tantum, & C. de fur. L. si. Et pro hoc etiam vide moder. in. c. pro huiusmodi de homici. li. vi. Est enim pessimum genus receptatorum sine quibus diu latro esse & latitare non possit, & perinde ideo ut latrones debeant puniri, ut ff. de receptatoribus. L. i. & de offi. præsi. L. congruit. Et idem est si eos non receperint, sed cum eos possent apprehendere accepta pecunia vel partes surreptorii eos dimiserint cum in pari causa videantur cum eis ut in alle. L. i. in fi. Et iure Lombardo si postquam deprehendat eos dimiserint, omne damnum pro quo fuerint deprehensi tenentur emendare, ut in Lombard. de furtis. L. si quis. Quos enim par facinus coinquinat & equat utrosque similis pena consequitur. C. de epis. & cle. L. si quemque in fi. Nisi tunc forte ille quem recepit sit eius affinis vel cognatus quia non est parcius delictum in istius qui nihil ad se pertinentibus malefactores receperit, ut ff. de recep. L. i. Iure autem lombard. hoc non inspicitur etiam si latro sit receptantis pater, frater, vel alius propinquus, ut in lombard. de furtis. L. quicumque.

¶ Violator se receperit, &c. Concordat supra ar. proximo, & infra li. ij. ar. ix. Non iure excusabit, &c. Concordat supra eo. li. ar. xvi. §. ij. & quod ibi nota.

Agatur uero aduersus, &c. Nec enim seruus excusatur qui in atrocioribus domino obediuit. ff. de intur. L. sed si unus. §. si iussu domini. Sicut nec subditus quicumque in hoc excusatur. ij. q. vij. admonendi. & xi. q. ij. quid ergo & c. qui resistit, & xxij. q. i. quid culpatur in fi. Et consilij, &c. Nihil enim differt utrum malum facias, an domini causa malum præstes. ff. ad le. Aquil. L. qui occiderit. §. penul. ff. ad le. Corne. de sicca. L. nihil interest, de consecra. dist. ij. si quis per ebrietatem. Auxilium autem presumitur quis dedisse, eo quod stat armatus cum malefactoribus ut notat Inno. in. c. continentia de clerico, percusso.

¶ Textus uetustiores habent & spoliū ad castrum inductum sit uel ante castrum seruatum iusto iudicio castrum condemnetur.

Glosa

Articulus presens disponit quid iuris sit, & quæ pena sequatur illum qui pacis violatorē in arce occultauerit. Vnde nota quod illum qui pacis violatorē in arce fouet sequitur pena triplex. Primo quod dominus castri vitam amittit, & castrum illud destruitur, qui enim ut sic maleficos fouet & occultat reus facti efficitur, vt. C. de his qui latro & alijs crimi. re. occul. L. eos, & L. si qui. Secundo quod omnes pacis inhabitatores consēti facti efficiuntur ex eo, quia malefactum illud pro rato habet, vt. ff. de vi. & vi. arma. L. i. §. deicitur, & extra de reg. iur. c. rati habitionē, li. vi. Tercio quia ut sic destructum castrū res edificari non debet sine licentia iudicis, vt in fra. li. iij. ar. lxvi.

Sed si dominus castri sexnuntios iudicis, & hic ponitur documentum quo pacto castrū excusari debet a manuali facto, excusaturq; per id cum dominus castri malefactorē quæ- rere permittit, alias pro huiusmodi facto minime iurare poterit, vt supra li. i. ar. xij. xv, & lvi, & supra eod. li. ar. xxxv. & ar. lxiiij. C. de eden. L. qui accusare, & C. de proba. L. frustra.

Accusetur autem castrū quod ad ipsum spoliū sit illatum, & c. cum iuramento itaq; ut textus habet declarabit innocentiam castri, & hoc fieri potest, vt supra lib. i. art. vj. & C. de iure iurā. L. actori, & ff. de dolo. L. qd si deferente.

Si inferentes damnum de aliquo castro exequitauerint, & c. dixerat siquidē superius ubi

castrum propter excessum destruitur. Paragraphus iste loquitur, ubi castrum sine damno manet dato quod equitantes de ipso damnum fecerint, fieri enim potest quod aliquis in castro existens & exinde equitando contra voluntatem domini arcis damnum faciat, non propter hoc dominus vel castrum damnum sufferre debet. Sed si post factum malefactor in aciem acceptatur, dominus arcis reus efficitur, vt. C. de his qui latro, & alijs crimi. reos occul. L. i. & ij.

Circa id sciendū quod reus facti vnus efficitur quatuor modis. Primo si solus fecerit. Secūdo si cōsilio affuit. Tercio si ex mandato eius illud factum sit. Quarto qui malefactores fouet, vel spoliū acceptat, vt supra, eo. li. ar. xij. Insti. de obliga. quæ ex delict. rascem. §. manifestus, & §. interdum. ff. de vi. & vi. arma. L. i. §. deñciat. C. ad le. lul. de vi. publi. & priua. L. seruos. C. de rapru. virginum, & viduarū. L. i. §. sin autem, & xi. q. ij. c. conspirationum, & in autem. vt lice. ma. & auie. §. quia vero, & §. si autem. coll. viij.

Notandum præterea quod in maleficijs faciendis non potest contrahi societas, & ideo inter eos non datur iudicium communi diuidundo, nec actio pro socio, nec potest vnus de altero in iudicio cōqueri si non seruat promissum, vt notatur. xxij. q. iij. si ad peccatum. In rebus enim inhonestis non contrahitur societas, ff. fami. hercif. L. cetera. §. vlti. & ff. pro socio. L. nec prætermittendum.

g. Reus facti efficitur vnus quatuor modis Concordat iure Alex. ar. xli. glo.

Libri Secundi Finis.

f. Violatorem in arce fouens cōsequitur pena triplex.

Articulus. I

^a. Ad hanc materiam
uide supra li. ij. ar. ult.
n. infra li. iij. ar. lxviij.
Iur. Mu. ar. xxxviij. cla
uus uero ar. xxxix.



Edificia prædiorum seu
uillarū^a propter nullā
aliam iniuriam succidi
seu ad terrā prosterni
debēt, nisi in ipsis fuerint uirgines
aut mulieres uolēter oppresse, aut
post factū introducte. Tunc enim
domus ille per ius condemnatur
si non ut iuris est excusentur. Postq̃
condēnata iam fuerint ædificia hu
iusmodi si reus post modum absol
uitur ab actione, destructa iam ædi
ficia non exoluentur, quia ea a reatu
non excusauit cum iure fuerant ex
cusanda.^b Omne animal quod tē
pore uiolentiæ illic affuit, per sentē
tiam decoletur. Omnes huius cla
moris uiolentiæ infecutores, si male
factorem quoquomodo comprehē
derint licet uictus nō fuerit nō de
linquunt, dummodo ab eis iudicio
præsentetur.

Glosa.

Omne animal quod tēpore uiolentiæ. &c. ^c
Vnde etiam dicit lex cōmunis Raptores uir
ginum vel ingenuarum siue iam desponsate
fuerint, siue non, vel quarumlibet uiduarum
seu feminarum licet libertine sint vel serue, ca
pitis supplicio decernimus plectendos, ut in
L. raptores. C. de raptu. virgi. ubi etiam lex
alias penas raptoribus imponit.

Glosa.

^d. Ex huius glosæ de
claratione colligitur
quod ædificia uillarū
seu prediorum pro
pter spolia uel surta
non destruuntur quē
admodum castra ani
hilantur ut supra li.
ij. ar. ult. habitum est.

Edificia prædiorum. &c. ^d dixerat siquidem
superius libro præcedenti articulo ultimo p
pter qd & ob quam causam arces seu castra
destruantur prosternanturq̃, ne itaq̃ anihila
tio ædificiorum ratione similitudinis cōmun
is fiat, in hoc articulo primo libri tertij au
tor priuilegij exceptionem facit de ædificijs
prædiorum seu uillarum quę non ita de faci
li destrui debent. Vnde pro intellectu textus
notandum, quod ædificia castri destruuntur
ut articulus ultimus libri præcedentis habet
propter spolia, ex eo, qd prædones in illa re
fugium habēt & non possunt de facili exire

detolli. Nullūq̃ aliud edificium latrones &
spoliatores tuetur & defendit nisi arces seu ca
stra, ut in autē. de pa. tenen. §. hac ædificia col.
x. Edificia uero prædiorum seu uillarum qd
non habent tantum munitiōis ut latrones &
spoliatores receptare & occultare possent,
quare non nisi propter factam in eis uiolen
tiam vel oppressiōē mulieribus succidūtur
vel ad terram prosternuntur, ex eo, quia do
mus ille obstaculo fuerūt, quod mulieres sic
oppressę aufugere nō valebāt, quin uiolenti.
Vidēdum ulterius venit quę pena oppresso
res huiusmodi sequatur, & itē an sic oppres
se seu violate nomen pudicitię & castitatis
sue aut honoris perdant. Pro intellectu istius
attendendū^e quod castitas duplex est, Animi
videlicet & corporis. f Castitatem quidē
corporis perdit violata, ut. C. de raptu. vir.
vel vidu. L. raptores, & xxij. q. v. c. ille, &
xxvij. q. i. c. nuptiarum. Castitas uero animi
corā deo & coram hominibus illesa manet,
nec per uiolentiā aufertur. Castitas siquidē
virtus animi est. Sed virtutes huiusmodi per
uiolentiā aufertur non possunt, unde quā
uis corpori uiolentiā infertur, animę autē nū
quam, ut. xxxij. q. v. c. reuera, & c. ita ne. g
Castitas huiusmodi quēdam est in coniuga
tis, quēdam in uirginibus, quēdam in uidu
is. In coniugatis pudicitia vocatur. In uirgi
nibus puellarum uirtus. In uiduis uero con
tinentia nuncupatur, ut. xxvij. q. i. c. nupcia
rum. Et quemadmodum in triplici femina
rum genere uirtus huiusmodi consistit, ita &
excessus qui in ipsis cōmittitur, triplici pena
punitur, ut. ff. de penis. L. respiciendū, & ff.
ad senatusconsult. turpili. L. i. & xxij. q. iij. c.
duo ista. Primum genus feminarum quę per
uiolentiā opprimi possunt est, cum soluta
opprimitur a soluto, excessus istius nihilomi
nus est magn⁹, ut hic, & ff. ad le. Iul. de adul.
L. vim passam, & C. de raptu. vir. L. i. Istorū
pena est multiplex. h Primo qd capite pun
iūtur sicut hic & supra li. ij. ar. xij. C. ad le.
Iul. de adulterijs. L. i. Secunda pena est, quia
propter id ædificia destruuntur sicut hic, &
ff. ad le. Iul. de adulterijs. L. qui domū, & L.
finali. Intellige tamē quod ædificiorum hu
iusmodi non nisi obseracula hostia & paries
tes locūq̃ ubi mulieres uiolentiā passe sunt
succiduntur & prosternuntur, & hoc prop
ter id ut dictū est, quia phibebāt quominus
mulieres aufugere possint, & hoc si nō excu
sentur ut textus habet, cuilibet em negligē
tia sua est nociuā, ut. C. sentē. rescin. nō poss.
L. peremptorias. Tertia pena est quod anima
lia & omne uiuens occiditur, hoc est equi q
bus insidebant vel qui violatas abducebāt,
hominesq̃ & aliud omne uiuens quod auxi
lio oppressiōi fuit, ut. C. de raptu. virgi. L. i.
Quarta pena, qd de necessitate & de iure in
uestigati debent & ante sententiam occidi li
cite possunt, siue in defensione sitre non, ut hic &
C. eo. si. L. i. §. sin autem. Quinta pena est, qd

e. Castitas duplex.

f. Violata an castitan
tem perdit uide sub
distinctione.

g. Castitas multiplex.

h. Oppressoris mulier
rū poena.

ut sic raptā vel violatā in legitimā nunquā poterit accipere vxorē, vt. C. eo. ti. L. i. §. si autem ingenua, & supra li. i. ar. xxxvii. Contrariū licet istius esse videatur in autē. de rap. muli. §. i. coll. ix. & tamen, nullam in eo esse contrarietate, hic enim loquitur quod de iure contrahere non possunt, paragraphus vero in autentica allegatus, intelligitur de facto, hoc est cum quē de facto raptori matrimonio copulatur penas ibidē expressas sustinet. Vel dic, quod, quāvis matrimonialiter postmodum copulauerint sese, fructū tamen seu utilitatem iuris matrimonij nunq̄ consequuntur, vt ibidem circa articulum. xxxvii. li. i. declaratum est. Sexta pena, si parētes virginis illius oppressē eandem postmodū raptori nuptui tradant, perpetuo proscribi & banniri debent, vt. C. eo. ti. L. i. & in auten. de rap. mulie. per totum, coll. ix.

Secūdum genus fēminarum quod optimi pōt sunt maritate, excessus ille grauior est, quia est & oppressio seu violentia, & tū hoc capitale peccatum, quare consequitur eum omnes ille pene, quē in priori excessu expressē se habentur, & cum hoc aliquid adhuc specialius additur. ¹ Suspicionem etenim si quis habeat de aliquo ad vxorem suā, prohibeatq; sibi ne secreto habeat quid colloquiū seu cōmerciū cum vxore sua tribus vicibus, testib⁹ sibi adiūctis, ille vero desistere nō vult, eundem impune interficere potest, vt in autē. vt lice. ma. & auie. §. his quoq; col. viij. C. ad legē Iul. de adulte. In autē. si quis. Breuiterq; sciendum quod excessus seu peccati istius pena adeo est magna, dato, quod de voluntate vxoris maritate peccatum perpetres, in tantum grauius peccas, ac si solutā violares vel opprimeres, vt. C. de adul. L. Gracchus. Maritatus etiam vir si cum aliqua adulteratus sit, vxor illius eum libere dimittere poterit, quia nō minus ille sicut & illa in eo casu deliquit, vt. xxxij. q. vi. c. si ducturi, & c. non mechaberis, immo & dotem repetere potest, vt in auten. vt lice. ma. & auie. §. si quis in sua, col. viij.

Tertium genus fēminatū quod opprimi potest, sunt mulieres vel vrgines deo dedicate, estq; peccatū grauiissimum quia desponsata Christo opprimitur, & ita in Christum peccatum cōmittitur, vt. C. de raptu. vir. L. i. Iste omnes penas superius expressas sustinet. Sed & omnes auxiliares interficiuntur bonaq; illorū Cenobio seu clauistro vbi rapta illa degit applicantur, vt. C. de epis. & cleri. L. raptores, per totum. C. de raptu. virgi. L. raptores, & xxxvii. q. i. c. si qs. & Insti. de publi. iudi. §. i. rē lex, & ff. ad le. Iul. de adulte. L. hec verba. In auten. de sanctis. Epis. L. si quis, & in auten. quan. opor. Episco. §. qui vero eas, col. i.



Clerici & Iudaei arma portantes & secūdū qd iuris est si non tonsurentur, si quis in eis deliquerit non aliter nisi ut laico eis emenda praestatur quia arma portare non debent qui pace quotidiana imperij sunt communiti.

Glosa.

Clerici & Iudaei. &c. a Nota quod clerici habentes temporalem iurisdictionem indistincte pro defensione sua & suorum possunt sumere arma, quia hoc omnia iura permittunt, vt de senten. excom. dilecto. in prin. li. vi. cum cōcord. & xxij. q. i. noli. cum. c. sequen. Si vero temporalem iurisdictionem non habent, nō licet eis arma sumere in propria persona nisi ad defensionē, vel nisi ad adhortādū. xxij. q. vlti. in certis canonib⁹, de quo pūctō vide in dist. c. dilecto. per nou. l. Sic de clerico disponit ius canonicum. Clericus neq; comā nutriat neq; barbam, & clerici arma portantes excommunicantur, vt in. c. clerici, & c. clericus, de vi. & hone. cle. & amittunt priuilegium clericale, vt in. c. perpendimus de senten. excom. quod tamen sane intelligendū quia si clericus dimittens habitū in percussione percuciat, tunc nō perdit priuilegium, immo verberantes sunt excommunicati, licet nō mittendi ad sedem apostolicā nisi tunc fuerit monitus & apparuerit incorrigibilis vt in. c. in audientia de sen. excom. secundum lo. de lig.

Glosa.

Clerici. &c. Articulus iste disponit a quibus clerici abstinere debent, vnde nōmīnē clericorum in proposito intelligi debent omnes, q̄ gaudere possunt & volunt priuilegio & iure clericorū, vt extra de cle. cōn. c. loānes, & ex vlt. co. ti. c. vnico. li. vi. Sciendum itaq; quod clerici abstinere debent potissimum ab octo quē eis interdiciuntur. b Primo tabernas non teneant, nec eas frequentent, vt. xliij. dist. c. non oportet, & c. nulli, & extra de vita & honestate clericorum. c. clerici. Secundo quod guerras cum omnibus facere non audeant, vt. xlv. dist. c. i. & c. licet, & lxxxvi. dist. c. nō liceat, & in auten. de sanctis. Epis. in plerisq; locis, coll. ix. Sed nec ipsis guerra inferri debet, vnde si quis clericū vel qui clericorū titulo vititur percussit vel percutere procurauerit, ipso facto est excommunicatus, vt extra de sen. c. non dubium, & c. ex tenore. Tertiū qd clerici vestes, pallia, cap/pas ferriceas, nec rubeas aut virides, nec ex/cisa calciamenta, nec inaurata calcaria deferant.

a. Clerici iurisdictionē temporalem habentes arma liato deferant.

b. Clerici a quibus potissimum abstinere debent.

i. Suspectū habēs alia quē de uxore sua prohibeatq; sibi sub trisum testimonio ut secum pacem habeat & ille desistere nō vult, praeventus post hac impune interfici potest, concordat suprali. i. ar. xxxvij glo.

Speculi Saxonum Liber Tertius

re presumat, vt extra de vita & honestate clericorum. c. clerici. Quarto cum vxoribus aliorum inhabitare eis minime licet, nec illas ad cohabitandum cum eis permittant, vt. xxxij. dis. c. interdixit, & extra de cohabitatione clericorum & mulierum per totum. Quinto quod non sint lufiores, alearumque ludo indulgentes, vnde autem de sanctis. Episcopus. §. interdicimus, coll. ix. & C. eo. ti. L. placet, & L. decernimus, & extra de vita & honestate clericorum. c. clerici. Sexto quod venationibus non insistant, accipitres, canes venaticos non seruent, vt. lx. xxvi. dis. c. qui venatoribus. c. qui. c. vide. c. Ezau. c. quid. c. an putatis. extra de cleri. v. na. per totum, & xxxiiij. dis. c. quorundam, & extra de censu. c. cum apostolus. Septimo aduocatas & officia secularia administrare non debent, vt extra de cleri. vel monachi. c. clerici. Octauo quod arma non deferant si priuilegio clericorum uti volunt, vt. xxij. q. viij. c. clerici, & xxxij. dis. c. si q. & xxij. q. c. eos, & de vita & honestate clericorum. c. ij. Arma portantes. &c. Arma hic accipiuntur pro gladio cultro seu sicca. &c. ff. de verbo signi. L. armorum.

Non aliter nisi vt laico eis emenda prestatur, &c. Alias si quis clericum & qui clericali veste indutus incedat infestauerit, percusserit, vel percutere procurauerit est ipso facto excommunicatus, vt extra de sen. c. non dubium, & c. ex tenore.

Iudei arma portantes. &c. Nota circa id magnam differentiam. Clericis enim & Scholasticis arma interduntur propter eorum dignitatem. Iudeis vero in contumeliam, & in signum quod ipsi cum eorum bonis sub potestate Christianorum esse debent.

Notandum preterea quod Iudeis quatuor precipue interduntur a quibus abstinere eos oportet. Primo quod nullus Christianus cum eis manducare audeat, nec e contra, vt. xxviij. q. i. c. omnes, nec eis famulari, vt extra de Iudeis. c. Iudei. i. & ij. Cum paganis quidem manducare Christianis permittitur, vt. xl. q. iij. c. ad mensam. Secundo quod nullum officium publicum habere debent in quo Christianis preessent, vt. liij. dis. c. nulla. Tertio medicis ab eis non accipiant, vt. xxviij. q. i. c. nullus. Quarto quod die parasceues exire, non audeant, nec fenestras apertas habeant, vt extra de Iudeis. c. quia super his, & C. de Iudeis, & c. lcolis. L. nullius.

Qui pace quotidiana imperiali sunt communiti. &c. hanc autem pacem Iosephus apud Vespasianum Iudeis conciliauit, vt infra ar. vij. de pace vero tenenda vide supra li. ij. ar. lxvi. f. Contingat etiam Iudeum contra Christianum testificare velle, hoc facere debet cum duobus Christianis & vno Iudeo. Christianus vero contra Iudeum testificari potest, cum vno Christiano & vno Iudeo.

Articulus. III

Mulier pragnans non debet in iudicio nisi ad cuttim & crines condemnari. Super fatuos & furiosos sententia mortis vel membri amissionis non promulgatur. Sed si damnum dederint curatores eorum illud restaurari debebunt.

Glosa.

Mulier pragnans non debet, &c. Vide. ff. de penis. L. pragnantis. & C. eo. ti. L. sancimus. c. Immo & sententia lata contra furiosum vel bonis interdictum, est ipso iure nulla, vt. ff. de re. iudi. L. furioso, extra de successi. ab intesta. c. finali, & C. de curatore furio. per totum, vide etiam supra li. i. ar. xij. sup. verbo. p. digalitate.

Glosa.

Dictum est articulo precedenti quod Iudicium seculare abstinet a quibusdam personis ratione officij illorum, ita quod ad ius trahi non possunt seculare, vt clerici, coram enim spirituali iudice conueniri debent, vt in auten. de sanctis. Episcopus. §. si quis, coll. ix. & in auten. vt clerici. apud proprios. Episcopus. §. i. col. vi. & in auten. apud quos oportet. cleri. §. i. col. vi. & xi. q. i. c. si luester. Hic in articulo presenti declaratur quod iudicium quandoque suspeditur contra alias personas, sicut si mulier prolem vitiam in utero portauerit, noxa enim matris nihil obesse potest puero, vt Insti. de ingenu. §. i. Sensusque articuli est quod puer seu aliquis homo innocens interfici aut pena affici non debet propter excessum parentum, vt. C. de penis. L. sancimus & hic in textu.

Quæritur an ergo libere dimitti debeat. d. Quidam dicunt quod sic opinionem fundantes super articulo presenti quod mulier pragnans in iudicio non debet condemnari. Si ergo non condemnatur nec pena iudicij in ea exequi potest, nullus enim iure occidi poterit nisi prius sententietur. Pro exsolutione questionis nota quod Iudicium est duplex. Primo quando sententialiter vnus declaratur. Secundo quando exequutio fit sententiæ. Primum potest fieri super pragnantem mulierem. Secundum non nisi enixa prole, postquam enim sententietur, seruari debet quoad prolem genuerit ne puer propter sententiam interficiatur, nec enim noxam patris sufferre tenet, vt. ff. de penis. L. pragnantis. Super fatuos & furiosos, &c. f. dictum est in primo paragrapho huius articuli quando sententia prolongari debet, hic dicitur quando omnino eam auferri oportet, nullus enim vitam demereri potest, nisi voluntas & factum

a. Iur. Mu. ar. xvi. & supra li. i. ar. xxxij.

b. Iur. Mu. ar. xxxvij. supra li. ij. ar. lxx.

c. Sententia contra furiosum lata est ipso iure nulla.

d. Mulier impregnata masculinum committens an puniri debeat vel dimitti.

e. Iudicium duplex.

f. Ad hanc materiam vide f. c. xvij. glo. & supra li. ij. ar. xxxvij.

e. Clerici & iudeis arma interduntur diuerso tamen respectu.

d. Iudeis quatuor potissimum interduntur.

c. Iudei preterea nullum Christianum in seruitorem habere debent, ut extra de Iudeis. c. multorum & c. at hec, nec scholas seu sinagogas novas construere, ut extra eo. ti. c. consuluit.

f. Iur. Mu. ar. cxxxvij habetur quod Christianus contra Iudeum agere volens pro debito metertius eum conuincere cum testibus oportet, uidelicet cum Iudeo & Christiano, Iudeus similiter conuincat Christianum.

edcurrant nec vnum sine altero sufficit. vt. ff. de pe. l. cogitationis.

Delinquat etiam quis ex negligentia vel insania sine voluntate non suffert penam propter hoc. vt hic & supra li. ij. ar. xxxviiij. in fi. & l. xv. & ff. de iniur. l. illud. & c. ad le. Corne. de sicca. l. si quis. & hoc ex eo fit quia furiosi & pueri liberum arbitrium non habent. vt. ff. de reg. iur. l. furiosi. & c. de falsa mone. l. i. & ita non puniuntur.

Curatores eorum illud restaurare debent. & c. Dicere quis posset quod furiosi etiam puniuntur. quia bona illorum pro resarciendo damno accipiuntur. vt hic & supra li. ij. ar. l. xv. & ff. de reg. iur. l. illud. quod quis in membro vel corpore punitur proprię pena vocatur. Illud vero quod ad pecuniam vergit multa dicitur. vt. ff. de verbo signi. l. aliud. §. inter multam autem & penam. Cum itaque pena duntaxat in membris fit. In membris vero nihil patiuntur ergo nec penari proprię dicuntur sed multari. Vnde corrolarie sequitur quod quicquid in corpus vel in membrum cedit. est pena. Quicquid ad pecunias vel bona. emenda aut multa dicitur. Vel dic quod tutores de suo proprio multam huiusmodi erogare tenentur vt textus hic habet. Tutor enim furiosum providere debet ne damnum faciat. Si ergo ex negligentia id omittit resarcire tenetur. vt supra li. ij. ar. xxxviiij.

Ex li. feu. c. xviij.

h. Sententia multifariam differri potest.

Nota quod sententia differri potest multifariam. h. Primo si sententiam inuenire nesciunt transferre possunt ad informandum & melius rescindendum. Secundo differtur propter factum & hoc tripliciter si deligit puer infra annos & tutorem habere non potest. Sententia differtur ad proximum iudicium vt tutorem habere possit. vt. c. de administrato. l. frustra. & c. de peri. tuto. l. tutoribus. Secundo si negotium fatuum vel furiosum attinet sententia differtur. & fatuus seruari debet vt dinoscatur si ex insania id fecerit nec ne. Tercio si impregnata mulier delinquat. differtur sententia scz quoad executionem. donec pcrearit. Puer enim propter excessum matris puniri non debet. vt in. l. supra allegata. idque totum intelligitur de sententia proroganda quoad executionem. Pupillo enim differtur sententia quoad tutores habere possit qui eum intercedant. fatuis item & furiosis hoc idem prestat. Si vero furiosi tutores habere non possunt nec eos aliquis intercedere vult quanto mitius fieri potest cum eis procedatur. & si tutor sit. damnum resarcire eum oportet. ex quo illum non custodiuit quem custodire debuit.

Quirere quis potest. quare furiosus detineri debeat ex quo tutor damnum resarcit. R. quod huiusmodi detentio fit propter duo. Primo ex officio iudiciario non tamen ligat

ri debet nec penis affici aut vinculis seruari. Sed occludi & necessaria ministrari eidem oportet. vt ibi dinosci possit si praua voluntas circa factum affuit nec ne. quia si affuit voluntas mala. punitur iuxta excessum. Si vero ex furia id fecerit. occludi perpetuo debet vel res legari ne illi quibus damnum illatum est vindictam soli de eo accipiant.

Articulus. III

Qui repetit ab aliquo sibi uendita uel donata mobilia a reusque uenditam negauerit uel donatam. si emptor uel acceptator re sibi uenditam aut donatam metitius probare poterit. iure eam obtinebit. sed cum tali testimonio si res aliqua sub aliquo uendicetur alium sibi non potest acquirere uarendatorem quia hic suo se poterit expiare sacramento. b Qui uenditionem recognoscit ille emptori uarendare tenetur. & qui uenditionem fuerit confessus uarendare tamen non uult. hic fur aut furi similis presumitur nisi illud in uenditione seu contractu coram testibus excepisset.

Glosa.

Qui repetit ab aliquo. & c. c. Perfecta enim donatio non potest reuocari. vt. c. de donaci. que sub mo. l. perfecta. & c. de reuocan. dona. l. ij. iij. iij. v. vi. d Et hoc regulariter fallit in casibus. videlicet propter ingratitudinem quod dicitur. vt de dona. c. si. puta si donatarius in donatorem manus violentas iniecerit. Item si atrocem iniuriam eidem irrogauerit. Item si graue damnum rerum suarum molitus sit. Item si ei vite periculum inferre presumpserit vt ibi. Item si conditionem appositam non impluerit. c. de reuoca. dona. l. si. & in fi. de dona. §. alie. & de condi. ap. c. verum. He autem reuocationes personales sunt. nec extenduntur ad heredes illorum qui in vita sua siluerunt. de dona. c. si. & c. de reuo. dona. l. si. Item reuocatur donatio propter pacti turpitudinem. de simo. c. de regularib. & c. de hoc. & c. audiuimus. Item propter donantis enormitatem vt si pater iratus filium exherederet. xij. q. ij. si quis. Item propter superuenientem filiorum naturam. & hoc iure poli. sed non iure fori. xij

a. Textus uetustiores ita legunt. si res mobilis quis uendiderit. donauit. easdemque per modum reperat factum negando. possessor suo sacramento & duorum qui factum uiderunt res ipsas facilius obtinebit. Cum huiusmodi uero testimonio. si eadem res alter cuius tamen furto uas uendicet. non poterit quis unum quod uarendator eius sit lucrare. ille enim proprio absoluitur sacramento.

b. Concordat supra li. i. ar. ix. li. ij. ur. xlij. iure. mu. ar. xcix. & cxi.

c. Ex textu liquido apparet quod cui aliquid donatur aut uenditur propter est illud obtinere quod ille donatorem uel uenditorem negare.

d. De donationibus & quomodo reuocantur uide hic per totum

Donati
reuo
pt

Speculi Saxonum Liber Tertius

q. iij. quicunque. ij. Item propter donantis impotentiam, ut si res Ecclesiastica traderet, xvij. q. iij. questi. & de testa. c. filius. Item propter certum defectum de cleri. cōiu. quod a te, & de renun. ex transmissa. Item reuocatur aliquid quando donatio quatenus legitimam summam excedit. xij. q. ij. si quis, & c. de dona. sancimus. Astringitur vero donatarius donatori naturaliter ad antidona idest retributio nem. Naturaliter enim homo mouetur ut benefaciat sibi beneficienti scz quod vicem ei impendat, & beneficium ei recognoscat, & offendere caueat. Et dicitur naturaliter quia to iure vitur ut cetera animalia Insti. de iure natu. in princi. multo forcius homines hoc attendere debent, ad hoc de testamen. cum in officijs, & xvij. q. ij. illud. Et vi de etiam infra eo. li. circa arti. lxxxij.

e. Venditor quomodo tenetur emptorem uarēdare & quō nō.

Ille emptori uarēdare tenetur. & c. In iudicio si res vendita impetatur, hoc denunciať venditori, vt. C. de euic. L. auctore & L. emptor fundi. & de empci. & vñ. c. fi. Si enim fiet emptori in re iniuria vel violentia, ista nō tangit venditorem & sic nō agit tunc de euic. tione vt etiā notatur in dicta. L. emptor fundi, & in glo. supra libro. i. arti. lxx. & in dic. c. fi. Et in quibus casibus anteqres est euicta agi potest de euictione vel ad cautiorē p̄standam vel ad rem liberam tractandam, vide. C. de euic. L. qui rem & ibi in glo. nota. Vide etiam aliquid de euictione notatū supra li. ij. circa ar. xxx. & ar. xxxvi. & infra li. iij. ar. lxxxij.

Glosa.

Sensus articuli presentis est quod ille cui qd donatur vel venditur propior est obtinere rem venditam vel donata q ille negare possit. Contrariū istius videtur li. i. ar. vii. & xvij. vbi innuitur quicquid coram iudicio actum non sit, hoc vnus negare potest. Ex quo itaq; donatio vel veditio quādoq; coram iudicio non sit negari tamen nō poterit vt textus habet. Quare videtur articulus iste contrariari prioribus dictis. & nullam in eo esse contrarietatem, dicitur enim ibidem cū aliquis coram iudicio renunciauerit quid, illud negare non poterit, vincetur enim testimonio. A cōtrario ergo sensu quicquid vnus nō renunciauerit iudicialiter vel coram iudicio nō fecerit hoc ipse potiori iure super damno suo se defendere poterit, q̄ quis cū testibus damnum sibi inferre possit. Ex quo itaq; huic dānum inferretur si donata vel emptā bona sibi auferrentur sequitur ergo quod propior est damnu defendere suum q̄ alter donum negare. Etiam propter hoc id fit quia ille qui in possessione rem tenet potius ius ad eam habet q̄ ille q̄ eam impetit, quia actor nō plus habet nisi iuramentū & testes quibus probare possit suam querelam. Respondens vero habet possessionē, iuramentū, & probationem,

donationis vel venditionis per testes, quare probatio possidentis melior est q̄ actoris, vt supra. li. i. ar. xv. & li. ij. ar. xxxvi. Hoc quod hic dicitur qd respondens probationes afferre potest vel probare valeat, videtur esse in cōtrarium. C. de eden. L. qui accusare, vbi innuitur quod actori incumbit probatio, vt Insti. de interdi. §. commodū, & C. de proba. L. frustra. f. Vbi habetur si iura veremini ne ab eo qui lite pulsatur probatio exigatur, & itē L. actor ita habetur. Actor qd asseuerat probare se non posse profitendo reum necessitate monstrandi cōtrarium non astringit cum per rerū naturā factū negantis p̄batio nulla sit. Preterea. L. vlti. eo ti. disponit qd actor probare debet qd allegat. rz. qd leges allegat nō cōtradiciūt articulo p̄senti q̄a quēadmodū scđum leges actori incumbit p̄batio suę querele. g. Ita respondenti parti probatio incumbit suę responsiue, sicut in simili. Si dicis, quod equus qui est apud me tuus sit, instat tibi probatio propositionis tuę, & hoc volūt leges allegatę, quod etiam leges p̄tactę dicunt mihi nō competere probationē, hoc intellige in hunc sensum. Si tu non probaueris rem esse tuam ego probare tibi non teneor, quod mea sit, quia si tua non est, extunc manet mea. h. Vnde utilitas possessionis quāto quam ille qui possidet nō sit dominus rei, tamen si ille qui petit rem non potest probare rem illam suā esse, remanebit res penes possidentem. Preterea si iura possessoris & petitoris sunt dubia pro possessore iudicari solet. melior ergo condicio est possidentis & exinde super possessione humana frequens mentio sit. vt. C. de probaci. L. actor & Insti. de interdi. §. commodū, & C. de eden. L. nō est nouum. Si vero tu probaueris quod res tua sit, & ego dixerō rem esse meam, quia mihi eam dedisti vel vendidisti hanc contradictionem propior sum ad probandum, vt. C. de probaci. L. cū res, & L. vis eius & ff. de excepci. L. i. & exita de probaci. c. ij.

f. Vide supra li. i. ar. xv.

g. Respondenti quāto incumbit probatio sue responsionis sicut & actori sue querele.

h. Possessionis utilitas

Sciendum tamen circa id quod donatio reuocari potest multis modis prout & supra in glo. p̄cedenti tactum est, utpote si atrocem iniuriam donatori fecerit. Si illum percusserit. Si in corpore vel bonis cum damnificare vult. Si pactum non impleuerit ratione cui⁹ donatio facta sit. Si ingratus donationis fuerit, vt Insti. de dona. §. sciendum. C. de reuocadis dona. L. generaliter. In autē. de nup. §. mater, coll. iij. In autē. vt liberi de cetero auro non egeant. §. illud, coll. vi. Item propter donantis enormitatem, extra de Simonia. c. regularibus & c. de hoc. Item reuocari potest donatio cum sit ab his qui eam facere minime possunt, vt supra li. i. ar. xxxi. Insti. qui. all. poss. vel nō p̄ totū, sicut sunt mulieres, pueri, furiosi. Item propter superuenientem filiorum natiuitatem, vt. xvij. q. vlti. c. quicunque. Item si donatio excedat immensam summā, vt Insti. de dona. §. perficiuntur, extra eo. ti. c.

i. Donatio multis modis reuocari potest.

113

Donator non tenetur de euictione uide infra ar. lxxxij. iur. Mu. ar. xxx.

1. Donationem promittens ad eam explendam aritari non debet nisi in quantum potest. Concordat iur. Mu. ar. xxvij. & infra Spe. Saxo. eo. li. ar. xxxix.

m. Vide supra li. ar. ix. iur. Mu. ar. Cxl. ad hanc materiam abunde

n. Repetere bona conuenit dupliciter.

o. Furtum prescribi non potest.

p. Bona sunt duplicia que uarendare oportet.

apostolice. ^k Donator etiam non tenetur de euictione vel recompensa rei donate si damnum eueniat, vel prius impetatur vel luctetur, nisi forsan de dolo si intercessit datur actio, vt ff. de dona. l. Aristo. §. vlti. ^l propterque promissam donationem non potest quis aritari ad eam explendam nisi in quantum potest, ita quod etiam solus posthac mendicare non cogere tur, vt ff. eo. ti. l. qui id, & in autem. de equali. dotis. §. fin autem, coll. x. Sed cum tali testimonio. & c. hoc intellige prout textus in se est, quia alias sequeretur, si bona mea apud aliquem preuenirem eademque vendicare vellem, ille vero tandem dicat per me sibi fore donata vel vendita idque probare duobus testibus velit, vt sic testimonio illorum lucraretur me in euictorem. Textus ergo habet quod istud fieri non potest. Varendam enim iuramento negare possum. Paragraphus tamen iste secundus contrariari videtur primo paragrapho eiusdem articuli ubi dictum est, qui repetit ab aliquo sibi vendita vel donata recte vendita negauerit extitit ille qui in possessionem rem habet propior est metteretur probare. Sed quomodo quis repetere potest, nisi cum vendicatione, & ad quem potissimum vt ad varendatorem se trahere valeat ille qui rem possidet, ^m nisi ad illum a quo rem habeat donatam vel venditam, & qui eam viceversa vendicare nititur. Si ergo rem donata testibus obtinere possum vt paragraphus primus loquitur extunc rem donatam possidebo et ille euictionem negare non poterit. Et si illum pro varendatore obtinueris, extunc id erit falsum quod paragraphus secundus habet. Si vero a varendatione se se excusare posset vt §. secundus disponit, in primis venditionem aut donationem eum negare oportet, & si id facere potest, extunc paragraphus primus locum non habebit, solui dubietas ista sub distinctione repetitionis. Vnde nota ⁿ quod repetere bona conuenit dupliciter, quia vel repetit a te sicut a vero possessore, extunc tu retinere potes illa cum testibus si emptionem, donationemue legitime factam probare poteris, vt supra li. i. ar. xv. & li. ij. ar. xxxvi. & C. de proba. l. cum res, & ff. pro empto. l. i. & ff. pro socio. l. ij. & Insti. de dona. §. alie. Si vero repetit a te rem furtiuam probareque poterit quod sibi furto ablata sit, testibus eam lucrare potest, vt supra li. ij. ar. xxxvi. ^o Furtum enim prescribi non potest, vt Insti. de vsucapi & longi tempo. §. furti. & §. quod autem. Secundo distingue quod bona sunt duplicia que varendari oportet, P Mobilia videlicet & immobilia. Mobiliu varendatorem consequi non potest, nisi ille donationem aut venditionem recognoscere velit vt hic textus habet, & supra li. ij. ar. xxxvi. Si vero sint bona immobilia hoc distingue, vel illa tibi dederit coram iudicio, vel extra iudiciu. Si coram iudicio factu sit & illa viceversa repetit, possessor facilius pro-

habuit cum iudice & duobus ad iudiciu perit nentibus, vt supra li. i. ar. vij. & vij. & C. de proba. l. siue. Si vero extra iudiciu factu sit extunc illum varendare te non oportet, quia adhuc res illa eius est, vt C. de usufructu. l. i. & cogitur tibi pecuniam tuam vel aliam rem occasione illius datam restituere, vt supra li. i. ar. ix. & xxxij. Infra eo li. i. ar. lxxij. C. de euicti. l. si predium. Tercio distinctio necessario sequitur ex parte varendae, quia si tu vendices & alloquaris bona mea, & ego probauero quod tu ea mihi solus dedisti vel ea vendidisti liber pronuncior a te, nec contrariabitur huic, quod te cum testibus pro varendatore non acquiro, per id enim varendator non es, quia varendator non est ille cui probatur illud quod prius suu fuit, & iam meum est iure factum. Sed varendator ille dicitur ad quem me traho occasione rei donate vel vendite qua alter a me vendicare nititur. Si vero quis alter alloquatur bona mea ad quem non intendo me trahere tanquam ad euictorem & si me postmodum traho, eum conuincere testibus non possum, nec pro varendatore eum obtinere, nisi coram iudicio factu sit, vt supra li. i. ar. vij. vij. & xvij. Si vero coram iudicio actum sit, & donatio seu venditio confirmata fuerit varendare cum me oportet, vt C. de euicti. l. si controuersia, & Insti. de re. diuisi. §. p. traditione & ff. ne vis fiat ei qui in possessione. l. ait p. rator, & Insti. de empti. & vendi. §. item. Qui venditionem recognoscit, & c. Exinde habetur quod iste varendator necessario sit qui venditionem recognoscit. Intellige de bonis que vendicantur sub emptore. Nota tamen ^q quod quedam sunt que non necessario varendantur. Primo si bona venduntur que ex demortuo mihi veperunt, vel per mortuum alicuius succedere possunt, non tenentur varendare venditor, vt C. de euicti. l. i. quia venditor nihil vendit aliud, nisi ius successoriu quod expectabat vel in expectando est. Secundo quicquid donatu sit illa varendari non oportet, nec danu resarcire, vt ff. de dona. l. Aristo. Ille enim qui donat beneficium prestat, sed beneficium nulli nocere debet. In contrarium licet istius sit, C. de euicti. l. ij. & tamen quod lex allegata disponit quod heredes tenentur aliu coheredem varendare occasione bonoru deuolutorum & coheredi abscessoru quia vt sic dantur bona pro sortis sue contentatione, hic vero intelligitur cum donatio sit ex gratia. Tercio qui scienter emit res Ecclesie seu res sacras, Res enim ille nullius sunt & ita easdem nullus vend. re sed nec emere debet quare venditio nulla nisi sit pro redemptione captiuorum, vt Insti. de re. diuisi. §. nullius, & §. sacre, & C. de sacro sanctis Ecclesijs. l. incimus, & in autem. de no alie, & p. res Ecclesie coll. ij. Quarto si emptor non indixerit venditori quando bona empti sub ipso alloquuta sint, hoc est si omiserit denuntiare venditori postquam res impetita sit. Quinti

q. Quedam sunt res que non necessario varendantur.

r. Heres cogitur aliu coheredem varendare occasione bonoru deuolutorum & coheredi abscessorum.

Speculi Saxonum Liber Tertius

si emptor bona sua amittit propter inobedientiam vel iniustam sententiam a qua non appellauit, de istis duobus modis habetur extra de empti. & vendi. c. vlti. Sexto si emptor bona emptor potuit vsu capere seu prescribere & id non fecit sed neglexit. Septimo si ex compromisso per arbitros facto eidem abiudicata sunt, & de istis duobus modis habetur. ff. de eui. l. si dictu. Octauo si non tempestiue denuntiat venditori sed pretermittit usque ad ultimam sententiam. ff. de eui. l. si rem. Nono si propter culpam emptoris bona illa alienentur, ut in dicta. l. si re. Decimo si aliquid pro ludo emit, ut ff. quarum re. non da. actio. l. ij. Undecimo si emit bona que scit non vte pertinere venditori nisi aliter in contractu expressum sit, ut de re. Eccl. non alies nan. c. ad audientiam. Duodecimo si emptor seruum emptum liberum dimittit, ut ff. de eui. l. si seruum. Tredecimo si emptor in bonis emptis permittit mortuos sepelire quia locus ille ut sic efficitur sacer, ut ff. eo. ti. l. si per imprudentiam. Quarta decimo si emptor emit quod de iure sibi emere prohibitum est, sicut si ludus seruum Christianum emeret. Quintodecimo si emptor bona empti habere nollit pro suis, & dimiserit illa voluntarie, ut ff. eo. ti. l. vlti. Et illud varere de seutueri non vult, hic fur est. &c. Ille enim qui vendit aliquid, ius suum in auxilium emptori porrigere debet, quo iure ipsi vendere potuit, si id facere non vult si gnatum est quod absque aliquo iure illud vsurpabat, & ita est fur vel pdoni similis reputatur. Si enim violenter occupat prescribere non potest, ut supra li. ij. ar. xliij. Insti. de vsu ca. §. quod autem, retineat vero illa dolosa contrattatione vel occulto, furtum est. ff. de furtis l. i. & Insti. de obli. que ex delict. nascun. §. i. Et ex ista forsitan causa eui. tionem subterfugit, non enim melius & pinguius ius alij tribuere potest, quam quod solus habuit, ff. de acqui. re. domi. l. traditio, & ff. de reg. iur. l. nemo & l. non debet, & Insti. de vsu. ca. §. furtum & §. quod autem.

f. Nota iure feudali bona quedam dantur ratione officij & non erunt feudalia nec iure feudali uerum iure curie illa possidebit, ut bona que dantur pincernis, Marscalcis & alijs officialibus & ista dantur ad uoluntatem dominorum seu. c. lxij.

a. Textus uetustiores ita legunt. Res concessa seu ad seruandum coram testibus iradiota tanquam furtiua uel spoliata repeti non potest.

Articulus V



Quicquid alicui conceditur aut apud eum sub trium testimonio depositum manifeste fuerit, de furto aut spolio incusari non poterit. Per tres autem quindenas seu tribus uicibus per interualum semper duarum septimanarum citari debet is, qui res alteri concess-

serat, uel qui eas deposuerat ut compareat res suas in iudicio si ei uidebitur defensurus. Quod si non fecerit actor in predictarum rerum mittitur possessionem. Retentor autem huiusmodi terminum aut diem si sine periculo permanere uoluerit suo accomodatori aut depositori personaliter aut in eius domicilium intimare debebit. Accomodata rem is cui accomodata est in principio litis & in conspectu actoris creditore licite restituere potest. Si quis rem suam apud alium deposuerit, & si ex furto is eam amiserit, aut spolijs incendijsque perdidit, uel si animal mortuum fuerit, nullam pro eo penam sustinebit dummodo ille suo sacramento hoc dolo suo non accidisse declaret. b. Quicquid uero uni conceditur aut pignorat illud reddere tenetur non peioratum aut secundum sui ualorem exsoluere. Moriatur equus uel animal obligatum sine creditoris culpa, hoc soluere non tenetur si id probauerit, & ut iuris est a dolo sese excusauerit summam autem debiti in qua obligata fuit res illa c per hoc amittit creditor, nisi aliter in contractu fuerat stipulatum.

b. Concordat cum proxime precedenti & supra li. ij. ar. xxxvi.

c. Contra. l. si pro mutua c. si certum petatur uide collee in prim quasi.

Glosa

Quicquid alicui conceditur, aut apud eum sub trium testimonio. &c. Et licet de natura depositi est, ut res ipsa restituatur, ut i. distinctus naturale. d. Fallit tamen primo quando quis deposuit gladium & deum factus est furiosus. xx. q. ij. ne qs. e. Item si deponens fuerit deportatus, ff. de depo. l. bona fides. Item quando fur deponens & dominus rei concurrunt in petitione, ut in dic. l. bona fides. Item cum fur deponit rem apud proprietarium, uel apud illum cui surripuit ut ibi, & xij. q. ij. cum deuotissimam & etiam nec contra. l. sequstrationem restitutio est facienda, de hoc nota p. Hosti. in sum. de depo. §. cui vers. est em & uide plene de deposito supra li. i. cir. ar. xv.

d. Gladius depositus furioso restituendus non est.

e. Depositum quando restitui non oportet. Vide & de deposito abunde per totum.

Accomodatam rem, &c. de natura comoda-
ti vide in. c. vnico, de como. & in legibus ibi
in glossa allegatis.

Si quis rem, &c. Dicit ad hoc lex imperialis.
Preterea is apud quem res aliqua deponitur
re obligatur & tenetur actione depositi, quia
ipse de ea re quam accepit restituere tenetur,
& si quid dolo commiserit, is ex eo solo tene-
tur, culpe autem nomine id est desidia atque ne-
gligencie non tenetur. Itaque securus est qui pa-
rum diligenter custoditam furto rem amisit,
quia qui negligenti amico rem custodiendam
tradidit non ei sed sue facilitati illud imputa-
re debet, ut Insti. qui. mo. re. contra obli. §. pre-
terea. Vide etiam, ff. de depo. l. i. §. in condu-
cto & §. vlt. & in. c. bona fides de depo. Item
ad hoc dicit lex communis. Si incursu latronum
vel alio fortuito casu deposita pierint ad des-
positarium vel eius heredem qui dolum solum
& latram culpam si non aliud specialiter conue-
nit prestare debuit non pertinet detrimentum
ut in. l. i. de depo.

Alium deposuerit, &c. Et si te presente in do-
mum tuam re aliquam immisi videor tibi tra-
didisse & tu custodiam istius rei recepisse, fa-
cit quod nota extra de depo. c. grauis in glo.
Moriatur equus, &c. Aliter disponit lex cum
dicit placuit sufficere quod creditor ad eam
rem custodiendam exactam diligentiam ad-
hibeat, quam si prestiterit & aliquo fortuito
casu rem amisit, securum esse nec impediri
creditori petere, ut Insti. qui. mo. re. contra.
obliga. §. si.

Sine creditoris culpa, &c. Nota quod licet cre-
ditor de iure communi necesse habet probare
commissionem pignoris, non tamen tenetur pro-
bare quod sine dolo suo vel culpa sit amissum,
quia nec potest, ergo debitor hoc probet si
vult alias sibi condemnatur. C. de pigno.
acti. l. si creditor & l. si nulla. ff. de proba. l.
quotiens. §. qui dolo. Non etiam tenetur cre-
ditor de fortuitis casibus ut in. §. si. Insti. qui
mo. re. contra obliga. Certum tamen est quod
fructus sortem attenuant, nec potest pignus
obligari alij creditori a primo creditore vl-
tra summam quam in re habet. C. si pignus
pigno. da. sit. l. i. & ij. De natura pignoris
plenissime etiam notatur supra li. ij. circa ar.
lx. ibi vide.

Glosa.

Sensus articuli presentis est & eius doctrina
si quid alicui conceditur, vel apud eum depo-
nitur illudque idem sub ipso vendicetur quo-
modo ex utraque parte precustodiri se debeant
ne damnum incurrant, differentiaque preceden-
tis & istius articuli in eo liquet. Preiens enim
articulus tractat de respondente qui se ad va-
rendatorem trahit quem res illa impetita po-
tinet, precedens vero articulus declarabat si
quis repetat vendita aut donata ab aliquo.
Circa id tria notanda veniunt, f. Primo quod

ratione huiusmodi rerum accomodatarum vel
depositarum furtum alicui impingi non potest
sicut hic, furtum enim non est aliud nisi do-
losa commutatio rei aliene ut leges habent. ff.
de fur. l. i. & Insti. de obli. que ex delict. na-
scun. §. furtum. Id autem hic non fit quare vnus
de facili furtum alicui impingere non potest
si illi quid manifeste accomodatum vel ad ser-
uandum datum sit.

Sed dicere quis posset, si ergo cui datur ad ser-
uandum aliquid, debetne manifeste illud iaci-
re, & si non faciat in furto incusari possit. Qui-
dam dicunt quod sic, quia qui ut sic rem ser-
uare vult ut exinde furtum sibi non impingat
iste vel manifeste acceptare vel publice illam ser-
uare tenetur, ut supra li. ij. ar. xxxix. & xxxvi
& hic in textu, quia quod furtiuam rem occulte tenet
furi similis efficitur, ut supra li. ij. ar. xiiij. &
C. de his qui latro. vel alij eri. reos. occult. l.
i. & ij. Si ergo quis pecuniam occulto acci-
piat in deposito & secreto seruat, furto accu-
sari possit. In oppositum tamen sunt leges que
dicunt quod furtum nullus committit nisi dolo
se contrectet rem alienam propter suum co-
modum Insti. de re. diuisi. §. gallinarum &
ff. de fur. l. i. & Insti. de oblig. que ex delict. na-
scun. §. ij. & §. furtum autem. Pro ex solutione
questionis & intellectu precedentium & nota
furti & rei furtive differentia. Aliquando enim
fit res furtiva furtumque committitur in ea & pro
furto accusari seu pro furto contra eum agere
potest, sicut ille qui furatur, ut Insti. de oblig.
que ex delict. nascun. §. aliquando, & ff. de fur.
l. i. & C. eo. ti. per to. Aliquando furtum com-
mittitur & res ablata fit furtiva, non tamen
contra illum qui facit actione furti agi pote-
rit, sicut si seruus domino, puer patri, vxor
marito quid ceperit, sub cuius potestate ad-
huc sunt, ut Insti. eo. ti. §. hi qui, & ff. de fur. l.
serui & filij. Tertio committitur furtum & potest
furto accusari sed res ablata non fit furtiva, id
est non erit huiusmodi res ut possideri non
possit. Possessione enim res huiusmodi pre-
scribi poterit, quod de re furtiva intelligendum
non est, ut Insti. de vfua. §. furtive, & §. quod
autem, sicut si adipio secreto apud te pignus me-
um, ut Insti. de obliga. que ex delict. nascun.
§. aliquando.

In textu cum dicitur. Quicquid sub testimo-
nio depositum fuerit, &c. Intellige quod de-
positum vel commodatum manifeste seruari
oportet hoc est ita seruetur prout de iure ser-
uari debet. h. Vnde si pecuniam tibi quis ad
seruandum dederit, similiter equum vel vac-
cam si in occluso in cista, tua pecuniam ser-
uas eque manifeste cam tenes sicut si equum
in stabulo, vel vaccam que in campum pos-
litur. Et si quis ea ratione rem furtiuam tibi
dederit ut apud te inueniatur animo tibi non
cendi quod videlicet cum illa redetineri pos-
sis & non ipse, sine pena manes si id negauerit
multa & emendari soluere te oportet. Istud
vlti. habetur li. ij. ar. xiiij. de primo vide Insti.

S. Furti & rei furtive
differentia, vide supra
li. ij. ar. xxxvi. & xxxv
vjs.

h. Pecunia ad seruandam
data eque mania
f. sic in astra seruari di-
atur sicut equus in
stabulo & vacca in
campo. Concordat Insti.
Mu. ar. lvi.

f. Occasione rerum
accomodatarum furtum
impingi non poterit
Concordat supra li. ij.
ar. xxxvij. Insti. Mu. ar.
lvi.

Speculi Saxonum Liber Tertius

i. Mutui commodati
depositi differentia.

k. Commodatū à mu-
tuo differūt in tribus.

l. Is paragraphus po-
tius intelligendus est
de deposito q̄ de com-
modato secundum ius
Saxonicum.

m. Depositi quatuor
consideranda.

de oblig. quę ex delict. nascū. §. oblatū furtū.
Preterea nota. i. Mutui, comodati, & deposi-
ti differentiam. Mutui dicitur cum rem quā
mihi mutuas sit mea in tantum, quod nō re-
neor tibi illam restituere sed sui similem sicut
si mutuas mihi pecuniam & alia quę ponder-
rantur pecuniam eandem tibi dare nō tene-
or, sed similem in valore & quantitate &
per id liber ero a te, & si illa mutuata perditū
pecuniā refarcire nihilominus cogitur iste cui
mutuata est, vt Insti. qui. mo. re. contrahi obli-
li. §. i. & §. item is. Commodatū vero dicitur
illud quod cui comodatur ad vsum sicut est
vestis equus & similia, & differt a primo in
tribus. k. Primo quia comoditate vti non
potes, nisi ad vsum illum ad quem tibi cō-
modata est, si aliter facis soluere eā cogeris,
vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. fur-
tum. Secundo quia illam eandem rem resti-
tuere cogeris & non sui similem, vt Insti. qui.
mo. re. contra oblig. §. item is. l. Tercio quia
si custodis rem comodatā prout melius po-
tes, custodia tamē debet esse maior q̄ tuas res
custodire soles, & si aliquid eueniat preter tuā
culpam aut negligentiam soluere non tene-
ris nisi specialiter in comodato exp̄ssum sit,
vt Insti. eo. ti. §. & is quide n. & ff. de deposi.
L. i. & C. eo. ti. L. si in cursu. Si vero circa cō-
modatū exp̄sserit quod equū soluere vel
let si quid damni eueniat vel ad tempus de-
terminatum non restituat soluere tenetur, vt
in c. vni. de cōmo. & infra ar. xxii. Istud tamē
obseruatur secundū leges. Secundū ius uero
nostrum Saxonicum vt articulus p̄sens ha-
bet res comodata integre restitui debet vel
in valore solui. Depositum vero seu res depo-
sita dicitur quando aliquid alicui cōmittit
vel ad seruandū datur, & illa vti non debes
nec eā soluere teneris si perditur, dato si nō
diligenter custodias nisi forsan dolus cōmita-
tatur per te, vt Insti. eo. ti. §. preterea, & ff. de
deposi. L. i. & extra eo. ti. c. vlti. & C. eo. ti. L.
si in cursu.
Nota tamē m quod in deposito quatuor cō-
sideranda veniunt. Primo qui depositū non
reddidit damni illi refarciet qui deposuit & cū
hoc furto accusari potest, vt C. de deposi. L.
si deposita pecu. & L. vfura. Secundo quod
retentor ille nullam exceptionē facere pōt
quo depositum arrestari possit, etiam si sibi te-
neretur quid vel si contra eum deliquerit, vt
C. eo. ti. L. si quis Tercio si deponentis plus
res relinquuntur heredes & vnus accipit suā
partem illum concernentem. Alij vero dife-
rant & interim depositarius nō sit in reddē-
do, illi non possunt contra illū agere qui suā
partem ceperat, vt C. eo. ti. L. super vacuam.
Quarto qui non restituit depositum infamis
efficitur. C. eo. ti. L. qui, & ff. de his q̄ nota.
infra. L. i.
Per tres quindenās, & c. Intellige apud quem
aliqua res vendicatur quę sibi in depositum
vel comodatum data est, ille super furto vel

spolio accusari nō debet. Verum ille qui acco-
modauerat vel ad seruandum dederat ter-
citari debet, alias sententia contra absentem
lata non ligat, vt C. de procūra. L. quia ab-
sente, & ff. de penis. L. absentem & in. q. ix. c.
caueant, n̄ nisi ter citatus nō compareat, vt
C. quomo. & quando sentent. p̄fer. l. i. des-
bet. L. cessante & L. consentaneum & L. tres.
C. Vt eas defēdat, & c. hic tria notāda veniūt.
Si enim ille non venerit qui deposuerat vel
comodauerat aliqua forsan p̄peditus ne-
cessitate extitit de facili ab ipso liberatur cui
comodatum fuit, & nihil perdit quia suū
nō erat. Secundo si euincitur a p̄ncipali ni-
hilominus iste nihil lucratur, quia non erat
rei dominus nisi custos, vt ff. ex qui. cau. in
pos. ea. L. p̄tor ait. Tercio nō nocet ei q̄ in
depositū dederat si iste illud non p̄scribat, vt
C. de depo. L. vlt. & C. de rei. vēdi. L. re. tua.
Accomodatam rem, & c. hic notatur quo-
modo vnus se habere debet cōtra illum qui
rem sibi aliquam comodauit, huiusmōi cū
rem sibi restituere tenetur, hoc idem vide. C.
de deposi. L. si quis, & ff. de eden. L. quędam
§. is autem.
Moriatur autem equus hoc idem vide Insti.
qui. mo. re. cōtra obli. §. creditor.
Summam autem in qua obligata fuit res po-
dit, & c. Contrarium istius videtur esse, Insti.
eo. ti. §. vlti. Vbi dicitur custodia diligētī p̄-
cedente si pignus creditor casu fortuito ami-
serit nihilominus creditū petere potest. O R.
quod secundū leges pignus vtriusq̄ gracia
datur, & debitoris quo magis pecuniā creda-
tur, & creditoris quo magis in tuto sit sibi
creditum, vt in. §. allegato habetur. Textus
vero articuli p̄sentis intelligitur cum nō ni-
si sub vno respectu res oppignorata cōcredi-
tur, videlicet vt debitori magis credatur ra-
tioneq̄ istius pignus locat quare & restitui
debet non peioratum vt textus habet.
Nisi aliter in contractu stipulatū fuerit P in
toto enim iure generi derogatur per speciem
& condicio superapposita limitat omnia, vt
ff. de reg. iur. L. in toto, & C. de pigno. L. q̄
uis constar.

n. Vide supra li. ij. ar.
xxiij. iur. Mu. ar. lxxij

o. Hęc responsio non
satisfacere videtur pa-
ragrapho in contra-
rium adducto quare
dicēdum quod consti-
tuto p̄sens occasio
ne pignoris ut textus
habet est pro specialī
iure Saxonibus san-
ta quare & seruari
debet non obstante
iure communi. Vide
ad id infra co. lib. ar.
xx. in fine glo.

p. Concordat iur. Mu.
ar. ar. xxvi. glo.

q. Textus antiqui ita
legūt amittat si ludo
famulus res domini
& c. Concordat iur.
Mu. ar. Cuij.

Articulus. VI

Detesserat si famulus
res domini sui, aut eas
diuēdat obligetq̄, do-
minus eas repetere po-
test iure se ad illa trahendo. Si autē
famulus in suis rebus hoc fecerit
seu uolūtate propria quouismodo
alienauerit domino nulla competit
actio nec sibi eadem refarcire aut

repedere tenetur b licet famulo sua
damna refarcire promiserat. Si au-
tē res famuli furtiue in domini ser-
uicio aut uiolenter sine eius culpa c
auferantur dominus refarcire tene-
tur & in soluendo cōdemnetur, do-
mino uero ad recuperandū huius/
modi res actio remanebit.

Glosa.

Detesserat famulus. &c. d Nota, quod quā-
do procurator agat causam cum mandato
etiam si malum finem capiat negotium, ipse
repetit sumptus secus si non habet manda-
tum. C. manda. L. etiam, & quē ibi notatur.
Sic etiam si utitur & gestum sit negotiū im-
puberis repetitur impensum, si factus est lo-
cupletior aliā non. C. de nego. ges. L. cōtra.
Procurator tamen etiā tenetur de dolo lata
culpa leui & leuissima. C. mādā. L. a pcura.
Dominus ei in soluendo, &c. An autem nū-
tius alicuius a latronibus captus debeat re-
dimi per dominum, & quid de stipendiario
vel simili vide in specu. iij. parte titu. de iudi-
ci. §. specialia. Vers. illud autē, & ibi vide etia
am in addi.

Glosa.

Superi⁹ in articulo. xxxi. li. ij. §. vlti. dictū est
quod nullus propter excessum suum alteri⁹
bona depdere potest, in presenti articulo de-
clarare nititur an aliquis alterius bona non
quidem propter excessus enormitatem verū
ludo & alio modo amittere possit.
Nota quod articulus iste tria complectitur.
Primo quod aliquid famulus facere pōt qd
tamen dominū pro rato habere nō oportet.
Vnde sciendū breuiter quod dominus duō
pro rato seruare tenetur si famulus vel fili⁹
illud fecerit, filius enim & famulus vnū ius
in eo habent, vt Insti. de pa. potest. §. ius autē,
& Insti. per quas perso. no. ius. acqui. §. i. & se-
quentibus. Primo si parentes vel domini eis
cōmiserint negocium vel officium aliquod,
sicut si sigillum eis concediderint, mercan-
tias item exercendum, tabernas administran-
dum, quicquid in huiusmodi cōmisso nego-
cio fecerint in emendo, vendendo, comodā-
do, ita quod illud ex cōmisso negotio deri-
uatur seu pertinet, eos pro rato tenere opor-
tet & pro eis respondere, vt Insti. quod cū eo
q alio. potest. nego. §. exercitatoria & sequē-
tibus. Insti. de iusti. & iure. §. vlti. Secundo si
filius vel seruus fecerit quid propter cōmor-
dum patris vel domini vt si pecuniā acco-
modauerit vt debitū soluatur vt familia ex
inde persoluatur aut cibo pūdeat, vel do-
mus ruinosa restituetur patrem familias pro

rato habere necesse est, vt Insti. eo. ti. §. preter-
rea, & §. in rem & C. eo. ti. L. ei. qui. §. aliogn
ff. quando de peculi. acti. est. L. questum in
fine. C. de Insti. actio. L. seruus tuus. Idq in-
telligi debet tam de seruis q de famulis, vt
Insti. eo. ti. §. institutoria.

Sciendum tamen venit. Si dominus presici-
at seruū negotio alicui ipseq in officio exi-
stens aliquid comodauerit quod in comō-
dum officij non cessit, dominus pro rato ha-
bere nō tenetur, sicut si seruus in negotio
missus equum perluserit eundem sibi soluere
nō oportet. Idem etiam si equum tuum pe-
luserit quia nec istud in mandatis habuit. ff.
de estima. actio. L. i. C. quod cū eo, q in alie-
na. L. domino per seruū & L. dominos.

Dominus ea repetere potest. &c. f Vnde nos
ta practicā quō dominus res per seruū
perlusas aut perditas repetere potest. Quidā
dicunt per alloquutionē & apprehensionem
rei, & ita autumant articulum presentem per-
tinere debere ad ar. xxxvi. li. ij. Alij vero di-
cunt quod cōtra seruū querulari deberet,
vtrūq tamen non valet, qui enim per ap-
prehensionem rem alloqui vult, metteritū
illud p̄bare oportet, quod sibi furto vel spo-
lio ablata sit, sicut supra li. ij. ar. xxxvi. Nec
etiam cōtra famulum querulare est necesse,
vt patet ex textu articuli, vbi dicitur quod
iure illud repetere potest, nec subiunctum est
quod seruus iure accusari deberet, qā nec rē
illam sicut equum a domino accomodauit,
nec promissit verbo aut facto literis seu pro-
misso viceuersa reportare, vnde merito do-
minus rem suā iure vt textus habet repetit
qā si in seruo illud experere deberet fieri pos-
set, seruū adeo esse inopē quod soluere non
pollit, & ita cautius est agere in rem q in p-
sonā. ff. de reg. iur. L. plus cautionis. Quare
practicā datur quō pacto dominus id face-
re sibi cōpetat. In primis enim adire iudi-
cem debet & querulari cōtra eum apud quē
res est sua quod videlicet equum vel aliquid
aliud sibi retinet nec restituere vult. Iudex tā-
dem illum ad respōsū cogat. Si vero il-
le dicat quod varendatorē habeat & ad illū
se trahat qui perluserit aut sibi vēdidit aut do-
nauit, querat tandem dominus rei vltius,
an seruus res domini sui ludo ammittere vel
ludo ammissa debita cum his persoluere que-
at. Sententiabitur quod seruus bona domi-
ni ludo ammittere vendere alienare vel ludo
ammissa debita soluere minime pōt, vt hic
textus habet, & ff. de alea lusu p totū & ex
inde res suas recuperabit.

Nota circa id speciales regulas de lusoribus
ipsis h Primo lusor peior est p̄done, qā qn
cum aliquo ludit si possit bōa eius aliter ha-
bere & ea sibi rapere, nullo modo luderet &
lucraretur in eo. Item apud quem taxilli fal-
si inueniuntur sicut fur sentenciatur. Etia sunt
infames & iure priuati nec pbi hominis ha-
bere locum possunt in iudicio, bonaq eius

f. Practicā vide quō-
modo dominus res per
famulum ludo perditas
repetat.

g. Agere in rem cau-
tius est q in personā.

h. De lusoribus vide
hic & eorum pena.

b. Intellige textū in
eum sensum quāuis fa-
mulus domino seruice-
rit promissumq; in cō-
tractu sit eū uelle ab
omni damno indemne-
nem reddere nihil os-
minus damnum ex lu-
do factū ut textus ha-
bet refarcire non tene-
tur. Ratio quia culpa
famuli patratum est
damnum illud.

c. Alij textus addunt
ab ip; eius nō gligētia.

d. Procurator pro
mouēs negotium etia
am si malum sora-
atur sine uilominus
sumptus repetere po-
test.

e. Dominus factū su-
muli an pro rato ha-
bere teneatur nec ne.

Speculi Saxonum Liber Tertius

i. Lufor qui nō est in soluēdo ad qd̄ teneatur. Vide ad hanc materiam Iur. mu. arti. ciij. & ciij.

**. Famulus in obsequio existens si captiuitur, quo pacto redimi debeat.*

1. Ad hanc materiam vide abunde seu. c. iij.

confiscantur. Item ludens falsis taxillis capite punitur si cōuincitur. Item si quis per ludice accusari non potest, nec maius pignora nisi quod circa se habet, si vero fugiat liberatur.

Si vero famulus, &c. pars est secunda articuli in qua declaratur quantum dominus seruo obligatur in damno quod promiserat refarcieudū. Textus in se planus est, quia si famulus propria voluntate quid perdiderit rerum suarum, dominus refarcire non tenetur, quicquid em famulis nostris euenit hoc nō domini est damnum sed illorū, nec actio occasione istius sibi competit, vt supra lib. ij. ar. xxxiij. & C. de iniur. L. dominū. ff. de actio. & obli. L. qui seruū. ff. de iniur. L. sed si ff. ad le Aquiliam. L. sed & si quemcunq.

Hic circa querere quis potest. * Seruus in obsequio domini si detentus sit cui dominus p damno promiserit, ad quantam summā eundem redimere cogitur, dicūt quidam inquit dominij facultas se extenderit, hoc tamē non, quia si famulus ad bona domini taxari deberet. Predones equē auidē seruū detinerent sicut dominū. Alij dicunt quod seruus debet taxari ad duas partes facultatum suarum, hoc etiā minus iuste foret, quia si famulus partem substantiē suē dare cogeretur in redimēdo se, minus iuste cederet sibi, ex quo dominus eum indemnem seruare promiserat. Promissā autē seruari debent, vt supra li. i. ar. vij. & Insti. de verbo oblig. §. per nulti. Dicendum itaq; verius, ommissis praetactis opinionibus quod famulus in obsequio domini detentus cui de damno promissum est taxari & redimi debet iuxta facultatē famuli & eiusdē pecunijs solui, dominusq; illud sibi refarcire postmodū tenetur. Vide hoc idem & clarius seu. c. iij. in fi. 1 vbi dicitur quod famulus sic captiuatus taxari & redimi debet iuxta facultatē famuli, dominusq; illud sibi refarcire & recōpensare debet. Intelligendo secundum distinctionē libertatis suē, quia si illum non eliberasset spoliaretur libertate sua, libertas autem preponitur omnibus, vt ff. de reg. iur. L. libertas.

Dominus vero ad recuperandū res actio manebit, &c. hic est pars tertia articuli. Textus in se planus. Contrariari tamen huic videtur. Insti. de iniur. §. sed si, vbi habetur quod domino actio pro famulo non competit, & tamē nisi id in contumeliam vel damnum domini actum sit. In proposito autem est damnum domini, quia seruo in obsequio eius existēti illud refarcire tenetur quare agere ulterius poterit, vt Insti. de iniur. §. sed si & C. eodem tit. L. dominum. ff. de actio. & obli. L. qui seruū & ff. ad le. Aquiliam. L. sed & si quemcunq; Insti. de obli. quē ex delict. nascun. §. fur. tum. ff. vi. bono. raptō. L. ij. §. & generaliter.

Articulus. VII

Iudæus Christiani uarendator esse non potest nisi ut Christianus respondere uellet.

Percuciat Iudæus Christianū aut eundem iniuria afficiat in qua si cōprehendatur ut catholicus sentietur. Percucietur etiam Iudæus a catholico aut aliquam ei Christianus iniuriam irrogauerit, quasi aliū percussisset iudicetur, quia in eo pacem regalem uiolauit. Istam pacem Iosephus circa Vespasianum cum Titum filium eius a paralisi curauit Iudæis acquisiuit. Ema si Iudæus calices, libros, aut de sacris ornamentis quicquam uel si ei hæc obligentur, ista si in eius erunt inuenta possessione, & corū nequiuert habere uarendatorem sicut fur condemnnetur. Si quid autem de alijs rebus emerit, uel in pignus recepit non furtiue neq; occultando, die lucente & non clausis ianuis si metertius hoc probare poterit, licet res empta sit furtiua ipse tamen summam desuper datam suo obtinebit iuramento. Si uero in testibus defecerit nūmos suos sciat se pditurū.

Glosa

Percuciat etiam Iudæus a Catholico, &c. Vnde etiam dicit lex cōmunis, Iudæi Romano cōmuni iure uiuentes in his causis quē tā ad superstitionem eorum q̄ ad forum, leges, & ad iura pertinet, adeant solenni more iudicia, omnesq; Romanis legibus conferant & excipiant actiones, vt in. L. Iudæi. C. de Iudæis. C. Cū Titum filiū eius, &c. iste Titus imperator regnauit annis tribus, & cum patre sito Vespasiano Hierusalem destruxit, & ab eis omnia ornamenta templi delata sunt Romanam, b hic etiā fuit uir mirabilis, & tante liberalitatis quod nulli quicquam negauit dicens, Nullum tristem debere recedere ab Imperatore.

Glosa.

Quia in precedentibus dictū est cum res dē

a. Cōcordat. Iur. mu. ar. cxxxvij. & sequētibz tribus.

b. Titus Imperator maxime liberalitatis nulli petenti quicquā denegauit.

res apud aliquem vendicatur quod se ad va-
redatore trahere potest, in presenti articulo
ponit exceptionem qui varendator esse non
poterit & dicit quod Iudeus ipse.

Vnde circa id notandum quod Iudei aliqd
speciale iuris habent ultra Christianos. Primo
quia Christianus pro varendatore eum ha-
bere non potest, ita quod ille q. vendicat eum
insequi teneatur, nisi forsan Iudeus Christia-
norum iure illud varendare vellet, hoc est vt
testis esse velit rei impetite vel verum varen-
datorem declarare aut ostendere. In Christia-
no vero id aliter obseruatur, quia si venditio
nem recognoscit varendare eum oportet, vt
supra li. ij. ar. xxxvi. Quod autem Iudei va-
rendare vnum non tenentur. Ratio est. Iu-
deus enim admissum est qd. furtiuas res eme-
re possent, nec nummos desuper datos per-
dunt, & hoc ex eo vt res furtiuas eorum inue-
niri possint, & exinde opinatur rem illa ven-
ditam furtiuam esse, quia qui deligit vel de-
liquere potest in vno, hoc est in emptione rei
furtiuas etiam opinari potest de alio malo vi-
delicet quod rem furtiuam vendit. Vnu em
malum sequitur aliud, vt ff. de rei. vendi. l.
ex diuerso, & in auten. vt iudi. sine quoquo.
supra. fi. ar. §. cogitatio, coll. ij. & c. semel ma-
lus dereg. iur. li. vi. Secundo quod Iudeus
seruum Christianum habere non potest, &
si eum habuerit alter sibi eundem accipere po-
terit, dando sibi duodecim solidos pro quo
libet & eundem si vult Christianus emptum
seruabit, vel liberum dimittet, C. ne Christi-
anum mancipium. l. Iudeus, & extra de Iu-
deis. c. presenti & c. multorum. Tertio scho-
las vel Sinagogas novas edificare non aude-
ant nisi antiquas restaurare, nullus tamen vio-
lenter illas eis destruere presumat, C. de Iude-
is & celico. l. in Sinagoga & l. vlti. & xlvi.
dis. c. qui sincera, & extra de Iudeis. c. Iudei.
Quarto seruire Christianus Iudeis non aude-
at sub excommunicationis pena, vt extra eo. ti.
& c. Iudei, & xxv. q. i. violatores. Quinto die
parasceues occulte domi sedeant clausis ia-
nuis & fenestris, extra de Iudeis. c. quia super
his. Sexto inter Iudeum & Christianum nul-
lum matrimonium esse poterit & si contra-
xerint sententia bit. contra illos tanq. contra
fornicarios. C. de Iudeis. l. v. §. nam si quis.
Septimo si quis Iudeus conuersum ad fidem
Christianam Iudeum molestauerit, iniuria affe-
cerit, trudendo vel in illum iaciendo cobur-
ri debet cum omnibus coplicibus. C. de iu-
de. & coeli. l. Iudeis. Octauo quod nihil face-
re presumat quo fides nostra Christiana co-
uiciari possit. C. eo. ti. l. Iudeos quosda. No-
no Christianus Iudeo seu collegio Iudeorum
nihil legate potest, vt C. eo. ti. l. quod corne-
lia. Decimo Iudeus contra Christianum testi-
ficari non potest sed bene contra, vt C. de he-
reti. & Maniche. l. quonia multi, & ij. q. vii.
& c. non potest, & extra de testi. c. licet vniuersis
& c. Iudei. In contrarium tamen videntur esse

decretales, extra de Iudeis. c. Iudei. Tum & le-
ges. C. de hereti. l. penulti. in fi. f. R. tamen
quod quandoq. Iudei per testimonium eua-
dere possunt occasione paruarum rerum si-
cut modica emptione, & quando solus emit
sicut hic vt textus habet articuli. ibi si qd. aut.
Vndecimo quod Iudeus Christianum in suam
sectam inuerrere non presumat alias capite
plectit vt. C. de Iude. l. Iudeos, & C. ne fano-
tum baptisma. l. vlti. & C. de apostotis. l.
penulti. & C. ne Christia. manci. l. Iudeus.
Duodecimo Iudeis hereticis, paganis gratia
Cesaree Maiestatis suffragari non debet, pre-
sertim eorum vxores dotalia habere non
possunt. C. de hereti. l. Item priuilegiu, & in
auten. de priui. doti. muli. non prestan. §. i.
coll. viij.

Circa id notandum quod in iure Saxonic.
Iudeus, hereticus in omni causa testimonio
vincitur, id enim quod Saxo iuramento suo
absoluitur, ex speciali gratia Cesaree Maesta-
tis Saxonibus datum est. Iudei vero & here-
tici hanc gratiam habere non possunt vt nuc
tatum est. Preterea gratia ista data est nationi
Saxonu, vt supra li. i. ar. xviij. Ex quo itaq.
illi nationis Saxonice non sunt quare non res
leuat illos gratia ista, vt ff. de reg. iur. l. pri-
uilegia, & ff. de censu. l. etatem. Si vero quis
insit & alleget. l. Iudei. Ro. C. de Iudeis, vbi
innuitur quod Iudei comune ius imperiale
tenere debent. R. quod lex illa intelligitur qd.
videlicet Iudei legibus imperialibus subesse
debent si aliquem accusant, vel ab aliquo accu-
santur. Vel etiam quod non debent usurpa-
re gratiam aut immunitatem prouintiarum
in quibus degunt, nec etiam in contrarium
est articulus. xxx. libri primi, vbi dicitur qd.
quilibet advena iura terre in percipienda he-
reditate seruare debet quod extendi videtur
& de Iudeis ipsis si quid expetere in prouin-
tiam venientes velint. Intelligi enim debet ar-
ticulus de Christianis aduenis non Iudeis.
Vel intelligitur in hereditatibus percipiendis
& non de querele, aut responsione Iudeorum.
Quo pacto autem Iudei iurare debent vide
iur. mu. ar. penul. more enim suo iurabit, vt
xx. q. i. c. mouet.

Percuciat si Iudeus Christianum, & c. & in hoc
enim casu, Iudeus sustinere cogitur penam pa-
cis violatoris nec se priuilegijs suis defende-
re. C. de Iudeis. l. nullus, vno em similiq. ac
comuni iure cum Christianis subiecti sunt in
facto isto, vt. C. de Iude. l. Iudei Roma.
Percucietur etiam Iudeus, & c. Intellige si ex
ira percusserit eum, nullus enim iniuriam vici-
sci per se debet sed iudici denuntiare. C. de iu-
de. & celico. l. nullus tanquam. In contrarium
videtur. ij. q. vii. c. pagani. Vbi habetur quod
Iudei, Pagani & heretici Christianos accu-
sare non possunt, aut vocem infamationis eis-
dem ferre, si ergo non accusantur nec iudican-
tur, vbi enim nulla querele, nec iudex nec iu-
diciu erit, vt. ij. q. i. c. sicut, & c. si pecauerit.

f. Vide iur. Mu. ar.
Cxxxvij. & cxxxvij.
& in glosa ibidem.

g. Concordat iur. Mu.
ar. Cxxxvij.

c. Iudeorum specialia
quedam.

d. Iudeis admissu est
res emere furtiuas cau-
sas istius iude.

e. Iudeus seruū Chris-
tianum habere non
potest.

Speculi Saxonum Liber Tertius

R. quod accusare quidem & infamare aliorum hominum excessus non possunt Iudei, sed q̄ ipse solus parit querulari poterit, vt. C. qui accusati pos. l. si crimen & l. neganda & l. iij. q. vi. c. omnibus.

Istam pacem, &c. de hoc vide abūde in Cronica Romanorum.


Et eorum nequiuert habere varendatorē. &c. Querere potest quis, quid istud in parographo ponitur & eorū nequiuert. &c. Quādo quidem res sacrę obligari nō possunt nec varendari quare nec Iudeus illas emere poterit vt supra dictum est, & Insti. de re. diuisi. §. sacre res, & in auten. de non alienan. rebus Ecclē. §. iisdē penis coll. ij. & C. de sacrosanctis Ecclē. l. sancimus. **R.** quod hic loquitur de varendatione occasione calicis qui nondū consecratus sit. libris & sacris ornāmētis quę non dum in vsum Ecclēsię venerunt.

Nota tamē h quod res Ecclēsię diuendi quādo possunt ex certis causis, vt propter liberationem captiuorum, sustentationē pauperum, Iudeis tamen diuendi non debent, vt in auten. de Ecclē. titu. §. iubemus, coll. ix. si prius cōflata sint, vel in materiam redacta priorem, nec varendare eas possunt, qđ si res periantur apud Iudeum vt fur cōdemnetur, vt supra li. ij. ar. xij. tactum est, & ff. de pe. l. capitalium. §. famosus.

Si quid autē de alijs rebus, &c. istud iam circa §. primum declaratum est.

h. Res Ecclēsię diuendi possunt ex certis causis, cōcordat, Iur. mu. ar. cxi.

Articulus VIII



Sunt qui dicant quod Castra & Principes seu Illustres non habeant pacem quā quis in eis uiolare poterit propter præsidia & assiduas munitiones castrorum & propter milites quos illustres se cū ducere ex debito tenentur, quod tamen falsum est, quia qui personis illustribus omagia fecerit aut castris, & qui ad hoc iure sunt astricti si pacem transgressi fuerint, mortis sententia condemnentur.

Glosa.

Articulus iste de opinioibus tractat quę plerumq; multos subducunt homines, in damnaq; iniiciunt. Necessarium itaq; est vt stultorum opinio veritate iuris elucidetur.

Vnde nota quod opinio dicitur, a Cum qđ

a. Opinio. q. t.

rem nescit aliter fore nisi vt putat **b** & huiusmodi opinio est duplex. Vera cum opinio re iustam vel iniustam de qua ius non habetur scriptum, vt extra de Iudeis. c. quia super his, huiusmodiq; opinionem nullus interpretare debet nisi imperator vel superior dominus, vt. C. de legi. & consti. l. i. & l. digna vox. l. vlti. & ff. eo. ti. l. nam. & in auten. de iudici. §. vlti. coll. vi. & isti propter ignorantiam excusantur, vt. ff. de iur. & fact. igno. l. error. Sed si dubitatur de quo ius scriptum habetur nō excusat, vt. C. de iur. & fact. igno. in multis legibus. Opinio falsa fit cum quis opinatur & opinionem solus facit, ff. de legi. & consti. l. iura. C. de senten. & interlo. omni. iudi. l. non videtur, opinio ista venit ex ignorantia vel mala interpretatione iuris, & ita est falsa, leges enim omnes scire tenentur. C. de legi. & consti. l. sacratissime, & de iur. & fact. igno. l. constitutiones principum, & in auten. de iudi. §. omnis, coll. vi. Isti qui sic opinari sunt quod Illustres & Castra pacem non habent male opinabatur, quia si pace carerent per a contra transgressores descripta non esset, qđ tamen falsum est, vt infra ar. xlv. Tum etiam quia qui deliquit in aliquam spectabile personam magis punitur q̄ contra vilem, vt Insti. de iniur. §. atrox & C. eo. ti. l. vlti.

Propter præsidia Castrorum, &c. Munitiones etenim castris iure admittuntur vt infra co. li. ar. lxvi. Illustribus etiā milites habere admittitur, ad reprimendum pertinaciam malignantium, vt in auten. de manda. principi. §. deinde coll. iij.

Quia qui personis illustribus, &c. Videtur quod magister priuilegiū iussu dētē i nauit quęstionem motam super pace illustrium & castrorū, cum dicit in fine articuli qđ Principes & Illustres pacem habere debent ab illis qui omagia eis fecerint, & iure ad id astricti sunt. Tutius em̄ videretur si dixisset quod pacem ab omnibus habeant. Vnde p̄ intellectu istius nota qđ pax duplex est, c. Ex compromisso vt cum Principes aut domini inter se in vicinatu pacem seruare iurāt & promittunt, & illam seruare tenentur, vt in auten. de pa. tenen. §. hac edictali, coll. x. & xxij. q. i. omne quod in federa. Alia pax est ex debito vt feudales & subditi respectu dominorum, & isti nedum fidem & pacem seruare debent dominis suis verum eos in omnibus iuuare sub fide & honore, vt supra li. i. ar. xl. & ff. de re. mili. l. omne, & xxij. q. v dicat aliquis. **d**

Cum dicitur in fine articuli iudicetur. Intellege si dominum occiderit existens suus vasallus, vt sic enim perdit vitam, honorem, & bona quę a domino habet, vt infra ar. lxxxv. iij. & Insti. de publi. iudi. §. publicorum. C. ad le. Iuliam, Maiest. l. quisq; ff. eo. ti. l. primum, alias vero si non occiderit perdit bona & honorem non tamen vitam, vt supra li. i. ar. xl.

b. Opinio duplex.

c. Pax duplex est.

d. Distinctio ista non satisfacit instante in contrarium adducte. **R.** itaq; quod estio quidē illustribus, tum & castris pax ab omnibus seruari debet, possimū uero illi q omagiū prināpi uel castro prestiterūt feudalesq; illius sunt pacem ex debito tenentur, alias mortis sententia ut textus habet condemnabuntur.

^e. Ex opinione tria
possunt fieri non
debent.

^f. Ex opinione iuran-
dum non est nec iudi-
candū nec credendū.

^g. Iur. Mu. ar. xiiij.

Et si quidem supradictum est de opinionum
differentia. ^e Nota tamē quod tria sunt quę
ex opinione fieri nō debent. ^f Primo ex opi-
nionē iurandum nō est, quia sepius efficitur
periturus cū iurat quod certo nescit, vt. xxij.
q. ij. c. animaduertendū. c. homines, & c. nec
artificioſo. Secundo ex opinione non iudica-
tur quia talis facit sicut cecus gladio verberans.
^g C. de pena eius qui male iudicat. L.
de eo. & C. de accu. & inscrip. L. singuli. Ter-
tio ex opinione non est credendum nec ad ve-
ram fidem admittēda est opinio, quia q op-
natur se recte credere, non est recte credens. C.
de summa trini. & fide catho. L. nemo & ex-
tra de hereti. c. dubius.

Articulus. IX



Ideiuſſorem si quis seſe
obligauerit aliquem in
iudicio ſiſtendi & id im-
plere non ualeat ^a tene-
tur pro reo ad ſoluendum ſecundū
modū actionis quia abſens uictus
iudicatur. Si uero actio iniuriarum
fuerit, abſentis tenetur præſtare ue-
rigeldum qui ad actorem & nō iu-
dicem diuoſcitur pertinere, ſed iu-
dex in eo mulctam obtinebit. Simi-
li modo debet quis pacem pro alio
ſtipulatam emendare. Si quis uero
pro ſeipſo ſtipulatam uiolauerit pa-
cē morte puniatur. ^b Pax ſiue trāſ-
actio in iudicio in quo ſtipulata eſt
contradicenda aut melioranda ue-
nit. Si fregerit quis ſtipulatam pa-
cem actori poſſe agere per duellū
& ſine duello conceſſum eſt. Si au-
tem uiolator in manuali deprehen-
ditur factō in iurata pace iudicetur.
Expugnātur etiam in ſtipulata pa-
ce caſtra & homines in eo capian-
tur, huiusmodi perpetrātes ſuos ſti-
pulatores ſeu fideiuſſores cum iura-
mento nō poterint liberare. ^c Si qſ
aliquem in iudicium præſentare ſti-
puletur, ſi is qui præſentaturus fue-
rat ſine ſtipulatore ſuo ſe præſenta-

^a. Cōcordat Iur. Mu.
ar. xxi. & Cxvj.

^b. Textus antiqui pa-
ragraphum qui ſequi-
tur ultra id habent
nulli etiam tempore
pax agere licet con-
tra illum cui pax indi-
ca eſt hoc eſt ſaluū
conductū habenti niſi
hil agere contra illū
poſſe.

^c. Concordat Iur. Mu.
ar. xxi. & Cxvij.

uerit ſtipulatore liberabit dummo-
do hoc præſentatus poterit cōpro-
bare ^d Qui hominem contra quem
iniuriarum actio in iudicio propo-
ſita eſt ^e a iudicio uiolenter deduxe-
rit comprehenſus ſimili pena ple-
ctetur. Si uero effugerit eſt ſtatim
proſcribendus & hoc ſi poterit cō-
probari.

^d. Alij textus hoc qd
ſequitur addunt. Qui
etiam captiuum fuerit
ſtipulatus iſtud ex-
qui pro tempore ſta-
turo fideiuſſor tene-
tur & non captiuus.

^e. Iur. Mu. ar. Cxviij.

Gloſa.

Qui fideiuſſor alicuius, &c. Vide in ſpecul.
de fideiuſ. ubi queritur. ij. per Ioan. And. in
addi. quid iuris de fideiuſſore q promiſit ali-
quem repreſentare.

Tenetur præſtare verigeldum. &c. de iure aſſe-
ſcripto fideiuſſor rei criminis qui reum non
exhibet arbitrarie punietur, vt notatur. xxij
q. v. cum homo in gloſſa ſi.

Si quis uero pro ſeipſo. &c. Qualiter pax eſt
iuranda tenenda, & de pena violationis vide
in uſibus feudo, de pace tenen. & de pace. iur.
ra. ſir. per totum & aliquid ſupra li. ij. ar. xij.
& ar. lxxi. & ſequen.

Gloſa.

In præcedentibus dictum eſt quomodo pax
conſequitur contra violentiā, in præſenti arti-
culo docetur quomodo pax obtinetur corā
iudicio, quia quemadmodū guerra quę ſit
tempore belli multos interficit homines, &
quosdam priuat bonis & vita. Ita etiam ſit
in decertatione iuridica quod quidam victo-
res euadunt, quidam ſuccumbunt, & quema-
admodum ibi tempus præſigitur & aſſecura-
tur ita & hic. Vnde in propoſito huius quipo-
ſitum in iure aſſecurationem faciunt ſunt
fideiuſſores ipſi, ^f & iſti ſunt duplices. Extra
iudiciales & iſti poſſunt factum negare fide-
iuſſorie ſi uolunt de iure noſtro. ^g Quilibet
enim Saxo deſert alteri iuramentum ſi non
tam ſufficientes habeat probatiōes, vt ſupra
li. i. ar. vij. & xv. & item. xvij. hoc idem legi-
bus obſeruatur quod iuramento delato ab-
ſoluitur ſi iſte probationes non habuerit, vt
Inſti. de atti. §. item ſi quis. ff. qui. mo. pigno.
vel hipote. L. ſi deferente & C. de iure iuran.
L. cauſa, & L. in bone fidei, in auten. vt lit. ut
rent in exordio lit. §. ſi uero. col. ix. & ij. q. i. c.
i. Alij fideiuſſores ſiunt in iudicio & iſti iura-
mento liberari non poſſunt vt in præſecto ar-
ticulo, & ff. de preto. ſtipula. L. i. ^h huiusmo-
diq; fideiuſſores tenentur reſpondere iudicio
ex tribus cauſis quia uel principalis ibi non
eſt præſens & illi petunt quod eis credatur &
iſti fideiuſſores erunt voluntarij quia uolū-

^f. Fideiuſſores dupli-
ces.

^g. Cōcordat Iur. Mu.
ar. xxvj. & Cxvij.

^h. De fideiuſſoribus
unde hic. Concordat
Iur. Mu. ar. Cxvij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

tatem habent quod pro isto respondere volunt, ut Insti. de obli. quæ ex consen. §. vlti. & §. consensu. Alij fideiussores sunt facto, sicut qui furta vel spolia in suas arces apportare sinunt, si accusantur spoliatores extradere tenentur, aut damnum refarcire, ut supra li. ij. ar. lxxij. Tertio fiunt fideiussores verbo sicut cum vnus solus personaliter stipulatur & de isto hic loquitur, & Insti. de verbo obli. §. verbis & C. de vsur. l. i. ff. eo. titu. l. vlti. & isti fideiussores sunt vel in actionibus civilibus, vel criminalibus. In primo paragrafo tangitur de actionibus civilibus. ⁱ Et dicitur actio civilis ex eo, quia vterque tam actor quam reus manet ciues in querela & post querelam. Vnde de fideiussor qui existit civilis actionis accusatus, necessario in se accipit accusati responsionem & omnes subsequens damnum si non statuitur ille, ut in auten. de fideiuss. & manda. §. si quis coll. i. & hoc intellige de fideiussoribus qui in iudicio fideiussoriam responderunt. Fideiussorum extrajudicialium seu qui extra iudiciū fideiussoriam promiserunt. ^k Nota quinque specialia. Primo quod actor necessarius primum accusare debet principalem quæ fideiussorē, ut in auten. de fideiuss. §. si quis coll. i. & infra e. li. ar. xxxix. Contrariū tamen videtur C. eo. tit. l. iure. Vbi dicitur quod actor optionem habet si principalem vel fideiussorem primum aggredi voluerit. ^l & tamen quod lex preacta correctā est per authenticā allegatam, cuius intellige si principalis in processu sit, vel ita in propinquo quod citari possit, ut ff. de iurisd. omni. iudi. l. fi. Aliqui vero intelligere id volūt si principalis in iurisdictione presens sit ut in auten. de test. §. per multi. col. vij. ff. de damno infecto. l. iij. Secundo quod bona debitoris principalis non prius impeti vel alloqui possunt nisi contra fideiussorem prius agatur, id est cum bona alicuius impignorantur non potest creditor super bonis agere nisi prius fideiussores accuset, ut in auten. de fideiuss. & manda. §. sed neque ad res, coll. i. Tertio si principalis pecuniam promiserit eandemque habere non potest, & bona hereditaria habeat creditor sibi emptorem ordinare tenetur ^m vel solus illa acceptare iuxta taxam iudicis, & sic debitor liberatur, ut in auten. eo. tit. §. quod autem de cetero, col. i. & ita hic habetur quod solutio alteri fieri potest contra eius voluntatem quæ quod sibi promissum est, hoc idem habetur C. de donaci. l. si quis argentum in prin. ff. de rei. iudi. l. milles, in autē. de alie. & Emphi. §. si vero. ff. de rei. vendica. l. restituere. Quarto si vnus fideiussorum soluit totum, omnes liberat & luatur actionem ab omnibus, ut ff. de solutione. l. Stichum, & C. de duobus reis stipula. l. i. & C. de fideiuss. l. cum alter. ⁿ Quinto qui pignus & fideiussores simul accipit non potest fideiussores impetere nisi prius restituat pignus fideiussoribus. Circa id etiā nota si fideiussio immutatur,

fideiussores absoluuntur si coram hominibus actum sit, ut Insti. de verbo obli. in multis locis, & C. de fideiuss. & manda. l. ij. & l. nouatione. ^o Preterea sciendum quod fideiubens vel promittens rem malam & in consuetam adimplere non tenetur, ut Insti. de iur. stipu. §. quod turpi. & ff. de verbo. obliga. l. generaliter & l. veluti. & C. de inuti. stipula. l. ex eo.

P Considerandum insuper quod promissio nulla matrimonio superaddi debet & addita non valet, sicut si filius meus superducere debet filiam tuam & cuius culpa dissoluetur soluat centum, non valet nec teneri debet. Matrimonium enim liberum esse oportet, ut C. de inuti. stipula. l. libera, & ff. de verbo. obliga. l. titia, & xxx. q. ij. vbi non est, & extra de sponsali. c. cum locum, & c. requisit & c. gemma.

Si vero actio iniuriarum fuerit. Hic tangitur alia fideiussoria quæ criminalis dicitur & quæ coram iudicio fit in actionibus criminalibus, huiusmodique fideiussores penam illorum pro quibus fideiusserunt sustinere non tenentur sed verigeldo absoluuntur, supra ar. lxxv. li. i. & licet in legibus, ut C. de fideiuss. & manda. l. si barsatorum aliter sciatur. Innuentem tamen illa quod fideiussor debet presentari iudici. Sed tu responde, quod ex quoquidem in legibus verigeldus non est descriptus datur arbitrio iudicis excessum corrigendi. Iure vero nostro quia specificatum habemus verigeldum pro vno quoque excessu, cessat taxa iudicis super impositione pene huiusmodi & iuxta privilegium emendatur. Vel dic promissum pro barsatore, de quo lex meminit allegata sub certa forsan fuit pena homicidæ si ostendi. Vnde quia non satisfecit iudici fideiussor presentabatur puniendus, hic autem ut dictum est secus fit, quia hic loco pene per iudicem instituēde soluitur verigeldus a iure determinatus, vide etiam ad id. C. de fideiuss. & manda. l. sancimus.

Notandum ulterius venit quod fideiussoria in criminalibus facilius est quam in civilibus, quia in criminalibus nullus ad fideiussoria datur qui in manuali facto detinetur, ut supra li. i. ar. lxx, & li. ij. ar. ix. & C. de custodia rei. l. in quacunque. Ex quo itaque nullus datur ad cautionem nisi qui habet propositum se iure defendendi, ^r si ergo in defensione succumbit fideiussor suus soluit verigeldum & ille proscribitur in iureque pro mortuo reputatur, ut Insti. de capi. dimi. §. maxima, & ff. eo. tit. l. vlti.

Qui ad actorem & non iudicem pertinet. & c. In contrarium istius videtur ar. iij. li. ij. vbi dicitur quod verigeldus iudici cedit. Intelligere tamen quod paragraphus ille seipsum soluit, quia loquitur de illo qui de facto proscribitur & a proscriptione se liberare vult, hic vero loquitur de illo quem adhuc actor habet in sua liga,

^o Iur. Mu. ar. xxxij.

^p Matrimonij conditio nulla superaddi debet.

ⁱ Actio civilis quare dicatur uide supra li. i. ar. lxxij. & lxxi. Iur. mu. ar. xvi. xvij. & lxxij. glo.

^k Fideiussorum specialia concordat Iur. mu. ar. cxvij.

^l Intellige quæ alteri obligata sunt, nec creditur agere poterit contra bona huiusmodi nisi prius fideiussores iure aggrediatur

^m Secus est de practica hic nostra quia actor diuendit participus indicendo prout poterit.

ⁿ Preterea si promissum cautione obstructum euincatur fideiussores etiam absoluuntur.

^q Fideiussoria in criminalibus facilius est quam in civilibus. Concor dat Iur. Mu. ar. xxxij. & Cxvij.

^r Iur. Mu. ar. xxxij. gl.

Sed iudex multam obtinebit. Multa igitur iudici cedit pro mendacio quod fecit coram deo & iudicio; promittens statuere illud & non fecit. Simili modo debet quis pacem stipulam emendare &c. supra li. i. ar. liij. li. ij. ar. xli glo. Similitudo quidem hic ponitur preces dentis paragraphi cum isto presenti, non tamen sunt per omnia idem. Unde nota quod fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex est differentia. Primo quia occasione transactionis & pacis fracte potest vnus grauius accusari & ad maius taxari, fideiussores vero in actione iniuriarum non possunt ultra taxari nisi prout verigeldus se extendit, quia qui contrauius promittit seruare non tenetur, vt. C. de legi. & consti. L. non dubium, & C. de pactis. L. de questione & L. pacta. Secundo si transactio occasione pacis fracte fideiussoria stante subsequatur (possunt etenim arbitri & pacis compositores in eo casu, eligi) in arbitrio erit partis illud quod edixerint tenere, vt soluere vadium aut penam desuper statutam sententiamque arbitrorum refutare, vt in auten. de iudi. §. quia vero multe coll. vi. Hoc autem non fit in ista fideiussoria. Tertio quia transactiones seu potius pax fracta per transactionem sopita si in iudicio resuscitatur repellitur ab actione actor, & emendare eum oportet fideiussoribus eius ac si pax violata sit, vt in articulo presenti paragrapho sequenti, & C. de transacti. L. causas, & Insti. de excepti. §. preterea debitor. Hoc autem non fit in fideiussoria huiusmodi. Quare dicitur simili modo, &c. Vt quemadmodum verigeldus coram iudice soluitur illi cui stipulatio facta sit, ita etiam stipulatam seu transactam pacem coram iudicio ubi promissa fuerit emendari oportet vt hic & C. ubi de crimi. agi. oport. L. i. Secundo conueniunt quia vitumque absoluitur verigeldo.

Quere aliquis possit, si transactio & pax stipulata sub fide promittatur interimque frangatur, an efficiatur infamis vel an perdat honorem & vitam, vt supra li. i. ar. L. & ista vt sic maior pena esset quam verigeldus, &c. quod non sequitur istud, quia qui promittit & tenere non potest emendatque secundum quod iuris est impetrare posthac non poterit.

Si fregerit quis stipulatam pacem &c. Tangitur tertia eorumdem conuenientia videlicet quod ille qui solus stipulatam fregerit pacem, & ille qui fideiubetur uterque vitam amittit si in manuali detinetur factio, vt infra li. ij. ar. lxiiij. & C. ad sena. co. turpil. L. si pro eo, & L. si foemina.

Circa id nota speciale quid, quod pacem frangens non promissam eque caput demeretur sicut qui transactionem promissam violauerit, vt supra li. ij. ar. xiiij. & ff. ad le. lul. de vi. priua. L. hac lege tenetur.

Notandum etiam, quod transactio violari potest per querelam vt hic & C. ad senatus co. turpili. L. si foemina. In contrarium licet sit

supra li. i. ar. lxij. ubi habetur quod per actionem cepta nihil demeretur, &c. quod ibi loquitur de querela que non est per stipulationem interdicta hic autem secus.

Quod si vnus pacem in vna iurisdictione promissam y in alia tandem iurisdictione eandem frangat an huiusmodi pacem promissam hic emendare deberet vt prius dictum est, & an in alia iurisdictione pro violentia etiam eundem emendare oporteat, videtur esse id nimis durum, quia & ibi & hic pro vno actu bis multaretur quod est contra articulum, liij. li. i. ubi dicitur quod pro vno actu non nisi vna multa soluitur, Immo super vno negotio bis iudicaretur, quod est contra. L. cum que ritur. ff. de excepti. rei. iudi. & extra de excepti. c. aduersario, & de litis contestat. c. li. vi. & xiiij. q. vlti. c. vlti. &c. quod non est vnus excessus nec vnum iudicium quia vnus iudex iudicat super excessu pacis fracte, & huic multa soluitur. Alteri iudici multam soluit ipse vel sui fideiussores propter factum promissum. Posse agere per duellum & sine duello. &c. hoc intellige in omnibus actionibus que penales sunt. Quelibet enim actio criminalis & criminaliter & ciuilitur institui potest vt superioribus declaratum est, & Insti. de re. diuisi. §. si quis in aliena, & Insti. de iniurijs. §. in summa.

Fideiussores cum iuramento non poterint liberare. Istud superius declaratum est, & C. de edendo. L. is, & Insti. de lega. §. quod autem. Si his qui presentaturus fuerat sine stipulatione se presentauerit, &c. Per id doctrina datur si quis fideiusserit aliquem in iudicio sistendi principalis se ipsum statuatur absque fideiussore, fideiussor liberatur, hoc etiam vide. Insti. de duo. re. stipu. §. si.

Id quod in annotationibus ex codicibus veterioribus habetur videlicet, istud pro tempore statuto fideiussor exequi tenetur & non captiuus, &c. Ratio istius est quia fideiussoribus creditur & non captiuus.

Qui hominem occasione iniuriarum accusatum a iudicio violenter deduxerit, &c. ad hanc materiam vide. ff. ad le. luliam. de vi. publi. L. qui dolo fecit.

Et hoc comprobare poterit, &c. Ex isto habetur quod negotium necessario testimonio prebandum venit siue coram iudicio siue extra iudicium actum sit vt hic, & Insti. de interdic. §. commodum, & C. de eden. L. & que, & in auten. vt liti. iur. §. si quis, coll. ix. & ij. q. i. c. in primis & c. primo semper.

Articulus X

Debet autem homo aliquem iniuriarum actione accusatum in tempore certo iudicio pre

T ij

f. Fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex differentia.

r. Stipulatam pacem sub fide promittens & eandem frangens an infamis efficiatur.

u. Alie glossa habent si fregerit quis stipulatam pro seipso pacem vel fideiussor si eandem violauerit utrumque vitam amittit si in manuali detineatur factio.

x. Pacem frangens non promissam eque vita demeretur sicut transactionem promissam uiolans.

y. Pacem in una iurisdictione promissam in alia tandem iurisdictione uiolans an utriusque iudicii emendare debeat.

Speculi Saxonum Liber Tertius

a. Cōcordat iur. mu. ar. cxix.

b. Textus uetustiores ulterius habēt quod debitum nondum est super eo lucratum.

a. iur. mu. ar. cxix.

sentare et si interim præsentraturus moriatur a stipulator si eum defunctum præsentraverit liberatur. Si uero actio civilis seu pro debito contra eum proposita sit, b mortuum non oportet iudicio præsentrare, sed fideiussor mortem eius metertius declarabit, & hæres mortui pro debito respondere tenebitur. c Si animal quod præsentrari debuit mortuum fuerit, promissor in iudicio cuttim si præsentraverit liberatur.

Glosa.

In articulo præsenti triplex fideiussoria tangitur. Prima occasione iniuriarum & si interim principalis moritur quid fideiussor facere debeat ut textus habet. In contrariis istius vident esse certe leges, ubi habet quod mortuo illo super quæ querela instituitur cessat omnis actio, ut ff. si pendens, appel. mors, interue. l. i. & c. si reus vel actor, mor. fu. l. si is quem. d. & sub. dis. si querela debitorē tangit duntaxat in suam vitam qui interim moritur leges allegate locum habent, nec est in contrarium paragrahus primus istius articuli, cum dicitur quod mortuis iudicio præsentrari debet, huiusmodi em præsentatio nō est aliud nisi absolutio a iure & fideiussoria. Vel sic cautio illa nō est aliud nisi absolutio a iudicio, & præsentatio est absolutio fideiussorie. In proposito apporatio huiusmodi est absolutio a iudicio & fideiussoria. Si vero querela tangit vitā & bona, qui bona percipere vult ad querelam eum respondere oportet, ut c. ad le. iul. Maies. de consti. græca. l. meminisse. & ff. eo. ti. l. is qui. & Insti. de hære. qui ab intesta. deferunt. §. per contrariū.

e. Literas in iudicio re producent falsas quo modo cōtra eum actio datur.

c Circa id etiam notandū verit, si quis literas coram iudicio reproduxerit literæque huiusmodi fuerint falsæ, si primus ille reproduktor moriatur, alterque easdem postmodum ibidem monstrauerit, contra istum datur actio. c. si reus. vel actor, mortu. fue. l. si ut proponis.

Si vero actio & c. Tangitur secunda fideiussoria. Vnde nota si quis aliquem occasione debiti fideiussor, iste si eum rēsentrare non potest, vel debitum soluer, vel iure illud defendat, ut in præscedenti articulo, §. i. vel quod fideiussor exoluerat probare & ita liberat. Sed hæres eius & c. Contrariari huic videtur supra ar. xvij. li. ij. & ar. vi. li. i. & item. c. ne filius pro patre, ubi habetur quod filius pro patre respondere non tenetur, & quod hic filius pro patre non responder, sed pro bonis quæ sibi ex successione cesserunt,

Querere ulterius vnus potest si nulla bona heres ceperit an soluere cogeretur debita huiusmodi. & c. Si bona aut recompensam bonorum quæ hereditat non receperit, soluere non cogetur. Si quid vero contra præscedens rem dum aduc in viuis esset intentatum sit solutioque decreta ipso mortuo heres exsoluere tenetur, quinimmo actiones omnes post litem contestatam ad heredes transcunt, quare eos respondere oportet & soluere si lucratur. Ante litem vero contestatam nō transeunt nisi quatenus ad eos peruenit successores, ut si vim fecisti bona rapiendo mea regulariter heredes ex delicto non tenentur a te commissio nisi tecum fuerim litē contestat⁹ vel aliquid ad heredes occasione debiti peruenisset. Nec est in contrarium articulo huic ut etiam habetur li. i. ar. vi. & Insti. de perpe. & tempo. acti. §. aliquādo. & §. penales. & c. ex delict. defuncti. l. post litis. & ff. de reg. iur. l. toties. c Si animal & c. Tertia tangitur fideiussoria Vnde scier dum qui animal seu pecus habet quod impetitur per querelam vel vēdicatur, vel illud vendiderit, vel pro illo fideiussor moriaturque, iste liberat ut hic & c. Insti. de inuti. stipu. §. item cōtra. & Insti. de empti. & vēdi. §. cum autem. & ff. de peri. rei. vendi. l. id quod. Nisi forsan pecus illud fuerit tibi accommodatum aut pignoratū, quia illud redere teneris non peioratum de iure nostro, ut supra eo. li. ar. v. Secundum leges vero aliter obseruatur, ut Insti. qui. mo. re. contra. obli. §. itē is. Vel si illud moriatur ex tua culpa, ut Insti. de lega. §. si res. & ff. de verbo. obli. l. si seruum. & ff. de lega. l. cum res.

Articulus. XI

Qui pro sacramenti præsensione pmiserit a moriente reo idē promissor aut rei hæres ad sacramenti tenetur completionem, b alias promissor ad solutionem rei pro qua sacramentum fuerit promissum obligatur.

Glosa.

Dictum est superius de assecuratione fideiussorie corā iudicio facte anatarū rerū, ut sunt homines pecora, hic tandem determinat de fideiussoria occasione sacramenti vel iuramenti nec discrepat multum fideiussoria huiusmodi a prioribus quia & hic si venerit ad iudicium solus principalis sine fideiussore eundē absoluit sicut in præscedenti ar. & li. ij. ar. xi. & Insti. qui. mo. tolli. obli. §. itē si reus,

a. Textus uetustiores ita legūt, qui fideiussor pro illo qui ad iuramentum obligatus erat. & c.

b. Dicit enim Canon studiosè agendum est ut ea quæ promittuntur, opere compleantur, ut in c. qualiter de pactis.

In iudicio statui potest fideiussoria sextuplex.

d. Tutor quibus assessorationem facere tenetur de bene administranda tutoria excessus tutoribus quos parentes constituunt.

Vnde pro intellectu articuli nota quod in iudicio statui potest fideiussoria sextuplex. ^c Primi fideiussores fiunt occasione tutorie, & hoc tunc quando fideiubent pro tutoribus quod recte administrant bona pupillorum, ut Insti. de satisda. tuto. vel curato. §. i. & ij. & ff. rem pupilli saluam fore. L. non quasi. & ff. de precepto. stipu. L. preceptorie. & ff. qui satisda. cogant. L. i. ^d Circa id sciendum quod quilibet tutor assessorationem facere debet de administranda tutoria exceptis illis quos parentes in tutores statuunt, ut Insti. de satisda. tuto. vbi curato. §. i. & ff. de consir. tuto. L. si filio. & L. in confirmando. Secundo qui promittunt pro eorum pupillis, & isti sunt veri tutores qui promittunt & explere tenentur, ut supra li. i. ar. xlvij. & C. de contrario iudicio. L. i. & C. de autoritate prestanda. L. clarum. Tertio qui promittunt pro eorum pupillis satisfacere tamen pro eisdem non tenentur, ut sunt illi qui circa iudicium in tutores dantur, ut supra li. i. ar. xlvij. & Insti. q. mo. tolli. obli. §. finali. Quarto fideiussores sunt coram iudicio dati, & isti vel fideiubent in actione criminali vel civili, qui in criminali actione fideiubent verigeldando absoluuntur si illum quem fideiubent non representant, ut supra li. i. ar. lxxv. in nullo enim iure inuenitur quod fideiussores occidi deberent quibus non presentem illum pro quo fideiussissent, dato quod etiam dolo malo id fiat, poena tamen eis imponitur ratione doli ut xxij. q. v. in certis canonibus. Qui vero fideiussores sunt in civili causa absoluuntur ex soluendo pecunia pro qua principalis accusa habetur vel si mortem eius metteritius probauerit, ut supra eo. li. ar. ix. & x. Quinto fideiussores fiunt pro animali & isti absoluuntur aportando cutim si pecus mortuum fuerit, ut supra eo. li. ar. x. & Insti. de lega. §. si res. & C. de in litem dando tuto. L. ad protegendam Sexto fideiubent pro sacramento seu iuramento prestando ut hic articulus habet, vnde circa id notandum quod fideiussor huiusmodi non absoluitur nisi ipse vel heredes illius pro quo fideiussisset soluerint vel iurauerint. ^e Querit si fideiussor certo nescit quod ille pro quo fideiussit nocens vel innocens sit, & contigit enim aliquando quod vnus pro amico fideiubet, iuramentum tamen prestare ex certis causis recusat occasione intentate querelle. Si itaque heres illius vel fideiussor iure compelli deberet ut iuret super negotio quod sibi ignotum est, contra iuris ordinem id esse videtur, ut xxij. q. ij. in certis canonibus. Aduertendum quod in isto casu fideiussor vel heres possunt auctori deferre iuramentum, ut li. ij. ar. xxij. & C. de iureiuran. L. vlti. In oppositum etsi quidem sentire videntur leges nonnullae. C. eo. ti. vbi habet si vnus negotium suum defert alicui ad iuramentum ille potest viceversa huic iuramentum referre. Si itaque actor heredi vel fideiussori iuramentum sibi delatum viceversa refert, extunc sequitur ut pri-

us §. 32. Quod si actor respondentem iuramentum viceversa huiusmodi referre velit, respondens illud non acceptum iure se defendere poterit, qui enim deferre vult alicui iuramentum in negotia quod sibi est ignotum illud acceptare non tenetur is cui defertur, ut ff. de iureiurando. L. finali. Si tamen id eueriar positum & non concessio quod aliter fieri non possit nisi ut iurare deberet, extunc fideiussor vel heres non aliter iurare cogitur quam quod ipse plenam fidem habet quod mortuus ille nihil sibi debebat, heres vero iurabit, quod ei de debito nihil constat, ut supra li. i. ar. vi. & C. de iureiuran. propter calumniam. L. ij. Aliorum enim debita facile alteri incognita esse possunt, ut C. de proba. L. i. & de iur. & fa. & igno. L. cum qs. ^f Alias promissor ad solutionem rei. &c. Quid si fideiussor iurare noluerit. & quod soluet promissum debitum & heres sibi refarcire tenetur si illud in utilitatem honorum cessit & sibi cognitum est, ut supra li. i. ar. vi. & Insti. de perpet. & tempore. acci. §. aliquando. §. poenales. & ff. de accusa. L. ex iudiciorum.

f. Ad hunc passum vide de supra li. ij. ar. xxij. in annota.

g. Ex isto textu colligitur quod obiectio compensationis locum non habet de iure Saxonicum ut hoc articulo, eo quod is qui proponit compensationis exceptionem dicit auctori sibi debere &c. Dicit enim Bald. in L. si constat in si. C. de compensationibus quod compensatio est species reconventionis, ut ibi latius per eum & per Bald. in extrauaganti ad reprimeandum coll. x.

h. Quando & qualiter reconuentio fieri possit de iure communi notatur in Clementina de uerborum significatione saepe in glosa ibidem uide.

i. Textus alij addunt dato quod querela sint plures.

d. Ad hunc articulum uide etiam supra li. i. ar. lxi. infra li. ij. ar. lxxix. iure Mu. ar. xxxviii.

e. Poena illorum qui reconuenti respondere noluunt.

Articulus XII.

Qui agit aduersus aliquem & si ille econuerso contra suum uelit experiri actorem, a posterioris actio nisi priore discussa non audiat.^b

Si multi contra unum actionem interponere uelint iniuriarum, ceteris respondere non tenetur donec a primo per iudicium sit absolutus. Et si actio prorogatur hoc est in alium terminum differatur cautionem non nisi pro suo praestabit uerigeldo.^c

Glosa.

Articulus praesens ex iure naturali ortum habet. ^d Naturale etenim est, quod quicquid ab alio expeto, ut & illud solus faciam. Insti. de iur. natu. per totum extra de consti. c. cum omnes & i. dis. in prin. Et si contra aliquem iudicialiter ago equum est ut illi viceversa respondeam si contra me agat, ut supra li. i. ar. lxi. & extra de mutu. petici. ex literis, & in. q. viij. accusatores. §. cuius in agendo. ^e Vnde poena illorum qui respondere viceversa nolunt in reconuentionalibus est quod ei respondere non cogit, ut extra de mutuis petici. per totum ius reconuentionis admittitur ex textu, ar-

T in

f. Fideiussor an cogi potest ad iuramentum loco illius quem fideiussisset & quomodo procedendum est in isto casu uide.

Speculi Saxonum Liber Tertius.

f. Ius reconventionis
quomodo ab antiquo
seruabatur.

tamen iustificando se prius super quæsto actō
ris. Vnde nota pro intellectu textus f quod
iure antiquo cum reus victeret actorē recō
ue iure voluit, illud eū facere in instāi oportē
bat anteq̃ litē contestatus est per affirmationē
vel negationem in hunc modum, postquā
actor querelam suam iudicialiter formaue
rat pars respondens nondum responsione fa
cta querelam itidem fecit suam, posthac ve
ro respondens super actoris propositionem
respondit tandem & actor ad eiusdē propo
sitiōem respondere cogebatur, & sic uterq̃
cōsequenter procedebat iuxta regulas vt ha
betur li. i. ar. lxi. Sententia prius postulata pri
mo perit pronuntianda, vt extra de mutu. pe
ti. c. i. & extra de ordi. cognici. c. cū dilectus.
Nunc vero iure nouo pars respondens actor
rem accusare non potest quamdiu iudicium
durat, quare iura illa correctā sunt quę dice
bant quod ante responsuam per affirmatio
nem vel negationem per respondentem que
rela fieri deber, vt li. vi. de rescrip. c. dispēdia
litium. §. reus, iure tamen spirituali adhuc is
modus antiquus obseruatur, vt notatur in Cle
mentina sepe super verbo exordio de verbo.
signifi. iuris enim correcturam euitare debe
mus inq̃ tantum possumus, vt extra de elec
ci. & electi. potestate. c. cum expediat. li. vi. de
iure vero Saxonico obseruatur modus, vt
textus habet. g

g. Nota quod recon
uentio contra actorē
videtur solum habere
locum infra trienniu,
ut in. l. properandū
c. de iudi.

h. Iure reconuentio
nali unus agere non
potest in tribus casib
us.

i. Nota secundum ius
feudale actor propos
uens unam uel duas
querelas contra reū
sum̃terroge ut an ad
huc aliquid habeat cō
tra eū propositorus,
si dicat quod sic, per
sententiam compelle
tur quod omnia pro
ponat anteq̃ sibi respō
deat. f. c. lxxv.

iudicio si pars aduersa postulauerit. Si quę
rat ille per sententiam dari, ex quoquidē de
super sententia iuridica iam lata sit an sibi p
eo vltterius respondere teneatur, decerneretur
quod non vt. C. senten. rescin. nō pos. l. vlti.
& insti. de excep. ci. §. que si debitor.

Si multi. & c. ius istud maxime est necessariū
vnius enim duobus respondere non tenetur,
nisi illum qui prius querulatus est absolue
rit. Si vero duo vel plures inuicem querulē
tur, in iudicis est arbitrio decidere & deman
dare cuiq̃q̃ voluerit primam querelam, vt
supra li. i. ar. lxi. & ff. de accusaci. & inscri. l.
si cui crimen. §. hisdem.

Et si actio prorogatur non nisi vnum presta
bit verigeldū. & c. hoc est quia non potest ni
si vnā amittere vitam quare non plus etiā
nisi vnum soluit verigeldum, vt. ff. de custo.
& exhibi. reo. l. si quis reum, & ff. de priua.
delict. l. nunquam plura.

Articulus XIII.

SI contra aliquem ac
tiones in iudicio pro
ponuntur iniuriarum^a
ipso non præsente ter
minusq̃ reo ad respondendum assi
gnetur, & actor infra dictos termi
nos reum inuenerit, eum licite usq̃
quo sufficientem ut eius respondē
at quærimonijs præbuerit cautionē
iure arestabit,^b quia pacē actori iu
dex & non reo in cuius absentia cō
questum est nuntiavit.

a. Concordat lrr. xlii
ar. xli.

b. Alij textus ita legūt
quia iudex actori pa
cem indicit & non
reo qui absens ad iudic
ium citatur.

Glosa.

Vt eius respondeat quærimonijs. & c. In eodē
iudicio qui vbi semel ceptum est iudicium
ibi & finē accipere debet, vt. ff. de iudi. l. vbi
ceptum. Nec enim causæ continentia est diui
denda, vt in. l. nulli. C. de iudi. & de seques
tra. c. i. & hoc est etiam secundum intellectu
glo. licet supra intellexerit & hoc etiam fieri
posset in diuersis iudicijs & coram diuersis iu
dicibus per prædicta iura.

Glosa.

Quandoquidem vt supra tactum fuit tota le
gis dispositio est vt per eam temeritas prauo
rum coerceatur. C. de legi. & consti. l. leges
sacratissime, & dist. iiii. c. facte sunt. ^c Vnde
nota quod temeritas seu temere agere contig

c. Temeritas dupl
temereq̃ agere con
git dupliciter cono
dat lrr. mu. ar. xli. g.

git tripliciter. Primo quando quis temere & in iudice audenter facit contra ius, vel qui forsan solus deberet iustitiam fouere & in iustitiam debilitare solus ipse iniuste agit, cuiuscunque status et legalitatis sit, & contra illos statutum est, quod quicquid hoc pacto fecerint pro non facto reputatur, qui enim contra ius facit iniuste agit subitque penam contra excessiuos a iure decretam, ut in exēplo si vnus equum furetur & detineatur, equus cedit illi viceuersa culus erat. ut supra li. ij. ar. xxv. & ar. xxxi. Nec res illa furtiua pertinebat istum qui eam furatus est, nec cōmodum illius aliquando habere potuit, immo subit a lege statutam penam quia suspenditur, ut. C. de legi. & cōsti. princi. & edicto. l. non dubium, & in auten. ut om. obedi. iudi. §. i. coll. v. Secunda temeritas dicitur etiam esse mala, & sit quando contra aliquem quis excesserit & ille propria autoritate illud viciā scitur, poena illorū est quod causa illorū iusta iniusta efficitur, iusque suū inuertit, ut insti. vi. bono. rapto. §. sed nedū, & C. unde vi. l. si qs in tantā. & Hic circa querere vnus possit quod istud quod hic dictum est quod videlicet ius suum inuertet, & illud quod iustum esset faceret iniustum, id non esse bene dictū quia ius manet in seipso semper videlicet quod iustum est & immutari non potest, ut insti. de iusti. & iure. §. i. & quod iusticia quandoque accipitur in genere suo vel etiam pro illo qui est iusticia summa ut est Deus ipse, & ista manet semper, ut insti. eo. ti. §. i. Quandoque iusticia accipitur pro illo processu in nanciscenda iusticia & de ista hic loquitur ut si quis iudicialiter rem suam expeteret coram iudicio, si idem propria autoritate illam occupat ius si quod habuit perdit, quia propria autoritate rem sibi vendicat, & istud tangitur in textu ibi, eum licite vsq; quo & c. & et notanter dicitur iure arestabit, nullus enim suipius iudex esse debet, ut infra arti. lxxxii. & C. ne quis in sua causa iudicet. l. generali lege. Tertia temeritas, & illa est pessima, videlicet cū quis male fecerit vel excesserit, vitareque non vult, sed aperte incedit ac si ordinate & bene egisset, vel potestatem ad id faciendum habuisset. Poena istius est quod arestari & detineri potest quoad cautionem ponat ut se super eo iustificet, istud tangitur ibi quia pacem actori iudex. & c. q. d. sit quisquis sit, ille tamen propter excellentiam nominis sui facultatem nō habet malefaciendi seu iniuste agendi, illud enim quod pro bono non habetur malum est nisi iusticia concomitatur, ut in auten. ut om. obe. puin. iudi. in crimi. & pecunia. cau. §. i. coll. v.

d. Vide supra li. ij. ar. xxxv.

e. Iusticia duplicem habet acceptionem.

f. Vide supra li. ij. ar. xxv. iur. Mu. ar. xxvij. ar. xli. & cxij. glo.



SI homo dictis sui ferēdarij non consentiat propter emissā ab eo uerba damnum non sustinebit. Contra quem agitur actione iniuriarum primo uarendā petat actionis, quoniam ante huiusmodi uarendæ præstitionem actor suam corrigendi actionem liberam habet facultatem quam post huiusmodi præstitionem non est habiturus. d

Glosa.

Damnum non sustinebit, & c. Qualiter & quā error & confessio procuratoris aduocati vel principalis in iudicio possit reuocari, notat in. c. vlti. de confes. & in. c. olim de censu, & plenius in spe. parte ij. ti. de cōfessis. §. vi. ibi vide

Glosa.

In articulo presenti ponuntur duo respondēti maxime necessaria. Primum quādiu quis non consentiat verbis ferendarij damnum nullum sustinet, hoc idem habetur supra li. i. ar. lx. C. de erro. aduoca. libello vel ptece. l. sententijs. unde nota quod Iure Saxonico ferendarij sui dicta retractare poterit vnus quādiu in ea non consentiat, ut hic & supra li. i. arti. lx.

Ex isto sequitur doctrina litigantium quod si ferendarius quid dixerit in damnum principalis per iudicē interrogatur. C. Iudex etiam interrogare eū ante sententiā latā debet, ut supra li. i. ar. lxij. Jan dictis consentiat ferendarij. Ibidem alter debet expeti ferendarius, & per eum denuntiatur non esse voluntatis sue id quod ille dixerat, sepius etenim euenit quod ex stulta ferendarij interrogatione etiam iusta inficitur causa. Iure vero spiritua li principalis potest post triduum retractare verba procuratoris & post hac non, ut extra de confes. c. finali, & de resti. c. olim, & hoc ideo fit, quia principales debent presentes ad esse & legitimas ostendere causas erroris, hoc Saxonem facere non oportet & ita illi longior rem habent diem reuocandi quā Saxones ipsi. Aliqui vero id quod dictum est quod ad retractandū verba male emissā ferendarij, debet alter ferendarius expeti a parte, dicunt quod illud ipse idem solus principalis facere debet verbaque huiusmodi per ferendarium prolata quādiu eis non consenserit retractabit. Impossibile enim est quod vnus consentire deberet his quę in damnum vergunt suum, dā

a. Concordat iur. Mu. ar. xxxv. & xli.

b. Cum dicitur primo uarendam petat actionis, & c. Et quando huiusmodi uarendā perficitur uel cauetur, tunc debitū non potest meliorari nec maiorari ut hic & iur. Mu. ar. xli. non tamen sufficit quod uarendā mittatur sed quod effectus fuerit & præstetur necesse est.

c. Item post uarendā peti potest iuramentum calumnie uel malicie prius non petiti cū in qualibet parte litis præstat. Item tempus probationis reo non currit nisi prius actor uarendam præstiterit.

d. Nota præstata uarendā nō potest quis actionem suam emendare per hūc textū potest tamen diminuerē eam qui prius plus petijt, potest postea minus petere per hoc enim nihil deperit reo cū ius sibi suū saluū manet ad id faciunt notata per docto. in. c. ij. de libel. obla. & in. c. inter dilectos, de f. instru.

e. De ferendarijs uide supra lib. i. ar. lx. Iure Mu. ar. xvi. & xlij. glo

Speculi Saxonum Liber Tertius.

ro etiam quod ferendarius illa protulerit, ff. de confes. l. ij. & l. vlti. & de censu. l. forma. §. vlti. ff. de aqua pluuiali arcē. l. sed hoc ita C. de iuris & facti ignorantia. l. cum testamē- tum nullo iure & ff. de iurisd. om. iudi. l. si per errorem.

Queritur si iudex non interroget principalē an dictis ferendarii consentiat, vt supra dictū est quo tempore possit retractare verba ferē- darij. R. q̄dū sententia desuper prolata non sit, vt. C. de errore calculi. l. errorem. Secun- do quod in articulo ponitur, est id, quod qui uis querelam suam ante guarendam meliora- re potest. Vnde varena experiri debet ab illo qui te iudicialiter accusat, f. Effectusq; varen- de seu utilitas est quia actor seu querulator a querela te tueri debet & tenetur si ei demeris- tam exolues emendam aut per responsuam euades ita qd̄ pro huiusmodi causa seu que- rela nullus alter te accuset vel accusare poterit, vt supra li. ij. ar. xv. Et item varena ad id est necessaria quod actor querelam suam post- modū meliorare non potest, sicut si te accus- fauit pro uiolentia, non potest postmodum te inculpate pro homicidio, preterea si te du- ellariter seu per duellum alloquatur & non nisi duas condiciones expresserit, varendāq; postmodū faciat, ruet in sua causa, quia om- nes tres induellari actione proponere tenetur vt supra li. i. ar. lxij.

f. Varena effectus seu utilitas, concordat supra li. ij. ar. xv. Iure Mu. ar. xli.

a. Ad hanc materiam uide infra ar. xxi. Co- dices tamen uetustiores res paragraphū præ- sentem ita legunt si post tricesimum diem eandem rem in iudicio acquirere nitantur. possessor neutri respo- debet donec amicabi- liter inter eos compos- natur aut unus alium in iudicio occasione istius a causa ppellat.

b. Concordat Iur. Mu. ar. xxij. & xxv. Tex- tus tamen antiqui hūc passum ita habent, si prædium ali quod im- petatur a duobus & iudex exigat illa sibi tradi seruādē rei cau- sa eidem traditur doe- nec litigantes per ius separentur, & qui tra- diderit iudici liber erit.

filia uero seu geradā cognatus idest ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.

c. Iure Mu. ar. xxij. & xxv.

Glosa.

Textus articuli in se planus est nec longa de- claratione indiget, plurimum tamen condu- cit illis qui res aliquas siue sint hereditarie, gerada, arma bellica, apud se in deposito vel accomodato habent, & interim moritur des- positor, postmodum vero a pluribus vendi- centur quomodo se in his obseruare debeat, sicut si equum arma accomodauerit & in- terim moritur qui accomodauit, repetantq; duo forsan agnati a possessore rem illam, ille vero nescit quis eorum ius maius ad id habeat nemini illorum dabit quoad iure di- scernetur, idq; cauetur per constitutionem presentem. Constitutionibus siquidem fufu- tus vnusquisque defacili damnū & periculum euitare pōt, vt. C. de uet. iur. enucle. l. Deo autore, §. cum itaq;. Vnde multi articulū p- sentē non sane intelligentes in alium sensum eundem trahere videntur. Tu tamen textum vt in se est intelligere debes.

Si autem res litigiosa extiterit, &c. doctrina per id datur huic apud quem res huiusmodi in deposito sit, eandem etenim si difficultatē euitare vult iudici presentabit & vt sic absol- uetur, & signanter si iudex eandem postulet, mandato enim iudicis obediendum est, vt Insti. de interd. §. restitutoria.

Iudex eandem rem vsq; ad litis decisionē ser- uabit, &c. Textus iste contrariari videtur su- pra li. i. ar. xxvij. vbi dicitur, quicquid rerū expeditoriarū mortualicuius heredibus non extantibus relictum sit. Iudex tenetur ser- uare per annū & diem non alienādō & tandē in vsum conuertet suum, possent itaq; duo litigare pro huiusmodi re ultra annum, & ita esset contrā textum allegatum. R. quod non contrariatur, ibi enim loquitur de rebus ex- peditorijs, vbi opinatur nullū superesse he- redem, hic vero vbi heredes extant.

Qui expeditorias, &c. unde nota quod expe- ditorias res seu arma bellica hoc est herges- wet nullus reperere debet nisi sit ex linea pa- terna, vt supra li. i. ar. xxvij. In contrariū ta- men istius videtur esse articulus tertius libri primi, & item articulus sextus, & Insti. de he- re, quē ab intesta defer. §. item uetustas, & §. di- ui. prin. & in auten. de here. ab intesta. venien. coll. ix. per totum, vbi habetur quod illi qui sunt ex parte gladij non habent melius ius q̄ illi qui sunt ex parte fusi, d. R. quod leges alle- gate non contradicunt huic, nec enim vt sic etiam de iure nostro melius ius habent quia quis cognati ex parte gladij expeditorias res tollunt, in recompensam tamen mulieres accipiunt geradam, vt supra li. i. ar. xxij. Vel dic quod expeditorias res accipiunt in pri- mis ratiōe laboris circa tutelam exhibiti vel

d. Agnati ex parte gladij arma tollunt bellica in recompensam uero istius cognati geradam percipiunt

Articulus XV.



I res hæreditaria a duo- bus post tricesimū de- functi postuletur a nisi lite inter eos sopita, id- est donec amicabiliter cōponāt aut unus aliū in iudicio amoueat nul- li eorum præbeatur. Retentor uero rei hæreditariæ armorum bellicorū aut suppellectilis si postulata post tricesimum exhibere negat minus iuste, pro eo multā dabit & emen- dam si eius iniusta retentio iudici nunciatur. b Si autem res litigiosa extiterit a duobusq; impetatur & iu- dex eam postulet eidem presentari debet, eandemq; seruabit iudex ad litis usq; decisionem, præsentansq; liberatur. Qui expeditorias res hoc est arma bellica postulet, agnatus ex parte gladij esse debet, c ad utē

exhibēdi, vt supra li.i. ar. xxiij. q. q. sentit la-
borē senciāt etiā cōmoda. Nullus em ppro
stipēdio militate cogit vt extra de pscript. c.
cum ex officij, & in autē. de iudi. §. nē autem
& C. de statu, & imagi. l. i.

Articulus XVI



Nemo aliū a sua repelle-
re potest actione nisi
is aduersus quem actio
fuerat uentilata. Infa-
mes tantum tutores habere prohi-
bentur. In imperij & in ipsa iurisdic-
tione proscriptis respondere nemo
teneatur sed ipsos alijs responde-
re oportebit.

Glosa.

Nemo alium, & c. Concordat cum isto prin-
cipio, supra li. ij. ar. xxiij. & ar. lix. & infra eo.
li. ar. lxxxij. & fer. ar. xxxix. & vide etiā que
ibi notantur quoad possessionem. Hic nō di-
citur de actione, opponantur autem excep-
tiones a reis & eorum heredibus & fideiussor-
ibus nisi sint personales, sed non transeunt
ab vno fideiussore ad aliū, vt ff. de fideiuf-
so. l. amissi. §. vlti. Et sicut exceptio inducit
a reo contra actionem actoris, sic ab actore
replicatio contra exceptionē, & a reo triplici-
catio & ab actore quadruplicatio, vt Insti.
dereplica. §. i. & §. rursus, & de foro cōpeten.
c. ex parte. Effectus aut exceptionis est si est
dilatoria, vt per eam differatur iudicium vel
euitetur persona iudicis vel procuratoris, pe-
remptoria vero perimatur actio agentis vel
excluditur intentio eiusdē secundū Hostien.
in sum. de excep. §. quis sit effectus in princi.

Glosa.

Sensus articuli est, specialisq; doctrina datur
quo pacto vnus alium ab actione repellere
potest & quomodo vnus alteri respōdere nō
cogitur. Iudex siquidem vt ex pcedentibus
liquet vnicuiq; se benignum iudicem prebes-
re debet quicunq; querulatur. Iste vero q ac-
cusatur potest accusatorem repellere si infa-
mis sit vel iure priuatus vel proscriptus, illis
enim respondere non oportet.
Vnde pō intellectu istius nota d quod iure
priuati dicuntur multifariam. Primo qui in
fama & honore sunt notati macula aliqua si-
cut de iure nostro sunt fures & pēdones, vt
supra li. i. ar. xxxvij. & C. ex qui cau. infra
roga. l. si furti, & ff. eo. ti. l. vlti. Secundo iur.

re priuati dicuntur qui anno & die in impe-
rij proscriptione iacent, vt ibidē li. i. ar. xxx-
vij. Tercio qui cutim & crines redimerint, vt
li. ij. ar. xij. Quarto qui fidefragi sunt, vt su-
pra li. i. ar. xl. Quinto qui vitam vel membrū
redimerint per sententiam abiudicatū, vt su-
pra li. i. ar. lxxij. excipitur tamen ille qui ma-
num redimerit occasiōe varende prestite quā
tamen explere nequiuert, vt supra li. ij. arti.
xv. Sexto infames dicuntur quos domini re-
dimunt iuramento suo, vt supra li. ij. ar. xix.
& C. ex qui. cau. ali. infra. irro. per totū, & ff.
eo. ti. per totum & vi. q. i. infames.

e Poena iure priuatorum est triplex. Primo
quod testificari non possunt, vt ff. de his qui
nota. infami. per totum, & vi. q. i. c. infames,
& extra de testi. c. testimoniū. f Exceptis in
tribus casibus in quibus testimoniū etiā illo-
rū qui infames sunt admittitur videlicet oc-
casiōe fraudis imperij vt. C. ad le. lul. mas-
les. per totum. ff. eo. ti. famosi. Occasiōe simo-
nie, vt extra de simoni. c. licet hell. Et occa-
siōe fidei, vt. ij. q. vij. c. oues. Secūda pena il-
lorum est quia tutorem habere non possunt,
& hoc intelligere quidam volunt quod vi-
delicet ferendarium habere non possint, ali-
qui verō qd pugile carebūt in actiōe duel-
lari, tu tamen intellige quod vtrumq; habe-
re non poterint vt clarē habetur, supra lib. i.
ar. xlvij. & hic in textu;

Querere tñ posset aliquis cuiusmōi est pœ-
na ista quod vnus ferendarium vel pugilem
habere non debet, & quod poena est nō par-
ua. Ferendarium enim habere non poterit in
quo confidat vt eum a malefacto defendere
possit, ipse verō seipsum defendere non vale-
bit, qui enim offensus est in vno, offensus
est in multis, & qui semel malus semper
reputatur malus, vt in autē. vt iudi. sine
quoquo, supra. §. cogitatio, coll. ij. & ff. de rei
vendi. l. & ex diuerso. & in. c. semel malus
de reg. iur. lib. vi. Quod etiam pugilem ha-
bere non possint. Ratio est, quia per pu-
gilem vinci poterint & alloqui, vt supra li. i.
ar. xlvij. Tercia poena quia innocentiam suā
iuramento declarare nō possunt, nullus em
debitum seu excessum iuramento defendere
poterit suum, qui crimine notatus sit, vt su-
pra li. i. ar. xxxix. & ij. q. vij. c. infamis, & ij. q.
i. c. prohibentur.

In textu cū dicitur proscriptis, & c. Proscri-
pti verō dicuntur qui in imperij proscriptio-
ne iacent & illis respondere non oportet, vt
supra tractum est li. i. ar. xxxvij.

Articulus XVII



Proscriptus quemad-
modum aduersus eum
actio proscriptionis in
omni loco iurisdic-
tionis

e. Poena iure priuato-
rum triplex.

f. Infames testificari
possunt in tribus case-
bus, concordat supra
li. i. ar. xij. infra li. ij.
ar. lxx. iur. mu. ar. iij.
glo.

g. Alia ratio & for-
tior induci potest. Nul-
lus enim admitti des-
bet meliores & po-
tentiores habere tuto-
res q ipse sit, ut supra
li. i. ar. xlvij. glo.

a. Textus antiqui ita
legunt, proscriptus se
in omni loco iudici in
quo proscriptus est
eximere a proscriptio-
ne poterit, quēadmo-
dū etiam in omni lo-
co eiusdem iurisdic-
tionis contra eum que-
rela excitari potest.

a. Concordat iur. mu.
ar. xxxij. Textus tan-
ten antiqui & Gero-
manicus hunc articu-
lum ita legunt. Iudex
non potest aliquem a
sua propellere actio-
ne nec alter quisquā
præterquam is ad-
uersus quem actio in-
stituatur.

b. Concordat iur. mu.
ar. iij. glo.

c. Textus alij addūt
in illa iurisdictione ubi
proscripti sunt.

d. Iure priuati dicuntur
multifariam. Ad
hanc materiā vide su-
pra li. i. ar. xxxvij. in-
fra lib. ij. ar. lxx. iur.
mu. ar. iij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

proponitur ita se in omni eiusdē iurisdictionis loco expiabit. Fideiussorem autem dare debet ut iuri compareat responsurus quem si habere nequiverit eum iudex usque ad condignam responsionem retinere tenetur.

b. Alii textus legunt, iudex eum in custodia servabit donec ad obiecta respondeat.

Glosa.

Proscriptus. &c. Multas quæstiones de bannis vide not. in specu. titu. de accusaci. ad fi. & ibi per Ioan. And. in addi. Fideiussorem autem. &c. Nam & in criminali suo nomine conventus satisfat iudicatum solui & nisi satisfat, debet teneri in carcere publico. ff. de custo. reo. l. i. & l. si quis reus. Nisi si sit mulier quæ non debet detineri propter inopiam fideiussorum, vt. C. de custo. reo. auent. hodie nouo iure. Et vide supra li. ij. ar. ix. Et in criminali, pauper si non inuenit fideiussorem non committitur cautioni iuratorie sed incarcerationi, vt in specu. in. parte de accu. §. sequitur. vbi si quid si non potest, hoc verum secundum Bald. nisi haberet declinatoriam exceptionem, vt. ff. de iudi. l. ij. §. penult.

Glosa.

Articulus præfatus de proscriptis & iure priuatis disponit. Vnde pro intellectu textus clariori nota quod iure priuati duplices sunt Perpetuo priuati qui ius suum nullo modo recuperare possunt, vt sunt malefici, fures, latrones, & eorum socii, vel qui pro furto concordauerint vt proximo articulo habetur. Et ad tempus & istis ius suum rehabere admittit. Ius etenim in quantum potest potius vnum conseruare nititur quam condemnare. ff. de acti. & obliga. l. diuus Adrianus. ff. de re. iudi. l. inter pares. ff. de reg. iur. l. in obscuris, extra de proba. c. ex literis & xxxij. q. i. c. si quis, vt sunt baniti vel proscripti qui ad tempus proscribuntur propter forsitan contumaciam, vel i. ar. lxvij. in fi. & li. ij. ar. iij. lxij. & lxvi. & nunc proxime precedenti articulo. Nota quædammodum proscriptio duplex est, ita dupliciter unus ex ea liberari debet, iusque vicuerit acquirat suum. Primo quod proscriptus pro manuali facto de quo & hic tangitur iste venire potest & acquirere ius suum veniendo ad iudicium & iurando innocentiam cautionemque ponat ad respondendum, hocque ex eo fit quia sepius proscribitur vnus innocens, admittitur ergo ei liberatio prout habetur, supra li. ij. ar. iij. & C. de aboli. l. præses, & hoc intelligendo de proscripto qui citatus non sit nec ei terminus præfixus fuit. Si vero citatus secundum iuris ordinem proscri-

d. Iure priuati duplices.

e. Dupliater vnus ex proscriptione liberatur, vide iur. mu. ar. y.

bitur non potest se eximere nisi eum consensu iudicis & principalis quia per contumaciam defensionem perdiderat, vt. ff. de re. iudi. & de effec. sen. l. contra pupillum, & l. contumacia, & supra li. i. ar. lxvij. Secunda proscriptio dicitur imperij & ista proscriptio est duplex. Primo anno proscriptio illa bannus vocat, & interim dinosci potest si nocens vel innocens fuerit proscriptionis illius & durat anno integro, interimque Imperator admittit expurgationem innocentie sue. Secundo vocat proscriptio maior in qua abiudicatur vnus, vita, bonis, honore, iure, & ex ista expiare se minime poterit nisi in acie Regis, cum Rex pugnaverit lanceatum inuadat, vt supra li. i. ar. xxxvij. & C. de bonis proscrip. l. de portati. & ff. eo. ti. l. i.

f. Concordat iur. mu. ar. xcij.

Notandum præterea quod homines proscribi solent propter duplices excessus. Primo propter violentiam sicut pro homicidio vulneribus, baculatione, vt supra li. i. ar. lxvij. & isti eximunt se a proscriptioe dupliciter. Primo si sunt innocentes eximunt se vt hic, & li. ij. arti. iij. & xij. & C. de aboli. l. abolicio. ff. de re. iudi. l. si se, §. condemnatum. Secundo eximunt se & liberant si concordauerint, vt supra li. ij. ar. iij. & C. de aboli. l. abolicio, & ff. de re. iudi. l. si se, §. condemnatum, & C. de transacti. l. causas, istud autem fieri debet de consensu iudicis, vt infra ar. xxxij. & C. eo. ti. l. præses. Secundo proscribuntur qui de furto vel spolio accusantur, & si innocentes sint eximere se possunt vt alij. Si vero noxij fuerint concordari eis non licet, quia si concordauerint infames & iure priuati efficiuntur, vt supra li. i. ar. xxxvij. & C. ex qui. cau. in fi. irrogata. l. si furti, & C. de aboli. l. ij. Si autem ex isto sequitur quod vterque accusatus vel perpetuo proscriptum eum liberare oportet vel infamis efficitur aut periturus erit.

g. Proscribi contingit vnus propter duplices excessus.

Et quia sepius euenit quod vnus alium vt pote amicus amicum a proscriptione lubens liberare vellet, vt id non noceat fame & honori eius infrascriptam vide practicam. Si proscris pro qui vere proscriptus est, vt pote predo, vel fur succurrere vnus vult, ordinatur aliquis alter extraneus qui negotium cum actore componat & ita ille solus non concordabit occasione furti, exindeque nihil nocebit iuri suo. Quod autem id fieri possit vide li. i. ar. xxxvij. cum dicitur in primo paragrapho. Vel qui paciscuntur spolia vel furta vel ea reddunt, loquitur enim de illis qui pro seipsis concordiam inierunt de furto quod infames efficiuntur, & non loquitur nec prohibet quod alter id facere non possit, immo postquam liberatus fuerit nullus eum conuincere poterit quod occasione furti concordauerit. Si vero impetatur ille qui eum liberauerat dicere potest quod ego dedi hoc & hoc pacem redimendo vt amicum meum non infestaret sed vt eundem in pace dimitteret, & ille absolutus non impeteretur. Querere vltimus quis posset, dato quod ab actore ab-

h. Practicam vide quomodo occasione furti prede, transactio fieri debeat ut non deroget fame illius.

Toluitur a iudice vero quomodo liberatur. **R.** potest sibi prefigi terminus contra actore actus non veniens ex contractu secum facto, cadit ab actione nec plus actor nisi mulctam iudici & emendam illi contra quem querula re ceperat succumbit, vt supra li. ij. ar. viij. & hec omnia secundum condictionem & concordiam cum actore a parte per amicum accusati fieri possunt. Preterea queritur, quid tandem facere debeat occasione iuramenti quod prestat debuit. & quod iurare deinceps non teneatur. Si vero ad iuramentum compelletur, iurabit sub his verbis. Proscriptio in quam incidi in ea ulterius manere nolo sic me deus adiuvet. Alij dicunt quod iurare tenetur quod absque culpa eius in proscriptionem venit, sed hoc non, quia nullus proscribitur nisi ex contumacia, vt supra li. i. ar. lxvij. & ff. de re iudi. & effect. sentent. l. contumacia, & ff. quomodo & quando iudex. l. cessante, & l. tres denunciationes, quia si iurauerit vt sic efficeretur infamis, ergo iurare non debet secundum istum modum quod videlicet sine eius culpa proscriptionem inciderit. Quidam dicunt quod iurare deberet quod facti innocens sit, sed hoc non, quia alias etiam infamis esset, vt. C. de iure iuran. l. delata & l. generaliter, & ff. quarum re, actio, non da. l. iusiurandum. Ex quo itaque fidei iussores statuere eum oportet quod respondere vellent. Quare pro facto iurare non tenebitur per huncmodum a proscriptione vnus alium eliberare poterit honoremque conferuabit & aperiurio eundem liberabit.

Articulus XVIII.



In proscriptus dixerit in iudicio se proscriptionem debito modo euasisse, illud si per iudicem scilicet retinuerit aut preconem loco iudicis & duobus testibus additis idoneis uiris non probauerit, actor probatione ulteriori super proscriptione contra eum obiecta non indigebit. Sed qui sub regis banno fuerit proscriptus ad probandum sui expiationem duorum bannitorum testimonio & iudicis indigebit.

Glosa.

Superius dictum est quo pacto vnus a proscriptioe se expiare debet hic tangit quomodo id eum ostendere oporteat. Vnde nota quod quemadmodum vnus triplici

ter in proscriptionem incidere potest ita triplex probatio censetur quod quis a proscriptione liberari possit. Primo dicitur vnus in proscriptionem imperij incidisse & in isto casu is Imperatoris vel Regis literas ad sui expurgandum necessario habere debet, vt supra li. i. ar. xxxvij. & infra eo. li. ar. xxxij. & C. de manda. princ. l. si quis. Secundo proscribitur aliquis sub banno Regio, unde ad probandum sue expiationis necessario habet duos bannitos & iudicem pro testimonio vt is articulus. §. vlti. declarat. Tercio proscribuntur aliqui a iudice qui ulterius infeudatus est iste pro declaratione liberationis sue necessario habere debet in testimonium iudicem & duos ad iudicium pertinentes, si istud habere non poterit, videtur erit. **Quicquid enim quis dixerit probare eum oportet.** C. de probaci. l. possessio nes. l. frustra. l. actor. l. sciatur, & C. de eden. l. is apud, & ff. de excep. l. i. C. de proba. l. siue possidetis, & Insti. de interdi. §. commo dum, & extra de proba. c. ex literis.

^a. Triplex probatio quod vnus a proscriptione liberatus sit.

^b. Quicquid aliquis allegat probare illud tenetur. Concordat iur. Mu. ar. xxxij.

Articulus. XIX.



Ingenui seu liberi atque ministeriales imperij licite coram imperio aut Rege testes esse & sententias inuenire possunt, quia per sacramentum Regi fidelitatem debitam sponponderunt. Non licet tamen tali ministeriali sententiam edicere uel testimonium dare aduersus bannitos, si causa in uitam ipsius honorem aut hereditatis amissionem cedere uideretur.

Glosa.

Saxones rebus prouideant suis indemnitateque precauere eorum ab inicio diligentissime semper obseruabant ne quouis modo coruinci testimonio possint. Presens itaque articulus de testimonio tractat ubi & tria continentur. ^a Primo innuere vult quod nullus testificare potest nisi sit liber homo. Serui itaque ad testimonium non admittuntur, vt. C. de testi. l. seruos & extra de verbo signifi. c. forus. iij. q. iij. c. si testis. ver. liberi testes, & iij. q. vij. c. infames, hoc tangitur hic cum dicitur ingenui, & c. Secundo tangitur quodam modo differentia inter seruum & liberum ac ministerialem, que vero huiusmodi differentia sit inferius ar. xlv. clarius declarabitur, & hoc notatur ibi cum dicitur atque ministeriales Imperij. Tercio in

^a. A testimonio qui reuocantur uide.

Speculi Saxonum Liber Tertius

b. Testimoniam non ualeat nisi testis iuret ad sacra.

c. Iuramentum Emphiteote et uasalli quomodo fieri debeat uide.

d. Fidelitatem domino iurans que habere menta debet.

e. Concordia seu. c. iij.

f. Iuramentum & promissum equipolent.

g. Status quantumcunque eminens non addit auctoritatem quod quis male operetur.

nuere uult **b** ut sciamus quod nullus testis ualeat nisi prius iuret ad sacra, & hoc tangitur ibi, quia per sacramentum regi fidelitatem. & hoc idem uide, C. de testi. L. i. iusiurandum & ff. de feri. L. i. & extra de testi. c. nuper, & c. tuis. iij. q. iij. c. si testis ver. iusiurandi, & iij. q. ix. c. hortamur.

Fidelitatem debitam sponderunt, & c. Vnde nota quod iuramentum fidelitatis Emphiteote uasalli & ministerialis est, iurare enim debet quod ipse iuri affectus & fidelis esse uult prout ministerialem decet. Sic etiam infeudatus iurat fidelitatem domino suo, de forma vero fidelitatis uide in li. seu. per totum, & in decretis xxij. q. v. de forma, iurare enim debet fidelitatem domino, verbo, facto, consilio, auxilio, vita, bonis, & c. ut ibidem clarius habetur.

Vnde nota pro maiori istius declaratione quod ille qui fidelitatem iurat domino suo, hanc scripta menti semper habere debet. Incolu me, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolu me quod ipse dominus non sit in damnum sanitatis sue tum & bonis. Tutum ne sit ei in damnum de secreto suo, vel munitionibus per quas tutus esse possit, immo immunitas ab omni suspitione. Honestum ita quod prouideat utilitatem eius nec in iure suo eundem impediatur ipsumque in omni loco in bonis corpore & honore tueatur ac eidem honeste assistat. Vel sic curare debet ne sit ei in damnum de sui iustitia vel de alijs causis que ad honestatem eius pertinere videntur. Utile ne sit in damnum in possessionibus. Facile ne domino bonum illud quod dominus facile expedire possit ordinet ut sit difficile, neque quod est difficile faciat impossibile, vel pariter neque officere possit dominus in bonis vita, & honore, debet etiam facilis esse in omnibus honestis utilibus pro obsequio domini. Preterea pro augmento rerum domini sui & pro comodo facere debet ac omnino euitare ut autoritas & potentia domini non minuat sed crescat, nec friuole domino resistere debet, de his uide plura, xxij. q. v. c. de forma fidelitatis, et seu. c. iij. & c. lxxix. ix. Dominus etiam iura fidelitatis erga uasallum obseruare tenetur, & si non facit per iuramentum committit, uasallusque a iuramento fidelitatis absoluitur, unde dato quod non iuret sed promittat & postmodum illud idem non seruauit per iuramentum est & fidefragus, & apud deum enim nulla est differentia inter iuramentum & promissum, ut, xxij. q. v. c. iuramenti.

Non licet tamen, & c. Dicere aliquis posset. Ex quo quidem ministeriales contra bannitos testificari non possunt prout paragraphus articuli habet, quo pacto itaque conuinci debent in eorum excessibus, difficile enim eorum generatione similes inueniri vel haberi possunt in testificando contra illos, & ita excessus eorum impune manebit quod est contra leges, ut in autem, ut om. obe. iudi. §. i. col. v. & Vbi dicitur quod status quantumcunque eminens non addit facultatem quod quis male operari debe

ret. & itaque quod ministeriales aduersus bannitos testificari non possunt, intellige coram imperio. Imperium etenim excepit illos a iure ministerialium. Secundo intellige quod testificari contra illos non possunt in comitatu, quia ibi nullus sententias inuenit nisi qui ad sedem iurauerit scabinali. h. Tertio intelligitur quod testificari non potest in loco ubi scabinus est. Si vero homo scabinali sede dignus locum scabinalem protunc non habeat superioris iudicis iudicium querere cum oportet, ut infra ar. xxvi. Et quia iudicium querit quare & sententias ad iudicium pertinentium tollere eum oportet. Vnde etsi quidem articulus, xij. lib. ij. §. ij. huic contradicere uidetur, ubi dicitur quod contra bannitum nullus sententiam inuenire potest nisi sit generatione similis. & quod non contrariatur huic. Ministeriales enim cum scabinis sunt equalis generationis in clipeo, quintum enim obtinent militarem clipeum, ut supra li. i. ar. iij. huncque prestatum honorem obtinent banniti propter eorum officium. Ex genealogia etiam sunt nobiliores quam aliqui ministeriales prout in terra Saxonie adhuc cernitur, breuiterque sciendum quicquid scabini specialius iuris habent in hoc in profectu eis cedit in loco illo ubi officio prestant, & ubi bannum regum habetur cui prestant, & ita debent intelligi iura allegata pro parte ipsorum adducta. Si vero ipsi queruntur alibi in alio iudicio eos oportet ius dare & ius recipere ut alij homines, et si etiam contra illos conuenitur eis respondere oportet ut reliquos, ut supra li. i. ar. lxxi. Ibi ubique alij quem conuenit ibi licite recouocentur, & infra ar. lxxix. & lxx. & item, xxvi. & ff. de decuri. L. i. Si etiam deliquerit iudicium sustinere cogitur illud ubi deliquit. Quamuis huic contradicere uidetur articulus, lix. li. i. intellige tamen si ibi fuerit bannus regius, & ita pro intentione nostra erit articulus presens. xix. & c. ubi de eri. agi. oportet. l. questiones, & c. in qui. cau. mili. feri. prescripti. L. omnes. C. de iurisdici omni iudi. & foro. cope. L. vlti. & ff. de iudi. L. i. & iij. q. vi. c. ibi enim.

h. Nota iure seu. quod dimidium possidet maiorem & qui quinq; solidos a domino habet annuatim testis esse potest & sententiam reprobare.

i. Scabini quomodo pro rogatus suis gaudent.

Articulus XX



Agnum alterius arans ignoranter nullam poenam pro eo sustinebit. Sed qui arat agrum quem dicit suum esse si succubuerit hoc emendabit. Quilibet etiam arantem agrum suum licite sine iudicis licentia ut cum ad iustitiam faciendam inducat pignorat. Arando nemo uitam suam amittit aut sanitatem,

a. Alij textus habent nemo potest uti aue membrum per iudicium demereri, arando suum dum inducit sibi usurarium nisi sibi per sententiam fuerit ab iudicatus & pax uiciori sit super eundem publice edicta.

nisi ager qui aratur alicui per sententiam sit abiudicatus, & adiudicato pax sit super eo nunciata.

Glosa.

Articulus presens superius li. ij. ar. xlvj. declaratus habetur. Vnde dicitur quidam quod superflue ponitur hic. Alij vero asserunt quod iste contrariatur illi ex eo, quia hic ponitur quod arans agrum sine poena manet. Ibi vero habetur quod laborem & semina amittit, quod ut sic mulctatur sine poena non erit. R. tamen quod non contrariantur adinuicem, hic enim propterea manet sine poena quia ignoranter facit, ibi vero non precise ignoranter quia eo tempore quo adhuc id facit vel agrum arat, sibi actio intentatur.

Qui arat agrum quem dicit suum esse, &c. hoc ex eo fit, quia sibi vendicat rem alterius extrajudicialiter & hoc idem verum est & lo, cum habet in omnibus similibus casibus cum vnus vendicat sibi bona alterius iniuste, soluit enim poenam & emendam ut infra ar. xlvj. ij. & c. ut nemi. lice. sine iudi. auctori. signa. L. sepe, & L. reb. Insti. vi. bono. raptio. s. sed nedum. C. unde vi. L. si quis in tantam. In contrarium istius videtur esse Insti. vi. bono. raptio. s. sed nedum, tum & in alijs legum locis, quod is qui sibi violenter & sine auctoritate iudicis rem vendicat, perdit rem huiusmodi, quod si res quam vendicat sit alterius ad duplum rei vendicate cogitur. R. tamen nullam in eo esse contrarietatem, hic enim loquitur de illo qui vendicat extrajudicialiter rem aliam quam emendaque liberatur. Leges vero allegate intelligi debent de illo qui violenter inuadit & occupat rem alienam.

b. Rusticus alium rusticum eiusdem uille pignori in campo non debet.

Licite sine iudicis licentia pignoriabit. &c. b. Intelligi debet non de rusticis villanis. In huiusmodi enim casu rusticus uille de facili iustitiam consequi poterit de altero villano, sed intelligitur de externis hominibus, & hoc liquet ex eo, cum dicitur ut eum ad iustitiam faciendam inducat.

Arando nemo vitam amittit. &c. & hoc ex eo, quia arando terram domini sui non periorat nec alienat.

Nisi ager per sententiam sit abiudicatus & pax sit nunciata. &c. Et si pacem illam fregerit vitapunitur, ut hic & supra li. ij. ar. lxx. & ff. de vi. & vi. arma. L. pretor ait. s. ne quid autem, & ff. ne vis fiat ei qui possidet per totum, & ff. de vi. publi. per totum.

Dicere quis possit. Quod unicuique indicitur pax ad quamlibet sententiam cum quis operatur & signanter circa honorum resignationem an ergo ille tam facile pacem frangit sicut hic iste. R. quod non, quia forsan ille putare posset quod ager huiusmodi suus fuisset quare gratia sibi in eo ostenditur, ut Insti. vi. bono.

raptio. s. quia tamen, & C. de iur. & fact. ignoratio. L. error facti.

Articulus XXI



Impetant si duo unam rem uel predium cum simili testimonio & actione, a ipsis eque res erit diuidenda. Istud testimonium a circumfidentibus uillae b in qua bona huiusmodi sunt situata determinetur, & qui testimonium plurimarum habuerit personarum, is res seu illud pradium obtinebit. Si uero uicinia ignorauerit quis eorum iustitiam habeat possessionem, c tunc per sententiam ueritas experiri poterit, d uel actor & reus de his bonis quod ad unumquemque eorum pertineat sub iuramenti ostendant praeestatione, ad quod iudex nuncios suos mittet. e Quicquid uero ab eis aequae ostenditur aequae eis ut dictum est diuidetur.

Glosa.

Impetant siquidem duo unam rem. &c. Pro ista materia & actione, vide. C. ut possidetis. L. unica, & quae loquuntur & notantur in c. licet de proba. & in c. ex literis. Et recte iudicari debet pro illo pro quo plures faciunt rationes, de hoc inspecu. de disputa. & allega. s. iij. vers. studeas & hic Et in dicto. c. licet ponitur illud quod duo in simul eandem rem & eodem modo in solidum possidere non possunt, quod intellige ut ibi notatur. Et intellige de re corporali & licet res communis a pluribus communiter possidetur, quilibet tamen possidere dicitur pro iure & sua parte, quis pro in diuiso.

Ut dictum est diuidetur, de iure autem Canonico gratificet iudex quando ex utraque parte pares sunt testes, & petitur res indiuisibilis, ut notat. iij. q. iij. c. si testes in glossa magna, iuxta si. vers. Item si res est, & de testi. in notis in prima glossa. Alioquin inter partes diuidatur ut hic & ibidem notatur.

Glosa.

Declaratio articuli presentis derivat ex articulo

a. Alij textus addunt & neuter alium praeueniat in agendo, ad hanc materiam uide supra eo. li. ar. xv.

b. Alij addunt aut aliarum circumuicinarum uillarum.

c. Textus uetustiores habent aquae iudicio decernatur.

d. Textus alij ita legunt, uel actor & reus iuret quod recte ostendat quantum sibi de iure pertinet & non plus.

e. Alij textus habent si uero uterque iuramentum probauerit aequae eis diuidetur.

Speculi Saxonum Liber Tertius

culo immediate precedenti. Sensusque illius est si quis dicat quod alter agrum suum arer, alterque contradicat suum esse allegando, vel si uterque dicat suum esse, sed alter alleget magis de eodem sibi prius, & ita eveniret quod duo unam rem equaliter impetant, sicut si uterque eorum equaliter agri stadia habeant vel possideant, hoc innuitur ibi simili possessione. Si etiam uterque dicat, quod unus non plus ad illud pertinet quam alter vel quantum sibi competat & tunc similis actio erit, & hoc tangit ibi simili actione. Cum vero uterque se trahit ad iudicem & ad vicinos, simile illorum erit testimonium, & hoc tangitur ibi simili testimonio. Specialeque in hoc articulo habetur quod in huiusmodi querela uterque illorum actor & respondens est, vt. ff. de iudi. l. ij. & c. ij. & de proba. c. ex literis.

Istud testimonium. & c. intelligendum est non quod vicini istud narrare vel manifestare deberent testibus informare, testis enim qui in suo testimonio informatur ab aliquo, locum non habet. f. Testimoniumque ex narratis fieri non debet, vt extra de cleri. c. per inquisitionem & extra de testi. c. tam literis in fi. & c. causam, extra de consan. & affini. c. tua nos, extra de successi. ab intesta. c. cum dilectus, extra de accusa. c. inquisitionis. §. quesiisti, extra de eo. qui cognos. caus. c. super eo.

Intellige ergo quod vicini per se testificari tenentur cui illorum iuste ager ille pertinet & cui non. Vnde & per hoc quod dicitur determinetur, innuitur quod cogi ad hoc possunt, vt. C. de testi. l. si quando & c. iij. q. iij. placuit ver. in criminali. Quamvis in oppositum videtur esse extra de testi. c. si qui testium. iij. q. iij. c. placuit ver. in criminali. & ff. de iurciu. ran. l. ad personas, vbi dicitur quod senes, egroti, milites qui sunt in obsequio imperij, isti ad testificandum cogi non possunt. Intellige tamen quod cogi non possunt vt veniant ad testificandum qui egroti sunt, cogi tamen possunt vt testificentur illud quod viderunt & quod sciunt. Sic etiam de illis intelligitur qui sunt extra in obsequio imperij tunc & amici & affines & alij qui nominantur. iij. q. iij. in. c. allegato. Testes tamen huiusmodi cogi non debent sed salubriter amoneri. §. Excepto tamen in tribus casibus, vt si veritatem cognoscere noluerint propter odium, amorem, gratiam, vt extra de testi. cogen. c. cum super, & xi. q. iij. quisquis. Preterea qui mediator cause fuit cogi non debet ad testificandum nisi charitatiue petat per partes utrasque, vt in auten. de testi. §. si. coll. vi. & extra de testi. c. dilectorum in principi. glo. h. Ille etiam qui testes indiguerit eis impensas ministrabit, vt. C. de testi. l. quoniam, & c. iij. q. iij. c. si testes ver. l. i. berii. i. Propter testificandum etiam & eorum aduentum nihil dari eis debet, vt in auten. vt litigan. in exordi. liti. iurent. §. i. coll. ix. Iure tamen Saxonico nullibi inuenitur quod iudex cogere testes debeat verum is qui eos indiget eisdem afferre oportet & ita obsequatur vbi libet. Si quis tamen ius Saxonice de testibus produendis recte intelligit, aperte inueniet quod non discrepat in isto casu a legibus & Canonibus & hoc sub quadam distinctione, Iure enim provinciali nullus cogere potest testem qui in sua iurisdictione presens non est nisi forsitan veritas aliter inuestigari non possit, sicut hic. & c. iij. q. iij. c. quancumque. C. de heredi. l. vlti. & c. ij. q. vi. c. statutum. Si vero sit in eodem iudicio ille qui in testem vocatur, eiusdem iudex cogi potest ad recognoscendum veritatem sub suo iuramento, vt supra lib. ij. ar. xxij. ibi si idem aduersus quem testimonium producit in testem nominatur. & c. & infra li. iij. ar. lxx.

D. A. posset, quod articulus. xxij. supra li. ij. allegatus non id intendit quod videlicet iudex testes cogi deberet, verum innuere videtur quod si is aduersus quem testimonium producit in testem nominatur, debet de sibi notis veritatem aperire. Sed & in contrarium esset ar. lxxij. li. i. vbi habetur quod testes si quis nominat eos producere oportet. Legibus etiam cauetur quod is qui accusat probationes habere oportet, vt. C. de eden. l. qui accusare, hoc istum facere non oportet si iudex ad testificandum cogere.

Pro intellectu istius. R. quod quicquid coram iudicio fieri debet ex coactione iuris vt fiat necesse est. Si itaque iudex cogere potest vt ego super meipsum testificem, sine dubio cogere etiam potest vt veritatem contra alium recognoscere. Quod etiam vnus testis adducere debet quos nominauerat hoc fit ex eo, quia ipse confidit quod illis notum sit quos nominat, & postquam illos apertauerit, iudex eos cogi poterit. Ad legem vero allegatam vbi dictum est quod qui accusare vult, probationes habere oportet. Intellige testes habere cogitur vel probationes sue propositionis, eos enim iudici nominare tenetur, & si illos nominare potest, illos habet. Vnde & breuiter sciendum quod leges allegatae quae iniure Saxonico habentur quod videlicet iudex testes cogere potest, intellige postquam eos principalis iudicio presentauerit. Cum vero dicitur quod principalis testes habere debet paratos, intellige quod eos in iudicium presentare oportet die per iudicem prefixo, vt supra li. i. ar. lxxij. & extra de testi. c. vlti. c. in causis, & c. si significauerunt, & in auten. de testi. §. quia vero multum, coll. vij.

In criminalibus tamen testes cogi non debent. C. de testi. l. quoniam & ff. de iniur. l. cum qui, & C. eo. ti. l. si non & C. de famo. libel. l. i. & c. iij. q. iij. c. si testes, ver. libet, & extra de testi. cog. c. dilectorum in principi. glo. & hoc ex eo fit, quia excessus qui iudicio denunciat corrigi debeat exactissime inuestigandus est, vt. C. de proba. l. sciant, & C. de accu. & inscrip. l. singuli. Et qui testimonium plurimarum personarum. & c. Intellige tamen quod testimonium trium proborum hominum efficacius est quam centum improborum.

f. Testimonium ex narratis fieri non debet.

g. Testes in certis casibus cogi possunt.

h. Qui testes indiguerit eis impensas ministrabit.

i. Testes preao conduti non debent.

k. In criminalibus testes cogendi non sunt.

l. Testimonium trium proborum hominum efficacius est quam centum improborum.

¶ Sententia aquæ dicebatur ex antiqua consuetudine apud Saxones cum causa in dubio erat, & ueritas aliter inquiri non potuit, ex tunc aquam bulientem actori ad bibendum dabant, & si exinde egrotabat, uel aqua illa actorem ledebatur seu urebatur, sententiabatur reus, seu.
c.xl.

¶ Hec glosse declaratio non satisfacit opinioni adductæ sed & eius ulterior interpretatio parum affert utilitatis, intellige ergo textum ut in se est, quod hæc fuit antiqua Saxonum consuetudo in declarando innocentiam suam quod accusati in aqua bulientem manum immerferant, uel ferrum candens gestabant ut superioribus declaratum est, li. i. ar. xxxix.

¶ Admitti non debet quod duo super una iurent quia alias unus erit periurus.

horum hominum maius & efficacius est quam centum improborum, quia honestas personarum inspicenda est in testimonio non pluralitas, ut extra de testif. c. in nostra & c. licet & .iii. q. .iiij. placuit ver. in criminali.
Id quod in annotatis ex Codicibus uerustioribus habetur, aque iudicio decerneret. & c. m. Quidam dicunt quod textus iste intelligendus est quod aqua benedici debeat, & si ex ardore lesit aliquem illius negotium iniustum erat istudque admittebatur ex antiqua Saxonum consuetudine, nam & in leuitico habetur, quod aqua impudicitia mulierum experiebat. Saul preterea quodam presagio didicit, quod Ionatas mel prohibitu comedisset & alia multa per huiusmodi signa in notitia deueniebant, ut in multis locis ueteris testamenti habetur. & c. tamē quod istud ex fide nostra minime admitti debet, qui etiam ex sortilegijs res futuras scire conatur vel periculo huiusmodi se exponit mortaliter peccat. Scriptum enim habemus, noli tentare dominum Deum tuum. Vnde etsi quidem in antiqua lege experientie huiusmodi quodammodo admittebantur, quare facere id licuit. Nunc uero quia prohibitum est abstinendum erit, ut. xxvi. q. .ij. per totum, immo ea faciens excommunicatur ea, q. v. c. si quis, & c. non liceat. Preterea consuetudo ista apud Saxones est iam abrogata postquam ad fidem conuersi sunt Christiani. Vnde in proposito, iudicium aque non dicitur ex eo, quod per aquam ueritas indagari deberet, sed potius aque iudicium dicitur quia omnes tam fontes quam innocentes bibere cogunt aquam hanc iuramenti, sicut infantes & nocentes iur dei bibere cogebantur ex aqua in quam uirtus ille constans aureus impulsus erat. ¶ Iuramentumque huiusmodi uocatur sententia aque, quia iuramentum sicut aqua fluit de uno in alium. Illud etiam quod habetur seu, quod sententia dei expecti non debet, nisi aliter ueritas inuestigari non possit sic intelligendum est, quod unus ad iuramentum non cogatur ut aliqui Codices habent, si aliter negotium per testes vel probationes inuestigari potest, exinde etiam sequitur quod iuramentum dicitur hortilegium seu sententia dei quia deriuatur in corpus & animam. ff. de dolo. l. quod si deferent. Super iuramentum enim vel occasione iuramenti iudicium dei pertinet, ut. C. de iur. iuran. l. iur. iurandi. o Admitti preterea non debet quod duo super una re iurent, quia ut communiter unus periurus efficitur, ut Insti. de acci. §. si quis preterea. Si uero duo iurent super unam re diuidatur eis per medium propter iuramentum factum, ut. C. de re. credi. l. in bonae fidei. ff. de iur. iuran. l. non erit.

Articulus. XXII



Vi equum aut uestimenta ad certum tempus accomodauerit, & si diucius hæc ab eo retinentur, statim post interpositam a creditore actionem huiusmodi reddere debet detentor. Et si peiorata fuerint commodatori ad interesse tenebitur in his uero debitor furtum aut rapinam dici non poterit commisisse, quia solus libere accomodauerat. Licite etiam quis bona sua sicut iuris est poterit uendicare quæ alius contra iustitiam ultra terminum præfixum tenet occupata.

Glosa.

Statim post interpositam, & c. a Sic ergo mora sua sibi est nociua, ut. ff. de reg. iur. l. in consuetudine. §. unicuique, & eo. ti. c. mora. li. vi. b Tenetur enim morosus de casu fortuito etiam si res eodem modo fuisset apud dominum peritura, ff. de lega. i. l. cum res. §. vlti. Item est mora nociua quoad fructus ad quos tenetur morosus ex diemore quando aliquid peritur per actionem bone fidei, vel per actionem ex testamento quæ sapit naturam actionis bone fidei, ff. de lega. i. l. apud Iuliam. §. fructus, & idem si sit actio stricti iuris quo peto mihi restitui quod est meum. Sed si peto alienum ueniunt a die litis contestate, ff. de usuris. l. videamus generaliter circa principium. & §. in fauorena & §. si actione. Item morosus tenetur ad interesse quod peripitur, & augetur a die morae in odium debitoris morosi, ff. de acti. empti. l. ratio. §. si per venditorem. Item nocet mora quoad causarum prosecutionem. Nam si causa cognita statutus est terminus actori ad agendum vel ratio ad excipiendum post terminum, non auditur, secundum di. in regula indultum, & in regula mora, de regulis iuris li. vi. Ad hoc autem ut quis dicatur morosus requiritur quod sciat se debere vel scire debeat quod interpellatus fuerat a die, vel ab hodie & quod habuerit possibilitatem dandi, ut. ff. de rebus credi. l. quod te. Et nota in dicta regula mora. Vide plenius ad materiam hanc in l. si ex legati causa. ff. de verbo obligati, in repetitione per Bartolomeum de saliceto. Nota actiones perpetue & peremptorie sunt quæ semper agentibus obstant, & semper recte de qua agitur perimunt ut est exceptio doli mali aut exceptio quod metus causa. Aliæ uero sunt temporales & dilatorie quæ ad tempus nocent & dilationem temporis tribuunt.

a. Mora sua cuiuslibet nociua.

b. Morosus tenetur de casu fortuito.

c. Actiones perpetue & temporales quod dicantur.

Speculi Saxonum Liber Tertius

vt Insti. de excep. §. perpetue & §. temporales, & hoc idem hic intendit.

Glosa.

In articulo pñti tangit materia accomodati quo pacto videlicet vnus rē mobilē alteri ad certum tēpus cōmodatam repetere debet, inuenitur cōtra huiusmodi quērelas duplex exceptio quē plane habetur Insti. de excep. §. appellantur.

d. Exceptiones duplices peremptorie & dilatorie.

Vnde sciendū d quod exceptiones huiusmodi quēdam sunt peremptorie, videlicet quē totā destruunt causam, sicut si contra me quēris pro decem, ego vero dico quod te deficiente iuramentū super eo iurauī & absolutus sum destruo tibi in toto quērelam, vt Insti. de excep. §. eque. ff. de in litē iureiuran. in ple. rīsq; legibus, C. de re credi. L. in bone fidei, & ff. de iureiuran. L. nam postea, & Insti. de acci. §. si quis. Alia est dilatoria & temporalis, vt si me accusas pro decem, ego vero dico adhuc esse tempus solutionis vnus annī, hic protraho quērelā sed non destruo, vt Insti. de excep. §. temporales, ff. de verba. obli. L. si seruus, & hoc tangitur ibi cū dicitur ad certum tempus, q. d. si monuerit eum ante tēpus reddere nō cogitur. Si vero pro tempore prefixo reddere tenetur in instanti, huic tamen contradicere videntur iura quē disponunt, quod debita iure acquisita in quindena soluūt, vt supra li. ij. ar. v. & ff. de solu. L. quod dicimus, vbi habetur, dato quod hēres in instanti soluere teneatur cum aliquo tamen temporis temperamento intelligendū est, nec enim cum sacco statim venire debet. Tum & Insti. de inuti. stipu. §. vlti. Vbi dicit si fundum agri stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere nisi tantum spacium preterierit quo traditio fieri possit. Contradicere etiam huic videtur articulus. lxx. li. i. vbi tempus sex septimanarum datur tum & C. de vsur. rei. iudi. L. ij. & in vbi habet qd datur spaciu quadrimestre, & Ad sopiendum itaq; has controuersias & pro intellectu istius nota quod debita sunt multiplicia. Quēdam sunt cum vnus ita cōmodat quod vtilitatem aliquam exinde habet. Ille vero qui dedit nullum emolumentū consequitur, & huic in instanti restituere debet quod cōmodatum est de damnoq; cauere, & de isto habet. ff. de reg. iur. L. in omnibus. Quidam accomodant vterq; tamen exinde vtilitatē habet & iste quindenam habet ad restituendum, vt li. ij. ar. v. & ff. de solu. L. quod dicimus. Quidam vero cōmodant & nullam vtilitatē verum damnu ex eo sustinent, sicut fideiussor q pro alio cauet, & is si accusatur sex septimanas habet induciarum si principalis pñsens non fuerit, vt li. i. ar. lxx. & ff. de cōstitu. pe. cuni. L. promissor. Item accomodat etiā alius quis vel promittit quod ante tēpus reddere nō potest, sicut si promittit aliq; bona seu

dalia ordinare seu dimittere, is facere illud non poterit nisi prius ad dominū veniat, & istud apud dominū procurer, vt supra li. i. ar. ix. & Insti. de inuti. stipu. §. vlti. Item sunt quēdam debita adeo magna quod spacio trium mensium indigent sicut est verigeldus vt supra li. i. ar. lxxv. & C. de vsur. rei. iudi. L. ij. & ex isto liquet quod leges supra allegate nō contrariantur inuicem.

Furtum aut rapinam dici non poterit commississe. &c. Circa id notandum venit f quod si quis aliū pro debito p̄scribit iniuste agit, quia cum libere quis aliquid accomodat furtum in eo non cōmittitur, vt supra li. ij. arti. xxix. In contrariū licet videntur leges vt Insti. de obliga. quē ex delict. nascun. Vbi innuitur quod furtū nedum in furto fundatur sed etiam in contrectatione rei aliene inuito dño vt Insti. de obliga. quē ex delict. nascun. §. furtum, & id in proposito fit. R. tamen qd res quēdam potest esse furtiua ille tamen non efficitur fur, ita quod suspēdi possit & de isto hic tangitur, vt supra li. ij. arti. xxix. & ff. de fur. L. serui. & filij. Pro huiusmodi etiam furto vt tactum est interfici non licet, vt in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. loci confer. §. p̄ furto coll. ix. Sciendū tamen pro huiusmodi furto & quod quis dolose in re commodata agit, & si non interficitur infamis tamen manet, vt ff. de his qui notan. infam. L. i. & C. ex q. cau. infam. irroga. L. si te. & vi. q. i. c. infames. Licite etiam poterit quis bona sua vendicare, &c. hoc est potest ea arestare vel de super quēgulari.

f. Pro debito nullus p̄scribi debet.

g. In re commodata dolose agens & si nō interficiatur infamis tamen efficitur.

a. Bannum secundum vulgare Gallicorū & Lombardorum videtur esse edictum publicum. Vnde bannire secundum dicta vulgaria idem est quod proscribere & bannus dicitur quasi p̄scriptus ē ciuitate ut in probe. fforum. Pro scriptio est aduersus absentem iudicialis p̄nuntiatio ut in posterū procul agat id est maneat ab imperio, & talis contra quem fit pronuntiatio & cuius bona palam & aperte proscribuntur dicitur p̄scriptus, & debet omnia bona ipsius scribi & de ipsis inuentarium fieri cōtinens tam mobilia & se mouentia diuersas species & qualitates, q̄ immobiliū, ut mensuram agrorū & numerum vinearū quantum sit in vineis, oliuetis, arbutis, oratorijs, & pascuis, hāc proscriptionē græco uocabulo diamus pragmaticam questionē, vide ad hanc materiā Iur. Mū. ar. v. glo.

Articulus. XXIII



Vi recipit alitue proscriptū scienter hic multam præstet iudicio, si uero ignoranter se id fecisse iurauerit impunitus erit.

Glosa.

Qui recipit alitue proscriptum. &c. a Absoluite enim proscriptus sicut & bannitus extra protectionem cōmunis pacis positus esse videtur, vt. C. de natura. li. L. i. p̄ di. Est em̄ proscriptio expulsio de ciuitate & protectione publica & bannū seu proscriptio secū trahit suam exequutionem & est interlocutua, quia fit etiam lite non contestata vt si offendatur bannitus agere non potest. facit qd nota tur in. L. sed et si. ff. q ex cau. ma. Nec etiā cōiuncta persona quē non est in banno pro eo aget, quia principalis persona inspicere debet non secundaria. ff. de iniurijs. L. non solum secundum Bald.

e. Debita sunt multiplicia uarijsq; contrahuntur modis.

Proscriptum, &c. Etiam patrem. Nam propter bannum priuatur pater filio iure naturali, ut notat Bald. in lib. seu. titu. de pa. tenen. & eius uio. in. §. si vero violator pacis.

Glosa.

Et quia multi contra illos qui proscripti sunt rancore ducti indifferenter omnes qui eosdem hospicio suscipiunt vel alimenta prestarent mulcandos esse statuerunt, obuiatur itaque illis per constitutionem presentem que sub quadam distinctione sita est. Si quis enim proscriptum fouet ut hospitē ignorans quod proscriptus sit excusatur. Si vero hospitat eum sciens proscriptum esse, sed nescit quod id de iure esset prohibitum ut videlicet hospitari non deberet soluet mulctam, quia ius unusquisque scire tenetur nec ignorantia eum excusabit. Qui vero fouet & conseruat in domo sua proscriptum sciens illum proscriptum esse, maiori animaduersione punitur, ut supra li. ij. ar. lxxij. & C. de his qui latrones & alij crimin. occul. L. eos qui, & L. si qui.

Si vero ignoranter, &c. distingue, vel ignorauit ius occasione istius quod aliqua poena esset qui fouet proscriptum, mulctā soluere cogitur. Iura enim omnes scire tenentur, ut C. de legi. & consil. L. sacratissime, & C. de iur. & fact. igno. L. constitutiones. Si vero factum ignorauit quod videlicet ille proscriptus sit, manet sine damno, ut C. de iur. & fact. igno. ran. L. error.

Sciendum etiam quod communicatio cum proscriptis prohibetur sub poena capitis seu vite, ut infra ar. xxxiiij. quemadmodum excommunicatis etiam communicatio Christiana interdicitur sub poena spirituali, ut xxiiij. q. vlti. c. de excommunicationis, & xi. q. iij. c. quicunque.

Articulus XXIII.

Nullus propter proscriptionem in una iurisdictione factam in alia iurisdictione condemnari

debet. Qui in superiori iudicio proscriptus in omnibus iurisdictionibus inferioribus ad hoc pertinentibus proscriptus habetur.

Qui autem in inferiori proscriptus, in superiori iurisdictione non censetur proscriptus nisi rationabiliter in proscriptionem illam ueniat.

Inferior iudex de proscriptione su-

perioris iudicis cognoscere non debet nisi forte superioris iudicis proscriptio sibi ita cognita sit ut eam iudicis superioris loco uoluerit testificando affirmare, id est quod de ea testis loco summi iudicis esse uelit.

Glosa.

In articulo presenti quedam ponuntur notanda digna ad hoc ut sciatur de proscriptis in qua iurisdictione condemnari possunt & in qua non. Unde nota quod in extranea iurisdictione unus conuinci non potest cum proscriptione qui in alia iurisdictione proscriptus est, hoc ex eo fit, quia proscriptis vita adimi non potest nisi conuincatur testimonio iudicis & septem testium illius iurisdictionis, ut supra li. i. ar. viij. & ar. lxxvij. Sed si in alia iurisdictione detinetur & apportatur iudici dato etiam quod ibidem adsit iudex ille qui eum proscripserat testificari illic non potest ut iudex, quia iudex nullibi dicitur esse iudex nisi in iurisdictione sua, & exinde venit prouerbiū illud nullus testes per campum ducere debet, hoc est quod nullus iudex mulctat seu poenam irrogat nisi in suo iudicio. Iudex etiam ille ubi proscriptus detinetur testificari contra eum non potest, quia non nisi ex narratis de negotio nouit, sed ex narratis nullus testis esse poterit ut extra de electi. c. per inquisitionem, & extra de testi. c. tam literis vestris. In oppositum tamen videtur esse infra articulo lxxij. ubi dicitur quod qui iuri suo in uno derogauit loco, ubique in eo erumnam sustinebit. In contrarium etiam est consuetudo quod in proscriptione semper unus conuincipote ferme in omnibus locis, consuetudo vero huiusmodi ex quo non derogari iuri tolleranda est, ut Insti. de iure. gen. §. ex non scripto. Si quoniam etiam super aliqua lege dubitatur iuxta consuetudinem iudicari debet. ff. de le. L. si de interpretatione. Ex quo itaque consuetudo oppositum sentiat ergo, &c. diceret forsan quod quod leges correcte sint per constitutiones subsequentes, & tamen quod istud non contradicit illi. Unde de pro intellectu istius nota quod excessus duplex est pro quo proscribitur aliquis, unus non adeo notorius & non adeo in scandalum populo Christiano, & ita proscriptus in una iurisdictione non oportet quod proscribatur in alia & de isto loquitur hic articulus. §. i. Nec iudex sine querela contra eum agere debet. Alter excessus est enormis ut sunt publica adulteria, peccatum sodomie, raptus virginum, & similia. Unde patratores huiusmodi scelerum nullibi pacem habent illosque iudex ubilibet querere debet & sine querela contra eos agere in mortemque condemnare, ut Insti. de publi. iudi. §. publica, & C. de raptu. virgi. & vidua. L. raptores, & ff. ad le.

b. Cum proscriptione in extranea iurisdictione unus conuincipote potest.

c. Excessus duplex est pro quo unus proscribitur.

b. Communicatio cum proscriptis prohibetur sub poena capitis, sicut cum excommunicatis conuersatio interdicitur sub poena spirituali.

a. Alij legunt in omnibus iudicijs summo iudicio subiectus proscriptus habetur.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Iul. de adul. L. i. & in auten. vt nō luxuriens cōtra naturam. §. i. coll. vi. & in auten. de manda. princi. §. neq. coll. iij. Si itaq. iudex eos solus querere potest quare & alteri iudici in sua iurisdictione cum proscriptione, illa eundem conuincere licito admittat & vt sic vnum non contrarietur alteri. d. Iuris em abrogationem vitare debemus in quantum possumus. C. de apella. L. precipimus in fine, extra de electione. c. cum expediat li. vi. in autē. qui. mo. natu. effi. sui. §. tribus. col. vij.

C Qui in inferiori proscribit in superiori proscribit nō sentietur. & c. Exinde duplex habetur utilitas. Primo honestas, per id enim honorem attribuimus superiori iudici quod nullum iure priuare possumus in eorum iurisdictione, honor enim triplex tribuitur superiori iudici ab inferiore. **e** Primus vt iam nūc tactum est. Secundus quia super vitā illorū iudicare nō possunt. Intellige si sunt illustres vel principes, vt infra ar. lv. & c. vbi senatores & clarissimi. L. quotiens. Si vero principes non sint, extunc in ciuilibus non iudicā cōtra iudices superiores ab inferioribus, sed bene in criminalibus ab inferioribus iudicatur, vt. C. vbi de crimi. agi. oport. L. i. C. vbi senatores vel clarissimi. L. i. Tercio quod superiores iudices ab inferioribus honorari debent, ita quod si apud inferiorē sententia increpatur eandem statim ad superiorē admittere debet, vt in auten. de appella. §. sancimus coll. viij. & in auten. de iudi. §. nostros. col. vi. Secunda utilitas quia si is qui apud inferiorē rem iudicē proscribitur etiam apud superiorē rem proscribatur, non posset se apud inferiorē rem sed duntaxat apud superiorē a proscriptione expiare.

Nisi rationabiliter. & c. Quomodo autem id rationabiliter ostendi debeat vide articulum vlti. li. i. & itidē obseruatur si in marchia proscribitur.

Inferior iudex. & c. f In criminalibus etenim cautissime procedendū est, & non nisi precēdentibus documentis condemnari vnus debet, vt. C. de edēdo. L. qui accusare. C. de accusa. & inscrip. L. singuli. C. de pbaci. L. sci. ant In auten. de testi. §. i. col. vij. xi. q. iij. c. graue & c. non solum.

Articulus XXV

Moriatur si iudex, eius successor in iudicialibus actibus testis esse debet omnium quæ in defuncti præsencia iudicio acta sūt a quantum scabinorum testimonio fuerit informatus licet ipse præ-

sens nō fuerit i facto nec illud uiderit uel audierit. **C** In foro oppido seu iurisdictionibus alienis, respondere nullus tenetur nisi forte mansionē domicilium uel bona ibi possider, uel nisi iniuriando inibi deliquet uel ibidem respondere fuerit stipulatus. Quod extra aliquam iurisdictionem actum constituterit hoc in eo iudicandum non est.

Glosa.

Mansionem. & c. Quia ratione domicilij fortitur quis forum sicut & ratione rei delicti contractus & vbi quis soluere promissit, vt in. c. vlti. de foro compe. & in. c. dilecti eodem titu. & vide plene in specu. de compe. iudi. adi. p totū, vide notata in. c. ij. in. §. statuto, de cōstitutionibus li. vi. in repertorio.

Glosa.

Dictum est in præcedētibz quod iudices & sententiarum inuentores diligenter attendere debēt qñ cōtigat vitā alicui p testes adimī, in eo em oculati esse debent, vt supra li. i. ar. viij. & infra eo. li. ar. lxxxij. Articulus præsens declarat de testimonio iudicis si iudex morit & vnus per eum proscriptus fuit qd faciendum. Quidā putabant quod proscriptio expiraret ex quo testimoniu eius cessat. Imperatore enim mortuo cessat mandatū eius, vt extra de officio delegati. c. gratum & c. relati. & c. licet vndiq. Sic per simile mortuo illo qui proscriptionē fecerat quod & proscriptio cessaret, sed hoc non, quia iura illa intelligi debent si causa nondū finita iudex more retur vel actor vel reus. Proscriptio vero fit tēpore vitē iudicis & illius q proscribitur est, qre pscriptio illa nō expirat morte iudicis. **C** Successor ei⁹ testis esse debet. & c. Paragraphus iste aperte videtur esse contra ius commune vbi habetur quod testimonium esse debeat non ex narratis, vt extra de electi. c. p inquisitionē, & de testibus. c. tam literis. c. cum causa, extra de ac. & extra de cōsanguini. & affini. c. tua nos, & extra de succes. ab intesta. c. cum dilectus extra de accusa. c. inquisitionis. §. quesuisti, extra de co. qui cogno. consangu. vxoris. c. super eo. Est etiam cōtra ius vbi innuitur quod testimoniu fieri debet ex his quæ quis videt vel audit, extra de testig. c. præterea & c. cum causam, & xxxij. q. i. c. dixit. & sub distinctione rerum incognitarū fides non datur nisi testimoniu sit illorū qui viderunt vel audiuerunt, vt extra de testibus

b. Vide infra ar. lxxxv. Iur. mu. ar. xxvij. lxxvi. & ar. ci.

d. Iuris abrogationē vitare debemus in quantum possumus.

e. Honor triplex iudici a superiori tribuendus est a iudice inferiori.

f. In criminalibus cautissime procedendum.

g. Cōcordat supra li. ij ar. xxij. Iur. muni. ar. xxxij. clarius uero ar. liij.

.c. preterea. Ex quo itaq; istud manifestum est & cognitū scabinis, quare iuste datur fides iudici cui ipsi illa narrarūt, & etiam ex officio fieri admittuntur plura quod priuato denegetur, vt. xxij. q. v. c. de occidēdis, & ita euenit etiam huic quod ex officio testificare potest nec est in contrarium allegatorum.

In oppidis vel foro, & c. d. distinguere p id vult ius municipale a prouinciali, & dicit implere quod nullus homo terrestris seu prouinciali iuri subiectus in iure municipali respondere tenetur, exindeq; innuere vult qd actor reum sequi tenetur ad suū iudicē, vt. C. de iurisdictione omnium iudicum. L. iuris ordinē, & extra de foro competentī cū sit, secus tamē intelligendū est in criminalibus, quia illic pati oportet vbi qs excellērit, vt. C. vbi de crim. agi. oport. per to.

Quod extra aliquam iurisdictionē, & c. Sciendum tamen quod accusatus in alieno iudicio respondere tenetur in quinq; casibus, vt. ff. de iudi. L. si quis citetur ex aliena (vbi innuit qd si qs ad extraneū citet iudicē comparere tenetur representaturus priuilegia & ius suū, & allegaturus quare respondere non debeat). Primo si bona sub illo iudice habeat apd quē accusat, vt. C. vbi de crim. agi. oport. L. sciens, & C. vbi in rem actio cōperit. L. vlti. Secundo si ibi excessum fecerit, vt. C. vbi de crim. agi. oport. L. quēstiones & hic & iij. q. vi. c. vbi. Tertio vbi quis domiciliū habet vt hic & extra de foro cōpetenti. c. dilectus & c. vlti. vel si contraxerit debita ibidem, vel negociationes ac mercantias exercet respondere etiam ibidem cogitur, vt. ff. de re iudi. L. i. Quarto vbi quis cōqueritur ibidem respōdebit sicut hic & supra li. i. ar. lxi. infra. li. iij. ar. lxxix. & extra de mutuis petitionibus. c. ex literis & iij. q. viij. c. accusatores. §. cui⁹ in agendo. Quinto si apud suū iudicē iudiciū recusauerit vel cōparere noluerit alibi cōueniri pōt, vt infra ar. lxxxvij. & xvij. dis. c. nec licuit, huic contradicere videtur articulus. lix. li. i. vbi dicitur quod iudex in suo iudicio omnimodas potest iudicare actiōes. Si itaq; iuxta presentem intentionē homo iuri prouinciali subiectus iure municipali respondere non tenetur sequitur contrariū, f. q. iudex quidē ex officio suo iudicare pōt omnimodas actiōes postq̄ coram suo iudicio ponentur, sed actor agere vel querulari non debet contra illū qui est extranei iudicij, qd si agat & iste illū viceversa coram competentij iudice vbi vterq; illorū pertinet accusauerit, indemnem eum reddere tenetur & cadit ab actiōe, vt infra ar. lxxxvij. & C. ne filius p patre. in constitutiōe habita, hoc idē etiā pati cogitur si illum ad ius trahat spirituale in negocijs secularibus, vt infra ar. supra alio legato.

Notandū etiam qd quod rescriptum apostolici vel alterius iudicis spūalis non valet quādo causa cōmittitur iudicari spirituali iure

quē subest seculari iudicio, vt extra de foro cōpetenti. c. licet. c. ex tenore. c. ex parte. B. Regine, & extra de appellatiōibus. c. si duobus in fi. nisi forsan secularis iudex ius deneget postulantibus, quomō autem rescriptū reici potest, vide specu. titu. de rescrip. §. dicitur & §. sequenti.

Articulus. XXVI



Ex est cōmunis iudex ubilibet omnium. ^a Liber & idoneus scabina tu non compellitur respondere in causa duelli coram iudice extraneo. In iurisdictione autē in qua insignitus est, idest in qua natus est sede scabinali dignus, etiā in illo ubi sedem bannitorum seu scabinorum habuerit iudicio uel responsioni alligetur. ^b Qui autē in ibi istam sedem non habuerit superioris iudicis ubi residet & domicilium habet iudicium expectabit. ^c Hanc sedem pater primogenito eo uero non existente seniori & si ibi in generatione simili agnato relinquet.

Glosa.

Rex est cōmunis iudex, & c. Et quia sicut est cōmunis & summus iudex, vt. ff. de offi. p. consu. L. si in aliquā. §. si. & L. sequen. & dñs omnium, vt. ff. ad le. rodi. de iac. L. de precatō, & hic & infra eo. li. ar. xxxij. & ar. lx. Sic ipsius leges cōmunes etiam ab omnibus hominibus custodiri & sciri debent. Vnde dicit imperator constitutiōes principū nec ignorare quemq; nec dissimulare permittimus, vt in. L. constitutiones. C. de iuris & fact. ignoran. Item alibi, leges sacratissime quē cōstrīgunt hominū vitas intelligi ab omnibus debet, vt in. L. leges. C. de legi. & cōstituti.

Glosa.

Superius dictū est de iudicijs iudicibusq; priuatis, hic tandem consequenter tractat de iudice vniuersali q est Rex ipse vel Imperator. Et quia in omnibus locis solus per se fore nō potest quare loco sui in prouincijs & ciuitatibus subdelegat iudices qui vicem eius ge-

^a. Officio plura admittuntur quē priuato denegetur cōcordat iur. mu. ar. xi. & xxxij. glo.

^d. Diuersitatem iuris municipalis a prouinciali vide, concordat, infra eo. li. ar. xxxij. iur. mu. ar. xxvij. glo.

^e. Accusatus in extraneo iudicio respondere cogitur in certis casibus, vide infra arti. lxxxvij. iur. mu. arti. xxvij. & ar. ci.

^f. Cōcordat iur. mu. ar. xxvij. glo.

^g. Rescriptum apostolica non valet si causa secularis committatur iure spirituali iudicari.

^a. Vide supra li. i. ar. lviij. & infra li. iij. ar. liij. iur. mu. ar. viij.

^b. Ad hanc materiā vide supra li. i. ar. li. iur. mu. ar. xxxij. glo.

^c. Cōcordat iur. mu. ar. xxi.

Speculi Saxonum Liber Tertius

d. Regis Romanorū
singularia & per cō
sequens uniuscuiusq;
Regis.

e. Vide infra ar. xliij.
& iur. mu. ar. i. glo.

f. Dubietas duplex
iuris & facti & quo
modo in dubijs proce
dendum.

g. Vide infra ad hāc
materiam ar. xxxiiij.
& lxiij. glo.

h. Leges fauorabilio
res sunt ad eliberandū
q̄ ad condemnandū.

runt, vt supra li. i. ar. lviij. dictum est, & infra
li. iij. ar. liij. & ar. xxxiiij. & in autē, vt om. obe
di. iudi. §. i. colla. v. & in autē, de iudi. §. a ze
none coll. vi. Et quia vt dictum est Rex ipse
super omnes iudex est vniuersalis, d. Scien/
dū itaq; quod sibi vltra omnes iudices qua
tuor singularia debentur, idq; applicari pōt
ad vnūquēq; Regem respectu suarum pro
uinciarum, & Primo vbiq; ipse per se vel
literis suis aut per ministeriales causam deci
derit pro lege decisio illa semper teneri de
bet, vt, C. de legi. & constitu. & edictis. L. le
ges sacratissime, & Insti. de iure gen. §. sed &
Et istomodo codex Iustiniani est cōpilatus,
quia ibi non aliud cōtinetur nisi sententię &
decreta Imperatorum quę in sententiando p
nuntiātūr, istudq; pro iurē hucusq; tenetur.
Secundum quod nullus leges cōdere seu du
bias interpretare potest nisi Rex ipse, vt, C. de
vere. iur. enucle. L. deo autore, & de legi. &
consti. L. finali, & in autē, de iudi. §. vi. coll.
vi. In omnibus his allegatis legibus habetur
quod in dubijs vel vbi super lege dubitatur
nulli interpretare licet nisi regi. In oppositū
licet istius videtur esse, ff. de reg. iur. L. quoti
ens, vbi habetur si dubitatur de aliquo an li
ber vel seruus sit, iudex eundem liberum de
cernere debet. Si ergo iudici istud comperit
quare nō tantū regi p̄inet decernere in du
bijs. Pręterea oppositū istius est Insti. de ac
ti. §. curare, vbi habetur quod iudex cōsilia
ri debet & curare vt negocium certo iudicet
quis sub dubio ad eum delatum sit. Insuper
secus etiam est, ff. de reg. iur. L. semp. Vbi di
citur in dubijs sententiare debemus id quod
fauorabilius videtur. Pro intellectu istius cō
trouersie f̄ nota quod dubietas quedā est iu
ris, quedam p̄batiōis, quedam facti. Dubie
tas iuris & illa est duplex. Primo vt si homo
deliquerit detentusq; in eo sit dato etiam qđ
Rex mandet vt liber dimittatur. Iudexq; du
bitat quid facere debeat, dubietas illa referē
da est ad ius scriptum & non ad literas Regis
prout leges suadent, vt, C. de senten. & inter
lo. omni. iudi. L. nemo iudex, & in autē, de
iudici. vbi nullatenus iudica. coll. vi. §. omnis
autē, & Vbi dicitur om̄is autē iudex custodi
at leges & secundum eas sententias proferat,
quod si contingat iussione nostram in me
diū vel sacram formam, vel pragmaticam
sanctionem dicentē aliter agi sequatur legē.
Volumus enim seruari quod leges nostre vo
lunt. Alia dubietas est quando iudex in alia
qua causa nullum ius scriptum habet vel cū
dubitatur sup̄ interpretatione legis & hanc du
bietatem Rex enodabit. Secunda dubietas est
probationis, sicut si metseptimus probare de
berem quod meus seruus seu mancipiū sis,
in negotio huiusmodi & controuersia fauo
rabiliter procedi debet super liberatione ipsi
us iuxta leges antehac allegatas. h. Lex enim
fauorabilior est semper ad eliberandū vnum
q̄ ad condemnandū, ff. de acci. & obliga. L.

Arrianus, & ff. de liberali causa. L. duobus &
ff. de re iudi. L. inter pares & extra de proba
ci. c. ex literis. Tertia dubietas ē facti, sicut si
quis fecit aliquid & vnus dicat illum fecisse
ex malicia, alter vero qđ sine proposito ma
lo, pronunciare debemus quod nō malo, p
posito fecit, extra de reg. iur. c. estote. Etia si
vn⁹ querulāt & taxat sibi damnum in magnā
summam iudex moderare debet & in initio
rem interpretando partem ac per hanc distin
ctionem soluitur dubietas iurium in contrar
ium allegatorum. Tertium singulare Regis
quod potest vnumquēq; noxium corrige
re quacūq; poena voluerit, vt furem ad ro
tas dare quis furcam meruerit. Sicariū pōt
in exilium mittere quis capite plecti deberet,
& sic de alijs, vt Insti. de iur. gen. §. plane, &
ff. de penis. L. aut facta, §. si. Quantum singu
lare quod a sententia Regis nulli appellare
licet, quia appellatio fit ad superiorem iudi
cem, vt, ff. de appella. L. i. & ix. q. iij. c. cuncta
per mundum. c. ipsi sunt, c. patet. Nec a rege
ad Papam appellare admittitur vt extra de
appellationibus. c. si duobus, & extra quifis
li sunt legitimi, c. causam.

Scabinali sede dignus in causa duellari, & c. ¹
Vnde duellariter agere dicitur criminaliter
accusare, duellaris vero actio id est crimina
lis dicitur.

Sedem scabinorū habuerit, Textus alij sed
male & deprauate legunt vbi sponsam suam
habuerit, verius itaq; legendum est in iurisdic
tione sua in loco iudicij vbi natus est ad sedē
scabinalē vel esse scabinus potest si senior ex
sua genelogia defuerit iudicio & responsioni
alligetur. Et dicitur locus ille iudicialis sedes
sua vel locus natalis, quia ipse vel eius paren
tes illic manu sua ad sacra iudicio iurauerūt,
& iste illius signum habet verificum in ses
descabiuorū in qua sede scabinorū dign⁹ est.
Ad actionem nō respondebit, & c. Possit q̄s
dicere quod istud nō est speciale scabinis seu
bannitis, est enim commune omnibus quod
actor forum rei sequitur, vt supra eo. li. arri.
xxv. & C. de iurisdicōe omniū iudiciū. L. cū
sit. L. iuris. L. in criminali. & L. magisterie. xi. q.
i. c. expientie. Pręteractę leges disponūt quod
actor sequi reum tenetur ad eius iudiciū nisi
forte in certis casibus circa ar. xxv. eo. li. ex
pressis, & in illis etiam casibus bannitis seu
scabinali sede dignus & que respondere tenet
sicut alter, & quod scabinorum pręrogati
ua in hoc casu nulla alia est, nisi quod in co
mitatu nullus super eos iudicare debet nisi
Comes seu Burgrabius aut scultetus, vt su
pra li. i. ar. lix.

Iudicio vel responsioni alligē, & c. tam Co
mitis q̄ sculteti, vt supra li. i. ar. ij. infra li. iij.
ar. liij.

Superiores iudices querere debet, & c. hoc est
Comites. Circa id sciendum qđ Banniti seu
scabinali sede digni primatum habent inter
illos qui sunt liberi ad iudiciū pertinē, Ser

¹. Duellariter agere. q
t. uide contrarium in
fra ar. xxxix. in textu.

k. Vide supra li. i. ar.
li. iur. mu. ar. xxxij.

tundum locum obtinent proprietarij. Terti-
um vero pagani seu censuales in bonis relide-
tes qui alienari possunt, vt supra li. i. ar. ij.
Hac sedē pater primogenito. & c. hoc idē ha-
bet, C. de decurio & eo, si, L. priuilegio, li. x.

Articulus. XXVII

Mulierem si quis in ma-
trimonium duxerit ne-
scienter quā de iure su-
perducere nō ualebat,
& interim pueros procreat ex eadē
si postea per Ecclesiam fuerint se-
perati hoc pueris in suo iure nō de-
rogat qui ante diuortium nati sunt,
nec etiam illi quem mater gestat tē-
pore diuorci.

Glosa.

Articulus presens de ordine matrimonij tra-
ctat ^b qui & primus est omnium ordinū iu-
re naturali exindeq; omnes ordines initiū ha-
bent, vt Insti. de iure natu. gen. §. i. ^c Vnde p
intellectu articuli presentis, nota quod matri-
monium lege nature fieri potest etiam inter
illos qui sunt consanguinei, vt in auten. qui.
mo. natu. effi. sui. §. si quis igitur coll. vii. Se-
cundum leges vero prohibentur contrahere
mutuo in certis gradibus, vt Insti. de nupci.
& in auten. de nuptijs coll. iiii. per totū, & ff.
de ritu. nupci. L. nuptie, & extra de consan.
& affi. c. non debet. Ex quo itaq; secundum le-
ges matrimonium prohibetur in certo con-
sanguinitatis gradu euenit itaq; spius qd
mutuo contrahunt qui iure contrahere non
debent, & de istis articulus presens.

Vnde nota tripliciter contingere quod aliq
contrahere nō possunt d quidam contrahūt
vnus vero alterum habere non potest & hoc
dupliciter, vel ex natura, vel ex accidei. Ex
natura quando actum matrimonij quē red-
dere vnus alteri tenetur exequi nō potest, vt
sunt frigidi ex natura. Aliomodo ex acciden-
ti vt qui sunt maleficiati & ratiōe vtriūsq; de-
fectus matrimonium inficitur, Si vero vlter-
ius scire vis an seperari propter id debeant,
hoc intellige sub distictiōe vel anteq id eis
euenit facti fuerūt vnum corpus, seperari nō
possunt. Si vero vnum corpus non sunt. fas
ēti hoc est quia naturalem actū matrimonij
inuicem non habuerunt, extunc seperari po-
terint, vt xxxii. q. i. c. quod autem & c. si per
forciarias nisi forsan marito vxorid faciat vl
facere procurauerit quia tunc cōmorari secū
tenetur, vt extra de frigidis & maleficiatis, c.

laudabilem & c. vlti. Circa idq; notandū ve-
nit quod si ex defectu huiusmodi seperatio
subsequi deberet, per triennium eos cohabi-
tare oportet anteq dirimatur vt extra eo. ti.
c. laudabilē, & in autē. de nup. §. p occasiōm
coll. iiii. & hoc intellige si speratur meliora-
tio defectus illius. Si vero dubitatur an esse
ēti sint vna caro siue non, reputari debet qd
coniunctio facta sit & hoc propter fauo-
rem matrimonij, vt. C. de edili. acti. L. iij. Se-
cundo contrahunt qui cōtractum tenere nō
tenentur & hoc euenit octo modis, & quatu-
or primis modis dirimitur matrimoniu ac
si nullū esset, residuis quatuor modis absol-
uitur quod inuicē cohabitare eos non oportet
si volunt, nihilominus manet matrimoni-
um inter eos. Primus modus si error fiat in
persona vt si promiserant virginem & aliam
loco illius sibi locant, is contractū tenere non
oportet, vt. xxij. q. ij. c. si qs. Secundus si vn-
ex illis apostoret a fide, vel vterq; illorū si in
fidelis sit vnusq; ad fidem conuertatur Chri-
stianam altero infideli manēte, conuersus su-
perducere potest, vel etiam si infidelis con-
uerso magnam faciat iniuriā, vt. xxvij. q. i.
& c. si infidelis, & ea. q. ij. c. si infidelis extra de
diuor. c. i. & c. gaudem. ^e Tercius si liber ser-
uum ducat ignoranter & econtra vt. xxix. q.
ij. c. si quis ingenuus. Quartus si coactus con-
traxit, vt. xxxi. q. ij. c. de nepitis, & isti quatu-
or modi primi simpliciter matrimoniu dirimunt
ita quod alium superducere possunt si
volunt, residui quatuor modi dirimunt co-
habitationē sed non alteri nubendū. Primus
modus si sponsus cum sponsa voluntarie ca-
sitatem promiserint, vt extra de conuersi. cō
iuga. c. cum sis, & xxxii. q. v. c. vna sola, &
in auten. de nup. §. secundum occasionem col.
iij. Secundus modus si vnus illorum adulte-
ratur, vt. xxxij. q. vi. c. i. & in auten. de nup. §.
si igitur coll. iiii. Tercius si vnus illorum infi-
delis vel hereticus efficiatur, & xxxvij. q. ij. c.
si infidelis. §. hic distinguendū, vbi habetur
hic distinguendum est aliud esse dimittere vo-
lentem cohabitare atq; aliud discedentē non
sequi, d volentem enim cohabitare licet qui
dem dimittere sed non ea viuente aliam sup-
inducere, discedentem vero sequi non oppor-
tet & ea viuente aliam ducere licet. Verū hoc
non nisi de his intelligendū est qui in infide-
litate copulati sunt. Quartus si vnus in mor-
tē alterius machinatus sit, vt in autē. de nup.
§. si igitur coll. iiii. Isti quatuor modi seperāt
matrimonium quoad cohabitādum sed nō
cōtrahendum. Tercio contrahunt aliqui ab-
stinere tamen abinuicē eos oportet & hoc du-
pliciter, ^e vel oportet vnus alteri o carcere ad
tempus, & hoc multifariam, vel tēpore men-
struorum ad duos tres vel quatuor dies secū-
dū cōplexionē, egritudinē enim illā iuxta
dispositionē nature paciunt mulieres quēdā
in nouilunio, quēdā in decrecentia Lunę,
& quēdā plus, quēdā minus, vnde tempore

^a. Pro cōcordantia hu-
ius articuli, vide. c. ex
tenore qui filij sunt le-
gittimi.

^b. Matrimonij ordo
primus est omnium or-
dinum.

^c. Matrimonium le-
ge nature etiam inter
cōsanguineos admittit-
ur.

^d. Contrahere aliqui
non possūt tribus mo-
dis.

^e. Vide contrariū isti
us ifra ar. lxxij. glo.

^d. Et per id habetur
distictio istius tertij
modi ubi dirimitur
cohabitatio ab illa se-
cunda exceptione su-
perius ubi simpliciter
matrimonium dirimi-
tur.

^e. Vir abstinere ab ux-
ore debet in certis
casibus & hoc dupli-
ater ad tempus &
perpetuo.

Speculi Saxonum Liber Tertius

illo abstinere debet vir a congressu mulieris. Istud etiam prohibet philosophus in secretis mulierum propter multa incommoda que exinde sequuntur, adueniuntque mensura ut in eodem libello habetur in quartodecimo anno, & durat usque ad quinquagesimum. Cuius concipit cessat defluxus usque ad tempus parit & post partum iterum continuat quatuor septimanis & aliquibus plus, ut ibidem philosophus habet nisi viciose sint corrupte & hec est precipua causa quare mulieres in puerperia sex septimanis facient nec viris cum eis actum habere licet, quia ex actu illo mulieres destruantur & locus matricis oppleret & occluditur quod post modum concipere non possunt multaque egrotudines eueniunt, & ut communiter egrotudo spine & alie de quibus potius abstinendum est, non enim philosophi sed legiste in hac parte esse volumus. Secundo vir abstinere debet ab vxore diebus solenibus ieiuniorum ut eo melius vaccare orationibus possit, ut. xxxij. q. iij. c. sciatis fratres. c. vir cum propria, & c. non oportet & c. quocienscunque, & ea. q. si causa.

Ad hoc quod unusquisque sciat peccati huius differentiam. & Nota quod concubitus viri cum propria vxore sit propter tria. Primo propter explendam libidinem ita quod seipsum ad id irritat & sic est peccatum mortale, ut. xxxij. q. iij. per totum. Secundo propter vitare adulterium & sic vnus impetitus ab alio debitum reddit & est veniale, ut. xxij. q. v. c. secundum verba. Tertio propter sobolem procreandam & sic est meritorium, ut. xxxij. q. iij. c. vir cum vxore. Idque dictum est si sit tempore quo vxor est ad id idonea. Si vero id facis tempore quo vxor egrotat consilio confessoris utendum est. Scriptura enim docet noli accedere mulierem menstruam. Exinde siquidem multa parit eueniunt incommoda, si enim mulier tempore egrotudinis sue conceperit proles genita raro sit sana, & ut communiter egrotudinem oculorum patietur, leprosusque & alijs morbis infectus puer nascitur, & presertim si tempore quo in puerperio iacet concipitur, etiam pueri illi sunt ut plurimum lunatici. Consilium itaque est abstinere ab illis, nam & viri idropici efficiuntur proles vero lepra infecta nascitur. Item abstinere vir ab vxore necessario habet perpetuo & hoc quadrupliciter. Primo propter consanguinitatem quia nullus potest contrahere nisi de quarta in quinta linea, ut. xxxv. q. iij. c. de propinquis, & extra de consanguini. & affini. c. non debet, & c. vlti. Secundo dirimitur matrimonium ex cognatione vel affinitate, & hoc tam ex parte viri quam mulieris affinibus, nec enim mulieris affinem superducere poteris, ut. xxxv. q. iij. c. de propinquis & c. equaliter. Tertio ex affinitate spirituali que fit in baptismo. Unde sciendum si vnus ex coniugibus alterius affinis spiritualis in baptismo sit, etiam eius consortis affinis erit, sed si quis tue vxoris antehac

in baptismo affinis fuit, non propter hoc tibi affinis erit si superducis istam. Cuius vxor pater in baptismo tu factus sis pueros illius ille tuos etiam qui post modum nascuntur post baptismum superducere non potest. Vnde etiam sciendum quod vir & mulier inuicem compadres esse non possunt ut extra de consanguini. ipiri. c. nedum li. vi. & xxx. q. iij. c. illud ea. q. iij. c. sciscitatur & ea. q. c. i. ij. & iij. per totum. Quarto contrahit aliquis cum vxore quam habere non potest, ut quia vult castitatem, xxvij. q. i. c. ij. & iij. In oppositum tamen sentire videtur decretales, xxvij. q. i. c. nuptiarum, ubi habetur quod propter promissum vel votum conjugia dissoluenda non sunt. & sub distinctione quod votum castitatis fit dupliciter. Vno modo cum benedictione & ordinis susceptione & illud violari non potest quia deo vouitur, & ita alteri voueri non potest dirimitque matrimonium ut extra de voto in plerisque canonibus. Secundo votum fit sine huiusmodi ceremonijs & illud non dirimit matrimonium & de isto habetur, xxvij. q. i. c. nuptiarum, & c. vltimo. Hoc pueris in suo iure non derogat, de hoc vide extra qui filij sunt legitimi per totum. Sciendum etenim quod omnes pueri qui ex legitimis nascuntur nuptijs legitimi manent dato quod per sententiam iuris spiritualis dirimantur ab inuicem.

1. Vir & mulier inuicem compadres esse non possunt.

k. votum castitatis fit dupliciter, vide supra co. li. ar. i.

Articulus XXVIII

Qui alium dicit illegitimum ortu aut officio hoc contra ipsum proponens ille cum testibus in suo iure perfectis probare debet. Quis tamen quod sit legitimus & pleni iuris cum testimonio probaturus facilius auditur quam propter testimonium cuiuscunque id ei abiudicari possit. b Si vero quis dicat contra alium quod ius suum furto aut spolio perdidisset, hoc per iudicem cum testibus metseptimus contra eum probare oportet.

a. Concordat Iur. Mu. ar. iij. & ar. xxxij.

b. Ad hanc materiam vide supra li. i. ar. viij. Iur. Mu. ar. xxxij.

c. Questio natiuitatis de iure tantum pertinet ad iudiciu Ecclesie.

Glosa.

Qui alium dicit illegitimum, & c. Et hoc sciendum quod questio Natiuitatis de iure tantum pertinet ad iudiciu Ecclesie qui filij sunt legitimi, c. causam que. ij. & c. perlatu & c. i. & cum intenditur questio hereditatis d & opponitur

d. Si intendatur questio hereditatis & opponatur questio natiuitatis ista prius est terminanda.

f. Causa quare mulieres ut communiter sex septimanis in puerperio iacent.

g. Concubitus viri cum uxore sit potissimum propter tria.

h. Vir abstinere ab uxore perpetuo cogitur quadrupliciter.

petenti questio Natiuitatis tunc ipsa tanquā
preiudicialis primo est termināda & remit-
tenda ad iudicem Ecclesiasticum vt in.c. tuā
de ordi. cogni.

Glosa.

Quis tamē quod sit legitimus, &c. hoc ex
eo fit, quia ius fauorabilius est semper reo q̄
actori, vt. ff. de reg. iur. l. non debet. & l. fa-
uorabiliores, & extra eo. ti. c. cum sit & c. nō
licet li. vi. & supra li. i. ar. vij. xv. xvi. & lib. ij.
ar. xxxvi. Si dicatur contra aliquē quod ius
suum perdidit. &c. hoc idem habetur infra
ar. lxxxij. & supra lib. i. ar. xxxix. Circa id
notandum est quod nullus agere vel incul-
care potest matrimoniu quod non recte cōtra-
ctum sit, vel instigare vt dirimatur nisi con-
sanguinei, vt extra qui matri. inculsa. pos. per
totum, & xxxv. q. vi. c. consanguineos. Ad
cognoscendum autem si matrimonium iu-
stum ac licitū sit nec ne, vide supra li. i. ar. iij.
abundantius, & in summa Io. An. iij. decre-
taliū vbi & certi versus super eo ponūtur.
Error, conditio, vorū, cognatio, crimen cul-
tus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
si sis affinis, si forte coire nequibis, hęc sociā-
da vetant, connubia iuncta retrahant.
Sciendū p̄terea f quod iuramentū legitti-
me nationis est quod ille iuret quod pater &
mater eius legitime copulati sunt, & quod
ipse in matrimonio natus sit & legitim⁹ est,
idq; facere debet vir masculinus, mulier ve-
ro sola per se.

Articulus XXIX.

Liber seu idoneus scabi-
nis bannum sui scabina-
tus a idest locū ubi na-
tus est scabino dignus
ostēdere aut suos progenitores qua-
tuor nominare non oportet, b nisi
suo æquali in generatione duellum
proposuerit iniūgendum. Licite qs
iurādo bannum sui scabinatus po-
terit demonstrare, c licet scabinatū
non possideat. d Vbi duo unam de-
bent diuidere hœreditatem senior
diuidat, iuniori uero competit ele-
ctio in hac parte. e

Glosa.

Declarauerat siquidem superioribus de his

qui in iure suo argui non possunt, tum & ge-
nelogia ac officio. Articulus p̄sens dispo-
nit quādo liber scabinus progenitores suos
declarare cogitur, quia nō nisi tunc quando
duellum generatione equali infert, quomo-
do autem duellum infertur, vide supra li. i.
arti. lxxij.

Nisi suo equali in generatione, &c. Noranter
dicitur equali in generatione, quia si indix-
rit duellum alicui & ille licet non sit ei simi-
lis in officio, hoc est quia nō sit bannitus seu
scabinus generatione tamen equalis sit, vt si
in marchia duellum indicat, nihilominus ei
quatuor p̄genitores nominare vult.

Quid si in expectanda hœreditate an nomina-
re etiam progenitores deberet. R. quod sic si
sibi non creditur quod mortui amicus sit, vt
supra li. i. ar. iij. & li. ij. ar. xxx. & Insti. de hœre-
di. quē ab intesta. deferrun. s. nostra autem
constitutio, & in auten. de non eligen. secur.
nuben. s. cum igitur coll. i. & in auten. de hœ-
redi. ab intesta. veni. s. consequēs coll. ix. Nec
est contra id quod hic textus habet. Articulus
enim intelligi debet quod cum nominare nō
oportet progenitores, intelligendo in crimi-
nalibus causis. In civilibus vero nominare co-
gitur. Tum etiā si dominus feudum seu cli-
pē natiuitatis alicui recognoscere non vult,
etiam illum progenitores ostendere oportet,
vt seu. c. ij. nec est cōtra articulum istum quia
id quod hic loquitur intelligendum est iure
prouinciali, ibi vero de iure feudali.

Querere aliquis posset si dubitetur in isto, an
bannitus ille ad clipeum natus sit vel nō. R.
quod libertas bannitorum est ratione officij
in quo inueniuntur aliqui magne genelogie
nec eis illud officit nec deteriorat nobilitatē
eorū. Inueniuntur etiam viles in officijs nec tñ
eos illud nobilitat, f officium enim non no-
bilitat aliquē quare & in proposito possunt
esse aliqui banniti qui tamen sunt vasalli alio-
rum etiam ministeriales. g Vnde dato quod
Rusticus bannitus efficiatur, officiū illud nō
nobilitat cū nec aliquem alium. Contra istud
tamen videtur esse infra ar. xxiiij. vbi habet
quod rustici banniti esse non possunt ex eo,
quia feudum habere nequeūt in iudicio, sol-
uitur ibi in glossa, omnia enim officia veni-
unt ex legum constitutionibus. Nobilitas ve-
ro ex natura. h Constitutiones vero possunt
immutare ius hominis, non tamen eius natu-
ram seu genelogiam, vt Insti. de legi. agna-
ture. s. vlti. & ff. de capi. diminu. l. eas & l.
legatum & Insti. de iur. natu. genci. & ciui.
per totum.

Licite quis iurando. & c. Intellige quod se tra-
here debet suo iuramento ad sedem illā sca-
binalem si ibi sit scabinus liber natus, vt su-
pra eo. lib. ar. xxvi. in glo. Subiungiturq; in
textu licet scabinatū non possideat, i hic no-
tandum est quid speciale quod creditur vni
propter suum iuramentum. Ratio vero istius
est quia iste iurat quod liber scabinus natus

quid de tribus uel plu-
ribus loquatur, quis
autem dicatur maior
in hoc casu, vide Iazo.
s. quædam Insti. de
actio, vide etiam C.
communi diuidendo
l. si maior & l. in cō-
muni, ubi habetur qd
diuisio pertinet iudici.

f. Officiū non nobili-
tat aliquem.

g. Rusticus effectus
bannitus officium nō
nobilitat eundem. Con-
cordat Iur. Mu. ar.
xxxij.

h. Vide supra li. i. ar.
ij. Iur. Mu. ar. l. & ar.
viij.

i. Iuramentum unius
ualet. Concordat Iur.
Mu. ar. xxxij. glo.

e. Matrimoniu nullus
incusare potissimum
potest uel instigare
ut dirimatur nisi con-
sanguinei.

f. Iuramentum legitti-
me nationis quomodo
fieri debet.

a. Ad hanc materiam
vide supra li. i. ar. li.
Iur. Mu. ar. xxxij.

b. Hoc est nisi sibi ge-
neratione equali du-
ellum proponat.

c. Concordat Iur. Mu.
ar. xxxij.

d. Concordat ad hoc
extra c. i. de paroch.

e. Si autem plures duo
bus sint, articulus non
habet locum, sed suc-
cedit ius cōmune &
ita practicatur, vide
tamē glo. seu. c. xxxij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

sic & istud nemini nocet nec aliquis eum im-
pedit in eo & ita sibi creditur. Sic etiam cre-
ditur testi cuilibet si testimonium illud nemi-
ni nocet & huic prodest vt de cōsecra. dis. iij.
.c. placuit & .c. paruulos.

Vbi duo vnā debent diuidere hereditatē.
& c. Hic nota quedam necessaria circa re-
rum diuisionem, k diuisio siquidem rerum
potest esse triplex. Prima quod res quēdā di-
uiditur vel diuidi oportet rem aliquā ita
quod in recompensam alia res ei datur, vt si
vnum seruum vel equum duo habeāt, illum
propter diuisionem interfici non licet, quia
nullus sua re male vti debet, vel nullus inter-
ficiatur propter diuisionē alicuius, vt Insti.
de his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed & ma-
ior, quare in recompensam pecunia soluitur.
Secundo bona in feudū data diuidere etiam
non licet quia illa vnus pro feudo seruat, vt
in auten. de constitu. Imperi. l. hac edictali. §.
preterea coll. x. l. Terrio res ad quā duo vel
plures pertinet non debet in minimas partes
diuidi, vt si mansum agri habeant duo vel
plures, vnusq; expeteret diuisionem in minis-
mas partes sicut digitus, alter facere non tene-
tur nisi per medium, vt. C. commu. diui.
L. ad officium & L. si maior. Preterea nullus
agrum vel bona censualia diuidere debet, ita
quod vnus agrum seruet, alter vero censum
vt. C. sine censu vel reliquis fundum compa-
rare nō possit. L. i. ij. & .ij. Si vero ille ad quē
diuisio spectat diuidere non vult extunc di-
uisio cedit iudici, vt. C. fami. heredis. l. i. & L.
bona & C. communi. diuidun. L. si ma-
ior, & L. in communionem & C. communia
vtriusq; iudici. l. i. & sequentibus.

Articulus XXX.

Ferendario carere debet
qui personaliter coram
iudicio respondet. Quā-
diu quis se respondere
non debere sententialiter defende-
rit, tamdiu respondisse non dicitur.
Iudex equus esse debet omnibus
hominibus nec debet sententiam
inuenire, nec inuentam increpare.

Glosa.

Quamdiu quis se respondere, & c. Nam qui
opponit exceptionem non dicitur responde-
re. Et ideo si dominus est citatus ad respon-
dendum non sufficit mittere procuratorem
ad excipiendum vt de appella. c. Nicolao, &

vide plenius in specu. titu. de procura. §. ratio-
ne autem. vrs. quid si constitutus. Sic & qui
excipiendo aliquid presupponit, non facit,
quia semper intelligitur contradicere, vt in re-
gula exceptionē de reg. iur. li. vi.

Vnde dicit ius cōmune quod in iudicijs nō
est acceptio personarum habenda vt in. c. nō
debet de reg. iur. li. vi. Equalis enī & cōmu-
nis debet esse iudex non declinans in dextrā
aut sinistram, de accusa. equaliter. i. & de ex-
cep. c. cum inter, & de re iudic. c. i. cū concor-
dan. ibidem in glo. li. vi. vnde cum iustus iur-
dex federit supra sedem non aduersabuntur
sibi quicquam maligni, vt. C. de sum. trini.
in epistola inter claras.

Glosa.

Superius dictum est in quo casu & quomo-
do vnus progenitores suos nominare teneat,
& item cum quis per se aliquem alloquitur,
postmodum cum ferendario alloqui cum nō
potest, dignum itaq; (vt articulus presens ha-
bet) hoc idem de reo intelligi debere, ita qd
qui respondere per se iam cepit per ferenda-
rium facere non possit, quia quod actori de-
negat hoc & reo, vt. ff. de reg. iur. l. nō debet
Vnde sciendum a quod quivis ferendarium
habere potest si vult & eo carere si etiam vo-
luerit, vt supra li. i. ar. lx. Ferendarij enim po-
siti sunt ad vtilitatem litigantium sed vnus
vtilitatem potest omittere suam si vult, vt. ff.
de reg. iur. l. ij. Ius enim non proficit ali-
cui preter eius voluntatem. C. de pactis. l. si
quis inscribendo, & extra de regulari trans-
se, ad religio. c. ad apostolicam, & extra de re-
scrip. c. nonnulli, & ff. de reg. iur. l. inuitus
Si ergo prius sibi placuit quod prius respō-
deat quare displicere sibi posthac non debet
extra de reg. iur. ca. quod semel, li. vi.

Nota tamen circa id occasione ferendariorū
duplicem differentiam, b Principaliter qd
quidam homines sunt qui necessario procu-
ratores seu ferendarios habent ultra velle il-
lorum, dato etiam quod respondere soli velo-
lent. Primo Principes. Et hoc ex tribus, v-
idelicet quia sunt occupati negocijs publicis,
vt. C. de pedaneis iudicibus. l. placet. Secūdo
propter illorum dignitatem, vt in auten.
vt ab illustri. & qui super eam sunt dignitatē
§. i. coll. v. & C. vbi senatores vel clarissimi. l.
quotiens. Terrio quod sua presentia non des-
terreatur iudex vel aduersarius, vel quod ali-
qua eis dehonestatio circa iudiciū non infera-
tur in stando vel sedendo, vt. C. de procura.
l. quicunq; & C. de iniur. l. vlti. vide etiam
de hoc supra li. i. ar. lx. Secūdo ferendarios ne-
cessario habet mulieres ipse, vt supra li. i. ar.
xlvi. & ff. de reg. iur. l. ij. & hoc intellige de
iure nostro. Iure vero spiritali possunt rem
agere suam. C. qui. accusa. pos. l. si crimen,
& C. de procura. l. alienā. Terrio qui feren-
darios necessario habet sunt pueri, C. q legiti-

a. De ferendarijs vide
hic.

b. Ferendarios quidā
homines necessario ha-
bere coguntur etiam
si nolint.

k. Diuisio rerum fieri
potest tripliter.

l. Rem que diuidi deo-
bet nō oportet in par-
tes minimas scindere.

c. Ferendarios quidā homines habere non possunt.

perfo. stan. in iudicijs habeant. L. i. ij. &. iij. Secunda differentia c quod quidam homines ferendarios habere non possunt quāvis illos petant. & hoc quadrifariam. Primi qui ortilegium siue sententiam increpare volunt. vt supra li. i. ar. xij. Secundo infames & iure priuati ac capite diminuti. vt supra li. i. ar. xl viij. & v. q. iij. c. in criminalibus. Tercio qui duellum alicui inferunt aut duellariter alio quuntur vt extra de procura. c. tue. & extra de iudicijs. c. i. li. vi. & v. q. iij. in criminalibus Quarto qui soli respondere incipiūt sic ut hic in articulo presenti. & hoc intellige de iure nostro. secundum leges enim habere procuratorem eis licebit. vt. C. de procura. L. nihil. Quamdiu quis se respondere defenderit. & c. d Tangitur responsionis differentia. Vnde nota quod responsio duplex est. vel est contra querelam quia videlicet se defendit quod respondere non debeat & hoc septupliciter. c Primo quia forsan est proscriptus. vt supra eo. li. ar. xvi. Secundo si pupillus queruletur sine suo tutore. C. qui legit pso. stan. in iudi. L. i. ij. & iij. Tercio diebus feriatis & festiuis respondere vnus nō tenet. vt supra li. ij. ar. x. & C. de ferijs. L. omnes & L. quadraginta. Quarto si actio antehac coram iudicio ventilata & finita sit. vt Insti. de excep. §. eque. & extra de excep. c. aduersario. & ff. de excep. per totum & extra de litis contesta. c. i. lib. vi. Quinto si iudex coram quo conqueritur non sit iudex ordinarius respondētis. vt. C. si non a competentē iudice. L. vlti. & infra ar. lxxix. Sexto si actor nollet e contra respondere ad proposita respondentis. vt supra li. i. ar. lxi. C. de cōpena. L. neq. scriptura. & extra de mutu. peti. per to. & iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agendo. Septimo respondere non cogitur quis coram iudice qui ius sibi antehac denegauit. vt supra li. ij. ar. xij. C. de pōna. iudi. qui ma. iudi. L. vlti. Vnde si qs vnā ex his cautelam pre se habuerit defendere se poterit quod non respondeat. Secundo responder aliquis ad querelam qñ quis affirmat vel negat & hęc dicitur esse litis contestatio & qui sic responder ferendarium postmodū habere non pōt vt textus habet. Iudex sit equus omnibus. & c. f doctrina datur iudicibus quod iuste iudicent p̄meditātes iudicium dei super eos venturum & quē admodum ipsi iudicant aliquem etiam deus eosdem iudicaturus est. C. de iudi. L. rem nō nouam. & xi. q. iij. c. quicunq. Vnde & si qñ dem antehac iudicibus sufficiens doctrina quomodo se in iudicijs obseruare debent data sit. & ex superhabūdanti tamen & hic quatuor condiciones annotantur quas iudices pre se habere tenentur. quod videlicet nemi nī p̄iudicare debent. propter timorem. avaritiā. odium. amorem. propter enī hęc quatuor inuertiuntur sepius iudicium. vt. xi. q. iij. c. quatuor. & extra de sentē. & re iudi. c. cū eter ni. li. vi. & hic in textu. Quod autem iudex

auatus esse non debet nec propter dona iudicare. est lex. xij. tabularum plana quam anno ratam vide. supra circa ar. lx. li. i. D. A. posset doctrinam hanc superuacaneā esse iudicibus. Iudex enim iniuste agere non pōt ex his quę hīc in textu subsequuntur. Nam nec sententiam inuenire nec inuentam increpare debet. & tamen quod qui sententiam inuenit & qui pronuntiat & qui ad id consultant eadem pōna puniuntur. Primū ille qui inuenit sententiam damnatur. Secundo iudex qui edicit & admittit eandem. Tercio illi qui inuenire procurat vel qui ad eandem consenserunt cum tamen meliorem & iustiore inuenire potuissent. h Exemplū haberi potest in sententia Saluatoris nostri Iesu Christi. Pilatus enim interrogauit quid cum Iesu Nazareno facere debuisset. Principes & prelati cōsiliati sunt populo vt crucifigatur. Acclamauit plebs. Iudex consensit. ibi sententiam populus inuenit. Principes cōsiliati sunt. Pilatus vero consensit & sequelam dedit. Et nullus absq. culpa mansit. Iudex sententiam inuenire non debet. & c. id est ius nouum condere seu inuenire eidem nō licebit. sed secundum ius iudicare scriptum vt Insti. de offi. omni. iudi. §. i. & C. de iudi. L. iudices. & in auten. de iudi. §. omnes toll. vi. Quod etiam sententiam inuenire non debet. id est debet alios pro sententia interrogare qui vterius mutuo colloquantur. sententia enim maturo consilio adinuenienda est. vt in auten. de iudi. §. i. coll. vi. Pręterea vt textus habet quod sententiam increpare non debet. non intelligendum est quod omnibus Ortilegijs consentire reneatur sed qd nullū hominem in damnum inducere vel artare debet cum ortilegijs & sentētijs suis. verum insinua re eis quod inuicem melius colloquant. vel eos ammonere quod ortilegium reportet ad illum locum vbi apportari debet. vel prefigere tempus partibus importande sentētię. Iudices enim prudentes esse competit ne homines in damnum inducant. vt Insti. in prohe. §. summa. C. de postulan. L. ij. & in auten de iudi. §. i. coll. vi.

h. De sententia saluatoris nostri uide.

Sententia maturo consilio adinuenienda est.

i. Vide iur. mu. ar. xij.

f. Iudicium doctrina.

g. Iudicium quatuor necessaria. Concordat iur. mu. ar. xij. glo.

Articulus. XXXI



Quicquid unus alteri debet uel eidem accipit hoc hæredibus illius soluere tenetur si decedat. Si debitor moriatur hæredes eius pro debito non respondebunt nisi possideant bona pro quibus eorum prædecessor fuerat inculpa-

a. Ad hunc passum uide iur. mu. ar. lxxij.

b. Ad hanc materiam uide supra li. i. ar. vi. & ar. xxvij. & item li. ij. ar. xvij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

c. Vide supra li. ij. ar. xiiij. contrarium istius ubi habetur quod captiuus aliquem capite plecti debet. Et tamen quod hic accipitur captiuatio si actio iam expiret anno, et ita pro simpli iniuria computatur, et per consequens civiliter instituitur, omnis tamen uis huiusmodi accusationis sistit in modo proponendi.

tus. c. Qui captiuat alium sine rerum ablatione id est absque spolio, aut uulnerat & affligit sine uulnere mortali, & sine priuatione membri, heredibus lesi respondere non cogitur si post anni spacium moriatur nisi forsan ante decessum contra reum causam iudicialiter inchoauerit.

Glosa.

Hoc heredibus illius soluere tenetur &c. Et heredis appositione in perpetuum omnes succedentes continentur. ff. de verbo. signifi. l. heredis, & ff. de iure immuni. l. ij. & ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista, licet quandoque contineatur proximus heres. ff. de verbo. signifi. l. sciendum, ff. de ope. li. l. cum patronus. §. i.

Sui pro his heredes nisi ablata &c. Secundum leges etiam pro rapina & furto agitur, contra raptorem & furem & eius heredes, ita tamen quod quilibet pro hereditaria parte tenetur, ut ff. de furtis. l. ei qui furti. Et si forte ad unum heredem res ipsa in solidum peruenit, ipse in totum poterit conveniri. ff. commo. l. ij. §. heres, & si sunt plures raptores seu fures, tunc quilibet tenetur in solidum conditione furti sed uno soluente ceteri liberantur. In actione vero furti unus alium non liberat, secus autem de pluribus tutoribus quod de rebus pupilli subtractis tenentur in duplici actione de rationibus distrahendis, uno enim satisfaciente alij liberantur. C. de fur. l. i. & ff. eo. l. fur est manifestus, & ff. de administraci. tuto. l. tres. Et licet actione vi bonorum raptorum & furti teneatur fur & raptor & qui dedit opem aut consilium non tamen contra ultimum competit conditio. ff. de fur. in plerisque legibus, & vide etiam li. ij. circa ar. vlti. Et actio furti datur ad poenam sed conditio ad rei prosecutionem, Insti. de acti. §. ex maleficijs.

Glosa.

Declaratum ante hac fuit qualiter per responsionem aliquis defendi debet, hic tandem declarat nonnulla que iudicem ipsum considerare oportet, & ponit duo, exindeque duplex querela venit a civilis videlicet & criminalis. Civilis tangitur ibi quicquid unus alteri debet, innuens quod heredi respondere necesse est pro debito mortui quia ipse obtinet totum ius mortui, ut ff. de reg. iur. l. hereditas.

Vnde circa id questio fieri potest an heredes debitum emonentes, cogantur probare debitum illud septem testibus quemadmodum

dum probatio veniret si contra eos ageretur, quod non, quia heredes impetunt illum qui solus debitum contraxit viuitque adhuc, & ita probatio contra eum non est necessaria ut supra li. ij. ar. xv. Cum vero heredes impetuntur qui non contraxerunt per se, probatio debiti septem testium necessario venit ex eo, quia factum alterius utpote patris, potest alteri utpote heredi incognitum esse ut C. de eden. l. iustum. Qui vero pro suo debito inculpatur affirmare vel negare poterit & ex eo quod sibi notum est iurare super eo sibi admittitur. Qui autem pro debito predecessorum suorum inculpatur, iurare cum non oportet, fieri enim potest quod de debito predecessorum suorum scientiam nullam habeat ut ff. de iure iuran. l. iusjurandum.

Vel accipit &c. tangitur actio criminalis. Is enim qui aliquid accipit respondere tenetur illi cui damnum est illatum, communis enim habet regulam, cui damnum pertinet eidem querulari competit, ut Insti. de oblig. que ex delicto nascuntur. §. furti.

Si debitor moriatur &c. Sciendum etenim quod si moritur is qui spoliauerat, eius heredes respondere non coguntur pro malefacto, g. Circa id tamen nota tria singularia. Primum heredibus meis respondere tu cogis pro furto, spolio &c. quod in me patraisti, heredes vero mei pro furto & spolio quod ego feci me mortuo respondere non coguntur. Istudque & si videatur non esse equum, tamen nullam in eo esse disproportionem, nullus enim respondere cogitur tanquam fur & predo, nisi ille qui furtum vel predam egit, ut supra li. i. ar. vi. & ff. de furtis. l. quis, & Insti. de po. pe. & tempo. acci. §. non autem. Sed heres in proposito spoliolum non fecit quare respondere non cogitur ut predo.

Nisi possideant bona &c. Hic tangitur secundum singulare in quod actio seu querela criminalis ex morte alicuius civilis efficitur. Contra id tamen videtur esse, ff. de reg. iur. l. hereditas, ubi habetur quod heres totum illud ius predecessoris sui nanciscitur, quare & criminaliter merito contra eum agi deberet, tamen nullam in eo esse contrarietatem, heres enim ius habet ad illud quod predecessor iure pertinebat, quod vero predecessor iniuste occupabat carere debet, immo illud pecunia emendare. Noxam vero vel malefactum predecessoris sui vita sua emendare non cogitur, nullus enim pro malefacto alterius punitur. Tertium singulare, bona furtiua heres restituere potest sine damno si ex eis locupletior factus sit, ut supra li. i. ar. vi. & ff. de reg. iur. l. totiens. Si autem ex illo locupletior non est factus, reddere non tenetur, ut Insti. de perpe. & tempo. §. aliquando, & ff. de postula. l. i.

Qui captiuat alium &c. Ex quoquidem observatur regula & ius allegatum. ff. de reg. iur. l. hereditas, ubi habetur quod heres o-

f. Cōcordat supra li. i. ar. vi. iur. mu. ar. lxxviij. §. Cij.

g. Nota speciale quod ex textu.

h. Actio criminalis ex morte alienius efficitur civilis.

d. Querela duplex a civilis & criminalis.

e. Vide supra li. i. ar. xxi.

capat ius totum prædecessoris mortui. Exin
deq; sequitur si quid mortuus noxe fecerit
quod hæres respondere cogatur, tum etiam
pro omni debito eidem respondebitur. In
presenti paragrapho quandam ponit exce
ptionem quia hæredibus non semper respo
dere oportet quæ mortuo euenerunt, & hoc
tangitur ibi qui captiuat alium. Contrarium
tamē istius habere videtur supra li. ij. ar. xxx
iij. vbi dicitur qui alium captiuat respos
dere teneretur cuilibet domino vel propinquo
&c. Quod etiam in paragrapho dicitur aut
vulnerat &c. Contrarium habetur li. ij. ar.
xvi. vbi dicitur quod varendam quilibet p
mutilatione & vulnere pro domino & agna
tis &c. hic vero dicit quod nec respondere co
gitur. Alia instantia & signanter contra istud
vbi dicitur & affligit. Contrarium enim istius
us est quod videlicet accusari possunt li. i. ar.
lxiiij. vbi habetur qui alium occidit, & eum
septem virorum testimonio superare vellet
hoc facere non potest si vnus ex mortui co
gnatis duello eum defendere proponat, hic
vero dicit quod nec respondere cogitur. In
stantiæ allegatæ absoluuntur vnica solutione
luta enim citata disponunt de facto vbi nō
dum annus expirat, quia vt sic hæredibus re
spondere oportet. Articulus autem præsens
intelligi debet de facto quod cui accidit
& vno anno postmodum superuixerat nec
actionē inceperat, & ita credi potest quod re
missio iniuriæ illius subsequuta est, excessus em̃
huiusmodi multipliciter dimitti possunt, bi
bendo, comedendo, conuersandoq; ad inuis
cem vel cōcordia subsequuta, aut amicabili
compositione &c. vt. ff. de iniur. l. non solū
& Insti. eo. ti. §. vlti. & ff. de sepul. vio. l. quæ
situm. Vbi habetur quod si quis iniuriam
vno anno non queruletur, per amplius audi
ri non debet.

Sine vulnere mortali & priuatione membri
&c. Exinde doctrina datur quod quicquid
factum sit in contumeliam hæredibus actio
non datur, si adhuc ipse viuit & querulare
potest, vt. ff. de iniur. l. iniuria & l. itē apud
Labeonem.

Nisi post anni spacium &c. idq; iuste euenit.
Querelæ enim huiusmodi non plus nisi anni
spacio durant, vt Insti. de perpe. & tempo.
acti. §. non autem omnes. & §. vlti. & C. de
iniur. l. si non conuicij. Intellige tamen nisi
principalis querelam viuis incepisset, quia
vt sic hæredibus respondere oportet, ff. de
iniur. l. iniuriarum. & Insti. de perpe. & tempo.
acti. §. penales, & ff. de in officio testas
mento. l. posthumus. §. si.

Articulus. XXXII.



I quis aduena se liberū
dixerit, a pro libero ha
beatur donec per testi
moniu hoc reprobet.

a. iur. mu. ar. iij.

¶ Qui se liberum dicit & alter eum
dem seruum suum esse dicat eo qd
se ei in seruitutem dederit, liber eua
det sacramento donationem negā
do pretactam, b nisi forte in iudi
cio factū sit. Si uero dicat eum suū
uernaculum idest innatum seruum
esse, dominus eum cū duobus ser
uis suis sub iuramentis obtinebit.
Si autem alius eundem a domino
ut suum postulet seruum c tunc eū
cum septem eiusdem serui cognatis
aut hominibus ueridicis obtinere
necesse est. Si tamē is qui seruus di
citur suam metseptimus cum tribus
ad eum iure cognationis pertinen
tibus ex parte patris & tribus ex
parte matris probare poterit, liber
tatem obtinebit attestaciones om
nes annullando. Possidentis seruū
probatio facilius admititur q̃ eius
qui eum non possidet. d Qui se in

b. iur. mu. ar. iij.

c. iur. mu. ar. iij.

d. iur. mu. ar. iij. &
ar. iij.

iudicio in seruum donauerit, eius
hæres huiusmodi donationi iure
contradicat & eum in statum redu
cet libertatis. Sed si dominus eum
usq; in diē obitus tenuerit, ipse eius
accipit hæreditatem & prolem si
eum secute fuerāt tum & eam quā
post donationem genuerat. Qui se
seruum unius domini negauerit &
ad alium se pertinere dixerit, si illē
ad quem se pertinere dicat ad de
fendendum eum in iudicio non cō
paruerit qui eum impecht cum du
obus suis cognatis c quos si nō ha
bet cum duobus uernaculis iuran
do eum obtinebit. Postquam ut sic
per testimonium a domino uictus
extiterit, dando sibi colaphum corā

e. Textus antiqui ha
bent cum septem
cognatis.

iudicio si uult eundem suo seruicio mancipabit. In quocunq; iudicialiter actor uerigeldum aut emendā acquirat, in eodem iudex multam seu poenam si uult obtinebit.

Glosa.

Si quis aduena. &c. De seruis & quid sit seruus & quid libertas & qualiter seruus fiat liber, vide plene per Hostiensem in summa de seruis non ordi. per totum.

Sic etiam uult ius commune uidelicet quod ille cui mouetur questio ingenuitatis non habet necesse probare si est in possessione nisi unus probationis spōte assumat. C. de testib⁹ L. si tibi. ¶ Si uelit obtinebit. &c. & iuste exigere & recipi possunt tales pene legales, nam sunt debite iure naturali & gentiū ut. L. i. ff. de furtis, & ibi nota & etiā iure diuino qd' est naturale. i. di. ius naturale, & patet. Exodi. xxi. & xxiij. & no. Bar. in. L. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur.

Glosa.

Articulus presens de seruitute & libertate agit. Notitiaq; eius maxime est necessaria. Si enim negotium aliquod in iudicio haberetur & interueniret actio seruitutis negotium illud primum discuti nō potest nisi prius terminetur super seruitute vel libertate, sicut si accusas aliquē pro debito, preda, furto, uolentia, cōtūmelia per illum tibi illata, & ego dicam illum seruū esse meum prius determinandum est si tu seruus meus sis, ut. C. de ordi. cogni. L. cum & ipse.

Vnde sciendum quod tria notanda ex textu veniunt. Primo cui competat occasione seruitutis iudicium. Secundo quomodo querela formanda ac inchoanda sit. Tertio cui probatio de iure cedit & has tres particulas tangit in primo paragrapho articuli presentis. Quātum ad primum sciendum quod nullus iudicare potest istud nisi iudex prouincialis, & hoc tangitur ibi si quis aduena. ¶ Vnde adueniunt & dicuntur homines qui quādoq; adueniunt & quandoq; discedunt viceuersa ex hinc, pertinentq; ad ius commune prouinciale. ¶ Proprietarij uero sunt qui proprium habent in aliquo municipio & pertinet quādoq; specialiter ad iudicium illius municipij seu fori, ut supra li. i. ar. ij. & C. ubi causafat⁹ agi debeat. L. procuratores.

Pro secundo quomodo querela formari & incipi debet, hoc tangitur ibi pro libero habetur. Vbi enim quis pro libero habetur ibi dem querelam inchoare tenetur.

Queritur si eundem loco serui exinde abducere ad suam iurisdictionē velit, an iudex istud admittere debet, & quod non. Contrariū licet istius esse videatur, L. i. C. ubi cau. stat. agi.

Poniturq; ibidem similitudo quod is qui seruit si fugiat in aliam iurisdictionem & usurpet sibi libertatem non est cum iniuria quod ad respondendum in illam ciuitatem ardetur unde aufugerat. Iudex itaq; prouincialis hic in proposito etiam eundem in iurisdictionem illam transmittere deberet quod ibidem audiretur, & non illic ubi preuentus est. Istud tñ soluit sub distinctione, si vnus impetitur qd' seruus alicuius sit & istud recognoscat quod sibi seruiuit contra iustitiam tamen ad seruitutem deuenerat huiusmodi, extunc remittit ad iurisdictionem ex qua venerat, allegata etiam enim sua quod uidelicet iniuste in seruitutem deuenerat maiori iure pbare debet in iurisdictione ex qua aufugerat q̄ hic, & huiusmodi recognitionis actor uendendam habebit nec sibi destrui poterit coram suo iudice, ut supra li. ij. ar. xxij. Si uero dicat ille impetratus nihil se scire de istius dominio, extunc ut textus habet pro libero reputari debet donec per testimonium aliter probetur, & hoc tangitur in textu ibi donec per testimonium. &c. & C. quod vi. metusue causa. L. i. & ij. q. v. c. presbiter.

Qui se dicit liberum. &c. hic tangitur cui probatio huiusmodi cedit. ¶ Vnde circa id notandum venit quadruplicem esse impetitionē seruitutis & vniuscuiusq; specialem probationē. Primo si dicis & alloquaris quod ipse se tibi in seruū dedit, & hoc dupliciter fieri potest, vel coram iudicio & sic cōuincitur iudice & sex testibus ut supra lib. i. ar. viij. & hoc si tria concurrant ut supra tactum est. Primo si viginti annorum erat tempore quo se in seruitutem dederat, ut Insti. de iur. perso. §. serui. Secundo si pecuniam ex venditione acceptam in commodum conuertit suum, ut. C. de liberali causa. L. non ideo. Tertio quod fiat cum consensu heredum ut infra sequenti paragrapho. Si uero sit extra indicium istud negare potest & absoluitur iuramento, idq; tangitur ibi nisi coram iudicio actum esset. Si autem eum dicat suū esse vernaculū. &c. Tangitur secunda alloquutio exindeq; alia probatio sequitur. In prima enim dixerat qd' se in seruū sibi dedisset, hic uero dicitur qd' innatus seruus suus esset, quicq; enim a seruo nobis acquiritur hoc loco seruū apud nos erit, ut Insti. de iur. perso. §. serui. & C. de rei. vendi. L. partū, istudq; probare tenetur meto tertius ut textus habet.

Si autem alius eundem a domino. &c. Tertia tangitur impetitio cum sequenti eius probatione, & in isto casu probare eum oportet meto septimus veridicorum suorum uasallorū qui sunt propinqui illius serui. In contrariū licet uidetur leges & Canones qui disponunt quod propinqui testificari nō possunt, ut. C. de testibus. L. ij. extra de accusa. cum. P. manconella & C. de verbo & re. signifi. L. finali, & etiam contrariatur. §. sequenti istius articuli, ibi si tamē is qui seruus dicatur, & tamen

h. Quadruplex seruitutis impetitio & uniuscuiusq; specialis probatio cōcor. iure m. ar. iij.

f. Aduene qui dicantur.

g. Proprietarij qui uoluntur concordat supra li. i. ar. ij.

quod ius istud non contrariatur legibus alle-
gatis nec, §. sequenti. Vnde soluuntur iura hic
cittata quod in causis quidem cōmūbus
testificari propinqui non possunt. ^l Sunt ta-
men tres speciales cause in quibus testimoniū
illorū admittitur. Primo quod pater & quis
uis consanguineus testificari potest sui filij &
consanguinei ordinationem testamentalem,
vt. ff. de testa. ordi. & q. testamenta facere pos-
sunt. L. qui testamentum. Secundo in causa ma-
trimoniij, vt. xxxv. q. vi. c. consanguineos, &
extra q. matri. accusa. vel testifi. pos. c. videt.
& extra de senten. & re. iudi. c. tenor. Tercio
vbi testificari debet genealogia legitime na-
tionis vel progenitorum, ibidem etiam ami-
ci & consanguinei testificari possunt, vt ex-
tra qui filij sunt legitimi. c. transmissi, sic etia-
am hic est in proposito & ita vnum non con-
trariatur alteri.

Possidentis seruū probatio facili⁹. &c. Quar-
ta tangitur impeditio cum sequenti probatio-
ne hoc est si impetitor habeat possessionem
serui nec ne. ^k Vnde nota quod possessio hu-
iusmodi respectu serui triplex est. Vel ego ha-
beo possessionem in eo, vel tu qui mecum cō-
tendis de seruo habes eam, vel ille allocutus
habet eam solus ita quod in possessione liber-
tatis sit. Possessionemq. huiusmodi acquiri-
mus tripliciter quia vel est seruus noster in-
natus, vt supra li. i. ar. xvi. & Insti. de iur. per-
so. §. serui. Vel est emptus & hoc dupliciter
quia vel fuit liber & seipsum vendidit in ser-
uum. ^l Ad hoc autem quod emptio huius-
modi valeat quatuor conditiones requirun-
tur vt supra tactū est. Prima quod sit vigin-
ti annorum, vt Insti. de iur. perso. §. serui. &
C. de liberali causa. L. non ideo. Secūdo qd
pecunia illa sibi cedat alias emptio non vale-
bit, vt Insti. §. pretiū & ff. qui ad liber. pro-
cla. non h. L. i. Tercio quod sit heredum con-
sensus, vt infra co. ar. §. sequenti. & Insti. q. ex
cau. manumit. nō pos. §. ij. & ff. de liberali cau-
sa. L. liberis. §. si quis sciens. Quarto quod ef-
fectualiter illius sit ex venditione & aliter nō
vt Insti. de emp. & vendici. §. pretium. & ff.
qui ex cau. ad liber. procla. L. i. Secundo ac-
quiritur nobis seruus vigore emptionis a do-
mino aliquo & illum varendare oportet is a
quo emptus est ac si emisisset aliam rem vendi-
tam. Tercio acquiritur possessio serui ex do-
natione & hoc sit dupliciter, vel est liber & se
donauit in seruum, & ad id pertinet illa que
& ad venditionem requiruntur excepto illo
quod pecunia nulla p. supponitur. Alio mo-
do cum donatur a suo domino, vt supra li. i.
ar. xvi. & in his acquiritur possessio prout in
alijs rebus donatis fieri solet. Tercio fieri pōt
quod is qui alloquatur, possessionem habet
sue libertatis, & hec libertatis possessio acqui-
ritur quadrupliciter. ^m Vel ex natura vt ga-
liber natus sit, vt Insti. de liber. §. i. & Insti. de
ingenu. §. i. Secundo acqui. it libertatis pos-
sessio vt quia manumittitur, vt supra li. i. ar.

xvi. & Insti. de lre. obli. §. ij. Tercio acquiri-
libertas, iure ipso & hoc trifariam. ⁿ Primo
si dominum a morte liberauerit. Secundo si
falsam monetā māt. it. stauerit. Tercio si vio-
lentiam mulierum & supra publicauerit. C.
qui ex cau. ser. premi. liber. L. i. §. & ij. ⁿ
Quarto acquiritur libertatis possessio in iu-
ste, sicut ille qui aufugit & de isto supra ta-
ctū est quomodo possessionem obtinere vel per-
dere potest, hoc etiam tangitur ibi possiden-
tis seruū, & c. Vnde circa id scīdum quod
propriū tum & seruus alienari non potest
sine heredum consensu, vt supra li. i. ar. ij. C.
de liberali causa. L. liberos.

Qui se seruū vnius domini negauerit, & c.
Querere vnus potest. Quare seruū domini⁹
in iudicio defendere tenetur. ^z propter id,
quia seruus per se solus defendere se non pōt,
est enim mortuus iure, vt. ff. de reg. iur. L. ser-
uiturē, & ff. eo. ti. L. liberos, & Insti. de capti-
diminu. §. seruus, & ita per alium defendi de-
bet idq. dominus eius facere tenetur, vt. C.
de accusa. & inscripci. L. si cuiusdam & lib. ij.
ar. xij.

Cum duobus vernaculis, & c. Istud contradi-
cere videtur extra de verbo significa. c. forus
& ij. q. vij. c. infames, & itē. C. de testi. L. quō-
niā. Vbi habetur quod seruus testificare non
potest. ^z quod iura allegata intelligi debet
quod serui contra liberos homines testifica-
ri non possunt. Sed bene respectu seruorum
vt hic in proposito.

Dando sibi collaphum, & c. vnde collaphus
datur seruo a domino cum eum cōuicerit lo-
co emende quā accipere dominus debuerat,
vt. C. de emendan. seruo. L. si virgis.

Querere aliquis posset, ^o An dominus ser-
uum profugum suspendere iure posset. Qui-
dam dicūt quod sic quia furtum per fugam
cōmisit, vt. C. de ser. fugit & liber. L. finali.
^z tamen quod suspendi non debet, pro hu-
iusmodi enim furto suspenditur nemo, vt. C.
de furtis. L. serui, & in auren. vt nulli. iudi. li-
ce. habe. loci. cōserua. §. profurto. coll. ix. po-
test eum tamen perpetuo vinculis cathenari,
vt. C. de emendan. ser. L. i.

Super eundē iudex nullātam obtinebit, & c.
Dubitari possit. Quid mulctē iudex obtine-
at in excessu serui, ex quo quidem seruus nihil
habet quod suū sit, vt Insti. per quas per-
so. nobis acqui. posset. §. item per seruos. ^z
quod iudex potest itēdem seruo alāpam da-
re loco mulctē ex quo nihil aliud habet qd
soluat, vt supra li. ij. ar. xvi. & in autē. de pa-
tenen. coll. x.

In fine text⁹ vbi dictū est vbi cōtrahit, & c. ^z
quod de iure id facere tenetur vt in noua cō-
stitutione. Nos Adalbertus, & in autē. de mā-
da. princi. §. quod si col. ij. & C. ad le. iul. re-
petun. L. i. & xxxij. q. iij. est iniusta.

ⁿ Seruus libertatem
sequitur ex tribus.

^o Seruus profugus an
suspendi per dominū
iure possit.

^l Propinqui testifica-
ri possunt in certis ca-
sibus, Concordat iur.
Ma. ar. iij.

^k Possessio respectu
serui triplex.

^l Ad hoc quod em-
ptio serui valeat qua-
tuor requiruntur, Cō-
cordat iur. Ma. ar. iij.
glo.

^m Libertatis possessio
acquiritur quadrupli-
ter.



Quilibet Ius suum corā imperio uel Rege obtinet. Quilibet etiam respondere ubiq̃ locorū coram Rege tenetur non secundum partis actoree, sed propria ree partis iura. Etiam ad omnia incusata respondebit corā eodem nisi forsan duellum eidem indicetur ratione cuius poterit se per ius excipere ne respondeat nisi in territorio suo de quo est oriūdu. Si item de proprio impetatur eum respondere nō oportet extra territorium suū. Rex etiam non secundum hominis tam actricis q̃ rei iura sed secundum ius prouintiae in qua sistit proprietas, iudicabit.

Glosa.

Rex etiam. &c. ^b Ad quod sic dicit lex communis actor rei forum siue in rem siue in personam sit actio sequitur, sed & in locis in quibus res propter quas contenditur constituta sunt iubemus in rem actionē aduersus possidētē moueri ut in. L. vlti. C. vbi in rem acci. ex. de.

Glosa.

Quilibet Ius suum. &c. Autor priuilegij doctrinam dat omnibus in cōmune hominibus si quando aliquem contingat coram Imperatore ius agere quo pacto illic sese gerere debeant multi etenim conspectum formidant Principis, quare per articulum presentem eis animum dat dicens quod quilibet aduena ius suum coram Imperatore obtinet. Ratio istius est. Quia Imperatores ius cōmune statuerunt omnibus in cōmune imperio subiectis, qd̃ vocatur ius imperiale. Existo tamen iure cōmuni exempti sunt quēdam personę vel potius prouintię ^c ut in proposito Saxones ut supra li. i. ar. xvij. Ex quo itaq̃ per Cesaream maiestatem priuilegiare sunt prouintię certe frustra esset gratia illa nisi eadem uti possint coram Imperatore, ut Insti. de iure natu. gē. §. plane.

Quilibet coram Rege respondere tenet. &c. Ex quo quidem Rex ipse cōmunis iudex est omnium, ut supra li. i. ar. xxvi. ^d Quare nō tantum hic dicitur quod ubiq̃ locorum iudicare potest, si respondens ibidem sit. Si vero illic presens non est citari nō debet sed in illa

iurisdictione ubi residet per iudicem illius iurisdictionis iudicandus, & hoc propter impensas euitandas, ut in auten. ut om. obedi. iudi. prouin. §. i. & ij. coll. v.

Etiam ad omnia incusata, &c. id est qd̃ omnes quęrele proponi possunt coram Rege. Rex etiam omnes & singulas iudicare potest causas exceptis tamen, ut infra habetur.

Vnde sciendum ^e quod Rex quinq̃ casus iudicare non potest, nec coram ipso respondetur. Primo spirituales psonas, isti enim priuilegiati sunt per imperatorem, ut in auten. apud quos oportet. dice. cau. monacho. §. i. col. vi. & in auten. ut cleri. apud propri. Epl. §. plurimos coll. vi. & in auten. de sanctis. Epl. §. sed neq̃ & §. si quis coll. ix. Secundo non respondetur coram Imperatore pro re spirituali, sicut nec coram Papa pro re seculari ut in auten. de sanctis. Epl. §. ut autem coll. ix. & extra de foro competēti. c. licet, & c. ex pte, & extra de apel. c. si duobus. Tercio coram Imperatore non respondetur pro re quę corā alio iudicio incepta aut terminata sit vel per transactionem composita, ut. C. senten. rescin. non pos. L. impetrata, & C. de transacti. L. nō minorem. Quarto cum quis pro duello impetitur nisi forsā delictū ibidem cōmittatur, ut. C. vbi de crimi. agi. oportet. L. quęstiones. Quinto si super hereditate aut proprio agatur ut hic textus habet, & in auten. ut om. obe. iur. prouin. §. i. coll. v.

Rex etiam super proprio iudicabit. &c. Sciendum circa id quod Romanorū Imperator Saxonibus ius speciale dedit quod in prouintia cōmuniter habetur coq̃ omnes incole ut debent vndecunq̃ sint & cuiusq̃ nationis existant, ut supra lib. i. ar. xxx. datū enim est priuilegium prouintię non personis quę facile immutatur, ut. vij. q. i. c. petisti. f. Priuilegium etenim personis datū perit vnacū personis. Quod vero prouintię datur semper manet, ut. xvi. q. i. c. hinc est, & xxij. dis. c. communis filius, & extra de consti. c. cū accessisset, & ff. de reg. iur. L. priuilegia, & ff. de leg. ij. L. patronus, & Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. plane.

Articulus XXXIIII



A iudice proscriptus & in bannum Regis seu illegalitatem inductus ipsam si euadere uelit per sex septimanas curiam sequi debet, eiq̃ Rex pacem indicet, ille eti

^a. Textus uetustiores habent, quilibet aduena ius suum &c.

^b. Actor forum rei sequitur, ad hanc materiam uide supra co. li. ar. xxv. iur. Ma. ar. xxvij. glo.

^c. Vide supra li. i. ar. xvij. & infra li. iij. ar. xliij.

^d. Declaratio textus pulchra.

^e. Rex certas causas iudicare non potest nec coram ipso respondetur.

^f. Concordat iur. Ma. ar. i. glo.

am iurare tenetur iudicio se sisti & se iudici qui cum proscriperat præsentare. Ib. dem tandem infra quin denam postq̄ in suam prouintiam reuersus fuerit se iudici supradicto exhibeat omnibus quæulantibus responsurus. In signumq; ac com plementum iuris prosequendi etiã sacra progmata. id est literas regali sigillo munitas secum deferat iu dici a ut sciat eũ liberum a proscri ptione fore.

Illegalitatẽ incurrens sine proscri ptione inferioris iudicis, Curiã se quatur Regis per sex hebdomadas & sit immunis.

Qui se a proscriptione imperij exu erit & iudicio seipsum non sistit de se iustitiam ministraturus, denun cietur illegalis & bannitus tanq̄ p annum & diem in illegalitate impe rij perstitisset.

Glosa.

Pro intellectu textus b nota quod ad Impe ratorẽ seu Regem confugitur in quinq; cas sibus. Primo in appellationibus & sententijs vt supra li. ij. ar. xij. & in auten. de appel. & in fra quẽ tẽpo. §. ad hęc coll. iij. Secundo si iu dex dubitet in aliqua lege, vt. C. de relõ. l. si qs. Tercio si Imperator curiam suam vel ex peditiõem indixerit & ad se venire iusserit, vt infra ar. lxxij. Quarto cum quis a proscri ptione se exuere voluerit, vt hic & C. de sen ten. passis. l. generalis, & hoc sit ex pte iudi cij. Quinto si ad illegalitatẽ maiorem indu cere quem vult aliquis, quõ autem id fiat vis de li. i. ar. vlti. C. D. q. posset. Quid si proscri ptõ literas apporet Regias qd̄ a pscriptiõẽ liberatus sit iuramentũq; occasione illius nõ fecerit quo se expiare deberet. R. quod rele uare illum istud non potest, c literis enim eti am Regijs credi non debet negotio iam corã iudicio incepto si sint cõtrariẽ iuri scripto. Im perator enim vel Rex non aliud intendit vel intẽdere debet nisi prout ius dicitur vt in au ten. vt om. obedi. iudi. prouin. in plerisq; lo cis, coll. v. & in auten. in medi. lit. non fieri sa cras formas, coll. viij. per totum.

Etiã sacra progmata, &c. vnde sciendum quod nuncijs nõ creditur absq; literis, vt. C.

de manda. princi. l. si quis. Qui se a proscriptione, &c. istud declaratum vide supra li. i. ar. xxxviij.

Articulus XXXV



Aptus in manuali fa cto furto aut spolio, a harum rerum nullum poterit nominare uarẽ datorem. Inueniet autem quis sub alio res suas sibi ablatas aut furatas & si retentori huiusmodi rerũ, ina nuale non poterit imponere fa ctum b ipse licite in his rebus suum nominabit uarẽ datorem si ei duel lia uerba obiciuntur.

Glosa.

Captus in manuali facto, &c. Vide etiam su pra li. ij. ar. xxxv. & talis deprehensus dicitur fur manifestus secundum leges c puta quan do fur deprehenditur cũ re furtiua anteq̄ per uenerit ad locum destinatũ & tenetur iste ad quadruplũ, locus autem destinatus intelligit in quo fur eodem die manere disponebat & non refert per quem deprehendatur, vtũ pẽr dominum vel per aliũ, vt. ff. de furtis. l. quo destinauerit, & l. fur est. Et idem fit si ad eũ deprehendendũ occursum erit. Et item si cum furtum tibi facerem tu hoc vidisti abscondis si tamen te, ne te occiderem vt. ff. de fur. l. si quis, & l. penult. Non etiam refert vtrum fur capiatur in furto, vel an derelictate fugi at cum visus esset, vt. ff. de furtis. l. si quis in seruitutem. §. vlti. hoc secundum leges; sed se cũdum hoc ius municipale dicit, vt supra li. ij. ar. xxxv. & li. i. ar. lxxvi. & li. ij. ar. xij.

Glosa.

Articulus presens docet in quibus casibus vnus ad varendatorem se trahere non potest Vnde pro intellectu istius nota d quod quẽ rela duplex est vbi necessario varendator ha betur vel vbi quis varendatorem habere po test. Vna ciuilis sicut si ago pro bonis immo billibus & ille qui illa tibi vendidit te varend dare seu tueri nõ potest, c bona tollit viceuer sa pecuniam restituendo & vterq; manet sine dāno, vt supra li. i. ar. ix. Alia est quẽrela cri minalis sicut si me accusas pro preda vel qd̄ tibi domũ aut castrũ depredatus sim, egoq; dico quod mihi id facere mandatũ est, idq; dupliciter vel iste qui mihi mandauit tante

a. Concordat iur. Mu. ar. Cxiiij.

b. Contrariari huic uidetur supra li. ij. ar. xxxvi. §. dicat autem possidens.

c. De manuali facto uidet hic diuersos mo dos.

d. Quẽrela duplex ubi necessario varendator habetur.

e. Concordat iur. Mu. ar. Cxv.

a. Alias enim sibi non crederetur pro quo vide supra li. ij. ar. xlij

b. Ad Imperatorem seu Regem confugitur in quinq; casibus.

c. Literis Regijs crea dendum non est si cõ trariatur iuri scripto Vide supra ar. xxvi. & infra ar. lxxij.

d. Nuncijs non credis tur absq; literis, vide infra ar. lxxij.

potestatis erat quod eidem obedire ex debito in oportuit sicut si forsan meus pater fuerit in cuius potestate adhuc sum, vel meus dominus feudalis idque coram iudicio recognouerit mihi mandasse vel si suum mancipium sum liberatur accusatus si ille respondere ceperit, ff. de reg. iur. l. velle, & ff. si fami. fur. fecit, dica. l. i. & sequentibus. Si quis vero ex cesserit ex mandato alicuius in furto vel preda cuius potestatem ipse non habuerit eundem varendare non potest dato quod recognoscat factum sed magis erit socius illius malefacti & similem poenam subibit, nec poena illi minorabit, vt Insti. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. interdum, & ff. vi. bono. raptu. l. prætor ait. §. dolo. & supra lib. ij. ar. xxv. & C. de raptu. virgi. vel vidu. l. i.

P. Cōcordat iur. Mu. ar. Cxv.

Nullū poterit nominare varendatorē, & c. f hoc etiam intelligitur dupliciter. Primo non potest se trahere ad varendatorem quia opinatur quod ratione iustius id faciat vt sibi poena prologaretur, vt ff. de pe. l. si quis, & etiam ratione iustius quia manuale factum est, vt supra li. ij. ar. xxxv. Secundo non potest se trahere ad aliquem varendatorē ex eo, quia nullū hominem alloqui seu inculpare potest de illo facto, ex quo manifestum sit, vt C. de questi. l. licuit, & C. de accusa. & inscrip. l. accusaciones & hoc intellige, si ille ad quem se trahit negauerit. Si vero recognoscat ille qui eum facere iusserit, extunc ille responderit & iste dimittitur, vt Insti. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. oblatum.

Inueniet autem quis, & c. Q. d. non potest quis manualis facti accusari super re quam ammisserat & illam tota die non habuerat. Alter vero non occultando illam seruauit, vt supra li. ij. ar. xxxvi.

B. Duellariter alloqui q. t. cōcordat supra li. ij. ar. ij. iur. Mu. ar. xxxij. & xxxv.

Si ei duellaria verba, & c. §. Nota in proposito duellariter alloqui non est aliud nisi criminaliter accusare, vt li. ij. ar. xxxvi. Hic ergo vt textus habet pro rebus pñctatis duellariter quis alloqui non potest, vt supra li. i. ar. lxij, & li. ij. ar. viij. h

h. Vel sic nullus potest manuali facto accusari pro re quam perdiderat & tota die illa carbat eandemq; rem posthac apud aliquem praeuenit, quam ipse non occulto seruauit, ut supra li. ij. ar. xxxvi. Ibi qui post alterum die furum & c.

In his rebus suum nominabit varendatorem, & c. Is textus contrariari videtur supra lib. ij. ar. xxxvi. vbi dicitur dicat autem possidens, & c. in cōmuni foro emptam, & si signoraue rit varendatorē innocens furti erit si emptio iuramento confirmetur, & c. tamen quod non contrariatur quia nec hic precipitur quod id facere teneretur sed licitum erit ei si vult, & hoc innuit per id cum dicit ipse licite, & c. Vel dic quod ponitur sub conditione si duellaria verba obiciuntur, sed pro huiusmodi rebus pñctatis duellariter alloqui non poterit vnus.

Articulus XXXVI

Qui alium in iudicio ei indicendo duellum cōprehēderit, & si actio per sententiam prorogabitur ambobus pax indicet quæ si fracta fuerit debet ante omnia siue duello per iustitiam emendari. Violator vero si in facto comprehenditur manuali, prout violator pacis iure sentencietur.

Glosa.

Superius dictum est de duellaribus querelis, & quia plerumque accidit quod illi qui aliquem duellariter accusant, & si in instanti pro libitu eorum non iudicatur per seipsos vlciscuntur, doctrina ergo datur ad obuiandum huic malo, quod si quis duellaria verba alicui in ferat, & si interim pacem indictā violauerit emendare eum oportet ac si querelam non in cepisset, & quādiu id non fecerit eidem respondere super duello non tenetur, nec dies prefigitur ei iuridica. Sic etiam depredatus qui sit contra illum agi non potest nisi restituatur ei illud quod ablatū est, vt extra de restitu. spo. liato. c. sollicite, & eo. ti. c. frequens. li. vi. & ij. q. ij. per totum, & hoc tangitur hic cum dicitur præter duelli.

Violator vero, & c. hoc est si violator pacis detentus sit qui pacem violauit ratione cuius penalis actio fieri possit, iudicari super eo debet vt cōtra pacis violatorem, caput enim si bi amputabit, vt supra lib. ij. ar. xij, & ff. de penis. l. capitalium. Sed contra istud esse videtur textus li. ij. ar. xvi. vbi habetur quod violatori pacis manus amputari debet pro mutilatione vel vulneratione quæ pro his pos sit etiam criminaliter accusari, & c. tamen quod articulus. xij. secundi libri intelligitur quod pacis violator pena capitis pñitur si in facto deprehensus fuerit. Articulus vero. xvi. intelligi debet si factum sit pñctatum, quia tunc in cute punitur per manus amissionem. Querere quis posset si violando pacem duntaxat baculauerit an pena capitis puniri debeat. Quidam dicunt quod non, fundantes propositum suum super ar. lxvij. li. i. & c. tamē quod demeretur caput si inculpat, quia si hoc leuiter puniretur quanti valoris esset pax stipulata, vt supra li. ij. ar. xij, & in plerisque supra articulis cauetur, quod pax stipulata fracta si sit pena capitis vlcisci debet. Ista ideo pax maior est quā stipulata, vt ff. ad le. lul. de vi. publi. l. qui dolo malo.

Qui violator pacis pñitur

Articulus XXXVII



Qui alium sine uulnere percusserit aut bacula uerit depilauerit correxeritq; ^a & si cum clamore uolentiarum iudicio praesentetur ob hoc uitae aut sanitatis non pacietur detrimentum. Multam etenim & emendam praestando liberatur.

^b Qui se ad testimonium antequam iuste secundum iuris formam interrogetur exhibuerit, a testimonio repellitur.

Qui pecus uicini sui cum suis pecoribus in domos suas duxerit & in crastino illud emittet, nihil delinquit dummodo id non neget & eius non sentiat utilitatem.

Qui maturos alterius fructus dum eos putat suos aut domini sui esse abscindit nec eos auferat non peccat, immo merces ei pro his tribuitur.

Glosa.

Superius dictum est quod excessus maior est quam indictam coram iudicio pacem violauerit quam simpliciter demandata, & hoc fit ratione rei iudicialiter propositae. Consequenter autem priuilegium intentionis continuans suam in investigationis iuris secretis quae in opinionibus plerumque sistunt, & propter opiniones enim adinueniuntur probationes, & nisi opiniones essent probatione non indigeremus. Illud enim quod pro certo habetur probari non oportet, ut extra de consanguiniis & affinis, c. super eo & ij. q. i. c. scelus. Quare sciendum quod probationes ut communiter non aliud faciunt nisi opinionem immo & probationes testium faciunt iudicem opinatum in illo facto. Testibus enim non aliter fides datur nisi propter id quod opinatur & creditur illos verum dicere, ex eo quod iurabant & non quod de necessitate verum sit, exindeque apparet quod probationes certe non sunt nisi quae corporaliter ostenduntur. Quare male opinantur illi qui dicunt verum esse ex eo, quia, N. & P. iurauerunt immo potius dici debet creditur verum esse, ex quo iste & iste iurauit, ut i. q. vi. ti. c. sancimus, hoc etiam intelligitur de Saxonibus in eorum probationibus, immo & probationes per literas non sunt in toto vere nisi

si opinatiue, ut. iij. q. iij. c. placuit, §. in criminali. Debet tamen iudex circa opinionem stare quae probationem infert quoad contrarium probetur.

Vnde nota quod opinio quadruplex est, & secundum hoc etiam in articulo quatuor ponuntur quae opinionem in se includunt. Prima est probabilis sicut cum unum percussit vel per crines trahis & in eo detineris. Vnde quoadmodum supra li. i. ar. lxviii. §. i. habetur, si percussit baculum sive aliquem causam ad iudicem deductam termino assignato idem ad euincendum vel excusandum se non praesentauerit in tempore deputato, in proscriptione condemnatur, hoc est proscribitur propter id quod inobedientem se praesentit, quia si venisset emendare posset & multam praestaret si recognouisset. In proposito vero cum verberans aliquem quis captiuatur, dubium est an ultro venisset ad excusandum se nec ne. Opinatur itaque & creditur si in facto detentus non fuisset quod ille propter id fugam non dedisset sed venisset ad emendandum se pro facto, ex quo emenda & multa liberari potuit quare proscriptione non incurrit exsoluit multa & emenda, & huiusmodi opinio probabilis est, ut. ff. de eo quod me, cau. gest. l. i. & c. de his quae vi metus causa, l. cum te, & ij. q. iij. c. presbiter.

f. Opinio quadruplex.

Vitae aut sanitatis non pacietur detrimentum &c. hoc totum efficit opinio probabilis, quia opinatur quod ipse venisset dato quod non captiuaretur, sed si proscribitur non comparsens opinio declaratur in contrarium non resiste videlicet actum fuisse quod post factum non captus esset, opinatur enim eum non venisse quoad proscriberetur, ut supra li. i. ar. lxviii. in fi.

Qui se ad testimonium exhibuerit, &c. Tangit secunda opinio quae fatua dicitur, fatue enim facit qui homines conuincere vult sine necessitate & qui se ultro ad iuramentum exponit testis esse vult non interrogatus. Vnde contra huiusmodi testimonia triplex fit obstaculum. Primo quia suspicatur quod illi ex testimonio huiusmodi emolumenti quid habent aut quare repelluntur a testimonio, ut. C. de testibus. l. si quis, & extra eo. ti. c. sicut, & extra de probaci. c. i. & iij. q. iij. c. placuit, §. in criminali. Secundo quia opinatur quod homo sit levis conditionis, hoc est fatuus & maleficus, ut. C. de his qui notant infami. l. i. & ij. & iij. q. vii. c. ij. Tertio quia opinatur quod sit freneticus, fatuorum enim condicio est quod non interrogati referunt, & ista fatua opinio remoueri debet nec iudex in eam superintendere immo negotium suspendi quoad aliud probetur iudici, ut. ij. q. i. c. in primis.

g. In teste se ultro exhibentis incommoda tria.

Qui pecus vicini, &c. Tertia opinio tangitur quae & violenta dicitur. Ius enim non aliter opinatur & illam opinionem loco iuris statuit, quod ille non male facit qui pecus vicini sui cum suis pecoribus in domum duxit

a. Concordat supra li. i. ar. lxviii. iur. mu. ar. xxxviii. a contrario ergo sensu, si sint uulnera cruenta & carnalia, extunc liberabit se medio uerigeldo si auuliter contra cum agatur. Si uero criminaliter actio instituitur in cuti puniuntur, ut supra li. ij. ar. xvi. ibi uidetur.

b. Testem se ultro exhibens a testimonio repellitur.

c. Probationes propter opiniones adinueniuntur sunt.

d. Probationes ut communiter non aliud faciunt nisi opinionem.

e. Probationes nulle certiores nisi quae corporaliter ostenduntur.

Speculi Saxonum Liber Tertius

suam sine aliqua sui utilitate, diciturq; fortis aut violenta opinio ex eo, quia non datur probatio in contrarium ut videlicet quis probare velit qd' animo malo id fecisset. h. Sic etiam a contrario clerico non creditur qui cum uxore alterius cohabitavit, dato quod probaretur vellet id cum zelo bono facere, ut extra de cohabi. cleri. & mulie. c. si quicquam.

h. Clerico non creditur qui cum uxore alterius cohabitavit dato quod probare uellet id zelo bono facere.

Qui maturos alterius fructus. &c. Quarta tamen gitor opinio que & audax dicitur, & illa habet illi qui male opinantur de aliquo ubi nihil mali opinandum est, ut in proposito. & iste ultimus, non enim male opinari debet de illo qui abscindit maturos fructus alterius putans esse suos.

i. Quicquid animo bono fit pro honesto reputari debet donec contrarium probetur.

Vnde ex precedentibus nota regulas pro intellectu textus necessarias. Quicquid bono animo fit pro bono & honesto reputari debet quoad contrarium probatum sit. Quicquid vero inhonestum ex se est pro inhonesto reputatur, sicut si facio laborem pro aliquo ut in proposito fructus maturos abscindo ut textus habet, pro bono reputatur mihi. Sed si mando alicui male facere pro malo reputatur quoad probauiro zelo bono me id fecisse sicut hic, & ff. de iuris & facti ignorantia, l. si vero conuicij, & extra de preceptis, c. i.

Articulus XXXVIII



Quicquid homo per annum & diem non possederit pro hoc impetitus statim respondere tenetur.

^a Mulier imprægnata post mortem uiri sui a bonis eiusdem uiri non debet ante partum. ^b Comestibilia & dotem non hæreditat mulier tempore uiri, nisi recipiat eadem post mortem eius.

a. Cõcordat iur. mu. ar. xvi. ad hanc materiam etiam uide. l. si cuius ff. de uen. in poss. sß. mitten.

b. Ratio quia uir & mulier indiuisa bona possident, mortuo ergo eo, primo uxoris fiunt que eadem libere hereditat in propinquiores, ut supra li. i. ar. xxij. uel etiam huiusmodi res cedunt uxori quia forsan bona prædicta labore uiuit congregare suo ut ibidem in articulo allegato in annota. habetur.

Relicta etiam non hæreditat suo hæredi ædificia in uitæ prouisione nisi uiua de loco prouisionis in locum proprium uel feudalem illa locauerit uel exportauerit.

Mulier cum mortua fuerit tempore uitæ mariti cognata ipsius uicinior quæ recipit supellectilem seu utensilia relinquet, lectum ornatum marito sicut fuerat tempore uxoris, & mensam ornabit mensali & bancum

seu scamnum puluinari ac sedile cussino.

c. Cõcordat iur. mu. ar. xxij.

Glosa.

Sensus articuli est quicquid vnus per annum & diem non possederit impetitus respondere in instanti cogitur. Ita a contrario si per annum & diem illud possederit ad responsionem in instanti non tenetur, oppositum tamen istius est, supra li. ij. ar. iij. in fi. ubi habetur quod in omni actione extra duellum debet quis faceri in continenti vel negare. R. tamen quod articulus iste præsens ubi dicitur, quicquid homo per annum & diem non possederit intelligit proprium & feudum, quare articulus legendus est ut in se sonat, hoc est si per annum & diem non possidetur. Si vero anno & die possideat, respondere in instanti non tenetur, ut supra li. ij. ar. iij. in fi. C. quomodo & quando iudex sententiam, l. iij.

D. q. posset si respondere non teneretur signum esset quod præscriberet, & quod iste se in vendicando negligeret quod tamen esset contra articulum, xxix. lib. i. & C. de præscrip. longi temporis, l. super. R. tamen nullam in eo esse contrarietatem, non enim dicit quod respondere non debeat sed quod in instanti respondere non tenetur. Si vero tam longe non possideat in instanti respondere cogitur, ut si enim non plus iuris habet nisi quantum ille habuisset qui ex venditione vel donatione in illum transiit, ut supra li. i. ar. iij. & C. de rei. vendi. p. co. & ff. de reg. iur. l. nemo plus & l. non debet.

Non debet impregnata mulier, &c. Obscere quis posset paragraphum istum superuacane hic positum fore, dictum enim est sufficienter superius lib. i. ar. xx. & xxij. quomodo uxores post mortem maritorum expediri debent & quid eis cedit de bonis defuncti mariti. R. tamen quod non frustra hæc præsens lex ponitur, immo specialis articulus est in fauorem prolis nondum enixe positis ratione cuius ex bonis mulier illa alienari non debet, est enim heres in expectando ad illa bona, præterea quoniam quidem fetus vel puer ille est heres ad bona huiusmodi & alimentum suum ex matre habet, quare merito mater ex bonis alii & nutrir debet de bonis illis. Prouisioque ista ad iudicem maxime pertinet, ut C. diuortio facto. l. licet, & C. de alien. liberis a parentibus, l. si competentem.

Ex quo quidem mulier ut supra dictum est alienari non debet ex bonis defuncti. Quære potest, quis bona illa prouidere debeat. Quidam dicunt quod mater ipsa, hoc tamen non. Illa enim non est uera heres ad bona huiusmodi nisi duntaxat in quantum fetum portat & ita non est nisi hospes in bona pueri, ut supra li. i. ar. xx. ubi filius est hospes in bona matris & e contra, & ar. xxij. Alij dicunt quod heredes illa

d. Ad obiecta quilibet respondere tenetur per affirmationem uel negationem intelligitur super mobilibus seu. c. lxx.

e. Bona pregnantis mulieris quis prouidere debeat.

P. Bona mortui pueri mater capit.

E. Concordat iur. mu. ar. xcvi.

h. Lectum sternit agnata marito mortue uxoris quæ causa, isti us sit.

providere debeant hoc etiam fieri non debet. Nullus enim heres alter est nisi puer qui in utero gestatur & nondum genitus, qui si vivus nascitur moriaturque tandem, & hereditas illa in sinum matris cedit & ita mater remanet heres in bonis, ut supra li. i. ar. xxxiiij. R. itaque quod pueri illius nondum geniti verus tutor & heres id facere debet providereque tam matrem pueri quam puerum ipsum loco patris & bona ipsa, ut supra li. i. ar. xxxiiij.

Contrarium licet istius sentire videtur articulus. xliij. & xlvi. li. i. ubi innuitur quod post mortem mariti mulieris tutor est proximior agnatus. S. R. tamē quod ibi loquitur de tutoria in causis criminalibus. Vel etiam eius proximior agnatus est tutor honorum mulieris, agnatus vero proximior pueri est tutor pueri nondum nati in bonis eiusdem & cum hoc mulieris dispensator & ita vnum non contrariatur alteri. Tutor etiam rationem facere debet, ut supra li. i. ar. xxiiij. & in auten. ut hi qui obli. se habe. §. si vero coll. vi. & C. de offi. diuerso. iudi. li. i.

Cum dicitur comestibilia & dotē. &c. Ratio istius quia dos & comestibilia mulieribus ex speciali favore tribuuntur & donantur, sed illud quod ex gratia datur non hereditat, ut Insti. de iur. natu. gen. & ciui. §. plane & C. de legi. & constitu. li. iij. & vij. q. i. c. petisti & xvi. q. i. c. hinc est.

Necque edificia. &c. Sciendum etenim est quod edificia omnia manent circa hereditatem, ut Insti. de re. diu. §. cum in suo solo. ff. de acqui. re. domi. in plerisque legibus.

Nisi ea viua abstulerit, &c. Intelligendum est ex quo quidem edificia in dotalitio meliorare & restaurare potest, ita etiam destruere ea poterit, ut supra li. ij. ar. xxi.

Mulier cum mortua fuerit, &c. b Sciendum quod agnata recipiens suppellectilem, lectum marito ornatum relinquere debet, ut textus habet. &c. hoc fit propter honestatem, exim de quo colligi potest quod ius etiam honestate suadet idque quod decorum est docet, ut in auten. ut ab illustri. & qui super eam dignitate sunt. §. i. colla. v. & C. de offi. diuerso iudi. li. i.

Mulier pregnant ante partum eici non debet. Intellige etiam post partum & puerperium antequam in Ecclesiam ierit. Immo ut glosse antiquiores habent donec puerum lactauerit nisi legitime adsint cause, hæc tamē industrie iudicis committuntur.

Articulus XXXIX.

Qui debita ab eo in iudicio petat qui soluendo non est nec habere poterit pro eo stipulante.

a Iudex cum pro debitis creditori tradere debet quem tenere in uictu & labore tenebitur sicut aliam familiam, & si uelit compedi eum includat, aliter tamen eum non debet tormentari. Et si effugerit uel eum dimittat propter hoc non est a debitis nondum persolutis liberatus quodiu debitorum solutionem nequiverit comprobare b Qui in iudicio incusetur & si ut respondeat a iudice sibi præcipiatur c ille uero si non responderit uel se de iure non respondere debere monstrauerit, multa tus sentenciatur quod in secunda & tertia uice faciendum erit, & si adhuc non responderit, extunc in actione est superatus. Sed si actio fuerit criminalis d actorem facti debere causam cum sex testibus comprobare.

Glosa.

Qui debita ab eo. &c. e Fiscus enim dicitur abundare si subiectis locupletibus utatur ut notat. i. q. iij. Si quis obiecerit. Et interest Principis, ut sub se habeat locupletes in autenti, ut iudi. sine quoquo supra. §. cogitatio col. ij. f Pauperibus tamē qui sua culpa & vicio in egestatem incidunt non est subueniendum ut in. c. non satis. lxxxvi. distin. Dignum enim est ut male meriti egestate laborent, ut in. l. bona fides. ff. de depō. vel contra. S. Et paupertas in delictis non excusat ut notatur. xij. q. ij. fraternitas.

Qui in iudicio incusetur. &c. Sic etiam de iure canonico. Si post prestitum veritatis aut calumnie iuramentum reus vel procurator ipsius positionibus ab aduersario sibi factis interrogatus iussusque a iudice respondere absque rationabili causa recuset aut nolit seu contumaciter se absintet, haberi debet super his de quibus in eisdem positionibus interrogatus extitit pro confesso, ut in. c. ij. de confes. li. vi. Vis de etiam notata in. c. prout. de dolo. & con. & de iuramento calumnie. c. vlti. & C. quomodo & quando iudex. autentici. qui semel, & in specu. parte. ij. titu. de consumma. per totum, & supra li. ij. ar. xlv.

Glosa.

Ad remouendam omnem iuris difficultatem

a. Ad hanc materiam uide iur. mu. ar. xxvij. Contrarium tamē istius habetur. C. de acci. & obli. l. ob es alium, ubi dicitur quod liber homo pro debito seruire non cogitur, in autenticaque ibidem annexa contra detentores triplex statuitur poena. Est etiam contra. l. i. C. de operi. liber. in addi. Bald. Adde etiam cautelam redimendi huiusmodi debitorum per Ange. in. §. penul. Insti. de acti.

b. Alij textus addunt quia ut sic semper pignus, erit suum loco debiti.

c. Ad hunc passum uide supra ar. lxxvij. li. i.

d. Textus uetustiores ita legunt, quod si actio in uitam aut membri amissionem dirigatur, actor ut sic cum sex testibus causam iuramento probare tenebitur.

e. Fiscus abundare dicitur cum subiectos locupletes habet.

f. Pauperibus qui sua culpa in egestatem incidunt subueniendum non est.

g. Paupertas in delictis non excusat.

Speculi Saxonum Liber Tertius

quodq; ius completum habeatur nec aliqd quod necessarium sit omittatur. Autor priuilegi Eicke de Repkau declarare intendit qd faciendum est cum illo qui propter paupertatem id quod debet & tenetur soluere non potest. Non tamen opinari quis debet quod solus ipse Eicke^h qui autor priuilegi est & q ex latino in germanicum presens priuilegiū traduxit passum istū duntaxat intellexisset, vel quod solus articulum presentem pro iure sanxisset. Sed quia clarius id apperuit ex latino in germanicū quod cōmunius apud Saxones erat illud transferendo, i qui enim rem aliquā clarius enucleat maiori laude dignus est q̄ qui adinuenit, vt. C. de vere. iur. enucle. L. deo autore. §. nam qui subtiliter. Qui soluendo non est. &c. Circa id sciendū cum alicui quid deberetur^k ille solutionē prestolare seu eandem expetere trifariam iure cogitur. Primo quod contra debitorem esse agere primū oportet, vt in auten. de fideius. & manda. §. si quis ergo coll. i. Vbi innuitur quod principalis primum debet cōueniri ante fideiussores. In oppositū licet videtur esse, C. eo ti. L. non recte. L. iure. L. si alienam, vbi habetur quod fideiussores primum cōueniri debent quam principalis, quia si reo credere voluisset fideiussores ab eo non expetisset, sed quia sibi non credidit verum fideiussoribus, ergo merito illi primū monendi sunt. R. tamen quod differentia legum allegatarum correctā est per autenticā supra adductā. Secūdo quod creditor expetere debet & querere solutionem a debitore. Primum in bonis mobilib⁹, vt in auten. de fideius. & mādā. §. quod autem, & supra li. i. ar. lxx. Tertio quod tandem querere eum solutionē oportet super bonis immobilibus debitoris & illa acceptare tenetur, put iudex taxauerit, habet tamen optionem inter omnia eius bona. I ex necessitateq; creditor immobilia accipere oportet quis aurum vel argentum sibi promissum sit, vt in auten. de fideius. & manda. §. quod autem coll. i. & C. de donationibus. L. si quis argētum, & ff. de lega. i. L. si domus. §. qui confitetur. & ff. de re. iudi. L. miles, & in auten. de aliena. & emphiti. §. si vero coll. ix. & ff. de rei. vendi. L. qui restituere. In omnibus legibus supra allegatis habetur quod si quis alteri debet & soluere tenetur sepius creditor vnū pro alio accipere cogitur, qd si istud non esset debitor traderetur creditori vt textus habet.

Iudex eum pro debitis creditori tradere debet. Sciendum est quod paragraphus iste cōtradicit omnibus legibus quę disponunt qd nullus propter debitum incarcerationi debet, vt. C. qui bonis cedere possunt. L. i. & in auten. de fideius. & manda. §. quod autem in fi. coll. i. & extra de soluti. c. Odardus in glo. vlti. Ibi habetur qd creditori abscedere debet bona sua nec propter id sit infamis. R. tamen quod debitor sequatur ex officio pro-

pter id qd sic presentatus & accusatus iurare forsan non vult vel sese obligare si ad pinguorem fortunam deueniret bonorūq; qd ultra quortidianum victum nactus sit quod creditori exsoluere vellet. Id enim de iure facere tenetur vt Insti. de actio. §. vlti. & in autē. de fideius. & mandato. §. quod autem coll. i. m Vel datur custodie propter id, quia illum forsan ad laborandum ordinare vult pro debito & ei necessaria vitę ministrare, & hoc tāgit ibi in textu cum dicit sicut aliam familiā Vel dic quod non est contra leges quia & hic in textu habet quod nō debet eundē tormētis afficere, nec penas aliquas eidē infligere, hoc idem etiam leges volunt, vt. C. quibus bōis cedere possunt. L. i. Posset tandem quis cogitare hanc iuris interpretationem minus legitimam fore, quandoquidem expressum habetur. C. de fideius. L. vlti. quod seruari debet sine aliqua lesura. n. R. quod iusta captiuitas neminem cruciat. Vel dic quod propter ea vinculis datur quia bona sua maliciose dilapidauit soluereq; non valet & exinde incarcerationi potest in vinculaq; conici. vt. ff. quę in fraudem creditorum. L. si. §. si. & illud tam diu durat quoad laborādo se eliberauerit ex tunc vincula finem forcuntur nec est contra prius dicta vt. C. de pēnis. L. incredibile, vbi habetur quod nullus ad perpetuos carceres sentenciari debet, hic enim carceres finem habent cum se per laborem eliberauerit. Et si effugerit. &c. hoc idē habetur. C. q bo. cede. poss. L. i.

Sciendum etiam o si quis propter bene merita tenetur aliquid, sicut si qd alicui dedi ex mea libera voluntate vel promittam aliquid sicut donationem propter nuptias vel simile, non potest ulterius ad rependendum artari, nisi prout facultas eius se extenderit suam necessitatem prius protegendo, vt. ff. de donaci. L. qui ex donatione.

Qui in iudicio incusetur. &c. dictum est superius de his qui coram iudicio debitum recognoscūt, hic tandem consequenter continuo at qui nec recognoscūt neq; negant, & isti cadunt in actione propter contumaciam, qui enim respondere non vult nec causam allegare quur respondere non debeat ille cōtumax est. Ad materiam istius sunt pro & contra certe quędam leges. Primū. ff. de confessis. L. certum, vbi innuitur quod duntaxat confessus sentenciatur, ponunturq; modi nōnulli quomodo id fieri debeat. In oppositū iterū est. ff. de reg. iur. L. q tacet. Vbi habetur qui non recognoscit nec manifeste negat sed tacer p confessio habetur. R. quod leges pretacte ad iusticiam non contrariātur, quia quemadmodum actori non credit sine probatione quę relę sue, vt. C. de eden. L. qui accusare volunt & C. de probaci. L. sciant. Ita respondens p reo habetur nisi se excusauerit. Sed ille q tacet non se excusat p nisi forsan sit qui ius ignorauerit, vt sunt milites, Frenetici, pueri,

m. Debitor ad laborem cogi potest loco debiti & quicquid laborādo promeruerit ad rationem debiti de falcabitur.

n. Iusta captiuitas neminem cruciat,

o. Propter bene merita aliquis obligatus artari ad explendum non debet nisi prout facultas eius se extenderit, vide supra eo. li. ar. iij. iur. mu. ar. xxxij.

p. Ius qui scire non teo neantur vide hic & infra eo li. ar. lxxix. & supra li. i. ar. xxxij. li. ij. ar. ly.

h. Vide supra in prologo li. i. & item li. ij. ar. xxxvi. infra eo. li. ar. xlv. iur. mu. ar. x. glo.

i. Clarius rem enucleans maiori laude dignus est q̄ qui adinuenit.

k. Creditor solutionē trifariam expetere cogitur.

l. Creditor immobilia bona accipere cogitur quamuis aurum vel argentū promissū sit.

mulieres, vt. ff. de confes. l. certum, & c. de iur. & fact. ignoran. l. error, & l. vlti. & c. si aduersus rem iudicatam in integrum resti. postu. per totum, vel si minorennis sit. C. qui legitimam perso. stan. in iudicio. l. in rebus. Vel si mur⁹ aut surdus sit, istis em fauor ostēdi debet & tutor per iudicem addi, vt. C. de Episcopali audien. l. de creationibus curato- rum, & Insti. de curator. §. sed &. Tunc in actione est superatus. & c. Dicere vn⁹ possit isto sic stante extūc tribus vicibus mul- stabit quod est cōtra articulum. liij. vbi di- citur quod nemo his multam pręstat. R². q³ non contrariatur, hic enim tribus vicibus cō- tumax & inobediens sit, quare tribus etiam vicibus mulctatur nec multā soluit pro re pro qua inculpat, sed ratione cōtūmācie. Notandum tamen pro singulari q³ qd³ quā- do querela in mortem vel sanitatem alicuius vergit sententiarum aut condemnari vnus non debet nisi recognoscat aut cōvincatur, vt. ff. de re iudi. l. si se. §. cōdemnat⁹ & c. de pen- nis. l. qui sententiā, vnde quis fur recogno- scat super aliquem etiam si morte illud con- firmet sua iste expurgatur suo sacramento nisi si superueniat alia probatio.

Ex lege. xij. tabu.

Plurimum apud priscos fides in cōtractu & promisso seruabatur, prout ex lege. xij. tabu. liquido apparet vbi debitores qui in soluens do non fuerunt ultra alias penas ibidem ex- pressas etiam vltimo supplicio puniebantur, aut trāns mare venundabantur, q³ d³ si plu- res creditores fuerint etiam in partes secaban- tur. Sequitur textus obscurus licet, ex prece- dētib⁹ tamē intelligi poreft. ^c Eris cōfessi re- busq³ iure iudicatis. xxx. dies sunt. Post des- inde manus iniectio est, in ius ducito ni iu- dicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vim dicit secum ducito, vincito, aut neruo, aut cō- pedibus. xv. pondo. ne minore aut si volet maiore vincito. Si volet suo viuito, ni suo viuūt qui eum vincitū habebit libras farris in dies dato, si volet plus dato. In viculis se- xaginta dies habeto, inter eos dies trinis nū- dinis cōtinuis ad prętorē in Comitū pro dū cito quanteq³ pecunię iudicatus erit prędica- to. Tertijs autē nundinis si interea pactus nō sit, capitis penas dato, aut trans Tiberim pes- gre veniū ito, & si plures forēt quibus re- us esset iudicatus tertijs nundinis partes secā- to. Si plus minusue secuerūt sine fraude esto. Cum vero hęc lex inhumana & dura a Fau- rino philosopho diceretur, Sextus Cecilius Iurifconsultus eam tam acerbe fidei seruande gratia fuisse latam affirmauit. Romani enim cum alias virtutes tum fidem & in publicis rebus ac in negotiorum contractibus colue- runt vt ex hac lege deprehenditur, quę tam grauem penam non seruanti in mutuo & de- bito fidem imponit, pręsertim cū de parciē-

do & secādo corpore humano loquitur. Sed cō consilio vt idē Cecilius ait tanta pene im- manitas denunciata est ne vnquā ad eam p- ueniretur, vincti itaq³ plures fuerūt quia vin- culorū penam mali homines contemnunt nemo fuisse dissectus legitur quod hęc pene seuitia contemni impune nō potuit. Hoc ma- gis propter antiquitatem ex legibus. xij. ta- bu. hic inserere placuit. Tu tamen de iure nos- tro tene priuilegium articulumq³ pręsentem in causa contra debitorem.

Articulus XL

CU aliquid soluendum est eū usq³ ad occasum solis in sua aut in uici- na iudicis domo coram quo solutio extiterit acquisita oportebit expectare. Qui nummos uel argentum soluere debet si pro hoc pignora prębuerit per id non sit li- ber nisi sic inter eos pactum fuerit. Per nuntium argētum aut num- mi licite persoluantur sed nulli nū- ctio nisi ei qui ad hoc a creditore in iudicio deputetur pręsentetur. Talis autem conditionis quemad- modum in promissione continetur argentum aut nummi persoluan- tur. ^a Si autem conditio non sit no- minata argentum aut nummi prę- stentur qui communiter sunt cur- rentes uel usuales in illo loco uel iu- dicio ubi promissio facta fuerit.

Glosa.

Cui aliquid. & c. ^b Illud tamen scias quod q³ promissit certo loco soluere, potest alibi con- ueniri q³ loco destinato, & habebitur ratio in- teresse actoris & rei. Vnde dicit lex cōmunis qui certo loco se soluturnm pecuniam obli- gat si solutioni satis non fecerit arbitraria ac- tione etiā in alio loco potest cōueniri, in qua venit extimatio eius quod alter vtrius inter- fuerit suo loco potius q³ in eo in quo petitur solui, vt in. l. vna. C. vbi conue. qui cer. lo. da. promi.

Per nuntium. & c. ^c Scias quod capiens nū- ctium amicorum vel inimicorum capite pu- nitur secundum leges. Sed secundum can. ex

^a. Alij textus addunt debitor huiusmodi de- narios prout promi- serit soluere teneatur.

^b. Promittens solue- re in uno loco si non satisfecit conueniri in alio loco poterit.

^c. Nuntium alicuius interapiēs capite pu- nitur.

^q. Ad mortem uel sa- nitatis lesionem iudi- cari unus non debet nisi recognoscat aut conuincatur.

^r. Facit ad id. l. si. C. de accusato.

^f. Fur proclamās ali- quem etiam si morte illud cōfirmauerit sua proclamatus excu- sare sese poterit.

^e. Lex pręsens. xij. ta- bu. inhumana esse ui- detur contra debito- res sanā.

Speculi Saxonum Liber Tertius

comunicatur, vt nota in glo. pe. i. di. ius gē
tū. Et quod nuntius in delictis teneatur, est
ar. Insti. de obligaci. quę ex deli. naf. §. ope.
Est tamen contra. ff. quod vi. aut clam. L. aut
qui aliter. §. i.

Talis autem. &c. vide pro hoc quod notatur
infra eodem li. circa ar. xlv. in prin. & supra
li. i. ar. liij.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli sciendum quod
creditor si non expectat diem solutionis, diē
solum illum perdit & nō plus, debitor vero
nullibi debitum soluere tenetur nisi vbi pro
miserit, vt Insti. de acci. §. loco. & ff. de eo. qđ
certo loco dari oportet. L. iij. & sequētibz.
Qui nummos vel argentum soluere debet.
&c. Superioribus dictum est de hijs qui alijs
debent & tenentur. Vnde tamen soluant non
habent & quid posthac in negotio facere te
neatur & vbi solutio expectari debet, hic tā
dem tractat de illis qui pro parte solutionis
satisfacere possunt & hoc in eo quod licet pe
cuniam promissam non habeant bona tamen
quibus debitū refarciant offerunt. Isti vt tex
tus habet a debito non liberantur, obseruari
enim summe debet vt quicquid aliquis pro
miserit illud expleat, vt supra lib. i. ar. vij. &
Insti. qui. mo. tolli. oblig. §. i. & ff. si cer. petat.
L. ij. §. appellata C. Articulo huic cōtradice
re vident certę leges quę disponunt quod si qs
alteri quid debet sepius preter eius volunta
tem accipere cogitur qđ quod sibi promissum
est, vt in autē. de aliena & Emphite. §. si vero
coll. ix. & C. de donaci. L. argentum. & ff. de
lega. i. L. si domus. §. qui cōfiteretur. & ff. de re.
iudi. L. miles. & in autē. de fideiuf. & man
da. §. quod aut coll. i. Vbi habetur si quis at
gentū debet illudq; non habet bonis suis libe
ratur quę sibi prestabit iuxta taxam iudicis.
Pro solutione huius diuersitatis responderetur
d quod vnus alteri debet & tenetur duplici
ter. Vnomo ex natura sicut si quid seruus
nostris promittimus vel pueris qui in nostra
potestate sunt illud iure naturali & ex natu
ra eis adimplere tenemur, qđ iure nature nul
la est differentia inter seruū & liberū, vt. ff.
de reg. iur. L. iure. & Insti. de liberti. §. ij. & in
autē. qui. mo. si. natu. libe. effici. §. si qs coll.
vij. & Insti. de inuti. stipula. §. item inutis est
stipulatio. Promissum tamē illud a nobis co
ram iudice repetere non possunt, vt. C. de in
ius vocando. L. venia. & L. qui in potestate
Aliomodo tenetur aliquis & debet ex legū
cōstitutionibus etiam si illius rei pro qua in
culpatur particeps non sit, sicut qui respon
dere non vult cū inculpatur pro aliquo qđ
uis illud non fecerit vt supra in precedenti ar
ticulo, vel si quis donationem viderit & ta
cuerit sententiamq; audierit & ei non cōtra
dixerit, vt supra lib. i. ar. vi. & C. sententi. re
scin. non posse. L. peremptorias. Et quemad

modum vnus dupliciter debitor existit. Lex
dupliciter etiam solutio subsequitur & vt sic
liber efficitur. Vnomo cum p̄dise illud
offert & soluit quod promiserat. Aliomodo
eum aliquid aliud pro contentatione debiti
porrigit. Iure siquidē naturali liber nullus
fit nisi per directum soluat quod promissit,
& de isto articulus iste habet. & ff. si certū pe
tatur. L. ij. §. appellata. & Insti. qui. mo. cōtra
obli. §. item. Sed secundū iuris & legis cōsti
tutiones erit liber si in tantum sibi dat p cō
tentatione debiti & soluit secundū quod iu
dici videbitur iuxta taxam eius, vt supra dis
tum est. Vel dic quod liber non erit cū bo
nis suis in eum sensum quod creditor illa p
suis pecunijs seruare vel recipere cogatur vť
debeat, sed erit in tantum liber in quantū eū
contentat, vt supra li. i. ar. lxx. §. ij.

Per nuntium argentum aut nummi. &c. Quo
cunq; enim modo debitum soluitur non in
terest, debitor enim ex solutiōe liberatur, vt
supra li. i. ar. lxx. nulli tamen nuntio debitū
solui debet vt textus habet nisi habeat pote
statem, vt. C. de solu. & libera. L. nihil.

Sciendum etiam est si vnus debet & tenetur
duplicem vel triplicem summam qđ quicqđ des
super dederit ille qui dat seu soluit compus
tare potest super quamcunq; summam volu
erit, vt. C. de solutionibus. L. i. si sicut si ad plu
res summas ex pluribus causis tenearis puta
ad. x. ex causa venditionis, ad alia. x. ex causa
mutui, ad. x. causa locationis, & soluat. x. In
electione istius qui soluit erit in quā summā
velit computare solutionem, quod si nō ele
gerit seu expresserit istius q capit erit electio.
& computabit ad quamcunq; summam vo
luerit. Excepto tamen pro fideiussoria vel p
debitis quę non sunt recognita, vel pro debi
tis quorum tempus solutionis nondū venit
& si neuter illorum expresserit vt iam dictū
est, lex p̄sumit electionem in duriores cau
sam seu debitū, & si est debitum vsurarium
prius in vsuras. Deinde in forte. Tertio oc
casione vadij. Quarto Cambij. Quinto anti
quiora debita. Sexto fideiussoria, vt. C. de so
luci. L. i. & ff. eo. ti. L. iij. & iij.

Argentum aut nummi presentur in illo lo
co vsuales. &c. & Sciendū quod loquitur hic
de nummis qui in iudicio vsuales habentur
& quibus cōmuniter vinum, cereuisia, &
panis emi potest, & quod sex vnū grossum
valeant & illos soluuntur ponderosi denarij,
& eisde soluitur emenda multa, verigeldus,
de quibus in iure cōmuniter mentio fit.

Sciendum etiam cum euenit nummos renou
uare & antiqui prohibentur, post proclama
tionem ad quindenā cū antiquis denarijs h
licebit debita soluere & pignora libera
re, vt supra li. ij. ar. xxvi. Vnde tempore quo
glosa hęc addebatur textui fuerant denarij
adeo boni in valore quod representabant pō
derosos denarios ita vt sex valebant vnum
grossum hodie tamen nihilominus compu

e. Solutio dupliciter
contigit.

f. Duplicem vel tri
plicem debens sum
mam si quicqđ desuper
persoluerit computa
re potest ad quamcunq;
qđ summam voluerit.

d. Vnus alteri debet
vel debitum contra
hiur dupliciter.

g. Cōcordat Insti. m
ar. xlvij.

h. Cōcordat supra li
ij. ar. xxvi.

tare oportet non secundum nostros denarios sed secundum illos quod sex valeant unum grossum. Verigeldus vero & emenda ac multa solui debet secundum monetam nostram que communiter in iudicio accipitur qua pariter vinum & cereuisia emitur secundum ius seu. c. l. xix. Secundum ius vero provinciale sex valent unum grossum, ut infra ar. xlv. Si etiam denarii non sunt expressi in promissione solutionis, debent solui qui in iudicio illo communiter accipiuntur & hoc modo etiam verigeldus emenda & multa soluitur secundum iura provincialia vtriam habetur in glo. c. fi. de iudicis.

Articulus XLI



Viuislibet captiui parata aut promissiones ipso iure sunt irritae & inanes. Sed si sibi median te sua promissione inducie tribuantur. Vel si transactio ab eo iuretur aut permittitur, nec interest siue donando pecuniam siue sine donatione illud iuramentum interpositum sit a hac duo & non alia promissa illesa custodiantur quae ab ipso in captiuitate promissa sunt uel iurata. Quicquid homo iurauerit aut promiserit ob suae uitae aut sanitatis conseruationem & si ea implere nequerit iuri suo in eo non derogabit. Qui alium captiuauerit fraudulentus, si se reuersurum promiserit aut alia iurauerit ea adimplere non tenetur dummodo iurando affirmet se dolose & per metum ad istam inductum fore stipulationem. Quicunque etiam ab alio in iudicio pecuniam debitam petit, causam debiti si hoc reus postulet actor exprimere teneatur.

Glosa.

Cuslibet captiui. Pro ista materia vide extra de his que vi. me. cau. si. per totum. Et in summa Hostien. eo. ti. per totum. Quicunque etiam. Sic ergo in actione personarum

li debet exprimi causa debiti de quo notatur in. c. ij. de libel. obla. & in specu. parte. ij. titu. de acti. seu peti. §. sequitur post prin.

Glosa.

Dictum est superius quod quis ex obligatione obstringitur & explere cogitur, & quia nihil adeo facile obligat aliquem nisi cum quis ex mera propria voluntate promittit & obligat sese. Qui enim ex mera voluntate promittit aliquid bona voluntate explere cum oportet dato quod postmodum penituerit, erga voluntatem suam nullus immutare debet cum alterius damno, ut ff. de reg. iur. l. nemo. Et quoniam unus non coactus promittit, non coactus illud explere debet, ut. C. de acci. & obligaci. l. sicut. Vbi vero id non fit tenere promissum non oportet. Quare & articulus praesens dicit quod captiui promissa non valent de iure, quoniam in captiuitate aliquem tenet seruus eius est, quia seruitus ex captiuitate ortum habet ut infra sequenti articulo, & Insti. de iur. natu. genci. & ciui. §. i. & Insti. de iur. perso. §. ij. & in. Ex quo itaque seruus suus est nihil promittere potest, ut Insti. de iuri. stipula. §. item inutilis. Sed si super fidem suam mittatur, & c. Exceptio est in duobus quae etiam captiuus seruare tenetur. Primo si promiserit se reuersurum, istudque pro bono & utili captiuo statutum est quod eo facilius liber dimittatur vel tempus reuersionis concedatur tum etiam ut eo diligerentiores sint in nauanda opa & labore quod tandem corius liberari possint. Quare necessario promissum illud seruare tenentur, ut ff. de capti. & postlimi. reuer. l. postliminium. Secundo quod captiuus necessario tenere debet, est transactio seu conuentio super peractis, si enim id non esset controuersie & guerre nullomodo sopirentur. Istud etiam pro comodo captiui sancitum est, quod si defragi & infames non efficiantur, & etiam ut eotius liberari possint. Transactio enim eandem vim habet sicut sententia, quae admodum enim sententiam voluntarie acceptatam a qua appellatum non est, etiam si iniqua vel iniusta sit tenere oportet, ut in autem de appella. §. i. coll. iij. & supra, li. ij. ar. vi. & ar. xij. Ita transactionem tenere oportet siue iuste siue iniuste facta sit dummodo eidem consenserat, ut. C. de transacti. l. cum te. & l. causas. Quamuis contradicere huic videtur. C. eo. et. l. interpositas, ubi habetur quod coactas transactiones seruari non oportet. Intellige tamen si ex illa transactione vel concordia liber non dimittatur, ut ff. de eo quod metus causae sumi erit. l. i.

Quicunque homo iurauerit, & c. Dicere vel querere quis posset quid si aliquis cogatur ad transactionem ita quod promittat certam summam quando redierit postmodumque respondere nolle, ex eo forsan quia promissum explere non posset. Si venerit & non impleuerit videtur quod periurus sit. Si non venerit

c. Voluntatem suam nullus immutare debet cum damno alterius.

a. Textus uetustiores ita legunt sed si super fidem suam mittatur ad terminum, de iure debet in termino consti tui credere fidem suam liberaturus, pro praetio autem aut gratias liber factus implere tenetur qualitercumque promiserit aut iurauerit abrenuntiationem uindictae

b. Concordat ad id iur. mu. arti. xxvi. xxxiiij. & c. iij. glosa. Textus antiquus ultra id subdit an ex promisso debitor sit, uel per hereditatem quam ab ipso acceperat.

Articulus XLII



Altissimus Deus hominem ad suam creditur imaginem condidisse, & unum sicut alium sua redemit beatissima passione, ipse enim &que pauperem & diuitem in suam collocauit charitatem. ^a Quare non obmiramini hunc librum tam parum de iuribus ministerialium enarrare cum & uarie sunt (id est tot apparent) in eo diuersitates quod uix enucleari possint. Nam sub quolibet Episcopo, abbate, & abbatissa sibi speciales competere uolunt iurium innouationes, id est iura ministerialium sunt diuersa quae distinguere non sufficit. Et etiam cum leges huius priuilegii per diuorum principum constitutiones gemmis uerborum primitus exornabantur, ministerialium condicio non consistebat, sed omnes liberi erant. Cum etiam nostri praedecessores ad istam se transtulerunt prouintiam omnibus competebat facultas ingenuitatis. Scrutando praeterea meos sensus exemplum seruitutis inuenire nequeo secundum sacram scripturam & legum sanctarum ueritatem. ^b Opinantur tamen quidam a Cham fratricida seruitutem incepisse, sed hoc non, stirps enim eius per diluuium funditus deleta est, seruitutem uero in hunc diem cernimus. Quidam etiam seruitutem a Cham filio Noe inceptam putant, sed nec id locum habet, duos enim quamuis Noe beatificauit filios, tertium non redegit in seruitutem. Praeterea Cham per suam stirpem possedit Africam, Sem in Asia morabatur, Iaphet Europam sibi subiugauit, & sic nullus

^a Concordat iur. m. ar. ij.

^b Concordat iur. m. ar. ij.

sed foras manserit videtur quod iure priuatus erit quid in hoc casu facere debet ad euitandum haec incommoda. & nihil horum adimpleat, hoc est neque soluat neque reuertatur, quasi extra manet nec prout promiserat reuertitur contra eum institui actio non potest ex quo coactus promiserit sed nec promissam pecuniam soluere tenetur, ius enim ueracitatis ut hic, & C. de his quae metus causa sunt. L. si donationis. Promissa enim & iuramenta contra iuris ordinem facta tenere non oportet, ut C. de legi. & consi. L. non dubium, & C. de pactis. L. pacta, & extra quod metus causa gesta. c. sacris, & xxij. q. v. c. si quis, & hoc etiam habet textus ubi quicumque homo iurauerit.

Qui alium captiuat fraudulenter, & c. dicitur est de his qui captiuant aliquem honesto modo ut fit in bello, hic tamen tangit de alia captiuitate quae inhonesta est. Circa id sciendum quod nulla captiuitas honesta est nisi quae in bello fit, & inimicus nullus honestus dicitur nisi qui imperio indicit bellum, & contra ab imperio sibi indicitur vel alijs nomine imperij sibi denunciat. Omnes alij propter istos si captiuant aliquem fraudulenter id faciunt, immo sicarii & predones nuncupantur, ut ff. de captiui. & postlimi. reuer. L. hostes. Excepta detentione in tuendo bonis aliquibus uel prouincijs, ut infra ar. lxxviii. Vel in defendendo uis tam alicuius, ut supra li. ij. ar. xliij. & ff. de iusticia & iure. L. ut vim, & extra de sentent. excommuni. c. si uero. Si etiam aliquis equitatis detentus sit promittaturque ac iuret se reuersurum, adimplere non tenetur.

Dicere quis posset quod textus articuli sibi ipsi contradicat, dicendum tamen est quod captiuus qui ad fidem dimittitur redire tenetur fidem liberaturus suam, hic uero in sequenti paragrapho habetur quod quis promiserit explere eum non oportet. R. quod illi primi qui redire coguntur sunt qui honesto modo captiuati sunt. In sequenti uero paragrapho tanguntur illi qui fraudulenter & inhoneste modo captiuantur explere enim promissum eos non oportet, ut C. de pactis. L. pacta & C. de transacti. L. interpositas, & C. de his quae vimetue causa gesta sunt. L. ij. & iij. q. i. c. reintegranda, & xv. q. vi. c. si quandoque a sacerdotibus.

Quicumque ab alio pecuniam debitam petit, & c. Ratio autem istius quod actor petens debitum causam debiti exprimere tenetur est, ut respondens recolligat sese, unde uenit debitum illud & exinde edoceatur ac tandem praecogitet an affirmare uel negare debeat, uel si iure soluere tenetur aut se defendere possit necne, quia non ad omnia debita est similis responsio & contradictio, quare exprimi debet causa, ut C. de eden. L. iustitiam, & ff. eo. ti. L. ij. & extra de libel. oblaci. c. ij. & iij. & ff. de iure filii. L. ita fidei heredis, & C. de iure iuran. L. generaliter. §. si autem & L. iusiurandi.

^d Captiuitas nulla honesta nisi quae in bello fit, & inimicus nullus honestus nisi qui publice bellum iniit ut sibi indicatur.

^e Ratio uide quare causa debiti exprimi debeat.

Illorum alterius seruus permanebat. Item alij eam ab Ismaele oriundam opinantur, non tamen uerisimile uidetur, scriptura siquidem Ismahel ancillae filium non seruum alicuius nominauit. Deinde plures seruitutem ab Esau exiuisse commemorant sed nec id uerum esse creditur. Iacob enim & siquidem recepit a patre eius benedictionem & per eam dominium suorum fratrum obtinebat, non tamen Esau maledictionis seruituti supponebatur. Iure etiam nostro cautum habemus quod nullus se in seruum dare potest quin suus contradicat haeres qualiter tunc Noe aut Isaac alium in seruitutem redigere posset cum nec seipsum quis donare in seruum poterit Ex scripturis sacris etiam colligitur quod dominus a patrato opere die septimo requieuit, Septimam etiam hebdomadam statuit obseruandam cum Iudaeis decalogum tradidit & nobis flamen seu spiritum sanctum suum immisit. Septimum insuper mensem & annum qui liberationis dicebatur in quo omnes serui & captiui ad priorem statum si uolebant manumittebantur suis duxit cerimonis subiungendum. Post septies autem septem annos, annus iubilaeus adueniebat in eo quoque omnes liberabatur quae libertas ex necessitate etiam nolentibus praestabatur. Dominus etiam Iesus nullum hominem alterius esse hominis in numismatis tentatione ei a Phariseis & haerodianis oblato designauit dicens reddite imaginem Caesaris Caesari, & quae sunt dei deo. Ex his uerbis colligitur hominem ad deum pertinere & qui eum occupat in omnipotentis peccat potestatem. Secu-

du autem rei ueritatem seruitus per captiuitates iniustas comminationes & iniurias initium habet quam homines propter longi temporis consuetudinem tanquam iuris esset usurpare cupiunt.

Glosa.

Altissimus hominem, &c. Vide gen. i. & de sum. trini. c. firmiter, & de homici. c. p. huan lib. vi. & c. de penis. L. si quis in metallum. CA Caim. & c. Vnde dicit Gen. iii. dixit dominus ad Caim, maledictus eris super terram, quae apperuit os suum & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, cum operatus fueris eam non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram omnibus diebus vitae tuae. Quidam etiam seruitutem, & c. Vnde scribit Gen. ix. Euigilans autem Noe ex vino cum dixerat quae fecerat ei filius suus iunior, ait maledictus Canaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis, & c. Canaan fuerat filius Cham de quo hic in textu.

Item alij, & c. vnde dicitur Gen. xix. dixit dominus ad Abraham super Ismahelem filium ancillae exaudiui te, ecce benedicam ei & augebo ac multiplicabo eum valde.

Deinde, & c. Vnde scribitur Gen. xxvii. dixit Isaac ad Esau de Iacob fratre suo, dominum tuum illum constitui, & omnes fratres tuos seruituti eius subiugauit.

Ex scripturis, & c. de ista materia habet Gen. xxiii. & Exo. xxxiii. & Leui. xxi. & xxv. & Deut. xv. in quibus capitulis habetur de libertate de qua hic etiam narratur.

Dominus etiam Iesus, & c. sicut dicitur. Math. xxi. Ait Iesus phariseis. Cuius est imago haec & superscriptio, dicunt illi Caesaris. Ait illis. Reddite ergo quae sunt Caesaris. Caesari & quae sunt dei deo. Secundum autem rei ueritatem. Vnde dicit lex imperialis, ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente & humanis necessitatibus gentes humane iura quaedam sibi constituerunt. Bellae etenim orta sunt & captiuitates secute ac seruitutes quae iure naturali sunt contrariae. Iure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur, ut Insti. de iur. natu. §. si. Et idem etiam innuitur Insti. de liberti. §. i. ubi dicitur. Quod manumissio a iure gentium originem sumpsit utpote cum iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec etiam esset nota manumissio cum seruitus esset incognita. Sed postquam iure gentium seruitus inuasit secutum est beneficium manumissionis.

¶ Vide ad hanc materiam supra li. i. in prologo. l. i. m. ar. 6.

Glosa.

Articulus praesens non est ex originali prout legi Saxonum nec pro iure reputari debet.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Sed sunt verba Eke qui translator eiusdem privilegij fuit ex ea ratione insertus vt per id probetur quod seruitus de iure esse non debeat. Verum vnū & idem ius ex natura esse omnium. Quod autem seruitus iure naturali nō admittatur nec vn⁹ alterius seruus esse debet probatur in textu multis rationibus. Primo quia homo ipse ad imaginē dei formatus est, & ita vnus alteri similis ratione imaginis impressa, ac per consequens vnus non debet esse seruus alterius. d. In oppositum licet istius in stare quis posset per interemptionē presuppositi, quod videlicet non omnes homines per equum deo assimilantur ex doctrina philosophi qui dicit, in quantum homo sapientior in tantum deo similior. Ex quo itaq; non omnes ex equo sunt sapientes verum vnus in sapientia precellit alium quare nec per equū deo similes erunt. Preterea habetur in proverbijs quod stultus obsequio & seruitio prudēti erit eidemq; famulabit. Argumentū istud soluunt aliqui quod ante lapsum Ade vnus similis erat in sapientia alteri & ita similes deo. Peccatum vero primi parentis effecit quod a creatore nostro multum elor gauimus, & ita secū dū quod vnus magis per virtutes bonas appropinquat deo, magis assimilatur ei ē, quare & vnus sapientior alio & per consequens vnus alteri subiectus. Solutio tamen ista facile perimitur & alia verior & fundamētalior ad obuiādū huic instantie & eius solutioni in textu articuli habetur resolutio cum dicitur & vnum sicut alium sua redemit beata passione, vbi innuitur & siquidem peccatū Ade primi parentis nostri malum istud nobis attulit, ita quod multum dissimiles deo facti sumus, & exinde vnus alterius seruitio suppositus. Christus tamen proprio suo nos redemit sanguine & ab omni malo liberauit similesq; sui fecit ac equali libertate donauit quas re vnus similis alteri. C. Contra istud arguunt quidam, admissio eo quod Christus dominus omnes per equum glorioso redemit sanguine nihilominus videmus seruitutem & alias aduersitates inesse suis electis. e. & quod Adam ex lapsu suo duplicem nobis relinquit poenā. Cōcordat Iur. mu. ar. ij. glo.

dam eternam beatitudinem deus equē dilligit omnes eisdem vitam eternamtribuendo qui bene egerint. In hac vero vita transitoria permittit aliquādo aduersitates in electos suos eosdem potestati tyrannorum subiciendo vt eo magis promereri & accumulare premia futura valeat, malis vero & peruersis eorum nonnulla benefacta quandoq; transitorijs remunerat bonis. Nō tamen exinde sequitur quod vnum magis diligeret q̄ alterū. Hec & similia cōtra paragraphum primum articuli formari possunt argumēta mentem auctoris impugnantia quia tamē magis theologos spectant q̄ Iuristas, quare breuiter eadē transcurrere & ab alijs etiā supersedere visum est. Concluditur tamen de mente auctoris privilegij quod dominus deus ad imaginē suā omnes nos creauit & vnum sicut alium proprio redemit sanguine similesq; sui effecit. Quare nō obmiramini. &c. Dicere quis posset. Quid iuris ommissum est de ministerialibus quod auctor privilegij nō decidisset, omnia enim iura feudalīa ministerialibus pertinentia signāter de. Clieo illorum in li. seu. & supra li. i. ar. iij. expressit. Diuisiones etiam hereditatum infra eo. li. ar. lxxxij. docuit. Preterea qualiter ex potestate vnus ad aliū se trahere debent, infra ar. liij. apperuit. Tum quo pacto a potestate dominorū se liberare totaliter possint, infra ar. lxxx. elucidauit. R. qd̄ meminit hic de specialibus gracijs, & priuilegijs quę habent diuersimode. f. Vnde dicit Nam sub quolibet Episcopo, Abbate, Iuribus innouationes sunt diuerse, &c. Et etiam cum leges huius privilegij, &c. Sciendum quod ab origine iuris seruitus nulla erat, ita quod nullus alium in seruum accipere audebat, vt infra eo. lib. ar. xliij. text⁹ in se planus est. Cum etiam nostri predecessores. &c. Ex isto textu quidā opinantur quod Ministeriales serui essent. Inter seruū enim & liberum non datur medium. Vnde & summa iuris personarum diuisio hec est quod omnes homines aut liberi sunt aut serui, vt Insti. de iur. perso. §. i. Quod autem ministeriales liberi non sint textus est clarus articuli presentis. Quod antequam predecessores Saxonum prouintiam illam ingressi sunt omnibus competebar ingenuitas, postmodū vero aliqui ex his ministeriales esse ceperūt, & ita libertate priori frustrati. Solutur opinio ista per interemptionem presuppositi. Ministerialis etenim proprius seruus nō dicitur & nec propter id quod aliquis per longum tempus famulatur alteri suus seruus efficitur, vt. C. de prescrip. lōgi. tempo. quę pro libertate. L. penul. & L. vlti. Vnde pro intellectu huius clariori nota quod quorundam hominū seruitium pertinet ad bona, ita quod qui bona possidet seruitium exinde prestare tenetur. Aliud vero ratiōe cōseruationis vite, & exinde sequitur differentia ministerialis seu famuli a seruo. Illud enim p

f. Nota famulus uel procurator alicuius domini res per dominum sibi in procuracionem traditas per possessionem sibi uenire dicare non potest, nec eas ullo modo praescribere seu. c. lxij.

g. Ex eo quod quis per tempus longum famulatur non efficitur seruus suus. Concordat Iur. mu. ar. lxxx. glo.

h. Seruitium duplex, Iur. mu. ar. iij.

d. Argumenta. §. i. ar. huius impugnantia cum eorum solutionibus.

e. Adam ex lapsu duplicem nobis relinquit poenā. Cōcordat Iur. mu. ar. ij. glo.

quo seruus seruit est substantiale, quia propter conseruandam vitam, & propterea viuit quia seruit, alias occidi potuisset. Ministerialis vero seu vassalli illud pro quo seruit est accidentale. Seruit enim ratione honorum que accidentaliter possidet & que ei collata sunt ratione obsequiorum. Postquam enim Romani prauitias imperio subiciebant suo, & prefectos constituebant, alios item officiales eisdem adiungebant quibus itidem confidebant, possessiones illis tribuentes ex quibus obsequia prestare possent qui in hunc diem Curientes aut Aulici vocantur. Unde Curie feudum habet necessarium ad hoc natus esse debet, vel Dapifer, vel Marsalcus, vel Camerarius, aut Pincerna, vt seu. c. lxxij. Bona etiam que dantur in feudum non faciunt illum seruum, nec vt sic vassallus seu ministerialis seruus sit, quia seruus propter aliquid vt supra tactum est, hoc est ratione honorum vel officij, ratione cuius bona illa collata habet. Seruus vero gratis seruit vel saltem pro vita sua. Secundo ministerialis miles esse potest quod seruus non admittitur, vt. C. de negocijs gestis. l. i. & C. qui mili. pos. l. i. ff. de reg. iur. l. seruus. Tertio quia ministeriales sacerdotes esse possunt sine consensu domini feudalis, seruus vero id denegatur, vt. C. de episco. & cleri. l. iubemus. §. seruos. Quarto quia ministeriales bona sua in feudum dare vel dimittere possunt quod seruus facere non licet, vt Insti. p. quas perso. nobis acqui. §. item nobis. Contrariari licet huic videretur, supra lib. i. ar. xvi. & li. vbi dicitur, vbi filius est liber & legitimus, & c. R. tamen quod puer nascitur ad bona in obsequium collata, etiam posito quod pater suus liber dominus sit, id tamen fit non ratione seruitutis sed quia ad bona pertinet ad que ratione officij natus est. Preterea contraria et etiam huic videtur supra eo. li. art. xix. vbi dicitur ingenui seu liberi atque ministeriales, ibi liquido apparet differentia inter liberum & ministerialem, R. tamen quod ibi accipit liberos homines pro liberis dominis, multi enim nobiles & ingenui sunt liberi, qui tamen liberi domini non sunt. Quod etiam ministeriales differant a seruis est articulus infra. lxxx. vbi dicitur. Si Rex aut alter dominus ministerialem aut seruum manumiserit, ex isto textu liquido apparet alium esse seruum & alium ministerialem, istudque denotat hec conclusio distinctiua aut. Preterea si omnes serui essent qui ratione honorum famulantur, ex tunc scabinorum sede digni serui nuncuparentur, prestantem obsequium ex bonis eis collatis, vt supra li. i. art. ij. & ar. xvi. Tum etiam vassalli vel qui bona infeudata habent serui dicerentur, quod tamen falsum est, vt seu. c. liij. & viij. & in vlt. seu. si de seu. conuenerit. f. per totum. Insuper & nominibus ipsis differunt quia seruus seu mancipium proprie seruus dicitur a seruando, quia bello captus seruabatur, alij vero ministeriales nuncupantur

vt. ff. de reg. iur. l. libertas. Ad textum vero articuli pro intentione contraria allegatum. Ibi cum etiam nostri predecessores ad istam se transulerint prouintiam. Respondetur, quod etsi quidem vt autor priuilegij dicit ante aduentum Saxonum conditio ministerialium non erat, non tamen innuere vult nec exinde vterius sequitur quod existentibus nunc aliquibus seruis seruituteque orta quod & ministeriales ipsi serui esse deberent, duarum etenim rerum per aliqua inserta uerba commixtio eorum naturam non facile miscet adinuicem, prout etiam habetur in Euangelio Ioannis. xix. Susceperunt autem Iesum & eduxerunt in locum Caluarie Golgata dictum, vbi crucifixi sunt eum & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum, non tamen per id innuere Euangelista vult quod Iesus saluator non sicut iniustus esset quis cum iniustis & latronibus crucifixus erat, ita in proposito autor priuilegij innuere non intendit quod ministerialis & seruus idem sint.

Scrutando etiam meos sensus, & c. Intentio nem autor priuilegij prosequens suam adducit rationes ex ordine sex quibus probare nititur quod vnus alterius seruus esse non debeat. Opinantur tamen quidam a Caim fratris Cida, & c. contra istam rationem opponi poterit signanter contra illud vbi dicitur, stirps enim eius per diluuium funditus est deleta, oppositum enim istius in sacra tolleratur scriptura quod videlicet genealogia Caim etiam post diluuium durauit, vxor siquidem diui patrie arche Noe vel forsan filij illius de progenie Caim fuerat attestata scriptura Gen. c. vi. vbi dicitur, videntes filij dei hoc est ex progenie Sem. filias hominum que videlicet procellerunt ex genealogia Caim quod essent pulcre acceperunt sibi vxores ex omnibus. Si itaque progenies illorum etiam post diluuium durabat, quare & seruitus sequi potuit, & exinde contra mentem auctoris priuilegij erit. Proles enim ventrem sequitur matris, vt supra li. i. ar. xvi & Insti. de iur. perso. §. serui. C. de rei vendicatione per totum, & in autem. consuet. que ex ascripti. §. i. coll. v. R. aliqui saluantes mentem auctoris quod deus illos qui pessimi erant ex genealogia Caim de hoc mundo sustulit probos relinquendo, & exinde cessauit maledictio quam deus contra Caim edixerat vt habetur Gen. liij.

Quidam etiam seruitutem a Cham filio Noe, & c. contra istam etiam rationem signanter vbi dicitur, Tertium non redegit in seruitutem, instare vnus posset auctorem priuilegij non bene sacram intellexisse scripturam. Noe siquidem duobus filiis benedicens Sem videlicet & Iaphet. Canaan vero tertio filio maledixit dicens, maledictus puer Canaan seruus seruorum erit fratribus suis. Benedictus dominus deus Sem, sit Canaan seruus eius, dilatat deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaan seruus eius vt habet Gen. e

l. Duarum rerum per aliqua inserta uerba commixto naturam non imutat eorundem

m. Argumenta ista ex ordine sequentia rerum afferunt utilitatem, sed ex solutione eorum frigide ut aperte ex earum lectione liquet.

l. Ministerialis a seruo differentia, Concor dat iur. mu. ar. liij.

k. Seruus a seruando dictus, ad hanc materiam vide supra ar. xvi. li. ij. ar. xxxij. iur. mu. ar. ij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

ix. vbi precise apparet maledictio Canaan & exinde ex maledictione Cham seruitutē insecutam seruosq; deriuari qui & illiberi sunt, vt Insti. de iur. perso. §. serui autem. Respondent aliqui saluare volentes textum auctoris qd' hęc maledictio nō redū dabat in Cham sed in Canaan filium suum, & ita textus articuli manet in suo vigore.

Pręterea Cham per suā stirpē possedit Africam. Contra istud argui etiam potest signanter vbi dicitur, & sic nullus illorum alterius seruus permanebat, secus enim sacra testatur scriptura quod filij Abrahę qui erant ex genelogia Sem. occupauerant prouincias Canaan qui erant de stirpe Cham, terrāq; illorum diuiserunt tributariā faciē. Pręterea nobilissimus ille Iustinianus imperator Romanus qui & omnes illuminauit leges, vt. C. de vere. iur. enucle. L. i. §. cū itaq; & Insti. in p. hemi. §. omnes vero, de genelogia Iapheth pcedens. Africā subiugauerat quę erat de stirpe Cham vt Insti. in prohem. §. i. & C. de offi. p. f. p. t. Afri. L. i. Respōdent quidam quod pro illo tempore nullus subieciatur dominio alterius & in eum sensum auctor priuilegij rationē suā fundat, posthac vero genelogia Cham subiecta seruituti erat.

Et alij ab Ismaele eam opinantur oriundā, & c. istud etiam reprobāt Ismahel liquidē ex progenie seruus erat. Agar enim mater eius seruilem habebat conditionem vbi vero mater serua est, & ples ex ea genita illibera manet, vt Insti. de iur. perso. §. serui autē, & Insti. de ingenuis. §. i. C. de rei vendicatione. L. i. Id etiam quod in textu dicitur. Sacra liquidem scriptura Ismahelem ancille filium non seruū nominauit est precise contra illud qd' dominus deus ad Abraham dixit. Gen. xxi. eice ancillam hanc & filiū eius, nō enim erit hęres filius ancille cum filio meo Israel. Soluit quidam instantiam istam dicentes quod auctor priuilegij non precise intendit. Ismahelem liberū esse. Sed quia seruitus non ab ipso sed a matre originē habet.

Deinde plures seruitutē ab Ezau exinisse commemorant, & c. contra istud etiam obiciū signāter contra illud non tamen Ezau maledictioni seruitutis supponebatur. Auctor em̄ priuilegij sibi ipsi contradicere videtur, dicit etenim a principio huius paragraphi quod Iacob a patre benedictionem accepit, & per eam dominium suorū fratrū obtinebat post modum vero subinfert non tamē Ezau maledictioni seruitutis supponebatur, hic vnū precise contrariatur alteri. Vbi enim dominum alicui conceditur super aliquo ille subiectus seruus eius erit. ⁿ Seruitus enim non est aliud nisi cū vnus dominatur alteri quodq; liber esse ab eo non potest sine eius voluntate, vt Insti. de iur. perso. §. seruus, & ff. de re. diuisi. L. i. §. i. ff. p. derelicto. L. finali. ff. de stipulatione seruorum. L. cū seruus. Insti. de libertinis. §. ij. ff. de liberali causa. L. si vsustus

etiam. Si itaq; deus constituit Iacob dominū fratrum suorum necessario sequitur quod illi sub potestate eius erant. Respondent nonnulli defendendo textum articuli dicentes qd' auctor priuilegij non negat istud quod vnus obsequi non deberet alio, & per consequens Esau Iacob fratri suo. Sed dicit quod ex illa benedictione quā Iacob accepit non propter hoc Esau maledicebatur ita quod progenies illius seruilis conditionis sit, multi enim ex progenie Esau processerant qui liberi erant quare seruitus ab eo ortum non habuit.

Ex scripturis sacris etiā colligitur, quod dominus a patrato opere die septimo requieuit & c. Superioribus auctor priuilegij sufficienter expressit & dissoluit ea quę contra mentem eius secundum opiniones aliquorum adducebantur, hic in. §. p. presenti recitat mentem & intentionem suam probans & concludēs seruitutem in hūc diem nullam fore & dicit posito & nō cōcesso quod seruitus antehac fuisset dominus tamen in veteri testamento pcepit seruos manumittēdos esse vt textus habet, vel sic iuxta aliquas glosas. Si seruus iure esse deberet dominus deus in veteri lege nō pcepisset manumissionē seruorū nihil em̄ deus faciendū mandat quod contra iuris ordinē esse deberet & ad quod vnus ius haberet. Pręterea quādoquidem ea quę in veteri testamento demandabantur lex nostra copiosius adimplet, & quia vt iam dictum est, dñs deus in veteri testamento seruos manumittere pcepit quare & nos seruos ipsos habere non debemus. In contrariū tamen conclusiōis istius prime instare vnus possit & signanter contra illud vbi dictum est, quod qā in veteri testamento seruorum manumissio pcepiebatur ergo & in nostra lege hoc idē seruari debet, id minime fieri posse. Multa etenim Iudeis phibita sunt in lege antiqua quę nos tenere non oportet, & signanter illa quę figurabant & representabant legem nostram, sicut cum interdicebatur sūs certorum animalū & alia plura de quibus in leuitico per longum habetur aduenientēq; lege nostra mandata & pcepta omnia figuratiua cessarunt & reiecta sunt, sic in proposito pceptū manumissionis seruorū in antiqua lege designabat libertatem in septem millibus annorum aduenire debere quā genus humanū ex potestate diaboli liberari debuit. Quod qā in effectu iam peruenit, quare cessat figura illa. Dominus etiam Iesus nullum hominem alterius esse in numismatis tentatione designauit. Hęc est secunda conclusio per quam seruitutem non esse admittendam dicit, vnde numisma illud Herodiani & pharisei obtulerunt tentantes Christum & dicentes. Magister scimus quia verax es, legemq; domini in veritate doces, nec respicis personas hominū an liceat tributum dare Cęsari nec ne. At ille iussit sibi numisma porrigi, interrogans eos cutus hęc sit imago & superscriptio. At illi di-

ⁿ. Seruitus quid sit ui
de.

seruit Cesaris. Respondit eis date ergo quæ sunt Cesaris, Cesaris & quæ sunt dei deo. **C**ōtra id obici pōt, quod ex istis verbis dominus saluator noster non omnino seruitutem inhibuit, cum dixit dandū esse Cesaris quæ Cesaris sunt, subiciēdo hominem sub potestate Cesaris. **R.** quod homo ipse duplex est seu cōstituitur ex duobus. Ex interiori videlicet homine vt est anima ipsa. Et exteriori vt est corpus. Exterior homo non est p̄cise imago dei, quare subicitur potestati & superioritati Impatoris eiusq; iudicio. Vnde & Christus dominus ex parte suæ humanitatis pro tributo seu theloneo nummum quem in pisce diuus Petrus apostolus inuenerat Impatori soluit. Sequitur ergo ex quoquidem corpus superioritati Imperatoris subiectum est, quare & secundum istam partem hominis exteriorē hō liber vel seruus esse potest. Secū dum vero partem interiorem hominis vt est anima ipsa quæ & loco imaginis dei habetur Im̄atio autoris est quod seruitus nullomodo admittatur, nullumq; aliud hominem vt sic in seruitutem inducit nisi peccatum quod seperat hominem a deo.

Secundum autem rei veritatem. &c. Conclusio est autoris priuilegij ex p̄sumptis & probationibus quod seruitus per captiuitates & iniustas ac violentas oppressiones sup̄inducta sit, nec secundum deum & conscientiam rectam fieri potest. Contra hanc tamen conclusionē argui poterit, stante enī istō q̄ seruitus de conscientia recta, & secundū deū non admitteretur, extūc Isaac & Abraam cōtra deum egisse reputabunt qui seruos fouebant, immo & diuus Paulus volūtatē dei repugnare videret q̄ seruos esse tollerabat, docens eosdē debere subiectos esse dominis suis voluntatē eorū explēdo, dominumq; deū in cordibus eorū adorando. Sancta etiā Ecclesia catholica quæ omnia in s̄ctu Spiritus sancti agit, seruitutē non refutat, in tantū qd̄ Etia seruos dominis suis restituendos p̄cipit, vt extra de seruis non ordinan. per totū Etiam propter seruitutē matrimonium dissoluitur, vt. xxix. q. ii. c. si quis. Tum etiam si seruus ordinem aliquē sacrum suscepit domino restituendus venit, vt. liiij. dist. c. general. Præterea leges ipse seruitutem non prohibet immo multa super seruitute Imperatores & legisperiti scripserunt, vt Insti. de iur. perso. per totum, Insti. de inge. §. i. Insti. de liberti. §. i. C. de seruis fugiti. & liber. L. i. ii. & iij. C. de fur. & seruo corrup. L. alienum. C. de his q̄ a non domino manumissi sunt. L. vlti. ff. si q̄ in testam. liber esse. L. i. ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. si tamen. ff. si famil. fur fecit. dica. L. i. In autem. de mona. L. si quis igitur. coll. i. In autem. de sanctis. Epif. §. si. coll. ix. in autem. de questō. & qui agi debent per totū col. vi. In his supra allegatis legib⁹ seruitus admittitur quod est contra intentionē autoris priuilegij qui dicit q̄ adinuenta sit contra iusticiā.

R. p̄to solutione generali quod ius duplex est. P. Naturale videlicet & secundū illud omnes homines liberi sunt, nec vnus subest alteri, vt Insti. de liber. §. si etiā, in autem. qui. monatura. effici. sui. §. si q̄s igitur. coll. vii. ff. de cōdici. i. debi. L. si id. et. i. dist. c. ius naturale. & xxix. q. ii. c. omnibus, & de isto loquitur autor in textu, qui enim vt sic alium loco seruū habet naturę suę violentiam facit. Aliud est ius scriptū & secundū illud seruitus esse potest. Imperatores siquidē istud sanxerunt qd̄ si quis inimicum bello ceperit vt eius sit, & hoc ex eo statutum est ne occidatur, vt Insti. de iur. perso. §. serui. Si etenim ex admissione legum id mihi fauetur quod inimici mei bona quæ consequor mea manent, vt. xxiiij. q. v. c. dicat. & i. dist. c. ius militare. Insti. de re. diu. §. item ea. Per consequens maius ius habere super inimico si eum viuū captiuauero leges ipse admittunt, vt. C. de capti. & postli. mi. reuer. L. i. & sequentib⁹. Maius etenim ius habeo ad inimicū qui in me deliquit & malū cōtra me machinatus est q̄ ad bona sua quæ nihil in me delinquerunt, vt in autem. de mada. princi. §. oportet. coll. iij. Et secundum ius istud scriptum seruitus iusto admittitur quate nec vnum contrariatur alteri.

P. Ius duplex est naturale & scriptū cōcordat in mu. ar. y.

Articulus XLIII.

Quarum rerū se homo nō iure intromittit a si eas iure dimittere compellitur cum multa & emenda his renūciare eum oportebit,

a. Vide infra eo. li. ar. xlvj.

Quidquid uero cum consensu ueri domini accipit, uelut si alicui dimittantur, concedantur, accomoden-
tur, si res iste non persoluantur uel debito tempore non restituantur b
propter hoc retentor non præstabit multam nisi earum reditio coram iudicio fuerit stipulata.

b. Vide supra eo. lib. ar. xxij.

Glosa.

Si eas iure dimittere compellatur, &c. Et secū dum leges si quis hoc fecerit rapiendo, infra annum tenetur ad quadruplū, postea in simplū, vt Insti. vi. bo. rap. post princi. Si vero res est immobilis tenetur ad restitutionem & ad tantundem. C. unde vi. L. si quis in tantā sed si fecerit furando si furtum non est manifestum tenetur ad duplū, si manifestū, tunc

Homo ex duobus constituitur.

XIX Speculi Saxonum Liber Tertius

ad quadruplum, Insti. de actio. §. omnes, & §. in duplum, & §. quadruplum.

Glosa.

Dixerat siquidem superius articulo precedēti quod seruitus iure naturali nō admittitur, vt Insti. de libertinis. §. marumissio. Leges tamen & constitutiones id fieri admittunt, vt Insti. de iur. nat. gen. per totū, articulus itaq; p̄sens docet quod nullus rē alterius sed nec seruū ipsum absq; iuris ordine sibi vendicare nec illi se intromittere debet, alias enim cum emenda dimittere cogitur vt superioribus declaratum est, & quia de multa & emēda hic meminit quare sciendum ē quod emēda ad maximum extenditur ad triginta solidos, vt infra eo. li. ar. xlv. Contrariū licet istius videretur esse Insti. vi. bono. raptō. §. sed ne dum, & C. vnde vi. l. si quis in tantam, vbi habetur si quis se in bona alicuius intromittat sine iudicis consensu si res sua sit perdit eā. Si vero res sua non fuit tantum de bonis suis perdet quantū de alijs sibi v̄surgere voluit. d. Pro intellectu istius nota quod vendicare sibi rem vel se in eam intromittere cōtingit dupliciter vel cum consensu, vel sine consensu. c. Res etiam quā quis vendicare vel se in eā intromittere vnus potest sunt triplices, Iudem respectus mediante quo sit intromissio illa erit triplex. Primus modus cum se quis intromittit & v̄dicat sibi hominem cum consensu eo animo quod seruus suus esset, & si id nō probauerit iudici multam & huic emendā p̄stare cogitur, hoc idem faciendū est si vn⁹ alium pacis violatorē alloquatur, vt supra li. i. ar. lxiiij. & li. ij. ar. xiiij. & hoc si sine captiuitate vulneratione vel homicidio id faciat, quia alias ius pacis violatoris contra eū extenderetur, vt supra li. i. ar. lxix. Secūdo intromittit se aliquis in bona eo animo quod sua sint, quod si non probauerit multam & emendam dabit, vt supra li. ij. ar. xxxvi. Tercio intromittit se vel v̄dicat sibi vnus bona alterius immobilia violētē, ea intētiōne qd̄ sua sint, f. violentiaq; huiusmodi duplex est, Vna quādo se quis intromittit sine iudicio sine tamen armis v̄dicat sibi bona alterius, qui sic facit, multam & emendam soluit, illiq; possessioni bonorū cedere tamdiu, quod ad iure secū discernat, vt supra li. ij. ar. xxiij. & ff. vii. possidetis. l. ait p̄tor, & ff. ne vis fiat ei. l. i. §. hoc interdictū, & C. de iudicijs. l. iudices. Alia violentia fit cum armis extra iudiciū. Vnde quis se vt sic intromittit dato qd̄ bona sua sint, alter tamē ea in possessione seu v̄tenda habuerit & si expulsus contra eū ciuilit̄ agat violator ab actione cadit & bona sua perdit, vt Insti. vi. bono. raptō. §. sed ne dum, & C. vnde vi. l. si quis in tantū. Si vero res huiusmodi illius nō sit qui eam v̄surgat, agatq; cōtra eū criminaliter huic cedit ad vitam, vt Insti. vi. bono. raptō. §. i. Si vero

ro agat ciuilit̄ de iure nostro ille taxabit dānum cui violentia illata sit, vt infra ar. xlvij. & ij. q. i. c. in primis. ver. Gloriosus autem, & hoc intellige vbi deputatus verigeldus vel emenda de iure statuta non sit, quia alias si descriptus verigeldus habetur obseruandū iuserit, vt ff. de custo. & exhibici. l. si quis. Sciendum etiam est, vnusquis cui huiusmodi casus acciderit optionem habet in querendo si criminaliter vel ciuilit̄ agere vult, vt Insti. de iniur. §. in summa. & Postquam vero actionem intentare cepit secūdn̄ vnū modum hoc est vel criminaliter vel ciuilit̄ iam secundum illum modū continuare eū oportet, vt ff. de iniur. & famo. libel. l. p̄tor edixit, & l. senatusconsulto.

Quod vero cum consensu veri domini accepit, ls multam nullā soluit, quia nec p̄ spoliū nec per furū nec dolose ex illi⁹ possessione accepit, & ita criminaliter contra eum agere non poterit, vt supra li. ij. ar. xxix. Propter hoc retentor multam non p̄stabit, & c. hoc est sine dāno manet h̄ si ad tempus p̄fixum non exsoluerit nisi coram iudicio stipulatus esset hoc est si super eum iste cōquestus fuerit, iudexq; solutionem demandauit ille nihilominus omisit nec satisfecit, ex tunc iudici multa soluitur & aitori emenda vt supra li. i. ar. liij. & C. de sentē. quē pro eo quod interest. l. cum pro eo, & C. de fructibus & liti. expen. l. litigator, & ff. de verbo oblige. l. quociens.

E. Actionem instituens ciuilit̄ non potest postea criminaliter agere.

h. Non soluens debitum cum per iudicem demandatum sibi sit soluit multam & emendam.

Articulus. XLIII.

IN Babilonia, incepit, imperiū, Ciuitas illa totū imperitabat mundo quam Cyrus expugnavit & in Persiam transtulit, in qua usq; ad Darium perseueravit b̄ quē tandem Alexander uicit & imperio Greciæ applicauit, & ibi stetit quousq; Romani sibi imperiū assumpserunt & Iulius imperare ceperat, ex eo adhuc Roma secularē & a beato Petro tenet gladium spirituale totiusq; mūdi urbs illa tenet principatum.

Cum ad prouintiā istam nostri aduenerunt p̄decessores Turingos exinde fugauerunt, mortuo enim Alexandro quem ut Asiam imper

a. Vide ad hanc materiam extra in c. uenerabilem. de electi.

b. De transmutationibus regnorū uide iur. mu. ar. yij. in glo. abij. de.

c. Emenda ad maximum extenditur ad. xxx. solidos.

d. Vendicare rem cōtingit dupliciter.

e. Vide contra istam glo. infra eo. ar. xlvij. in addi.

f. Violentia duplex.

rio subiugauerat iuuerūt. In regio-
ne Asiatica post ipsius obitum pro-
pter subiugatorum odium morari
non audebant, in trecentis galeis se
receperunt, quæ omnes fluctibus
maris tumescentibus exceptis quin-
quaginta quatuor interierūt. ^c Qua-
rum decem & octo littora Prussiæ
pecierunt & illam obtinuerūt, duo/
decim item galeæ Rugianorū ter-
ram occuparunt, uiginti & quatu-
or autem in istam se terram cepe-
runt, & cum in numero essent pau-
ci ita quod agros culture tradere cō-
mode non possent fugatis & inter-
fectis dominis Thuringorum reli-
quam gentem ut operaretur terra
uiuere permiserunt, talia imponen-
tes eis iura, quemadmodum adhuc
consistunt in conditionibus latino-
rum. Et ex his qui iuri derogat suo
dediticiorum cōditioni subiciebat.

Glosa.

Dicitur est superius quod iure naturali vnus
alterum sibi vendicare non potest, & qui id fa-
cit damnum incurrit nisi in subsidium habe-
at ius scriptū. Hic tandē declarare vult vn-
de ius scriptū originem habeat. Q. d. Ius ori-
ginem habet ab imperio. Imperium vero in
cepit in Babilone & Persia vt textus habet.
&c. Leges autem ille & cōstitutiones quæ in
Babilone statute fuerunt perierunt omnes. ^d
Leges vero quæ tandē in Græcia sancite sunt
in decem tabulis eburneis Romanis ad peti-
tionem eorum date & tandem per decem vi-
ros duæ tabulæ adiunctæ, ita quod leges. xij
ta. ex accidenti nomen sortite sunt suum. Le-
ges autem rediere in libros. Primus Consul
Pompeius instituere voluit sed non perseue-
rauit obrectatorū metu. Deinde Cēsar id fa-
cere tentauit sed ante interfectus est. Paulatim
tandem antiquæ leges vetustate atq; incuria
aboluerūt, quarum etiam nullus est vsus no-
ticia tamen necessaria videtur. Noue aut le-
ges ceperunt a Constantino Cēsare (a quo
& ius Saxonibus traditū est) & reliquis suc-
cessoribus erantq; permixte & inordinate.
Postea vero Theodosius minor Augustus ad
similitudinem Gregoriani & Hermogeniani
codicem factum constitutionum a Constans-
tini temporibus sub proprio cuiusq; Impera-

toris titulo disposuit, quæ a suo nomie Theo-
dosianum vocauit, vt dis. vij. c. fuerunt, & C
in prohemio. L. hæc quæ. Superuenit tandem
diuus Iustinianus. Iustiniani filius vt Insti. de
dona. §. est & aliud, & Insti. qui mo. nō est pa-
mis. face. testa. §. cecus aut, qui omnes illumi-
nauit leges & in ordinem redegit, ea quæ ne-
cessaria fuerūt addendo minus necessaria ve-
ro reiciendo, vt Insti. in prohemio. §. omnes. &
§. cunctq; & C. in prohe. L. i. & in autem. vt im-
mobilia ante nupci. donaci. §. i. coll. v. & in
autem de here. & falcidi. §. i. coll. i.

Intellecto vnde constitutiones ortum habeo-
ant. Sciendum tandem venit quō leges ad-
inuenite sunt. ^c Vnde notandum est quod le-
ges seu cōstitutiones adinuenite sunt quadri-
fariam. Primo ex responsis imperatorū. Inter
rogati etenim imperatores super dubio ali-
quo responsum illud pro lege habebatur. Se-
cundo cum causa per imperatores decisa fuit
decisio illa pro lege seruabatur. Tercio quod
imperatores de per se & propria eorū autori-
tate tenendum mandarunt. Quarto quod ex
gratia alicui tribuebant pro iure apud illōs
seruabatur hoc modo leges in hunc diem ad
huc condi possunt, vt. C. de vere. iur. enucle.
L. deo autore. §. cū enim, & C. de legi. & cō-
sti. princ. L. i. & L. cum de nouo, & L. si impe-
rialis.

Ex eo adhuc Roma secularē potestātē ha-
bet, & c. vt. C. de vere. iur. enucle. L. i. §. itaq; &
sequentibus.

Et a beato Petro gladiū spirituale. & c. hoc
est iudiciū spirituale, vt. C. de summa trini. L.
i. ff. ad mun. L. Roma. & extra de rescrip. c.
sicut Roma. & exinde caput totius mundi est
C. de vere. iur. enucle. L. i. ff. ad mu. L. Roma.
Cum nostri aduenerunt predecessores, & c. di-
ctum est vnde ius ortum habet & quō adin-
uentum seu illuminatum ac in formam reda-
ctum sit. ^f Consequenter tandem exponit ad-
uentum Saxonum in prouintiam hanc quā
nunc inhabitat, parum enim vtile esset scire
declarationem iuris nisi etiam noticia illorū
haberetur quæ ad ius pertinet. Vnde sciendū
quod in Chronica Romanorum scriptū le-
gimus postq; Nabuchodonosor Rex Babi-
loniorum bellum intulerat erga Arphaxat,
dominariq; toti mūdo ceperat, resistebant si-
bi ex Cecilia, Mezopothania & Siria quos
& prosligauit exceptis Ceciliensibus, ad vlti-
mum tamē & Ceciliē, potentie eius se sub-
diderunt ceteriq; tandem prouintie subacte.
Postq; vero Holofernes Princeps militie ei-
erat occisus a Iudith vidua Iudeorū gentis.
Exercitus eius dispersus fuit. Consurrexerūt tū-
dem dominus Cecilię Petraculus dictus qui
valet in tantum sicut lapidea turris, inimicis
resistebat potentiorq; factus Regem Babilo-
nię debellauit ac eius cōadiutores, omnesq;
subiugauit prouintias. Et isti qui ab eodem
Petraculo descenderūt seu originē duxerūt
Petraculi dicebantur Regno Babilonię in his

^e. Leges adinuenite sūt
quadrifariæ. Ad hanc
materiam vide supra
eo. li. ar. xxvi. & in
mu. ar. 4

^f. Vide iur. mu. ar. vi.
vij. & sequentibus.

^c. Cōcordat iur. mu.
in prolo. & item. ar.
vij. & ar. x.

^d. Legum origo unde
Ad hanc materiam ui-
de supra li. i. in pro-
lo. iur. mu. ar. i. & ar.
vij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

hilum verso, Petraculi ibidem confedebant a nemine subiugati. Ascuerunt tandem sese Alexandro magno Macedonum Regi quorū auxilio Dariū Persarū Regem & Asiam totam subiugauit. In Cecilia siquidem quē vicina est Asiē residebant, Alexandro vero mortuo populus Asiē cum illis de superiori Cecilia contra petraculos conspirauit tripliciq; commissa pugna foeliciter dimicarunt, occupataq; ciuitate illorum Merargis dicta receptisq; bonis quantum valebant Ciuitate in cineres versa nauibus repletis vasto mari sese cōmiserunt, nauēq; propter imperitiam nauigandī a fluctibus maris obtute perierūt relictis quinquaginta quatuor. Ex qbus de cemocto Prussiam uenerunt, vastamq; & incultam inuenientes terram ibidem confederūt, Duodecem Rugiam adnauigarūt a quibus originem habent, Stormeri, Dithmeri, Holtzaci, & Aldebergi. Viginti vero quatuor in hanc prouintiam aplicuerant qui in hunc diem petrei dicuntur, in Græco enim petra, in latino vero Saxū lapis dicitur, unde & nos ex deriuato Saxones nuncupamus. E historia tamen Saxonum aliter sentit, Saxonesq; cognomen accepisse asserit ex eo qd postq nauibus aduecti littora Thuringorum attingissent diuq; inter eos de agris certatum esset, Turingi tandem gentem illam aduenticiam superiorem esse viribus cernē, per interuentos postularūt utrosq; inermes cōuenire de pace tractaturi quod & factum est die & loco deputato. Erat illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum vsus quibus & Angli posthac utebantur, his armati Saxones sub sagisq; deferē, suis procedebant cōuenientibusq; loco condito & videntes hostes inermes & illos qd Principes Thuringorum tempus rati totius regionis obtinende, cultellis abstractis sup inermes irruunt, & omnes fudunt, vicinisq; terrori fuere, & ex illo facinore secundum aliquos nomē illis inditum Saxonū. Cultelli em antiquo vocabulo Saxonico Sachs nūcupant ideoq; Saxones nuncupatos quia cultellis tantum Thuringorum fudissent multitudinem. Vide de hoc Vitichyndum rerum Saxonico / rum. L. i.

Fugatis & interfectis dominis Thuringorū. &c. Notandum quod thuringi de qbus meminimus non sunt illi ex Comitatu thuringie, quia & illi sunt Saxones, sed isti fuerūt Sclauos quos Saxones ex eo quod improuise & non admodum cauti in bellum procedebāt thuringos idest fatuos bellatores nuncupabant, occisis vero dominis thuringorū operarios in prouintia sedere pmiserūt huic glossę contradicere palam videtur historia rerū Saxonicarū, Saxonesq; ipsos littora nō Sclauorum sed thuringorū quē & discreta a Sclauis gens conterminaq; francis fuit primum occupasse, per longaq; tēpora cedes inter eos cōtinuate, h Sed & post cū francis ipsis cru-

entum subsequutum est bellum. Primū circa tempora Caroli magni Imperatoris cū Sclauis bellum inchoatum fuit qui circum & ultra Albim fluuiū in longum vsq; ad littus. Oceani septemtrionale sedes extēdebant suas. Illo tempore Velatabi, Sorabi, Abotriti, Bohemani, nuncupati, lingue quidē vnius sed diuersorum morum. Finaliter tandē per Ottonem magnum imperio subiugati.

Reliquam gentem ut operaretur, &c. Dixerat siquidem vnde Saxones originē habeāt, hic declarat vnde incole & operarij regionis illius initium ceperunt. Vnde pro intellectu textus nota quod seruis triplex iuris beneficium concessum est. Quidam dimittēbantur & manumittebantur in toto liberi diebus infra ar. lxxx. & Insti. de liberti. §. i. Quidam fuerunt serui diebus vitę suę, postq; vero moriebantur libertatem consequēbantur ex eo, quia dñs intromittere se nō potuit bonis huiusmodi immo bona eorum hereditabāt in successores & hij dediticij hoc est diurni laboratores dicebantur ista tamē libertas per leges explosa est, vt. C. de diti. liberta. tollen. L. i. k Tertij fuerunt liberi dum uiuebant serui tamen efficiebantur postq; moriebantur, bona enim eorum domini possidebant vocabanturq; latini vt Insti. de liberti. §. libertinorū, latinus enī tempore quo uiuebat liber fuerat, Mortuo vero eo dominus medietatem bonorum segetum frumentorū & mobiliū accipiebat, alia medietate apud pueros remanente, libertas tamē latina abrogata est per leges, vt. C. de lat. liber. tollen. L. vnica.

Contra istud quod hic dicitur dediticijs & latinis est ar. xvi. li. i. & infra ar. lxxx. vbi habetur quod si seruus manumittitur ille liberorum incolarū ius habere debet. & quod non contrariatur. Qui em absolute & sine aliqua conditione manumittitur in toto liber fit, ille vero qui sub cōditione aliqua liber efficitur non est in toto liber & ita non contrariatur vnum alteri.

D. q. posset. Quod textus articuli finalis tū & ea quę dicta sunt de dediticijs & latinis cōtrariari videntur legibus quę disponunt qd libertas dediticiorum & latinorum est abrogata tēpore Iustiniani Imperatoris, vt Insti. de liber. §. sed &, C. de lat. liber. tollen. L. i. §. cum igitur. & quod non est contra leges allegatas. Saxones etenim exempti sunt a communi iure imperiali & quicquid Imperator statuit seruare & tenere non obligantur nisi illud singulariter exprimat in constitutione. m Quicquid enim alijs contra prius priuilegium obtinet nocere nō potest priori nisi specialiter nominetur & exprimat illud prius, vt supra li. i. ar. ij. in fi. glo. C. de codicillis. L. i. ff. de lega. l. si quis. xxv. q. ij. c. i. & c. p. o. stea. ver. si ergo, & extra de appella. c. oblate in fine, & extra de rescrip. c. ceterum, & c. ex parte, & c. ex tenore, & extra de

i. Seruorū triplex iuris beneficium concordat Iur. mu. ar. l.

k. Pro intellectu tamē supradictorum nota quod dediticij erant qui sine conditione se reddebant Romanis, & qdū uiuebant serui erant post mortē uero in libertatem eripiebantur, ut Insti. de liberti. §. libertinorū, & de successi. liberti. §. finali. Quare ergo nō dicebatur serui. & quia successore habebāt & omnino libertatē sperabāt uel uerius liberi erāt sed seruire tenebatur uide. C. de dediticij liberta. tollen. L. unica in glo. Latini uero dicebantur illi qui dum uiuebāt erant liberi, in morte tamen deuenebāt in seruitutem nec habebāt heredes. Romani enim subiugantes sibi aliquā prouintia trans mittebant homines illius prouintie in aliā prouintia et dicebantur latini id est Romani & non erant simpliater liberi, nec erant liberi, unde sicut illa transmissio iam est sublata qd aliquādo bellū cū indigenis habebant, sic non habentur hodie hmoi latini sed cū uarijs mōis introducta erat latinorū cōditio & difficultates exortē, ex legibus q; senatusconsulto, quare Imperator rescant latina libertatē, ut. C. de lat. liber. tollen. L. unica in glo.

E. Vide Vitichindū rerum Saxonicarū li. i.

h. Vide Vitichindū rerū Saxoni & Iur. mu. li. i. in prolo.

¹. Saxones excepti sunt
à iure imperiali, cora
rectoq; iure commu
ni, non corrigitur ius
Saxo. in eodem casu.

^m. Vide supra li. i. ar.
iij.

ⁿ. Saxones in casibus
quos expressos in pri
uilegio non habent re
cursum habere debet
ad leges & canones
concordat supra li. ij.
ar. xxxvi glo.

^o. Differentia latino
rum & deditiorum.

consti. licet Roma. li. vi. & hoc intellige de his
quæ in priuilegio expressum habet. ⁿ In ca
sibus vero de quibus in priuilegio non habe
tur recurrendū est & tenere eos oportet. Ius
commune spirituale & Imperiale, hoc est le
ges & Canones, vt extra de con. c. i. & C. de
legi. & consti. l. leges, & C. de iur. & fact. ig
noran. l. constitutiones.

Et ex his qui suo iuri derogabat. & c. ^o Vn
de nota differentiam inter dediticios & latit
nos. Latini enim dicebantur qui in bonis cen
sualibus residebant nec a bonis alienari pos
tuerant verum bona ad censum eis concedi
possunt. Dediticij vero dicebantur qui bona
propter demerita perdididerant & eis accipies
bantur ac sine intermissione pro susten
dando victu laborare cogebantur, domi
nisq; suis semper seruire. ^c Instare quis pos
set istud abrogatū esse legibus, vt. C. de des
ditici. liberta. tollen. l. i. & tamen quod ista
abrogatio Saxonibus obesse minime potest
ex eo quia admittitur in eorū priuilegio pa
ter ex supra allegatis. Vel dic quod abogas
tum quidem est quod nullus sub conditioe
liber dimitti debeat. Sed q manumittitur in
toto liber erit. Qui vero seruus meus est illū
obligare possum ad laborem meum prout
mihi placet.

Articulus XLV

Nunc intelligite qui ue
rigeldus cuiuslibet homi
nū iuxta uniuscuiusq;
conditionem debeat.

Illustres spectabiles & banniti in
emenda ac uerigeldo coequantur. ^a
Illustres tamē seu Principes ac spe
ctabiles & liberi domini per solu
tionem auri præ cæteris honoran
tur, illis etenim duodecim nummi
aurei loco emende debent præsen
tari, quorū quilibet tres nummos
tenet ponderosos, & pondus num
mi aurei pro decem argenteis com
putatur ^b & sic duodecim aurei nū
mi ualorem triginta solidorum ob
tinebunt. Bannitis seu loco scabina
li idoneis triginta solidi pondero
rum denariorū pro emenda præ
stantur, ^c horum uiginti solidi Mar
cam solent pōderare. Decē & octo

talenta denariorum ponderosorū
eorum continet uerigeldus. Quali
bet mulier maritata dimidiam sui
mariti partem emende & uerigel
di obtinebit.

Virgo innupta dimidiā habet emē
dam secundum ortus sui generatio
nem, desponsata uero itidem medie
tatem sponsi sui.

^d Maritus est etiā tutor uxoris post
desponsationē. ^c Vxor cū lectum
mariti ascenderit per illam copula
tionem eidem in generatione coe
quatur, mortuo uiro mulier ab eius
iure liberatur. ^c Paganis uero
seu censualibus qui iudicium sculte
ti quærere solent ^e quindecim solidi
pro emenda, & decem talenta loco
uerigeldi numerantur. Ex hñs etiā
a præfecto & scabinis si necesse fu
erit preco eligitur sed non nisi qui
tres māsos habeat pprietatis. Aliñs
etiā liberis hominibus incolis qui
nullam habent proprietatem sed
ueluti aduene & peregrini adueni
unt & recedunt ut paganis uerigel
dus & emēda tribuat hoc est quin
decim solidi emēda. Verigeldus de
cē talenta. Viginti solidi & sex nū
mi cum quadrante, est emenda la
tinorum. (Aliñ textus habent agriv
colarum) & nouem libre seu talen
ta eorū est uerigeldus. Duæ lanæ
Cirotece cū fustula seu tridēte quo
simus tollitur emenda est dediticio
rum. ^f Duodecim uero uirgarū cu
mulus tritici, ^g ita ut uirga passum
distet ab alia, & quælibet uirgarum
duodecem clauos habere debet, cla
uus uero in ascendēdo unus ab alio
in spacio usq; ad humeros distet ut
cumulus sursum poterit subleuari.
In quolibet clauo duodecim burse
pendere debent, & duodecim soli

^d. Concordat supra
li. i. ar. xly.

^e. Vide oppositum iur
mu. ar. i.

^a. Concordat iur. mu.
ar. i.

^b. Quantum marca
auri ualeat, uide iur.
mu. ar. xij. & ar. xv.

^c. Ad hanc materiam
uide supra li. i. xxxij.
iur. mu. ar. xvij.

^f. Alij textus habent
hortulanorum seu il
lorum qui diurni la
boratores sunt.

^g. Textus uetustiores
ita legunt aceruus tri
na duodecim habent
stauos, quarum quæ
libet per unum passū
ab alia distet & quæ
libet statua clauos cō
nneat duodecim a se
in uicem distantes in
alitudine unius ho
minis stature usq; ad
humeros.

Speculi Saxonum Liber Tertius

dos quælibet bursa continet, hic est eorum uerigeldus. Ordinatorū seu clericorum filijs & alijs illegittime procreatis soluitur in emenda currus feni quem duo boues annales seu unius anni trahere possunt. Hi strionibus, ioculatoribus, & his qui in seruitutem se dederunt emenda datur umbra uiri, Pugilib⁹ eorūq; filijs emenda splendor uidelicet cōtra solē. Clipei duellaris præstetur. Duæ uirge & una forpex emenda illorum est qui furando aut spoliando iuri derogarunt suo. Illegittimorum emende parum afferunt utilitatis ideo tamen posite sunt ut eis acquisitis iudici p hoc multa præstetur. Sine uerigeldo illegittimi reperiuntur attamen si quem illorum quis spoliat interficit aut uulnerat uel illegittimam uiolat pacemue in eis fregerit secundū iura pacis uiolatoris iudicetur.

Glosa.

h. De obligatione legali & conventionali uide.

Quorum quilibet tres nummos. &c. h. Nota quod obligatio legalis intelligitur de moneta corrente tempore solutionis, sed obligatio cōuentionalis intelligitur de moneta corrente tempore obligationis, de hoc in specu. titu. de obliga. & soluci. §. nūc aliqua. ver. finali. Et hoc est notatu dignum, propter condemnationes quæ fiunt ex formis statutorum ut hic habes, & uide supra eo. lib. ar. xl. & supra li. i. circa articulum. liiij.

Maritus est etiam tutor sue uxoris. &c. Vnde dicit lex imperialis, cum te nō ex senatore patre procreatam sed ob matrimonium cū senatore cōtractum clarissime femine nomē ad optam dicas, claritas quæ beneficio eius mariti tibi parata est, si secundi ordinis virum postea sortita sis redacta ad prioris dignitatis statum deposita est, ut. C. de nup. l. cum te. Et mulier debet subesse viro & quasi famula esse viri, nam vir est caput mulieris & non e converso, ut. xxxiij. q. v. cum caput.

Ordinatorum filijs & illegittime. &c. Et hoc est statutum ut restringatur luxuria & peccandi materia, & ideo etiam tales iure hereditario non succedūt ne homines inuitent ad impudicitiam & incontinentiam. Vnde & præbiterorum filij etiam non promouentur ut

restringatur præbiterorū luxuria & quia milites dei præbiteri dicuntur eorum tamen filij viles sunt persone, de seruo non ordi. c. ij. quodq; non succedunt patribus iure hereditario. Ratio est quia præsumitur quod patet ne incontinentie sint imitatores, vide doct. de fil. pres. in rubri. & per totum.

Glosa.

Autot priuilegij qui ex latino in germanicū illud traduxit^k superius li. ij. ar. xij. sufficenter docuit quam pœnam & emendā sustinere cogitur qui conuictus in criminalibus fuerit quærelis, hic tandem declarat quid ille emendare debeat cum ciuilitate accusatus superat, cum dicit nunc intelligite.

Vnde nota quod verbum istud intelligite in principio positum denotat aliquid speciale, & non nisi sex articuli sunt in toto hoc priuilegio qui ab hac dictione, intelligite, percipite, vel considerate inchoantur, in illisq; aliq; d. speciale ac vtile includitur. Primo est articulus. xx. li. i. vbi habet aliqd speciale qd militaribus ex gratia & fauore ultra alios collatum sit. Secundo est articulus. xxxiij. li. i. vbi declarat ius speciale sup posthumis quodq; cōpati debetur impregnate mulieri post mortem viri. Tertio habetur articulus tredecim⁹ secundi libri vbi ponitur differentia miseris cordie & iustitie. Quarto habetur articulus. lxvi. secundi libri vbi agitur de pace & iure nouo Saxonibus dato cum ad fidem cōuersi sunt Christianam. Quinto est infra articulus. li. vbi agitur de verigeldo animalium volatiliū si damnum in eis committatur. Sexto est articulus præsens vbi habetur verigeldus cuiuslibet hominis. Ex quo intelligere vnusquis uis potest quanta gratia & prerogatiua diu olim imperatores Saxones ipsos condonauerunt in negocijs quæ iniurias seu contumelias attinent. Iure enim Cæsareo Imperatores saccultatem habent vnumquemuis sententiare, condemnare, emendam decernere secundum libitum eorū secundumq; genelogiā & excellentiā personarum contra quas excessum est. Vnde & principes condemnare vnum possunt ad quinquaginta libras auri Iudices prouinciæ ad sex libras, Iudices vero inferiores ad tres libras, ut C. de modo multa. quæ a iudici, infligunt. L. illustres & L. eos. Præterea si committitur iniuria alicui, & iudex eandem non moderauerit, extunc is qui patrauit emendare tenetur secundum estimationē illius qui passus est iniuriam, ut Insti. de iniur. §. pœna autem. & ff. eo. ti. l. prætor edixit Ista vero omnia sunt a Saxonibus remota, in eoq; illis gratiose prouisum, statutusq; modus quomodo emendare eos oporteat si aliū quid excesserint tum & verigeldus vniuscuiusq; animalis expressus.

Vnde pro intellectu horum prout etiam supra. li. ij. ar. xxxviij. in glo. quodammodo ha

^k. Vide supra in prolo. li. i. li. ij. ar. xxxvili. ij. ar. xxxix. & item iur. mu. ar. x. glo.

l. mulier subesse debet viro.

*Excessus contigit quadri-
fariam, concordat su-
pra li. ij. ar. xxxviiij.*

bitum est. ¹ Nota quod maleficiū seu excessus fit quadrupliciter. Primo fit animo delibato ut est homicidiū, p̄da, furtum, op̄pressio mulierum, scortatoria, & exinde orit̄ actio criminalis & p̄na illorū est mors, ut supra lib. ij. ar. xiiij. C. ad le. Iul. de sicarijs. L. si qs. & L. is qui, & ff. de penis. L. capitaliū. § famosos, & ff. ad le. Iul. de vi. publi. L. qui ce. ta. & C. de rap. virgi. L. i. & C. ad le. Iul. de adul. & sup. L. de crimi. Secundo fit ex negligētia non animo delibato nec cū dolo, sicut si freneticus vel puer aliquem occiderit vel si in auem sagittando hominem interfecerit p̄na illorum est occisi verigeldus, ut supra lib. ij. arti. xxxviiij. & lxxv. & Insti. ad le. Aquil. § item si putator, & ff. eo. ti. L. item si obstetrix in fine. Tertio fit excessus in ciuilibus actionibus sicut si quis alium etiam delibatus verbis afficiat malis mendatiū ei obiciendo, vel leniter percutiendo, vel alicuius rei se intromittat vel debitum iudicatū non soluat ^m & hoc dupliciē, vel in p̄sentia ei⁹ lucratur sit & sic actor propior est eum conuincere. Si vero in eius absentia reus euadet citius seu. c. li. Vel testes nō p̄ducant vel varendare non possent aliquem, istorū p̄na est emēda statuta, ut li. ij. ar. lxxij. & li. iij. ar. xxxviiij. Quarto fiunt excessus sine dolo malo ut cum quis ioco verbis afficiat aliquem mendacem eum vocādo hic nulla emenda sequitur si ille iurabit quod ioco id fecit, ut C. de insur. L. si non conuicij, & ff. de iniur. L. illud relatum.

Illustres liberi domini, & banniti equati sunt in verigeldo, & c. Istud videtur esse cōtra prius dicta ubi dicebatur quod emēdam vnus cuius habet secundum sui generationem, ut supra lib. ij. arti. xvi. Ex quo itaq; isti tres non sunt similes generatione, quare & emenda eorum similis esse non deberet. ⁿ & quicunq; eque liber est sicut alter ei in generatione similis sit q̄a generationē non aliud distinguit nisi libertas & seruitus, ex quo ergo banniti eque liberi sunt sicut liberi domini seu spectabiles, & spectabiles eque liberi sicut Principes. Quare emenda eorum est similis. Insuper obicitur eos similes generatione nō esse ex ar. iij. ubi dicitur eos habere distinctos gradus. & quod loquitur ibi de militari dignitate, hic vero de naturali generatiōe quę in his omnibus eandem obtinet libertatē, ut Insti. de iur. perso. § serui. Vnde & si quidem etiam secus dicatur li. seu. in prin. & tamē qđ ibi loquitur secundum ius feudale hic vero secundum ius prouinciale. Pręterea cōtradice etiam videtur huic. L. quisquis. C. ad le. Iul. Maies. & tamen quod ibi loquitur de his qui fraudulenter agunt contra principes, hic vero de illis qui contumelia aliqua illos affecerint. Insuper in contrariū etiam videtur esse. Insti. de iniur. § atrox iniuria, & C. eo. ti. L. atrocem, & ff. eo. ti. L. p̄tor edixit, § posse hodie, leges iste allegare innuere volunt qđ

maior est excessus. Si quis spectabilem personam iniuria affecerit q̄ qui inferiorem. & tamen quod non cōtrariatur proposito nostro. Loquit enim ibi de his qui officio p̄sunt & qui maiori autoritate fruuntur, hic vero loquitur de his qui equales generatione sunt. Illustres tamen p̄ ceteris honorant̄ aurū. & c. Ex quo quidem Principes ratione officij nobiliores sunt q̄ ceteri homines liberi & nō ratione generationis quare illis aurum tribuitur pro emenda quod nobilius est argentū & hoc per id intelligi datur quod de iure positiuo excellentiores sunt ratiōe officij. Quod autem aurum illud non maioris valoris est quam triginta solidi nummorum qui alijs hominibus pro emenda dantur, denotatur qđ ipsi iure naturali nō maioris excellentie sunt q̄ ceteri homines, ut Insti. de iur. perso. § i. ff. de iur. perso. L. quod attrinet. ff. de condi. indebiti. L. naturaliter, in autem, de monachis coll. i.

Duodecim nummi aurei. & c. Sciendū qđ in toto iure Cesareo aureus nummus computatur pro solido hoc est pro duodecim argenteis, & octuaginta huiusmodi nummorum constituūt librā auri p̄ ut Insti. de liberti. § libertinorū, in glo. & Insti. de p̄. teme. liti. § finali, & ff. de in ius vocando. l. libertus, & L. si sine. Prout vero habetur. C. de susceptori p̄po. & Arch. L. quotiens librā constituunt. lxxij. solidi. ^q

Quelibet mulier. & c. ^r honor em̄ uiri mulierem nobilitat efficitur q̄ eius socia cum leatū eius ascenderit, ut in autem, de consul. § si aut coll. iij. C. de nup. L. cū te. ff. ad muni. & de incol. L. filij. § i. & ff. de senato. L. foemina, & C. de dignita. L. mulieres.

Maritus est tutor vxoris. & c. hoc ideo ponit ut sciatur quis agere debeat pro contumelia vxori facta, ^f & intelligi datur quod vir agere debet super iniuria mulieris, & ei respondere oportet, non aut̄ pro contumelia viri mulieri respondetur, ut Insti. de iniur. § patitur, & ff. de iniur. L. quod si viro.

Paganis seu Censualibus. & c. Ex hijs prececo eligitur, quod autem ius preconis sit, suo loco declarabitur. Censuales vero dicuntur viri quibus bona cōmittuntur in administrationem alienariq; possunt cum libuerit. Alijs vero liberis hominibus de quibus itidem in textu mentio fit & hijs sunt aduenticij in bonis, ita quod aliquando adueniunt & e contra recedunt & istud intellige ut textus habet.

Viginti solidi & sex nummi cum quadrante & c. est emenda latinorum quadrans in textu designat quod nolunt liberi esse.

Duc lanę cirorece dantur dediticij propter id quod ipsi quotidie dominis suis laborare coguntur.

Querere hic vnus posset. Quandoquidē dediticus vilior est in suo officio q̄ latinus vnde id eueniat quod magis datur sibi pro veris

o. Aureus nummus iure Cesareo pro solidido computatur, uis de supra li. ij. ar. i. glo

p. Libra auri quantū ualeat, concordat supra li. ij. ar. i. glo.

q. Libra quantum cōtineat, uide ad hanc materiam supra li. ij. ar. viij.

r. Honor uiri mulierem nobilitat.

f. Pro iniuria mulieris uir agere debet & non e contra.

m. Debitū quomodo lucratur contra debitorem.

n. Vide supra li. i. ar. xviij. & li. iur. mu. ar. iij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

geldo q̄ latino vel pagano. Quod autem de diti-
cius vilior sit q̄ latinus patet ex supradic-
tis. Effet etiā contra prius dicta ubi habe-
tur quod secundum vniuscuiusq̄ generatio-
nem emendare oportet vt li. ij. ar. xvi. §. non
esse contrarium nō enim illic habetur, quod
verigeldus solui deberet secundum vniuscu-
iusq̄ generationem sed quod emenda soluit
secundum quod vnus suam obtinet genera-
tionem, per emendam enim satisfit illi cōtra
quem excessum est. Verigeldus vero soluitur
illi cuius erat dediticius. Ex quo itaq̄ ad do-
minum pertinebat suum & vilior fuit sibi q̄
aliquis alter seruus propter continuum eius
laborem. Quare soluitur verigeldus non eo
respectu quod vilis sit sed ratione damni qd̄
dominus accepit per decessum eius, vt Insti.
ad le. Aquili. §. illud. & ff. ad le. Aquil. L. p̄
inde & L. si seruum. C. lege aquilia. l. cōtra.
C Sacerdotū pueri & spurij. &c. Possit vnus
dicere autorem superfluum in eo esse quod dis-
cit Sacerdotum filij & illegittime procreati,
vno etenim vocabulo id absolueret potuisset
vt pote dicendo illegittime nati. ^tPeccatū
autem est fieri per plura quod potest fieri per
pauciora philosopho teste. §. quod non super-
fluū est quod textus habet, per id enim diffe-
rentiam notificare vult illegittimorū, quia
dato quod filij sacerdotū illegittimi sunt, lai-
corum vero naturales filij non adeo illegitti-
mi nuncupantur. Pueri enim sacerdotum
nullomodo legitimari possunt. Intellige tas-
men de pueris sacerdotū qui extra matrimo-
nium procreati sunt. Laicus enim superducēs
virginē suscepta ex ea prole, mortuāq̄ si pre-
sbitaretur, pueri illi legitimi erunt. Pueri
vero qui ex laico patre & matre extra matris
monium nascuntur legitimi esse possunt p̄
subsequens parentum matrimonium, vt Insti.
de here. quē ab intesta. defer. §. si aut. Puer
enim illegittimus legitimari pōt si ex mu-
liere genitus sit quē postmodū vxor sua esse
potest, vt Insti. eo. ti. & C. de natu. liber. & ma-
tri eo. L. cum quis & L. nuper in fi. & in au-
ten. de trien. & semis & success. filio. §. si. coll.
ij. Istud tamē fieri non potest in filiis sacerdo-
tum nec legitimari possunt, culpa autē istius
est quia in consecratione deo ipso Ecclesieq̄
Christiane desponsantur. Si ergo cū aliqua
mulierum concubuerit, ipsa est sue vere spō-
se, hoc est Ecclesie catholice filia, vt. vñ. q. i.
c. nihil, & ita legitimi fore non possunt, vt
in autē. de incestis & nefa. nupci. §. i. coll. ij. &
C. de incestis, & inuti. nupci. L. qui contra, &
in auten. qui. mo. natu. effi. sui. §. vlti. coll. vij.
Duo annales boues. &c. Per id denotatur q̄
quemadmodum boues illi annales equaliter
non possunt trahere currum quāsimiles sūt
alijs bobus in forma ad trahendum, pro vti-
litate tamen nihil efficere possunt. Sic & spur-
ij quibus datur emenda huiusmodi similes
sunt ceteris hominibus, tamen ad honorē &
utilitatem aliorum de iure venire nō possunt

^t. Peccatum est fieri p̄
plura quod fieri po-
test per pauciora.

^p. Sacerdotum pueri
nullomodo legitimari
possunt.

vt. ff. de reg. iur. L. qd̄ attinet. & L. seruitutē.
Histrionibus & his qui se in seruitutē. &c.
Vmbra enim hominis hominem representat
sic isti habent quidem similitudinem homi-
nis, non tamen sunt eis similes in iure sed pro
mortuis reputantur, sunt enim mortui iure,
vt. ff. de reg. iur. L. quod attinet & L. seruitu-
tem.

Pugilibus & eorum filiis datur splendor cli-
pei, &c. hoc fit ex eo, quia illi vnacum pue-
ris suis victum habent ex huiusmodi vili of-
ficio exponuntq̄ sese & pueros suos ad op̄
illud infame.

Illegittimorum emende. &c. ^xPonuntur tas-
men & numerantur ideo vt iudici qui loco
dei residet multa soluantur quia in huiusmo-
di personis plus exceditur contra deum q̄ in
personā ipsorum.

Articulus. XLVI.

IN meretrice autem &
in sua concubina com-
mittitur uiolentia, & si
eā quis præter eius uo-
luntatem uiolat, in uita sua condem-
netur. Pro uno uulnere nō nisi unus
impetitur, licet rei operis & auxiliij
possint plures accusari.

Glosa.

In meretrice autem. &c. Intellige cum desinit
meretricari, quod etiam innuit textus cū di-
cit præter eius voluntatem. Est enim aliud
meretrix cuius publice venalis est turpitudine
xxxij. q. iij. meretrices. ^a Et nulla necessitas
ipsas meretrices excusat, vt. ff. de ritu. nup. L.
palam. §. non est, & xxxij. q. v. ita. Quas etiā
utilitas vite fecit indignas legum obseruatio-
ne, vt. C. ad le. Iul. de adul. L. quē adulteriū
in fine. ^b Et etiā scias quod senatoris filia nō
pōt agere actione iniuriarū si in veste meretri-
cali fuerit deprehensa nā tūc perdit privilegi-
um, vt. ff. de ritu. nupci. L. senatoris filia, sicut
& non iniuriatur matrimonio quē ipsum igno-
rauit. C. de adul. L. si ea. Nec militis qui mi-
litem ignorat. ff. loca. L. si ignoras, vide in.
c. in audientia de sententia excom.

^x. Ex textu articuli et
ex glosis habetur qd̄
emendatur secundum
generationem sed non
uerigeldus, ut patet
de dediticijs quorum
emenda uilis est, ueri-
geldus uero excedit
alios.

^a. Meretrices nulla ex-
cusat causa.

^b. Filia etiam senatoris
in ueste meretrica-
li deprehensa per-
dit priuilegium con-
ditionis sue.

Glosa.

Ex quo quidem mulier soluta & meretricaria
a peccato desistere potest, quare ille qui præ-
ter eius voluntatem perpetrat libitum in eis
suum, collū demeret. ^cExemplū est de sancta
Asra quē antehac publica mulier fuit cōuersa
saq̄ a peccatis, cum vnus præter eius volun-

^c. Beate Asre martiri
um.

tatē opprimere eam voluit ipsa renuente ean-
dem interfecit, & hoc fuit suum martiriū, ga-
quemadmodum vnus honestam foeminā pre-
ter eius voluntatem in lapsum inducere non
debet, sic & in huiusmodi mulieribus prauā
libidinē parrari non licet, vt C. de raptu. vir-
gi. vel vidua. l. i. ff. de seruo. corrup. l. i.
Pro vno vulnere &c. d. Sciendū etenim est qd
pro vulnere vno nisi vnus criminaliter accu-
satur, possunt tamen plures accusari consilij,
auxilij, hęc vero accusatio fit simplex. Si ta-
men recognouerint eque culpabiles fiunt, vt
ff. ad le. lul. de vi. publi. per to. ff. ad le. corne.
de sicca. l. i. & ff. ad le. lul. de vi. priua. l. hac
lege, & l. nec interest.

Articulus XLVII.



Vicunq; alteri quicq;
iniuriōse, uiolenter, uel
præter eius uoluntatē
siue sit multū siue pa-
rum abstulerit ceperit, a reddere cō-
pellitur cum emenda, b Sed si aufe-
rens ablatam rem habere non pos-
se iurauerit, soluere eandem debebit
secundum æstimationem actoris,
aut ualorem minuere sacramento.
c Venatile cum uenatili in ualore
simili, dummodo hoc iuretur per-
soluatur.

Glosa.

Pro intellectu textus sciendum quod articu-
lus presens pro quadam noua constitutione
& lege in antiquis exemplaribus habetur. Arti-
culi enim precedenti qui sub distinctione po-
siti sunt in priuilegio sub vno comprehendū-
tur articulo ex eo, quia emenda seu poena de
quibus antehac dictum fuit exsoluitur cum
vnus contra alium deliquit, hic vero presens
articulus determinat de emendis seu poenis
cum aliquis deliquit in rebus alicuius. Vnde
dicit quicunq; alteri quicquam iniuriōse ab-
stulerit, hoc idem habetur supra ar. xliij. & In
sti. vi. bo. raptu. §. sed ne dum & C. eo. ti. l.
si res.

Siue multum siue parum sit, &c. in isto inclus-
dit etiam articulum, xliij. Videtur tamen id
esse contra equitatem quod vnus multam
seu emendam pro paruo eque expetere debe-
ret excessu sicut pro magno. Iura etenim nō
nulla dicunt quod poena concomitatur mul-
tā seu emendā, quod si actor extendere emē-
dam ultra modum uellet, iudex illud modes-
rare secundum possibilitatem tenetur, vt In-

sti. de acti. §. curare, & in auten. de mādā. prin-
ci. §. quod si coll. in. & C. de poenis. l. si quis
& in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. §. quia ve-
ro, coll. ix. & id quod dicitur siue multū siue
parum alter alteri recipiat emendare oportet,
emenda tamen illa non eque magna est. Vnde
de rextus habet quod restituere cogit cū emē-
da, hoc est secundū quod res illa magna sit
quę ablata est, secundum hoc etiam restituitur
cū emenda, nec habet in textu qd emē-
da eque similis uel eque magna esse deberet.
C Siue multū siue parum &c. Posset aliquis
querere. Quantū parua res esse debeat quod
pro illa querulari vnus non possit, & sub di-
stinctione, d quod querela est duplex. e Vnde
si querulatur quod sit deceptus uel delusus,
querulari non potest nisi damnum extendat se
ad duos solidos, vt ff. de dolo. malo. l. i. oles-
um in fi. f Sed si agatur contra furem auditur
etiam pro vno denario, vt Insti. de re. diuifi.
§. gallinarū, & ff. de dam. infec. l. si proprie-
tarius in fi. Quod autem pro furto occasio-
ne minoris damni agitur, q quod committit
ex collusionē. Ratio est quia furtum cōmuni-
us est q collusio, & illud quod cōmunius est
magis animaduertit, vt ff. de poenis. l. aut fa-
cta. §. finali. Non tamē pro huiusmodi parua
re suspēditur, vt supra li. ij. ar. xij. & in auten.
vt nulli. iudi. lice. habe. §. pro furto coll. ix.

Curabit quod illud reddere nō possit &c.
Intellige dato quod res magna sit quę abla-
ta fuit, vt Insti. de iniur. §. in summa, & ff. de
iniur. l. pretor edixit. §. & l. senatus consul
Soluere debet secundum æstimationē, & hoc
est contra articulum proxime sequentem ubi
habetur quod solui debet secundum statutū
verigeldum, illud enim quod iure taxatum
est non oportet postmodū minorari uel adau-
geri. & sub distinctione quod quicquid huius-
modi rerum iure taxatū habetur illud nō
oportet iure Saxónico minorari uel adauge-
re. Illarum uero rerum quarum taxa non cō-
tinetur actor æstimabit seu taxabit. Respon-
dens uero iuramento minuere poterit. Secun-
dum leges uero & Cānones damnum taxatur
quodlibet per illū cui illatū est. Iudexq; mi-
nuat & moderat, & illam moderationē iudi-
cis actor iuramento confirmabit, quod uide-
licet damnum non minoris precij fuit nisi se-
cundum quod iudex taxauit, vt C. de iudi.
l. properandum. §. si in autem, & in auten. de
iudi. & vt nullatenus cū iure iuran. §. ij. col. vi.
C Posset querere aliquis an ius Cēsareū & ca-
nonicum discrepat a iure nostro in eo casu. &
quod non discrepat, seipsam etenim glosa
soluit cum subinfert, in his uero ubi rerum ta-
xa habetur estimatione iudicis non indiget,
vt supra dictum est, & ff. de custo. & exhi. reo.
l. si quis & C. de fideiuf. & mandato. l. si
Barfatorum.

Aues cantantes. &c. h In paragraho isto in-
cludit infra articulū. li. qui disponit de ani-
malium & uolatilium verigeldo, vnde ad pa-
2 liij

d. Querela duplex ui
de supra li. ij. ar. xxxa
ix. glo.

e. Quanti ualoris res
esse debeat quod pro
ea querela institui
possit.

f. Occasione furti a-
ctio institui etiā pro
uno denario poterit.

g. Estimatio rei secun-
dum ius Saxo. fit ut
hic uide infra ar. li.

h. Concordat iur. mil.
ar. Cxx.

d. Pro uno uulnere nō
nisi vnus criminaliter
accusari potest.

a. Iuxta articulū istū
xlvij. lex si quis in tan-
tam C. unde ui. locum
non habet de iure Sax-
onum, quia hic pro
excessu emendatur et
ita ut communiter ob-
seruatur. Textus enim
indistincte loquitur,
quis glo. supra eo. li.
ar. xliij. nitatur distin-
guere passum istum,
& potius tenet con-
trarium, ad hanc ma-
teriam uide etiam su-
pra li. ij. ar. xxv. & in
fra eo. li. ar. lxxxiiij.

b. Vide infra eo. li. ar.
li.

c. Concordat iur. mu.
ar. Cxx. Textus uetus
stiores ultra id quod
sequitur habent Aues
cantantes, aut ungui-
bus stringentes, canes
leporarij, aut sagas-
ces, aut molosi per si-
bi similia soluuntur,
dūmodo iuretur hoc
eque ualere, idem est
in pastorijs & alijs
canibus & non per-
soluuntur tritico ut uul-
go dicitur, uide infra
ar. xlix.

ragraphum istum pertinent. Canes omnes venatici quocūq; nomine vocentur. Accipitres falcones & omnes aues ad venandum apte. Item alia animalia & volucres quę magis ad voluptatem q̃ utilitatē seruantur, vt falcones, psittaci, & ceterę aues cantantes. Mardures, asperitoli, & alia quę ad iucunditatē duntaxat aseruantur suo simili persolui debent.

Articulus XLVIII.



Vi pecus alterius uoluntariae aut sine uoluntate occiderit quod manducari potest, constituto uerigeldo persoluat. Qui uero id mutilet cum suo diuidio liberatur uerigeldo sine emenda si iurauerit non spontanee fecisse, & ipse illud retinet cuius erat. Qui autē uoluntarie sponte & absq; necessitate occiderit aut in pedē mutilet animal ad manducandū minime aptū, plenū persoluere tenet uerigeldū cum emēda. Si uero in oculo mutiletur, mutilans eius præstet medietatem. Occidatur autem aut mutiletur animal non ex hominis consensu, sed tamen ex eius culpa, & si hoc iuratur sine emenda ut supra dictū est. persoluetur. ^a Mutiletur autē aut occidatur canis cū hominē aut suum pecus in campis uel in uilla morde re uoluerit, nulla emenda sequatur si alio eum modo compescere non potuisse ut iuris est faciens iuramento comprobabit.

Glosa.

Qui pecus alterius, &c. Ignoscendum autem est ei qui non sponte facit, ff. de bo. li. L. qui cū maior, §. si libertus, & ff. de bo. pos. con. ta. L. si in adoptionem, & C. de administr. tuto. L. cum quēdam.

Glosa.

Sciendum quod ad articulum præsentem pertinet infra articulus, li. qui tractat de uerigeld

do diuersorum animalium.

Cum uoluntate aut sine uoluntate, &c. Qui enim pecus occidit aut mutilat, siue id faciat uoluntarie siue non, nihilominus domino illius animalis nocet & damnum eidem infert & ita emendare cum oportet, vt Insti. ad le. Aquili. §. i. C. eo. ti. L. de pecoribus.

^b Sciendum etiā furto auferens pecus, vitam demeretur, hoc tamen non sequitur si illud interficit vel mutilat, & hoc ex eo fit, quia furum illud non patrat in pecus quod furat, sed in hominem cuius animal illud fuit, qui ergo contra hominem excedit, ille etiā secū dum humanitatē seu in corpore pati debet, hoc est in uita sua, vt supra li. ij. ar. xij. & ff. de pēnis. L. capitaliū. Ille uero qui interficit vel mutilat pecus deliquit in animali. Sed quia homo præest omnibus animalibus, deus em omnipotens omnia subiecit sub potestatem eius, oues & boues, &c. quare non demeret vitam suam si illud occidit, vt supra li. ij. ar. lxi. & i. dif. c. Ius naturale, & Insti. de re. diui. §. fere, & ff. de acqren. re. domi. L. qd' enim,

^b Furto auferens pecus uitam demeretur. Occidēs illud uerigeldo absoluitur, rationē uide hic.

Articulus XLIX.



Anis qui campum uisitauerit aligē ne ab eo damnum alicui inferatur quod si intulerit, ab eo quē insequitur, uel si hic soluēdo non est a domino resarciatur.

Glosa.

Canis qui campum, &c. ^a Vnde etiam secū dum leges non debet canis haberi ubi uulgo iter est, & si aduersus ea factum fuerit, & nocitū libero homini esse dicatur, extūc qd' bonum & equum iudici uidetur tanti domini condemnatur. Ceterarum autem rerum quanti damni dati sit dupli, vt Insti. si quas dru. pau. fecis. dica. §. ceterum, & supra lib. ij. ar. xl. & lxij.

^a Canis haberi non debet ubi uulgo iter est.

Glosa.

Articulus iste declaratus quodam modo est supra li. ij. ar. xl. & lxij. hic tamen expressius hoc idem habetur. ^b Vnde circa id nota qd' quorundam opinio fuit qui dicebant quod qui canem occiderit eundem tritico oplere teneretur ita quod per caudam supra eleuatus canis per totum tritico obstrueretur. Secundum autem rei ueritatem canem occidens etiam manet sine dāno, si aliter cōtra eū sese defendere non potuit, vt supra articulo præcedenti. Si uero non indefensa eum occiderit, iuxta statutum uerigeldum persoluetur, vel

^b Opinio quorundā de cane occiso.

^a Concordat supra li. ij. ar. lxij. iur. mu. ar. Cxxij. glo.

Secundum valorem & estimationem si veris
geldus statutus non sit, vt supra li. ij. ar. xl. &
lxij. & li. ij. ar. xlvij. & infra ar. li.

Articulus. L.



Si theutonicus propter
iniuriam uitam, sanita-
tem, aut manum amit-
tit, siue illud redimat
siue non, desuper mulctam aut
emendam non præstabit.

Glosa.

Vbi Theutonicus propter iniuriam vitæ &c.
Et est ratio, quia ad mortem condemnatus
efficitur seruus pene, & per seruum pene non
acquiratur fisco, vt ff. de his que pro non scri-
ptis. L. si in metallum, secundum Bald. satis
enim est semel fuisse supplicium vt in. L. omnes
C. de pe. Nec debet qd duplici pena cõterri,
vt de iudi. c. at si clerici. §. de adulterijs, cum
concor. ibi in glo. penul. An autem occisum
pro delicto deus puniat, vide xxij. q. v. quid
ergo. Vnde etiam condemnatus qui iam des-
putatam penam sustinuit, quia mortuus est,
vel quia in terrorem aliorum stetit suspensus
a potestate licite sepeliri. C. de religi. & sumpti.
fune. L. obnoxios.

a. Suspensus licite se-
peliri potest.

Glosa.

b Qui pro excessu in
corpore punitur mul-
ctam non soluit.

b Nota qui sanguinem suum fuderit pro aliis
qua iniuria hoc est eius mulcta & pena, sicut
enim ille qui emendam dat pecuniariam libe-
ratur eadem, ita etiam qui sanguinem suum
fuderit pro excessu, etiam absoluitur, vt in
auten. de manda. princi. §. oportet, coll. ij. &
hoc intellige de excessu, vbi vtrumque vita &
bona non amittuntur.

a. Alij textus habent
cum denario.

b. Textus vetustiores
ita legunt, auca nuri-
ens & gallina tem-
pore nutritionis.

Articulus LI.



Intelligite de animalium
uolatiliūque uerigeldo.
Pullus cum dimidio a-
nummo. Aneta totidē,
Auca autem cum nummo persolue-
tur. b Auca uero oua ponēs, & Gal-
lina tribus nummis persoluentur,
Et Anas uenatilis docta ad alias ali-
ciendum tantundem, hoc idem etiam

am sit cum porcello, cathulo & ha-
do dum sugunt. Agnus & Capreo-
lus cum quatuor, Vitulus cum sex,
Ouis cum octo, Pullus equinus in
duodecim hoc est in solido dum su-
gunt. c Canis custodiens curiam seu
canis fundi, sicut & is qui ouile se-
quitur tribus solidis. Annalis por-
cus & pecus domesticum quatuor
solidis, Sus succulos portans & nu-
triens quinq; solidis. Verrem simi-
li modo computando pleni ætatis,
Bos aratrum trahens, asinus, mu-
lus, & æqua, cum octo solidis. d Itē
equi ad laborem ualētes duodecim
solidis soluuntur. Cæteri equi qui iu-
venes sunt secundum suam ætatē
computabuntur. Equus cum quo
quis dominum suum sequendo cir-
dem inseruit, talēto id est uiginti so-
lidis coequatur. e Dextrariis autem
Cursoribus & ambulatoribus, Eqs
militum, uerigeldus certus non est
deputatus, nec porcis crassatis, ideo
ipsi & omnes res mobiles secundū
æstimationem si solutionem faciēs
eam suo iuramento non minuerit
persoluātur.

c. Textus antiqui ha-
bent, canis fundum cu-
stodiēs uno solido. Pa-
storicius uero tribus
exoluitur solidis.

d. Alij textus ita le-
gunt, iumentum &
alij equi campestres
ad laborem apti &c.

e. Estimatio rerum ue-
rigeldum non habena-
tum uide supra ar.
xlvij.

Glosa.

Et omnes res mobiles, &c. Debet enim fieri ex-
timatio vt cõmuniter non ex affectione singu-
lorum. ff. ad le. Aquili. L. si seruum & quod
ibi nota & ff. ad le. falcid. L. præcia.

Glosa.

Articulus præfens in ultimo loco huius libri
habebatur, nunc uero hoc loco ponitur pro-
pter continuationem ex eo quod concordat
cum materia de qua in præcedentibus habet,
Intelligi debet vt in se sonat, & secundū ex-
positionem, ar. xlv. & xlvij. istius libri.
Si quis curiosus esse uolēs querere velit, quid
uerigeldus vt textus habet animalium descri-
ptorum positus sit, & non maior, eadem ra-
tione interrogari ab eo quis posset. Quare a
iure inducie dantur ad quindenam post sex se-
ptimanas, ad proximum iudicium bannitū,
Z iij

Speculi Saxonum Liber Tertius

vt supra li. i. ar. lxxvii. & quor verigeldus a iure decretus in duodecim septimariis soluitur & alie multe que hic in iure habentur obseruantie. f. & itaq; quod in his & similibus que in voluntate & potestate principis seu primi legislatoris posita sunt vel fuerunt sic vel aliter constituti, ratio inuestiganda non est, vt extra de rescrip. c. si quando, in glo. & signanter in primariis constitutiōibus, quicquid em̄ p tempore illo illis placuerat pro lege habebatur, vt Insti. de iur. natu. §. sed quod princi. nec omnium danda ratio.

Pullus cum dimidio nummo &c. nec mirari debes. §. Ex eo enim id statutum est nam expense ille quas adhuc expositorus esset si ulte rius pullum fouere vellet animaduerti debet in taxando eo & vna cum isto computabuntur. Q. d. pullus soluitur medio nummo, quia vix medium nummum excedebat antequam fouebatur, & cum hoc retinet pullum is cuius prius erat.

Articulus LII

Regem eligere iure Theutonicis debet, a & cum ab Episcopis ad hoc deputatis benedicetur & ad sedem in Aquisgrani receptus fuerit regalem habet dignitatē. Cū autem ab apostolico fuerit consecratus Imperii habet potestatem & imperiam dignitatem & nomen. Rex ipse eligitur iudex super proprium feudum & uniuscuiusq; uitam. b Imperator uero quia in omnibus locis iniurias iudicare non potest, ideo illustribus idest principibus confert Comitatus seu comitatus uexillaq; feudalalia et Comitibus præfecturas idest scultetias.

c Feudum seu iurisditio feudalialis per quam aliquis in uita aut manu condēnetur in quartam personam non confertur, excepta præfectura idest scultetia in comitatu. d Iudex enim absq; præfecto idest sculteto legitimum iudicium habere minime potest, quia si de iudice conquærat coram sculteto respondere tenetur,

Scultetus enim est iudex culpæ iudicis, & Pallatinus seu palansgrauus imperatoris iudex est. f Burgrabius uero idest perpetuus castellanus iudex est marchionis.

Glosa.

Articulus xlii. & sic omnes sequentes ultra continuando & procedendo ab ar. xlii. usq; huc in quibusdam codicibus habentur pro vno.

Theutonici regem eligere &c. §. Qui hoc meruerunt suis virtutibus. Et dicuntur Theutonici germani, vt in c. venerabilem de electi. Nam vere sunt germen nobilitatis, vt notat Io. xxxiiij. dist. quorundā, habent ergo Theutonici regnum Romanę Ecclesię de consec. dist. v. in die.

Iure &c. Sic etiam dicit All. c. venerabilem & exponit ibi Hostien. de iure. i. naturali ratione. All. Insti. de iure natu. §. quod uero, & i. dist. consuetudo, de electione autem imperatoris, vide plene in dic. c. venerabilem. de eius uero iuramento & triplici coronatione habetur in clemen. Romani de iureiurando.

Glosa.

Dictum est superius quomodo emenda coram iudice pro quolibet excessu obtinetur, hic declaratur de iudice ipso & unde ortum habeat incipiendo a iudice supremo qui est Imperator. Vnde notanter in textu dicit, qd Theutonici regem eligere debent & non dicit Imperatorem. §. Rex enim fit ex electione Imperatoriam uero Maiestatem actibus bellicosus consequitur. h. lus uero eligendi Regem seu Imperatorem Carolus Imperator magnus Theutonicis dedit. Antehac em̄ potestas regem eligendi erat Senatoribus Romanis. Postmodum data erat facultas militibus in bello propter periculum ne exercitus sine ductore maneat, vt mortuo vel occiso Imperatore belli, alter eligeret. Carolus uero magnus postea attēta dexteritate & militia theutonicorum pro illo tempore quam indefesse & fideliter circa imperium declarabant, electionem regis illis decreuit.

Et cū ab Episcopis benedicetur &c. Cōsecratio etenim tribuit sibi nomen Regiū, electio uero subicit sibi imperium, dato quod Papa non confirmet, vt xciiij. dist. c. legimus.

Cum autem ab apostolico fuerit consecratus &c. Idē apostolicus facere tenetur ad hoc vt ostendat Regis electionem. f. Vnde circa id sciendum quod Rex nomen regum regnūq; consequitur electione. Imperium uero bello & pugna. Nomen uero imperatorū ex consecratione Pape nanciscitur, Rex eligitur iudex

f. Concordat iur. mu. ar. viij. & ar. ix.

g. Causa autem istius ut in Chronicis legitur, quod cum Ecclesia Romana ab Astolpho rege Lōbarorum opprimeretur petijt auxilium a Constantino & Leone filio eius Imperatoribus Constantinopolitanis, & cum nollet patrocinari Ecclesia Romana, Stephanus Papa secundus natione Romanus transtulit Imperium ad Carolū magnum qui fuit filius Pipini, quē Zacharias prædecessor eius substituerat Lodouico Regi Francorum quem deposuerat, de quo habetur xv. q. vi. alius, et traslatio illa facta est Anno domini septingentesimo septuagesimo sexto, qui Carolus coronatus est a Leone Papa tertio elapsis post hoc xv. annis & ab eo tempore translatus est Imperiū a grecis ad germanos, de hoc uide in c. venerabile de electi. in glo. sup uer. transtulit.

g. Concordat iur. mu. ar. viij. glo.

h. Glosa ista non in toto uerificatur, non enim Carolus Theutonicis autoritatē dedit eligendi Regē sed apostolicus seu Ecclesia, ut supra annotatum est.

i. Rex nomen regum consequitur electione, Imperiū actibus strenuis, nomē imperatorum ex consecratione,

f. Non omnium que in iure descripta habentur ratio inuestiganda est.

g. Vide iur. mu. ar. Cxxij.

a. Concordat iur. mu. ar. viij.

b. Vide supra li. i. ar. lviij. li. iij. ar. xxvi. iur. mu. ar. viij.

c. Textus uetustiores ultra id habent, que ipsi etiam ulterius cōferre possunt.

d. Concordat supra li. i. ar. lix. iur. mu. ar. x. ar. xvi. & xviij.

e. Concordat iur. mu. ar. xvi.

Iudex super feudum & proprietatem. &c. Ex eoq; supremus & communis est iudex omnium ut. C. de legi. & consti. L. i. & L. cum de nouo & L. si imperialis. C. de vet. iur. enucle. L. tanta. §. erat enim mirabile. &c. §. sequenti. Impator vero q; in omnibus locis. &c. Exindeq; habet qd' iudices omnes sub nomine Regis vel Impatoris iudicant, ut in auten. ut iudi. sine quoquo supra. §. itaq; coll. ij. & in auten. Ius iurandum quod prestat ab his. §. i. coll. ij. Sciendūq; ulterius venit quod ab Impatore omnis autoritas deriuatur in iudicijs, & iudex quilibet sit quisquis sit non aliter appellari debet nisi dominus.

Feudum seu iurisdicio feudalit. &c. Dubitare aliquis posset quomodo id fieri debeat qd' videlicet feudum in quartam personam conferri non potest ubi iudicare deberet super vitam aut sanitatem, excepta scultecia ut textus habet essetq; contra omne ius Saxonicum, ut sic enim nullus iudiciū exercere posset nisi scultetus sit, nec ipse Gograuius eligi poterit. Nā si Regē collocare vis in primo loco Margrabius secundum obtinebit gradum, & comes tertium & ille qui post eum sequitur sculteti obtineret officium essetq; quartum feudū & ita nullus inferior iudex in terra Saxonie foret. Immo qui super vitam & sanitatē iudicare deberet ex necessitate vel Princeps vel comes vel scultetus ut sit requireretur, hoc tamen esset contra articulum. lv. & lviij. & articulum vltimum li. i. ubi habetur quod electus Gograuius super vitam & sanitatē iudicare potest. Intellige ergo textum quod Rex infeudare potest illudq; quod Rex ex parte Imperij infeudat quo ad iudicia exercenda, iudiciū illud vel est ducatus, vel comitatus, vel scultecia. Alij vero dñi infeudare possunt in quatuor vel plures manus ut Marchio. &c. Vel dic quod istud quod loquitur de infeudatione intelligi debet in comitatu, huiusmodiq; feudū princeps obtinet ab imperio. Comes vero a principe. Ibi vero comes nullum alium infeudare vel iudiciū in feudum conferre nisi prefecturam seu scultetiam, unde veram rectam & intelligibilem textus sententiam efficit verbū istud comitatus. Intelligendo scilicet sic, in vno comitatu feudum iudiciū extra quartam manum conferri non potest dempta scultetia, non intelligere vult qd' alibi extra comitatum feudum ultra quartam manum conferri non posset. Sed quia duntaxat hoc in comitatu euenit ubi sententia confertur alias enim extra comitatum feudū vltius conferri poterit. ^l Consuetudinēq; pro testimonio habemus quę est optima legū interpretis, ut Insti. de iur. natu. gen. & Ciui. §. ex non scripto. ff. de legi. & consti. L. de quibus. Insti. de offi. iudi. §. i. & xi. dist. in his rebus. ¶ Quia si de iudice conqueratur hoc est si contra comitē agatur. &c. ¶ Et Palansgravius est iudex Imperatoris. &c. intellige quod super illum iudicabit qui antehac fuit Imperator

inquantum enim Imperator est nullum iudicem super se habere potest, ut infra ar. liij. in glo. Est enim super omnes iudices, & supra omne ius sub lege tamē viuit, ut. C. de legi. & constitu. Princi. L. digna. & Insti. qui. mo. testa. infirman. §. si. ff. de lega. L. ij. & ij. ff. de inoffi. testa. L. Papinianus.

Burgrabijs est iudex Marchionis. &c. huic contradicere videtur infra articulus. lv. ubi dicitur quod super illustrium vitam nemo iudicat nisi Imperator. & itaq; quod Burgrabijs est iudex Marchionis in Ciuilibus causis & de isto loquitur hic, non tamen in criminalibus, quia ut sic duntaxat Rex ipse super eū iudicat. Vel etiam soluendo textum articuli. & quod Burgrabijs potest in criminalibus querelam exaudire, & conscriptam ad Imperatorem transmittere Rexq; tandem sententia bit & ita vnum non contrariatur alteri, ut C. ubi sena. vel claris. L. quotiens & in auten. ut clerici. apud propri. Epil. §. si tamen. coll. vi. & C. de offi. procon. L. legati. & C. ad le. Corone. de falsi. L. ubi. & ij. q. vi. c. quīs.

a. Concordat iur. mu. ar. ij. & ar. vij.

Articulus LIII.



Valibet puintia Theutonice terrę suū habet Palansgrauionatū, Saxonia, Bauaria, Francia, & Sueuia, quę antequam a Romanis superabantur regna fuerunt a quibus ipsis in ducatus nomina fuerunt permutata. ^b Attamen Illustris in uasallos & uexillorum feuda reseruarunt quę ipsis per imperiū iam sublata sunt. ^c Iudex in suo iudicio multam habet & non emendā eo quod iudex agere non potest & iudicare, nemini uero emendatur nisi actori. Ideoq; illustribus emendam non competere iniuste ab aliquibus uulgatum est. ^d Non licet alicui iudiciū diuidere aut integrum conferre iam collatum, ita qd' ille cui collatum est habeat successionem quod oporteat incolas sustinere nisi sit Comitatus pertinens in feudum uexillorum, eundem nō licet uacantem habere. Similiter nō licet Regi uel Imperatori uexillum

b. Textus uetustiores ita legunt. Prinapes tamē deuictos seu subactos loco uasallorū, & feudale uexillū sub nomine ducali ibidem fore permiserūt, Imperiū uero postmodum eis & feudū illud præapatus aut ducatus & feudale uexillum abstulit.

c. Alter enim esse debet iudex et alter actor, & nullus potest in propria causa esse iudex, ut. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. L. una. & iij. q. iij. c. i. & ij.

d. Alij textus ita legunt iudiciū diuidere nō licet nec integrum conferre uel partē eius ita qd' ille cui collatū est successionē habeat qd' oporteat incolas sustinere nisi sit spectialis comitia quę uexillato pñ. at feudali hanc enim uacantē habere non licet.

k. Iudex quilibet dominus nuncupari debet.

l. Consuetudo optima legum interpretis.

Speculi Saxonum Liber Tertius

feudale diutius retinere, quin illud conferrat infra diem & annum.

Glosa.

Quilibet prouincia. &c. Antehac declaratū habetur quod Rex superior est iudex omnium in secularibus actionibus. Imperium enim a celsis a deo collatum est ut iustitia mediante omnia gubernentur. C. de vet. iur. enuclean. §. mirabile. Dicitur est preterea de iudicibus, & quo pacto Principes, Comites ab imperio fiunt qui & Aulici imperij dicuntur, vt li. feu. c. i. & item de illis qui a comitibus infeudantur qui & sculteti nuncupant. In articulo prefenti declarat de iudicibus qui non tantum ex gratia fiunt ut illi de quibus supra, sed etiam partim de iure iudicium eis competit vt sunt Palansgrauij qui hoc modo creati sunt. Romani etenim prouincias subiugantes Reges subactos dominare in prouincijs permittebant transmutatis eorum nominibus in testimoniū quod subacti sunt, sicut & in veteri testamento. Ieconias, Zedechias nominabatur. Itidem & Romani Reges subactos qui & nomen Regis preferebant, Duces & Palansgrauios nominabant, Dux enim dicitur qui bellum sequitur vel cui ducatus ab aliquo Principe in feudum datus sit, vt in li. feu. quis dica. Marchi. Comes. §. qui a principe. Nomēq; istud Palansgrauij est compositū ex Italico & Germanico. Phalent enim in Italico designat subiugatum dominū vel subiugatum Regnum. Groff. vero in germanico iuxta antiquū Saxonum vocabulum iudicem designat, exinde deriuatur Gograuij qui ad tempus eliguntur iudicesq; rusticorum fiunt. Item Margrauij idest vnus fori iudices. Burgrauij idest Ciuitatis vel castelli iudices. Itidem etiam in proposito Phalsgrauij hoc est iudices subiugati Regni & huiusmodi iudicē quilibet prouincia terre Saxonie habet vnum. Princepsq; Saxonie est inter illos vnus, vt infra articulo. lxiij. Secundus est Pallatinus Rheni hoc est Dux Bauarie. Tertius est Marchio Brādenburgen. Phalansgrauionatū Franconie habet, Archiepiscopus Maguntinē. Phalansgrauionatū Sueuie Episcopus Trien. Phalansgrauionatū Aquisgrani retinet Episcopus Coloniē. & isti tandem habent Principes sub se infeudatos qui ad phalantias pertinent, & vocantur Electores imperij seu superillustres, vt in auten. vt ab Illu. & qui super eam sunt dignitatem. §. i. coll. v.

Iudex in suo iudicio mulctam habet & non emendam. &c. sequeretur ex eo quod iudices vilioris conditionis essent q̄ ceteri homines. Quilibet enim homo emendam habet secundum sui generationem, vt supra li. ij. ar. xvi. & Insti. de iniur. §. atrocē iniuria, & ff. eo. ti. l. Pretor edixit. §. atrocē, & C. eo. ti. l. iij. Tum etiam si emendam non habent ergo nec digni-

tatem, quod tamen est falsum & contra prius dicta vbi habetur quod iudices ad minus liberi esse debent, esset etiam contra ius seu. ca. lxi. vbi habetur qd nec mulieres nec clerici, nec illegittimi iudices esse possunt, vt in auten. de iudi. vt nullatenus cum iureiuran. §. i. coll. vi. & ff. ad le lul. de vi. priua. l. i. Si gnumq; istius hic est quod legitimos iudices esse oportet, & si quis infamis sit, iudex esse non poterit, vt. C. ex qui. cau. infam. l. i. extra de rescrip. c. i. sciscitatus, de testi. c. licet ex quadam, de iureiur. c. querelā, de excessi. prela. c. inter dilectos, & iij. q. vii. c. infamis. Exindeq; sequitur ex quoquidē legitime nati sunt & bonę fame merito emendam habere debent. R. ad obiecta sub distinctione. Iudicē in suo iudicio preesse intelligitur dupliciter. Vno modo quādo est in ciuitate vel loco vbi iudicare sibi cōpetit, & ille locus vocatur iurisdicio sua si quis contra eum deliquit, vt sic emendare sibi oportet vt ceteris hominibus. Alio modo iudex est in suo iudicio, quando in sua sede iudiciali residet, quod nos iudiciū bannitum nuncupamus ibi nulla emenda sibi sequitur sed tantum mulcta vt textus habet. Iudex enim non potest & actor & iudex esse, obuiaturq; per id avaris iudicibus q̄ extorquere audet pro excessu in iudicio eis illato mulctam & emendam. Mulctam ex parte contumelie iudicio facte, emendā pro contumelia iudici illata quod fieri non debet per simile sicut nec actori vtrūq; cedit & mulcta & emenda sic nec iudici.

Querere quis posset, iudex contumelia affectus vel verberatus tempore quo pro tribunali iudicio residet quam emendam obtinet vt sic enim minus iuris sibi cōpeteret q̄ alijs. R. si iudici talium qd in iudicio residenti euenit querulari potest superiori iudici emendāq; sibi decernitur nō quidem vt iudici sed vt actori. Vel. R. Iudici in iudicio pro tribunali residenti si quid iniurię euenerit emenda quidem sibi non cedit sed ille punitur corpore propter fractam iudicij pacem, vt supra li. ij. ar. xij. & ff. ad le lul. de vi. publi. l. q̄ do lo, & per totum.

Et nemini emēdatur nisi actori. Ideoq; Illustribus emendam non competere iniuste diuulgatum est. &c. excludit opinionem illorum qui dicunt quod vbiuncq; Rex vel Princeps sit, quod ibidē iudiciū bannitum esset. Qd. ex quoquidem iudici emenda nō datur in eorum iudicijs, & secundum quod aliqui opinantur quod coram Principibus semper iudicium bannitū sit exinde sequitur quod Principes nullam emendam haberēt. Intelligit tamen quod iudicium nomen iudicij sortiri nō potest nisi cum per ortilegia sentētiatur, hoc est iudex iudicium bannitum non habet nisi cum per sententias iudicat, vt supra li. i. ar. lix quare opinio illorum falsa qui dicunt quod Principes emendam non haberent. Patet em̄ ex arti. xlv. eiusdē libri quod Principes emē-

l. Iudicem in suo iudicio preesse intelligitur dupliciter.

e. Dux unde dicatur concordat Iur. mu. ar. xij. infra eo. li. ar. lviij.

f. Princeps dicitur p̄ uisor imperij uel prināpalis feudi quo infeudatus est, dux uocatur cum in imperio preest exerātui Groff. secundum antiquū uocabulum Saxonicum iudex dicitur & hi quadruplices Phalexgraph quasi iudex subiectę prouināe, quia Phalenth in Italico subiectus dominus dicitur Margraph iudex fori uel iurisdictionis unius. Burgraph iudex unius ciuitatis uel castelli. Gograuius iudex unius facti. Dingrauius iudex unius iudicij uel rei, seu. c. lxxij.

g. Vide seu. c. lxxij.

h. De electoribus imperij, uide infra ar. lviij.

dam habent.

Non licet alicui iudicium diuidere. &c. Dixerunt quis possit si diuidere iudicium non potest ergo nec iudicium in feudum dare, sic sci licet intelligendo, Rex vel alter dominus si iudicium infeudare vult illud totaliter vassallo conferre tenetur & ille cui sic confertur vltimus alium infeudare non poterit. Intellige tamen textum articuli & exinde soluitur dubium istud Rex creare potest Marchionem seu Margrabium qui confert sibi iudicium vltimus oppidi vel fori & hoc Marchio facere non potest quod videlicet vltimus cum simili feudo infeudet alium ex eo quia Marchio aut comes cum sua infeudatione non potest alium Marchionem aut comitem creare.

Non debet etiam ducatus aut comitatus diuidi nec Marchionatus. &c. hoc intellige ex eo quia vexillum feudi est vel quia imperii officium est, ut in Constitutis. Frede. §. preterea de prohibita seu, aliena.

Nisi sit Comitatus. &c. Ponit exceptionem ubi iudicium infeudatum vltimus infeudari oportet sicut & Rex in Regno feudum vexillum conferre cogitur infra annum & diem & ex feudo vexillum Principes de necessitate Comites infeudant, & comites consequenter scultecias ut in precedenti articulo. Et hoc de veris iudicibus esse dictum intellige. Quis libet enim verus iudex potest iudicio suo subdelegare quemcumque vult, ut. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare. l. i. & in auten. ut de fun. sine fune. eo. §. illud coll. v. & ff. de iudi. l. iudicium, & in auten. de iudi. & ut nullatenus cum. Iure iuran. §. omnes coll. vi.

Articulus

LIII

Feudum in iudicando seu iudicio non licet alicui habere nisi sit liber idoneus scabinus & nisi Regi fidem & omagium faciat secundum ius liberorum, per hanc fidem etiam iuret quando ducitur in testem Rex cum eligitur oportet ipsum iurare fidem, id est omagium prestare imperio & quod iustitiam exaltet confortetque, iniuriam vero propositae deprimat & etiam Imperium in iure suo protegat secundum quod scit & praeualeat, quo finito iuramentum aliquod de cetero non prestabit nisi forte ab apostolico de hæ-

resi accusetur. Postmodum omnium rerum ad suum testimonium pertinentium per iam imperio prestatum sacramentum testificabitur & sub sacramento suam ponat promissionem ubi pax iuratur. Viciatus corpore aut leprosus, vel sententia apostolici iuste innodatus in Regem non est eligendus. Rex debet esse de legitimo thoro natus & ingenuus in iureque suo immaculatus. Postquam in Regem electus sit quis Franconiae debet habere iura cuiuscunque fuerit nationis. Quia sicut franco nisi in manuali deprehendatur facto in vita eius non condemnatur, aut ius Franconorum amiserit ex causa, illudque abiudicatum sibi sit. Ita nemo potest in iudicio vitam regis impetere nisi prius per sententiam fuerit imperio priuatus.

Glosa.

Qui omagium imperio faciat. &c. an qui iuravit predecessori teneatur etiam iurare successor? notatur per Inno. extra de iure iuran. c. veritatis & per Arnold. xij. q. ij. longinquitate, iurans enim alicui & eius successor aut dignitati non tenetur amplius successor iurare, ut notatur in. c. non dei de symo. Et iuramentum fidelitatis si exigitur ultra formam, quantum est ultra est ipso iure nullum de offi. iudi. ordi. dilectus. d. Et potest iuramentum fidelitatis per procuratorem prestari, ut notatur de statu regulari. c. vno, in. §. verum, & §. Episcopis li. vi. in glo. in Ecclesiastico ubi glosa dicit hoc verum esse cum prestatur Ecclesiastico prelato. Secus si principi temporali nisi consentiret. Et hoc etiam scias quod qui succedit in dignitate temporali tenetur seruare quod promisit aut iuravit eius predecessor in. c. venerabilem de elec. Vnde dicit Valerianus li. ij. c. i. adduci non possum ut credam vbi vtilem quem domi scelestum terno.

Glosa.

In articulo presenti docetur, quod iudex esse poterit, quomodo iudex efficitur, & quomodo testificari potest. Tandem ponit & tractat de iure Regis Romanorum, & quomodo infeud-

b. Alij textus legunt ubi sacramento pax confirmatur ad hoc ipse suum prestare debet promissum.

c. Concordat Iur. mu. ar. vij. glo.

d. Iuramentum fidelitatis per procuratorem prestari potest.

e. Successor tenetur seruare promissa predecessoris.

a. Concordat Iur. mu. ar. vij.

Speculi Saxonum Liber Tertius

dat vel feuda confert quodq; nullus feudum in iudicando habere potest nisi bannitus. Cōtrarium tamen huic videtur supra. ar. lviij. & lviij. li. i. vbi dicitur quod Gograuius infeudatur & iudicium sibi cōmittitur si ergo infeudatur erit iudex infeudatus. In gograuiū vero eligi homo simplex potest & non scabinus natus, & ita contradicere videtur huic articulo. R. quod Gograuij nullum iudicium habent in feudum sed si confertur sibi aliquid, hoc fit propter laborem suum prout ibidem dictum est. Sed quid dicitur de consuetudine quē iam cōmuniter in terra Saxonie inoleuit & signāter in Marchia vbi infeudatus iudex nullibi inuenitur scabinus natus. Respondi posset quod multa ex consuetudine admittuntur quę de iure fieri non deberent. Consuetudo enim renouat ius, vt. ff. de legi. & sena. cōsul. l. non est nouum.

Instare iterum quis posset id fieri non debere vt iudex ex cōsuetudine sit. Iudiciū siquidē exercere volens ordinariē vt ad id cōstituatur necesse est. Qui em̄ nō ex cōmissa sibi autoritate iudicat non iudicare dicit sed occidere, prout habetur in Enangelio qui gladio dimicat hoc est propria autoritate iudicat gladio peribit, hoc est iudicio dei interimetur, vt. xxij. q. i. c. i. & ea. q. iij. c. ille Si itaq; iudex habeatur ex consuetudine qui non est scabinus non esset secundum iuris ordinem iudex, & ita potius homicida q̄ iudex diceret. R. itaq; sub distinctiōe, id quod hic dicitur quod ne mini feudum in iudicādo habere licet nisi sit liber scabinus, homines siquidē dūtaxat duplices sunt liberi & serui, vt Insti. de iur. perso. §. summa, Serui iudices esse non possunt, nec feudum in iudicādo habere, vt. ff. de iur. di. l. cum pretor, & extra de rescri. c. sciscitat sed dūtaxat qui liberi sunt, vnde textus sic intelligitur, qui feudum in iudicādo habere debet ad minus ita liber esse tenetur vel tantā libertatem habere sicut idoneus scabinus. ¶ Libertas enim scabinorum est vilior omnib⁹ nā & liberti seu ministeriales scabini esse possunt, vt infra. ar. lxxxi. §. i.

Iurando imperio omagiū prestat, & c. §. Quo pacto autem id fieri debeat infra scriptam iuramenti attende formam. Iuro ego per deum omnipotentem & filium eius vnigenitū dominum nostrum Iesum Christum & spiritū sanctum & per sanctam gloriosam dei genitricem & semper virginē Mariam, & per quatuor Euangelia quę in manibus teneo meis, & per quatuor Euangelistas, & per sanctos Archangelos Michaelē, Gabrielem, purā conscientiam ingenuūq; seruitium me seruaturum, quod ius habere & tenere volo secundum conscientiam & probitatem in seruitio Serenissimi Principis domini, S. occasiōe tradite mihi ab illo in eius bonis administrationis & omnem laborem & sudorem sine dolo suscipiē. omnemq; artem malam & dolum in commissā mihi ab eo administratione vitare volo, Quodq; Catholice fidei sum, & nullo modo vel tempore ei aduersabor nec alium permittam quantum possibile fuerit mihi, & quod nulli penitus quicquam dedi neq; dabo occasiōe dati mihi cinguli seu officij sed nec quicquam promisi quodq; pro be me in eo ostendere volo in subiectis domini mei, contentus in his quę statuta mihi sunt de fisco annoris & iura imperatoria scire volo nec illa omittēdo propter amorem, cōpacientiam, inuidiam, odium, cōmodū, vtilitatem. Iuro etiam quod probos & honos in eorum probitate paterne seruare volo, subditosq; a prauis tueri, in iudicijsq; equis iudex esse volo, excessus omnes inuestigando, equitatemq; tenendo, iustos in iustitia conseruando. Iniustis vero debitam infligendo poenā. Id iuro ita tenere & obseruare aliterq; non facere, & si istud non seruauerim extendatur super me horribile iudicium domini nostri Iesu Christi & sim particeps lude inuadatq; me Iesi lepra, & tremor Caim, & gladi⁹ seu iudicium seculare sit super me, quod sup falsos iudices statutū est. Vide hoc idem copiosius in auten. iusiuran. quod prestat ab his per totum coll. ij.

Dicere quis posset, quid si vnus non ita vt premissum est iuret nihilominusq; iudex sit & ista hic expressa non seruet, an ex eo efficiatur periurus nec ne. R. quod sic. Iuramentum enim istud est officij, qui ergo officium suscipit, coram deo iuramentum facit, quīs corā hominibus aperte id non faciat, vt. xxij. q. ij. c. in dolo, & xxij. q. v. caueat & c. iuramēti. Hoc pacto iurat etiam vassallus cum feudum suscipit, persimile Consules & Proconsul iurant ciuitati. Preterea hoc modo iurat professus alicuius ordinis mutatis tamen mutandis vt in iuribus allegatis habetur.

¶ Cū Rex eligitur, & c. Tractat hic de electione Regis Romanorū excerptaq; est lex presens per translatorem priuilegij ex constitutionibus Caroli Imperatoris cum Imperium Teutonicis tradidit, h quicquid enim hic dicitur de Imperatoribus imperioq; nō habet in legibus vt Accursius dicit. Insti. de iur. natu. genci, & Ciui. §. sed & quod.

Quo finito iuramentum de cetero non prestat. Imperator etenim semel iurando amplius non iurat, sed verbum ipsius sicut iuramentum esse debet, & omniaq; verba eius veraciter proferantur tanquam iuraret, vt. xxij. q. v. c. iuramenti.

Nisi forte ab apostolico de heresi accusetur, vt sic enim iuramento se excusare eum oportet, alias apostolicus eum deponere poterit, vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolicę. §. de heresi. li. vi. In huiusmodi etiam casu. Papa ipse propter heresim deponi potest, vel iuramento se absoluet vt notat Ioan. Andr. in glo. extra de sen. & re. iudi. c. ad apostolicę ver. de heresi. li. vi. extra de heresi. c. excōmunicam⁹. §. i. & §. si q̄ vero, & xl. dis. c. si Papa.

¶ Libertas scabinorū vilior omnium, concordat Iur. mu. ar. xvi. & xxij.

¶ Iuramentum fidelitatis vassallorum seu iudicum, hoc idem videtur de Iur. mu. ar. viij.

h. Concordat Iur. mu. ar. viij. glo.

i. Verbum imperatoris seu regis ita firmū esse debet ac si iurasset.

Viciatus corpore & leprosus. &c. ista hic in
textu enumerata nedū in electione Regis sed
in quacūq; officiorum electione nocent im
pediūtq; electionē. Sed si lepra aut huiusmo
di defectus post electionem alicui aduenerit
non deponitur sed sibi datur administrator,
vt extra de suplen. negli. prela. c. grandi. li. vi.
Vel sententia apostolici innodatus. &c. ^k Ex
communicatio etenim electionē impedit ex
multis respectibus. Primo quia excomunica
tus est diuisus ab Ecclesia catholica. Qui ve
ro ab Ecclesia seperatur est infidelis, vt in au
ten. de priui. doti. hēreti. mulieri. nō prestan.
§. i. coll. viij. & iij. q. i. c. ij. Secundo quia sacra
scriptura est mater imperij, & ita qui excom
municatur amplius non est filius Ecclesie, vt
in auten. vt deter. sit nume. clerico. §. i. coll. i.
& C. de sacrosan. Eccle. L. iubemus. Tertio
quia Rex debet esse iudex cōmunis sup om
nes. Sed qui vult esse iudex debet esse mem
brum Ecclesie, vt in auten. iusiuran. qd' pres
tra. ab his. §. i. coll. ij. C. de Episco. audien. L.
iubemus. Quarto qā Regalis dignitas est pre
cipua in mundo, & qui non est in congrega
tione Ecclesie etiam sibi denegantur Christia
ne dignitates, vt. C. de iudeis & celicolis. L. ff.
& in autē. de priui. doti. hēreti. mulieri. §. vnā
nobis coll. viij. Huic tamen contradicere vi
detur, infra ar. lxiij. vbi dicitur quod excom
municatio neminem debilitat in iure nisi sub
sequatur Imperij proscriptio. & quod excom
municatio nemini nocet. Intellige iure pro
uinciali & feudali, hic vero loquitur quod
excommunicatio nocet in electione, electio ve
ro nec a iure prouinciali nec a iure feudali ve
nit. Quod autem excommunicatio electionem
impediat habetur extra de electi. c. venerabis
lem, & hoc vt textus habet si iuste in censuras
huiusmodi inciderit alias nō, quę autem ex
communicatio noceat & quę non, infra cir
ca ar. lxiij. declarabitur.

Rex, Frāconię debet iura habere, &c. huic pa
ragrapho contrariari leges videntur in mul
tis locis quę disponūt quod Rex legibus sub
esse non debet, immo omnibus legibus im
perat, vt Insti. q. mo. testa. infirmen. §. penul
ti. & ff. de legi. & senatusconsult. L. princeps,
& ff. de iurefisci. L. fiscus. Tum qā in scrinio
pectoris Principis vel Imperatoris omnia res
conduntur iura, & ita nulli iuri subesse debet.
Si ergo iura Franconię vt text⁹ disponit ha
bere tenetur, oppositum sequeretur quod ta
men fieri debet, vt. C. de testamen. & quę ad
modum testamenta ordinentur. L. omniū, &
extra de cōstitu. c. licet, li. vi. & quod Rex ex
sua dignitate omnes excedit leges, subesse ta
men non dedignatur legibus, vt. C. de legi.
& consti. L. digna vox, & C. de lega. L. ex im
perfecto, & ff. de inoffici. testa. L. Papinia. §.
si Imperator. Sciendum tamen quod para
graphus iste qui hic ponitur non istud inten
dit quod Rex subiectus esse debeat iuribus
Francorum sed innuere vult quod quemad

modum Francū ita & Regem nemo accusa
re potest, nec contra eum agere in quantum
Rex est nisi deponatur. Vñ paragrahus, se
ipsum exponit & limitatum dicit, qā sicut
Franconi vita non adimitur. &c. Ita etiā Rex
super vita non accusatur nisi prius Imperio p
sententiam priuetur, ex quibus autem causis
id fieri poterit vide infra ar. lviij. quis vero im
peratorem iudicare debeat dictum est supra
eo. li. ar. lij. §. vlti. Pallatinus etenim Rheni iu
dex illius est.

Rex de legitimo thoro natus esse debet, &
in iure suo immaculatus hoc idem habetur.
C. qui milita. pos. vel non. L. i. & C. de seruis
ad militiam vel dignitatem aspirantibus. L. i.
Quod autem legitimo thoro natus esse de
beat, habetur extra de electione. c. innotuit.
Et item iure immaculatus vt sit ita quod
Curem & Crines non redimat nec in prosci
ptione Imperij anno & die iaceat, occasione
spoliū vel prede non paciscatur. Legitimē na
t⁹ qd' sit qd' qā nū hac falsus iudex nō fuerit,
vt supra li. i. ar. xxxviij. & C. ex qui. cau. ali.
infra. itroga. per totum, & ff. de his qui notan.
L. i. & ij. q. i. c. in primis, & extra de testi. c. ij.
versi vilissimi, & ff. eo. ti. L. iij.

Articulus. LV.



Vper illustrium uitam
& eorum sanitatē ne
mo iudex extitit nisi
Imperator. Super uitā
bannitorum condemnatorum nul
lus nisi uerus praco iudicabit.

Glosa.

In precedenti articulo dictum fuit quomō
do Rex supremus iudex est in seculari iudi
cio, hic tandem declarat quis super uitam il
lustrum & Principum q regi proximi sunt
iudicare debeat & dicit quod Rex duntaxat
ipse solus & nullus alter. In oppositum tamen
istius est supra articulus. lij. vbi habetur quod
Burgravius est iudex Marchionis qui etiam
Princeps est. Preterea contradicunt etiam le
ges, vt in auten. vt om. obedi. iudi. prouin. §.
i. coll. v. vbi habetur quibus actio vel respō
sio competit id facere tenentur in prouincia
in qua sunt possessionati. Preterea. C. vbi se
natores vel clarissimi. L. ij. cauetur quod sena
tores, hoc est Principes qui & Cōsules Roma
ni sunt respondere eos oportet in prouincijs,
vbi possessionati sunt vel vbi maiora bona
possideant. Responderetur quod leges allegatē
locum habent in eum sensum quod videlicet
quęrela actoris apud iudicem prouincie exau
A 2

2. Ad hanc materiam
uide C. ubi sena. uel
clariss. Cui. uel crimi.
per totum,

Speculi Saxonum Liber Tertius

ditur eiusque probatio tum & Marchionis vel Senatoris responsio, Preses tandē vel iudex prouintie Regi illud insinuabit qui & solus negotiū decerneret, vt. C. vbi senatores vel clarissimi. L. quociens. §. i. ij. & iij. & hoc quantum ad primas duas instantias. Quoad tertiā vero, vbi dicitur quod quilibet in prouintia respondere tenetur intelligit simplices homines & non principes, & hoc colligitur ex textu ibidem cum dicitur querulare & respondere debent coram iudice prouintie, hoc est coram principe, & ita lex illa non includit principes, nullus enim iudex esse potest in sua causa, vt. C. ne quis in sua cau. iudicet. L. i. C. Super vitā bannitorum. & c. ^b Nota quod iudices triplices sunt. Primo dicitur iudex qui per sententiam querelam determinat sicut verus iudex, vt supra li. i. ar. lxij. & C. de iudicijs. L. rem non nouam in fi. & in auten. de iudicijs. §. i. coll. vi. & ff. de re. iudi. & effe. senten. L. ij. Secundo iudices sunt qui causam exaudire possunt, iudicare tamen minime, sed ulterius transmittunt sicut sunt illi qui super illustres iudicant, & de istis hic in glossa superius tactum est, & C. de iudicijs. L. Properandum. §. si autem, & in auten. de defen. ciui. §. audiunt, coll. iij. Tercio dicuntur iudices qui prolatam sententiam exequuntur sicut est legalis præco, & de isto habetur hic in fine paragraphi qd' sup' vitā bannitorū præco iudicabit.

Articulus LVI

DRACO communis cum a iudice & scabinis fuerit electus Regi tenetur fidem facere secundum ius liberorum. Posthac iudex per manum cum ducendo super se dem cussino tectam in opposito sui locare debet, & reliquias aut crucē in sinū eius collocabit pacemque eidē pronūctiabit. Et extūc pignorādi arestādi detinēdiq; unumquemuis & bona illorum. ^a præco quando hoc faciendum pronūctietur habebit potestatem. Si uero iniuriam commiserit uitæ suæ & rerū ut alius pacietur detrimentum. Gladium aut arma non ferat sed si in exequenda iustitia ei idebite resistatur, clamor debet confiniū aduocari & ius prosequi secundum suum posse. Quod

si non poterit iudici cōqueratur. Et ei pertinet homo decimus morti cōdemnandus & hunc potest dimittere si redimatur ab ipso. Vbi etiā uir moritur aut mulier absq; hære de ^b fructus in horreis pauimento uiciniores ad eum pertinent & uetis quotidiana defuncti, ubi proprietas datur & donationi pax nūciatur ab ea tres solidos obtinebit. ¶ Facultatē etiam habet unum hominem excepto sculteto in qualibet uilla absoluerē a iudicio si non cōtra ipsum sit quærela, uel si incusatus non sit.

Glosa.

Superius dictum est de duplicibus iudicibus hic tandem consequenter in hoc articulo tractat & declarat iura tertij ordinis iudicis qui est præco ipse.

Vnde nota præconis quedam specialia. ^c Primo quod eligi debet ex proprietarijs, vt supra li. i. ar. ij. Secundo quod non adeo legalis vel insignis esse cogitur, & hoc tangitur li. eo. ar. xlv. cum dicitur qui minus q̄ tres māsos habeat p̄prietatis. Tercio quod p̄fessus seu scultetus cum scabinis eundem eligere tenetur, vt supra ar. eo. xlv. Quarto quod sibi super violentia querulari debet in absentia iudicis, vt supra li. i. ar. lxx. Quinto quod eius emenda & verigeldus secundum sui generis nem duplex est, vt supra li. i. ar. viij. Sexto qd' testimonium eius stat vice duorum, vt li. i. ar. viij. & hoc ubi per testimonium septem virorum probare necesse fuerit. Septimo quod testificari potest loco iudicis, vt supra li. ij. ar. xxij. Octauo quod cum iudex iuramento cōfirmare debet, & ille iurabit ius pmouere, in iustitiam vero deprimere, & reliquias tēpore iuramenti in sinu tenebit in signū istius qd' iustus esse uult pacē bonis ordinādo, & irā dei in malis vīdicādo, sicut Phinees in sambri fecit, ^d vocatq; præco q̄si nuntius dei, vel seruus dei q̄a est minister imperij dei, & potest homines penis afficere & occidere sine peccato, vt xxij. q. iij. c. quesitum, habetq; exinde meritū quod malos propter excessus corrigit & per eius factum placatur ira dei, vt ea. q. si quis. Quare iusto præco interpretationem & significatum nominis sui effectualiter in se habere debet vt merito nuntius dei vocari possit, ^e Vnde circa id sciendum quod præco tria in se habere tenetur ad hoc quod nuntius dei vocari possit. Primo quod malos & excessiuos

^b. Textus antiqui habent annona crescens in terra uacante sibi pertinet.

^c. Præconis specialia vide.

^d. Præco nuntius dei uocatur.

^e. Præco tria in se habere tenetur.

^b. Iudices triplices inueniuntur concordantur mu. ar. xxi. glo.

^a. Alij textus habent quando ad id fuerit expentus & per sententiam assignatus.

In iustosq; corrigere seu occidere non debet ex odio, ira, sed duntaxat Zelo iustitie, vt Insti. q. ex cau. manumittere nō li. & xxij. q. v. officia. Secundo quod id faciat suo proximo in obsequium contra quē ille maleficus excēssē rat, vt ea. q. c. non est. Tertio vt id faciat propter deum, vt videlicet per illam vindictam ira dei mittigetur, quodq; ab excessiuo vindicta maior propellatur, vt. xxij. q. iij. c. si quis & ea. q. viij. c. legi. & c. occidit, & xxij. q. iij. c. quesitum, & hoc intelligendum cum p sen tētiā ad id deputatus sit vt textus habet, qā alias sibi facere non licet, vt supra li. i. ar. iij.

C Si autē iniuriam cōmiserit, &c. & hoc ideo fit q̄ quia officium aut aliqua dignitas iuuare minime potest aliquem quod malefaciat, vt. C. vbi senato. vel clarif. l. quicunq; & in auten, vt om. obedi. iudi. §. i. coll. v. & xl. dis. c. non vos.

G Quod si iudicē neglexerit triginta plagis afficitur, vt supra li. ij. ar. xvi. Gladium aut arma non ferat & hoc ex eo fit quia Præcones pace Regia prouisi sunt, vt supra li. ij. ar. lxvi. & li. iij. ar. ij.

Si quis vero ei resisterit, &c. hoc est eundem detineat si potest, & hoc ex eo fit quia per fugam reum se ostendit, vt supra li. ij. ar. xxxv. & xl.

Quod si non poterit iudici deferatur, &c. & ita proferibitur ille.

Et ei p̄inet decimus homo, &c. Exinde colligi poterit quod quicqd vt sic lucratur ius ad illud habet, & q̄qd sibi p̄ huiusmōi hominib⁹ datur iuste sibi cedit, vt. xvi. q. i. c. de cūm. Notāterq; in textu dicūt homo decim⁹ mortī cōdēnandus hoc est anteq̄ cōdemnē & hoc propter id vt eo maiori p̄tō redimī possit, qā si sibi traderetur qui iam iudicat⁹ fuisset infamis efficeret, & ita vilioris p̄mij esset, vt supra li. i. ar. xxxvij. & xxxvij. & ff. de his q̄ notan. infā. l. i. & C. qui ex cau. infā. irroga. l. si furti & L. non damnatos. Secundo quod circa hunc paragraphum notari debet vbi dicitur condemnandus, hīc enim est consiliū, ex p̄cepto enim habetur quod mali puniendi sint, vt supra li. ij. ar. xij. & ff. de penis. l. respiciēdum, & C. eo r. l. si operis, & xxij. q. iij. c. quesitum. In oppositum tamen sentire videtur sacra scriptura cum dicūt quod mali tollerandi sunt vt Saluator noster iudam tollerauit, & xxij. q. iij. c. i. h. R. qd mali tollerandi sunt ab illis quibus iudicium commissum non est, vt ea. q. v. c. de occiden. dis. Illi vero quibus iudicium cōmissum est tollerare eos minime debent, vt. xxij. q. iij. c. quesitum, & supra li. ij. ar. xij.

Annona crescens in terra, &c. Intellige de annona quē in campo stat & hoc in Comitatu. A qualibet etiam villa, &c. Quilibet em̄ ad iudicium pertinens iudicio se p̄sentare tene tur si non vuerit incurrit penam, vt supra li. i. ar. ij.

Articulus LVII



Imperator a tēpore cōsecrationis ab apostolico aut alio nisi in tribus casibus potest ex cōmunicari, b qui sunt hæresis, matrimonij distractio, c & sacrilegij. In principis electione primus erit Episcopus Treuerensis. Secundus Maguntinē. Tertius Colonien. d Primus inter illustres Regni Pallatin⁹ Rheni qui est dapifer. Secundus Dux Saxonie Marscalcus. Tertius Marchio Brandenburgen Camerarius, Bohemie Rex Pincerna est, qui non eligit quia nostre non est nationis. Præter istos succedit etiam electio omnium Principum Imperij tam clericorum q̄ laicorum non quod sicuti prædicti secundū eorum placitum eligere debeant, sed quē omnes illustres eligunt eundem præ ceteris in Regem nominabunt.

Glosa

Imperator a tēpore, &c. Potest etiam p̄ter filium suum illis communem constituere Regem quoad nomen sed non quoad regimen secundum Bald. in vsibus seu. in prohe. in prima diuisione seu.

Nisi in tribus casibus, &c. hoc est erroneū qā non solum in his tribus casibus sed etiam ratione cuiuslibet peccati apostolicus in Imperatorem & quemlibet potest & debet censuram extendere. Nam etiam vbi anime periculum vertitur potest corrigere leges imperiales quia in hoc casu leges nō dedignantur sacros canones imitari de quo puncto notatur. c. nouit de iudi. & c. vlti. de p̄scripti. & in regula secunda de reg. iur. li. vi. & non solū Papa sed inferior iudex, vt de offi. iudi. ordinā. c. i. & de ma. & obedi. solite. e Debet autē imperator defendere Ecclesiam de electi. c. venerabilem, & exaltare dominum Papam. lxij. dist. tibi domino. Item tueri clericos. xvi. dist. c. vlti. & miserales personas. xxij. q. v. Principes & c. administratores.

In Principis electione, &c. vnde de hoc dant tales versus, Maguntinē, Treueren, Coloniē, quilibet imperij est Cancellarius horum

a. ARTICVLVS RE PROBATVS.

b. Vide supra li. i. ar. i. iur. mu. ar. viij.

c. Alij legunt aut Ecclesias destruxerit cōsecratas.

d. Concordat iur. mu. ar. xij.

f. Dignitas aut officiū nullum iuuare potest ut malefaciat.

g. Vide supra li. ij. ar. xvi.

h. Mali tollerandi sunt quomodo intelligatur

i. Imperatoris officiū.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Marchio p̄positus Camere, Pincerna Bohe mus, sic Palatinus dapifer, Dux Portitor en sis, de hoc nota in, c. venerabilem de elect. & in, c. ad apostolice de senten. & re iudi. lib. vi. Qui non eliger. &c. Et ex hoc dicūt quidam quod de necessitate non est vocandus nisi cū aliq̄ discordant, nec istud ius habent ab anti quo sed hodie de facto tenēt, de hoc per Ho sti. de elect. c. venerabilem. Canon tamē dicit quod Exercitus imperatorē facit. xxiij. dis. le gimus.

Glosa.

f. Apostolicus uel Im perator quis eorum dignitate sit maior ar gumenta pro & con tra. Cōcordat iur. mu. ar. vij. glo.

Ex textu articuli p̄sentis oritur questio de superioritate apostolici & Imperatoris quis eorum sit superior. f Arguiturq; pro & con tra. Quidam enim dicunt Imperatorem esse superiorem certas pre se habentes rationes. Prima quia Imperator imperium a nullo ha bet nisi a deo, vt. xxiij. q. iij. q̄situm, & ex tra de appella. si duobus & ita eum subesse al teri nō oportet. Item imperatorem eligit ex ercitus, vt supra eo. li. ar. liij. & non Papa, & ita subesse apostolico non debet, vt. xxxv. dis. c. legimus. P̄terea Ecclesia conferre im peratori tenetur tributū ēque sicut apostoli co, vt. xi. q. i. c. magnū. In oppositū sunt aliq̄ qui dicunt apostolicum esse superiorem fun dantes intentionem suam super dicto Salua toris quod habet in Euāgelio de sancto Pe tro, Quodcunq; ligaueris super terram, &c. Idq; deriuari volunt ad omnes eius successo res, vt dere. iudi. c. ad apostolice, li. vi. P̄terea apostolicus habet vtrunq; imperium cōe leste & terrenum, vt. xxiij. dis. c. i. P̄terea Im perator Omagiū p̄stat apostolico, vt. lxiij. dis. c. tibi. Insuper apostolicus imperium ex Gr̄cia hic transtulit, vt extra de electi. vena bilem, & item apostolicus deponere potest. Imperatorem. xv. q. v. c. alius. Et etiam apo stolicus quandoq; intromittit se in iudicium seculare sicut quando illegittimi qui sunt les gitimos efficit, vt extra qui filij sunt legittimi. c. per venerabilem. Replicant aliqui pro opinione prima in proposito persistē. suo, quod apostolicus vtrunq; iudicium minime habere potest. Iudicia enim hęc duo domin⁹ deus distinxit duabus personis illa conferen do, Apostolico videlicet & Impatori, vt. x. dis. per totum. Quod vero Apostolicus ille gitimos efficit legittimos dicunt id esse ex admissiōe & indulgētia impatoris, vel dicunt illud contingere sede impatoris vacante vt extra de fo. compe. c. licet. Ommissis tamen argumentis pro & contra militanti bus & soluitur questio prout & supra li. i. ar. i. habetur & hic specialiter declaratur quod in his quę sunt anime & quę ad dei cultū per tinent & hoc est iudicium spirituale. Aposto licus est supior Imperatore. In illis vero quę ad defensam secularem pertinent quę nihilo minus etiam ad obsequium dei referūtur qd̄

E. Solutio questiois p̄te.

iudicium seculare nuncupamus Imperator est superior tum & in omnibus quę ad miliciā pertineant, vt. xxiij. q. i. c. militare, & xi. q. iij. c. Iulianus, & c. qui resistit. Ex quo itaq; apo stolicus in spiritualibus est superior Impera tore quare eundem excōmunicare potest, sed nedum ipse verum & Episcopus vt hic text⁹ habet cum dicitur aut ab alio, vt. xcvi. dis. c. duo sunt quippe, & xvij. dis. c. quoniam qui dem, & lxiij. dis. c. Valentinianus & ix. q. iij. c. si autem. Quare & in textu ponuntur tres cause ratione quorū Imperator excōmunica ri potest. Prima si a fide apostotauerit, prop̄ id enim nedum excōmunicari sed & deponi ab imperio potest, & nedum ipse sed & apo stolicus a sede sua. Et propter id Fredericus fuit ab imperio depositus, vt extra de re. ius di. c. ij. li. vi. Quod autem & apostolicus de poni possit habetur. xl. dis. c. si. Papa. Secun da causa est occasiōe matrimonij, propter dis tractionem enim matrimonij Lotharius ex autorisatus fuit qui ommissa propria vxore alteri adhesit, vt. ij. q. i. c. scelus. Tertia itē est causa Sacrilegiū seu deuastatio Ecclesiarum, ex iuramento etenim Ecclesias defendere de bet & nō deuastare, vt in autē. quomo. opor. Epi. §. i. coll. i. c. de sacrosan. Eccle. L. iubemus, & xxiij. q. iij. c. Maximianus. h Specia le enim Imperatorū est quod Ecclesias edifi cent ac reficiant, vt in autē. de non alie. aut p̄mu. re Eccle. §. sancimus, coll. i. & xcvi. dis. c. boni, & xxiij. q. iij. c. Maximianus. Eccles ia enim est mater sacri imperij, vt in autē. vt determi. sit nume. cleri. §. i. coll. i. & c. de sa crosan. Eccle. L. iubemus. Imperator etiā iura re tenetur circa consecrationē iura & dignita tem Ecclesie defendere, vt. lxiij. dis. c. tibi dño & propter id Theodosius magnus fuit excō municatus a sancto Ambrosio, vt. xcvi. dis. c. duo sunt, & id de imperatoribus dictū est, de Regibus vero in quibus excōmunicari pos sunt, dic quod pro omnibus excessibus si in corrigibiles se ostenderint, vt. xv. q. vi. c. alius. ¶ Impator nisi in tribus casibus excōmunia catur, &c. Contrariū istius est. xcvi. dis. c. duo quippe sunt, vbi habetur quod Innocentius Papa excōmunicauit Archadium ex eo, qd̄ sanctū Chrisostomū ex sede propellere per miserat sua. Respōdetur, & siquidem solus id non fecerat in illud tamen consensit, consen ciētes vero & facientes eadem poena puniuntur, vt. xxiij. q. iij. c. qui aliorum, & lxxxvi. dis. c. tanta nequitia. Sciendū tamen in gene rali tam Imperator q̄ Rex excōmunicari pōt pro omibus vbi iusto excōmunicatio ferri po test vt extra de maio. & obedi. c. omnes, & c. solite, & de iudi. c. nouit. In textu tamen hic tres cause magis p̄cipue sunt expresse p̄ quibus Imperator excommunicatur.

h. Imperatorū specia le qd̄ Ecclesias edific cent ac reficiunt.

In principis electione, &c. Vnde nota quod primus Episcoporum vt pote Treueren. est Cā cellarius Romę. Secundus est Cancellarius Me diolani, Tertius est Cancellarius Aquisgran

*Romanorum Regis
coronatio triplex.*

& id propter triplicem coronationē quodq; per id triplex imperiū sibi cedit. ¹Prima coronatio est Aquisgrani & illā sortitur ab Episcopo Colonienſi, & est vilior quia coronatur ferrea corona, efficiturq; Rex super omnem germanorū nationē, vt supra ar. lv. Secundam accipit Mediolani ab Episcopo ibidem Argenteam nanciscitur coronam & efficitur Rex super gentem Italicam. Tertiā coronat Romę in solio Aurea corona ab Apostolico & efficitur imperator totius mundi & super omnem Christianum populū. Corona ferrea designat fortitudinē qua conterere debet omnes aduersarios fidei Christianę. Corona argentea designat puritatem mētis quę in Rege vt resplendet necesse est. Aurea vero corona designat id quia sicut aurū precedit omnia metalla nobilitate valore bonitate & estimacione. Ita Imperator excellere debet omnes fortitudine, iustitia, vt extra de iureiurā. in clemen. Romani in glossa.

Primus inter illustres, &c. Exinde propositū habetur nostrum quod Principes licet seruicium hereditarium habent non tamen per id serui sunt, dato vt aliqui volunt quod condicio ministerialiū seruillis sit quia in huiusmodi officijs hereditati sunt cuius declarationē vide supra ar. xliij.

Bohemie Rex, &c. Ratio autem quare Rex Bohemie eligere non debeat in textu ponitur quia videlicet non est Theutonice nationis istud tamen improbari potest, quia remota causa remouetur & effectus, vt ff. de reg. iur. l. cum principalis, & c. de legi & consti. l. non dubium. ²Ex quo itaq; fit quod Rex Bohemie ex theutonica natione nūc eligitur quare remouetur & illud quod eligere non possit, R. itaq; quod electio Regi Bohemie non cedit vbi electores inuicem concordauerint, sed si discrepent ita quod tres eligant vnum, & alij tres alium ex his duobus potest consentire in vnum quem voluerit, vt habetur in glo. loā. Andre. extra de senten. & re iudi. c. ad apostolicę ver. illi sunt li. vi.

Pręter istos succedit etiam electio, &c. Et circa id introduci & limitari potest opinio Hostien. quam mouet extra de electi. c. venerabilem qui dicit electionem imperatoris secundum quod hic textus habet esse ex accidenti & nō de iure. Imperatorē enim. Exercitus facit, vt xciij. dis. legimus. Quare Respōde quod Hostien. non negat electionem imperatoris fieri aprenotatis imperij electoribus esse iuridicā & legitimam, sed duntaxat illam quę fit per Bohemie Regem dicit eam ex accidenti esse hoc est si fuerit disparitas electorū adinuicē. Queritur si electores negligant in electione Imperatoris an apostolicus eundem eligere possit. R. secundum Ioannem Andree. quod id facere minime potest, vt extra de elec. c. venerabilem, & extra de re. iudi. c. ad apostolicę ver. illi. li. vi. & glo. sequen. & hoc ex eo, quia electoribus nullum determinatū tempus pre-

fixum est Imperatorem eligēdi, nisi forsan id facere ex contemptu nollent, postquam ab apostolico auferantur, vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolicę li. vi. in glo. & extra de electi. c. venerabilem.

Articulus LVIII

Princes Imperij nullum dominum prater Regem habere debet. Nullum est feudū uxilli de quo possit Illustris seu Princeps fieri nisi constitutus a Rege, uel nisi illud sibi a Rege conferatur. Feudum alij prius collatum sequenti Illustriam non tribuit dignitatem. Vel sic iuxta alios Codices. Quicqd alter ut sic ab eo accipit in feudū, exinde non est in feudo prius quia alter recipit ante eum & non poterit idem Princeps Imperij dici.

Glosa.

Principes imperij, &c. priuilegium illud habent isti principes ab impetatore. Papa enim & imperator possunt concedere priuilegiū, quia tales supra ius positi sunt, nec astringuntur legibus, vt in c. proposuit de concess. presben. & c. de legi. l. digna vox, secundū Dam. Goffri. & Hostien. Et regulariter Papa dat in spiritualibus, & Imperator in temporalibus, immo & Episcopus dat priuilegium, vt in. c. cum venerabilis de reli. do. & de cens. cum venerabilis. xvi. q. ij. visis de sen. ten. & re. iudi. c. cum inter. & de priuile. cum olim, dū tñ hoc faciat de sui capituli voluntate de. iure pastoralis & de excessib. prelati. c. sicut vnire. Et breuiter quicunq; potest constitutionē facere, & quatenus & in quibus potest & priuilegium dare super quo vide in sum. Hostien. de consti. §. q. possit, & §. qualiter. ²Quin immo consuetudo priuilegium seu priuatam legem inducit vt notatur p Hostien. in summa de consuetu. §. & de virtute. Et regulariter potest isti concedi priuilegium quem constitutio concedentis potest artare quod dic. vt plene notatur per Hostien. in sum. de consti. §. quando constitutio. ^bEt priuilegij interpretatio pater ad illum regulariter qui priuilegium concessit quia eius est interpretare cuius & concedere, ergo quousq; is qui concesserit respondet negotium suspenditur de senten. ex cōmu. inter alia & de iudi. cum venissent. Et

a. Consuetudo priuilegiorum seu priuatam legem inducit.

b. Priuilegij interpretatio ad illum pertinet qui illud concessit.

debet diligenter considerari priuilegiū tenor de priuile. porro, & c. recepimus, & cōtra cōcedentem est latissime interpretandum de dona, cum dilecti, ad fi. & ff. de constitu. prin. l. beneficiū, nisi p̄iudicet iuri alieno quia tunc reducitur ad ius cōmune si fieri potest de cōsuetu, c. cum dilectis §. penulti. & fi. Sic tamē ut aliquid operetur alias non esset priuilegiū ut de priuile. in his, & de verbo. signifi. abbat. c. de thesau. l. vni. li. x. & ff. ad muni. l. l. ad fi. & ff. de leg. i. l. si quando cum similibus. Adde & vide melius nota, per. xxv. q. ij. in glo. summe, & in, c. cum venissent de insti. & in regula priuilegium de reg. iur. lib. vi. & ibi remissiones.

Glosa.

c. Prināpes duplices.

In articulo presenti determinat q Imperij Principes sunt & q nō, exindeq̄ venit notatu dignū quod Principes duplices sunt. Quidā sunt simplices principes. Quidā vō principes imperij, ut supra dictū est li. i. ar. iij. & in autē. ut ab illis, & q sup̄ eā sūt dignitatē. §. i. coll. v. d. Sciendum p̄terea quod Principes imperij qui & superillustres dicuntur dinoscuntur ex tribus. Primo ut hic textus habet articuli presentis. Secundo quia bona ab imperio suscipiunt cum vexillo seu sceptro, ut infra ar. lx. Tercio quod prouincias habere debēt quę ducatus sint, unde si plures fratres fuerint bonaq̄ inter se diuidant cui cedit ducatus ille imperij princeps erit, ut supra arti. liij. & c. vbi senato. vel clarif. l. i. & l. quociens, §. viros. ¶ Feudum alteri collatum, & c. hic declarare vult quid dux sit & quis dicatur & dicit qd̄ ille q̄ in ducatu primarie infeudat^o est. c. Dux em̄ nominat ille cui a principe ducatur in feudum datus sit, vel dux dictus quasi prouisor prouintie sibi in feudū date, vel dux qui bellum sequitur.

d. Prināpes imperij dinoscuntur ex tribus

e. Dux quis sit concordat eo. li. ar. liij. iure mu. ar. vij

Articulus LIX



¶ Vm electus fuerit Episcopus, Abbas, Abbatissa qui scuto fruuntur bellico tales primo tenentur a Rege feudum recipere, & postea ab Ecclesia curā spiritualē, postq̄ uero receperint feudum, ius feudale cōferre poterint & non ante. Vbi Episcopus Abbas aut Abbatissa in sex septimanarum tempore non eligatur, electioq̄ Regi pertinet uel imperatori Electio ut sic

deuoluitur ad imperatorem, & ille conferre poterit idoneos pro sua uoluntate.

Glosa.

Vbi Episcopi, Abbates, & c. de iure autē cōmuni electio prelati pertinet ad capitulum Vnde dicit ius Canonū. Nullus in Ecclesia vbi duo vel tres in congregatione fuerint nisi eorum electione vel postulatione presbiter idest prelatus eligatur, ut in, c. i. de elect. a Et hoc debet fieri infra tres menses, alias eligendi potestate pro hac vice carebunt, ut in, c. ne p defectū de elect.

a. Electio prelati quamato fieri debet.

Glosa.

Articulus presens disponit de electione principum signanter spiritualium duorū in textu tanguntur. Primum si princeps spiritualis p tempore debeat determinato eligi interimq̄ non eligitur electio cedit imperatori vel Pape officiumq̄ illud conferre potest cui vult. b Sciendum tamen circa id si electio Pape pertineat, extunc illi quibus de iure spectat electio spaciū habent trium mensium. Vbi vero imperatorem attinet sex septimanarū inducie dātur, & si neglexerint electio post modum nulla. Sed cōferre potest vel imperator vel Papa ut extra de electi. c. ne pro defectu. Secundum quod tangitur in textu est quod principes electi feudum prius accipere debēt & postea curam spiritualem quia dato quod electus sit, curamq̄ spirituale habeat & cōfirmatus existat, feuda tamen conferre nō poterit, nisi ipse prius collatum feudum habeat & iste est articuli sensus.

b. Electores quantum spaciū habent ad eligendum prelatum.

Vnde circa id p intellectu articuli c nota quędam electionis iura tum & electionis distinctionem & differentiam. Primo eligitur vel electio fit iudicis a populo de hoc supra li. i. ar. lvi. lvij. & lvij. Secundo eligit patronus Capellanum seu curatum Ecclesię & circa id nota sex utilitates. d Primo Ecclesia vacante si patronus curatum non elegerit infra quatuor menses amittit Ecclesiā & feudum. Episcopusq̄ illud conferet cui vult, ut extra de iure patro. c. quoniam in quibusdam. e Secundo quod patronus potest conferre Ecclesiam vni, tandem si penituerit secundo & tertio, & sic consequenter q̄diu sibi non committitur administratio cure per Episcopū ut extra de iure patro. c. pastoralis. Tercio quod patroni inest defēsa iurium Ecclesię, ita qd̄ bona Ecclesię & pastoris tueri tenentur, ut xvi. q. vij. c. filijs. Quarto patronus id habet honoris quod curatorem eligere potest, ut extra de iure patro. c. ij. & iij. f Quinto qd̄ patronus potest etiam percipere utilitates ecclesię & curati, & hoc si ad inopiam deuenerit. Curatus enim sustentare patronū tenetur ex

e. Electionis iura uide, concordat iur. mu. ar. xliij. glo. & electio nis differentia.

d. Patroni prerogatiue in conferendo benefiāo.

e. Patronus mutare uotum potest in conferendo benefiāo.

f. Patronus utilitates Ecclesię perapere potest.

bonis ecclesie in quantum poterit, vt. xvi. q. vii. c. quicumq. Sexto quod patronus collationem ecclesie donare committere vel abscedere potest, vt. xvi. q. vii. c. nemini, & extra de iurepatro. c. i. & ij. sed nullo modo vendere. Si vero villa vel ciuitas vendit collatio etiam illa non nominata alienatur cum alijs bonis, vt extra de iurepatro. c. ex literis.

Tertio electio fit Regis, & ibi Principes non possunt se negligi quia illis non est tempus determinatum electionis nisi forsitan eligere noluerint postquam moniti sint per Papam, vt extra de electi. c. venerabilem, & extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolicam et in glo. ver. illi. li. vi. Quarto electio fit apostolici per decessum prioris & si in decem diebus non elegerint, exitum secularis potestas. Cardinales in conclauim mittit, & si qui absentes sint vel ex conclaui discesserint auctoritatem eligendi amittunt. Illis vero sic in conclaui positis primis quinque diebus non nisi unum ferculum tribuitur, post peractos vero quinque dies non nisi panis & vinum porrigitur, vt extra de electi. c. ubi periculum maius li. vi. Quinto electio fit, Episcopi vel aliorum prelatorum vt textus habet.

¶ Vnde nota quod electionem anihilitas vel anulancia cause inueniuntur quadraginta quinque. Prima si eligitur antequam corpus predecessoris tumulatum sit, vt extra de electi. c. bone memorie. Secunda si electio occulta sit, vt extra de electi. c. quia propter. Tertia si electus antehac habeat beneficii curatum, vt extra de electi. c. dudum. Quarta si infra tempus determinatum non elegerit vt hic in textu. Quinta si electus non sit legitime natus vt extra de electi. c. innotuit. Sexta si sit idiota, vt. xvij. dis. c. quoniam quidem, & extra de etate & qualitate & ordine perficiendorum. c. vlti. Septima si electus sit praue vite, vt extra de electi. c. cum in cunctis. Octaua si ille cui committitur electio alium eligat quam sibi commissum est, vt extra de electi. c. cum dilectis. Nona si electores prius verbis composuerint cum illo quem eligere volunt vel cum amicis, vt extra de electi. c. per inquisitionem. Decima si eligitur ille qui sit minor triginta annis, vt extra de electi. c. cum in cunctis. Undecima si electio fit post interpellationem iustam, vt extra de electi. c. considerauimus & c. auditis. Duodecima si electores vel electus cesuris iretitus sit, vt supra de electi. c. liiij. & extra de electi. c. venerabilem. Tredecima si electio fit ab illo cui interdictum est officium, vt extra de electi. c. cum inter. Quartadecima si electio fit ex coactione secularis potestatis, vt extra de electi. c. quisquis. Quintadecima si electio fit a minori parte capituli vt extra de electi. c. scriptum est. Sedecima si non sit ex potioribus capituli vt extra de electi. c. licet & c. congregato & c. scriptum est. Decima septima si electus prius consensum prebuerit antequam eligatur, vt extra de electi. c. cum post petita. Decima octaua si per laica annis electio signanter in collegiatis

& Cathedralibus, vt extra de electi. c. Massana. Decimanona si electio sit ad clamorem populi Ad clamorem etenim eius nullus eligendus est, vt extra de electi. c. Osius. Vigesima si electus intro mittit se bonis Ecclesiasticis antequam confirmetur, vt extra de electi. c. qualiter, & c. nosse. & c. auaricie. li. vi. Vigesima prima si postquam electio publicatur tandem effectus electionis protrahitur & non subsequitur, vt extra de electi. c. cum post petita, & c. in geneli. Vigesima secunda si Simoniaci sit dato quod electus nesciat, vt extra de electi. c. si alicuius. Vigesima tertia si Episcopus vel Archiepiscopus electus non examinauerit, vt extra de electi. c. nihil. Vigesima quarta si electus non sit Diaconus, vt extra de electi. c. dudum. Vigesima quinta si violenter electus ad id veniat vt extra de electi. c. quisquis, & c. xvi. q. vii. c. per laicos. Vigesima sexta si persona eligatur que est petenda hoc est que sit ex alia diocesi, vt extra de electi. c. innotuit, & extra de postula. pr. la. c. gratum, & c. vlti. Vigesima septima si secundum nouum modum electionem faciant prout eis placet, vt extra de postu. c. gratum. Vigesima octaua si electio ad septem personas admittitur & tres e medio sui quartum eligant, & alij tres alium extraneum, iste obtinebit qui e gremio electus fuerit, & hoc si ad id consenserit, vt extra de electi. c. cum in iure. Vigesima nona si electio alibi sit quam antehac fieri consuevit, vt extra de electi. c. considerauimus. Trigesima si electio sit cum conditione, vt extra de electi. c. cum dilectis, & extra de senten. & re. iudi. c. cum olim. Trigesima prima si electio sit cum disunctione hunc vel illum, vt extra de electi. c. in electionibus li. vi. Trigesima secunda si sit in non determinatam personam vt pote si ille qui primus venit eligatur vt extra de electi. c. in electionibus li. vi. Trigesima tertia si electoribus prohibeatur electio sine eorum superiore illi enim eligere vt sic non possunt, vt extra de electi. c. his quibus. Trigesima quarta si aliqui allegent eos debere electioni interesse ex capitulo qui tamen non sunt & proponant causas quare electioni interesse debeant, vt extra de electi. c. constitutus & extra de causa proprietatis & possessionis. c. cum ecclesia alias electio non valet. Trigesima quinta si in electione quid committatur quod per consilium prohibitum sit, vt extra de electi. c. quia propter. Trigesima sexta si electorum unus qui ad electionem pertinet despectu habere & non vocaretur ad electionem electio non valet, vt extra de electi. c. bone memorie & c. p. venerabilem. Trigesima septima si electio non sit secundum quod de iure fieri debuit, vt extra de electi. c. quia propter. Trigesima octaua si in electione non attingitur numerus & potior numerus electorum, vt extra de electi. c. cum a na, & c. in geneli. Trigesima nona si Papa mandauerit quod eligere debeant secundum quorundam consilium & id pretermiserint, vt extra de electi. c. cum in veteri. Quadragesima si eligatur qui digni non potest, vt laicus vel exco-

8. Electionem anihilitas
lanta cause quadraginta
ginta quinque.

Speculi Saxonum Liber Tertius

h. Religionem accep-
tans eo animo ut in
Abbatem eligatur ele-
ctio illa inuulis fit.

municatus vel cui officium suspensum sit per-
dunt ipso facto electionem si scienter id fecer-
int vt extra eo. ti. c. innotuit. Quadragesima
prima quod electio sit circa Cathedralē seu
in. Sūmo ecclesie cathedrali vt extra eo. ti. cū
terra. h. Quadragesima secunda si monachē
quis eo respectu quod eligatur postmodum
in Abbatem, vt eo. ti. c. cum ad nostram &
xvi. q. vii. c. per laicos. Quadragesima tertia
si eligatur Abbas seu prior nondum profes-
sus, vt extra. eo. ti. c. cum ad nostram & c. cau-
sa que. Quadragesima quarta si ab his quib⁹
committitur electio eligatur qui non sit ido-
neus, vt extra eo. ti. c. causam que. Quadra-
gesima quinta si electio sit sub cōditione & dis-
iunctiōe vtrū eligo illum qui accēptare velle
& aliud simile extra eo. ti. c. in electiōib⁹ lib.
vi. quod capi. est Innocenci⁹ quatti in cōsilio
Lugdunē.

Articulus LX

Imperator confert cum
Sceptro spūalibus &
cū Vexillis secularibus
feuda omnia illustrā
dignitatis. Nec licet ei dignitatē feu-
do vexilli uacantem per annum &
diem nō collatam tenere. ^a In quā/
cunq; ciuitatem Imperij Rex deue-
nerit ibi Thelonea uacabunt sibi &
Monete. Quamcūq; etiam prouin-
ciam seu territorium intrauerit, iudi-
cium illius sibi uacabit, & ei licebit
iudicare omnes causas quæ coram
iudicio non fuerant incepte aut fini-
te. In aduentu Principis omnes de-
tenti ad faciendum cum eis iusticiā
sunt Regi præstandi quanto citius
post Regis postulationem id com-
mode fieri poterit & in eius præsen-
tia conuincendi sunt aut ut iuris est
dimittendi. Postq̃ Impator aut Rex
uel eius nunci⁹ detentori in domo
illius aut curia denunciauerint, ubi
detentus habetur uel antea teneba-
tur ut eundem repræsentent, illi ue-
ro id facere contempserint, & cita-
tio per nuncium Regium probari

a. Concordat iur. mu.
ar. viij.

possit statim qui eos tenent & deti-
nuerunt & castra in quibus detine-
tur p̃scriptioni Imperij includetur.

Glosa.

Ibi Thelonea vacabunt, &c. de theloneis vide
Iur. seu. ar. xi. in glossa.

Sibi iudicia vacent, &c. Omnis enim iurisdic-
tio est Imperatoris, vt in. §. hac edictali de pa-
ce iuramen. fir. coll. x. vbi dicit Bald. qd' Im-
perator est qui iurisdictionē tribuit magistrat-
us creando, vel confirmando, vel præstando
autoritatem creando vel confirmandi Alias
eo. titu. §. iudices vero & ff. de offi. prefec-
t. august. L. i. & in aucten. de defen. ciui. §. inter-
rim. Ita quod etiam minima iurisdic-
tio non potest conferri nisi autoritate principis media-
ta, vt notatur. ff. de iurisdic. om. iudi. L. & quia
& C. eo. ti. L. priuatorum, & per Innoc. de of-
fi. ordi. c. cum ab Ecclesiarij & secundū Bald.

C De omni causa, &c. Iudex enim superior in
territorio potest cognoscere de omnibus cau-
sis de quibus iudex inferior in ipso territorio
cognoscere possit de offi. ordi. cum ab Eccle-
siarum, & C. de offi. prefec. vrb. L. i. hoc verū
nisi consuetudo ipsius terre præfigeret certū
ordinem in cognoscēdo quia ipso iure nō va-
let quod sit contra consuetudinem informan-
tem iurisdictionem & contra ordinē cōsuetū.
Cum eis iusticiam, &c. Est enim Regū pro-
priū facere iusticiam. xxiij. q. v. Regum & ad
hoc potestas est a deo ordinata de quo p̃ Ho-
sti. & alios in. c. i. de homici. li. vi. Summum
autē bonum est in terris colere iusticiam. xij.
q. ij. cum deuotissimam. Et iniusticia aufert no-
mē boni & religiosi principis. Nec debet ad
arma pmittere venire quos potest sua iurisdic-
tiōe compescere. ff. de usufruc. L. & q̃llimū.
Sed cum Principi multa licent vt hic vides. b
Nunquid ergo potest rem vnus alteri dare
quod videtur, quia est dominus omnium. ff.
ad le. rodi. de iac. L. de precatio, igitur potest
in quemcūq; transferre. Insti. de re. diuisi. §.
per traditionem. Item quia ab ipso dominiū
impetratur. C. de iure. do. impe. per totū. Præ-
terea hoc scilicet transferre dominiū potest
res iudicata. ff. de re. credi. L. iij. & ff. de pub-
li. iudi. L. i. Et princip. rescriptum hoc potest.
C. de testa. in plerisq; legibus. Et etiam vsuca-
pio, quæ a iure ciuili est inducta. ff. de vsuca-
pio. L. vsucapio, ergo fortius Imperator hoc
potest. Item quia rem aufert Imperator & dat
militibus. ff. de rei. vendi. L. item si. §. i. ff. de
euic. L. Lucius. Item quia ipse seruū alienū
manumittit. ff. de na. resti. per totum. Itē quia
dat viam ad sepulchrum profundum alienū.
ff. de relig. & sumpti. fu. L. si quis. Potest etiā
rem cōmunem cum alio vendere. C. de ven.
re. fil. L. vna. lib. x. Item quia omnia licet prin-
cipi quæ sibi expresse non prohibentur. ff. ex

b. Princeps an rē uni-
us alteri cōferre possit
argumenta pro &
contra.

Qui, cau. ma. L. necnon. §. quod eis, Tollendo enim iura imperatorū quis auder dicere. Hęc villa mea est, mea est hęc domus. viij. dis. quod iure. In contrarium vero videtur quod non, quia dominium rerum est singulorum hominum non imperatoris, vt Insti. de re. diuisi. §. singulorum. Quod ergo Imperator non habet in aliū transferre non potest, vt. ff. de ac. qui. re. dō. L. traditio. Item quia dominū est de iure naturali. ff. de iusti. & iure. L. ex hoc iure. Sed ius naturale est immutabile. Insti. de iur. natu. §. penult. & ff. de consti. principi. L. i. Et non debet cuiquam ius suum detrahi. ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. in plerisq; legibus, hoc enim esset iniustum. Et inde nascetur iniuria vnde iura deberent nasci, quod esse non debet, vt. C. vnde vi. l. meminerint. & c. Nam & priuatus non tenetur suum ius vēdere principi. ff. de his qbus vt indig. L. post legatum. §. si seruum. c. Solutio. Dicunt communiter doctores quod Imperator non potest rem vnius alteri dare nisi causa legitima subsistente vel ratione delicti vel cōmuniōis vel ratione publicę vtilitatis vt in dictis iuris bus, soluto tamen pretio secundum vulga. moder. & alios.

Glosa.

Articulus presens disponit quomodo imperator Principes infeudat eisq; feudum imperij ratione cuius principes efficiuntur confert. d. Vnde pro intellectu istius clariori notandum quod Principes vtriusq; status eque feudum petunt ab imperio per genus flexionem & manus compositionē, & hoc designat illorū Omagium, ibidemq; Rex vel Imperator tribuit secularibus principibus vexillum seu banerium ad manus, in signū quod quē admodū ipsi vexillum imperij obsequia prestando sua sequuti sunt, ita digni reputati vt ducatus eis conferatur vexilloq; imperij infeudetur, Spiritualibus vero cōfert feudum per sceptrum quod est vnū ex quinque clenodiis quę Imperatori Romę tribuuntur. c. Vnde circa id nota quod quinque sunt Clenodia imperij quę cōmuniter Romę Imperatori circa eius cōsecrationē per apostolicum postquā coronatur dantur. Primum Clenodium est corona quę capiti imponitur suo Corona aut illa est quasi sertū quoddam superapposita quadam concauitate. Sertumq; illud instar quatuor liliorum floribus condecoratum est. Ad denotandum quod Imperator mittis, probus, timensq; deū esse debeat, alios etiā homines qui ex quatuor elementis formati sunt ad id inducendo. Idemq; humilis, benignus, erga probos pius, & absq; ira sicut lilium inter omnes flores est sine spina. Supra concauitatē vero corone est crux superapposita habens cornu deflexum in anteriorem partem, & aliud in posteriorem. Vterior & copiosior eiusdem Clenodij in certis glossis habetur interpretatio & quia parū vtilitatis affert eandem om-

mittendam duximus. Secundum imperij clenodium est banerium insignitū Aquilla, cui crux in pectore sculpta est, ad denotādū quod Crucem ante omnes Christianos portare debet ad defensionem omnium semperq; paratū se se exhibeat mori pro Ecclesia Christiana, est enim tanquā clipeus & torax Ecclesię Christianę. Vnde & apostolicus postquam eundē crismate in scapulis inūgit crucem facien hęc verba profert. Dñe Iesu Christe fili dei viuī sanctifica famulum tuū. S. vt fortem clipeū se exhibeat nobis cōtra omnes visibiles & invisibiles hostes prout tu domine deus sanctificasti nos precioso sanguine in ligno crucis & a potētia inimicorū liberaisti. Tertiū Clenodium Imperij est Vexillum seu vt li. feu. c. iij. habetur labrū in anteriori parte rubēū in posteriori vero glaucum. Rubeum designat verum amorem quem erga deum habere debet & erga iustos & probos homines. Per glaucū vero designat probitas quā in hac mortali carne in se & erga alios ostendere debet, designatq; etiam mortem quam improbis inferre ex officio tenetur. Color enim glaucus mortem designat vt medici dicunt. Quarto habetur Pomū aureum quod ocludi & aperiri potest opplenq; tetra fieri solet ad denotandum mortalitatem imperatoris in dignitate imperiali. Quintum clenodium imperij est Sceptrū hoc est virga aurea in summitate binos liliorū flores continens istudq; Asuerus Rex excogitauit vt habetur Hester. c. v. designatq; benignitatem imperatoris, vnde de spiritualibus sceptro feudū confert ad denotandum quod spirituales feudū a Rege ex gratia habet & non de iure, istud vide de cōsecrationē imperatoris per totum. In quacūq; terram intrauerit impator. & c. & hoc est ex eo, quia principes in huiusmodi negocijs nonnulli cōmissam habent prouintia vt supra ar. l. ij. Et q huiusmodi iudicia a principibus conduxerit oportet damnum tollere in aduentu Regis f quia nullus potest plus iuris conferre alteri q; quod solus habuit, vt ff. de reg. iur. L. nemo, hoc idem est intelligendū de Theloneis & Moneta. Vnde & id quod dictum est quod videlicet imperatore adueniente iudicia sibi vacant habetur etiam supra li. i. ar. l. viij. §. vlti.

In aduentu Principis omnes detenti. & c. Dicere quis posset ius istud competere cuilibet iudici vt captiui coram eo conuincantur alias proscribere poterit illum qui eundem detinet. Quir itaq; in paragrapho isto soli Regi id tribuatur. & c. Quod etsi quidem iudex quilibet captiuum in sua iurisdictione ad suū iudiciū repetere potest, solus vero Rex captiuos etiam a iudicibus repetit ex eo, quia supremus iudex est. Iudex enim superior potest cognoscere de omnibus causis de quibus iudex inferior in territorio cognoscere poterit. c. cum ab ecclesiarū de offi. ordi. & l. i. C. de offi. preto. prefet. Afri, & hoc est verum nisi consue-

e. Imperator rem vnius alteri conferre non potest nisi legitima precedentē causa.

d. Clerici quidem mulieres, rustici, iure feudum di carent. Principibus tamē ecclesiasticis scēpro ex gratia Regia feudum confertur, illud tamen non nisi in tutelam accipiūt, cūq; cōtingit principibus spiritualibus ut sic infeudatis iudicare sup cūtim aut vitā illud cōmittere debent officialibus suis.

e. Clenodia imperij quinque.

f. Vide infra ar. lxxa. vii. iur. mu. arti. xxvij. glo.

Speculi Saxonum Liber Tertius

rudo ipsius terre præfigeret certum ordinem in cognoscendo tunc ipso iure non valet ex facto contra consuetudinem iurisdictionis & contra ordinem consuetum.

In ipsius presentia vincendi sunt. &c. Exinde habetur quod nullus index quantūcūq; suus premus sit absq; ordine iudicij probationibusq; sufficientibus aliquem interficere debet, vt. C. de eden. L. qui accusare volunt, & C. de phaci. L. vlti. & C. de accusa. L. singli.

C. Aut vt iuris est dimittendi, &c. hoc fit etiā ex eo. si respondens actori iure se excusauerit emendā sibi præstare cogitur actor, vt supra eo. li. ar. xliij. & Insti. de pena teme. litigā. §. ij.

§ Si vero per contumeliam quid contra eum opposuerit eandem solus sufferre tenetur quā ex odio & inuidia cōtra illū intentare voluit, vt. C. de his q. accusare nō possūt. L. criminis, extra de electi. & electi. c. statuimus li. vi. & ij. q. iij. c. qui non probauerit, & ea. q. vij. c. qui crimen, extra de calum. c. cum dilectus.

Quod si contempserint detentores, &c. pro scribent vt hic & supra li. ij. ar. lxxi. non obstāte quod quærela cōtra captiuum iam instituta fuit. Ratio verō proscriptiōis potissima est quia mandato Regio non obediuit.

Qui eos tenent, &c. Iure enim cautum est qui alium captiuū tenet respondere pro eo tenet, vt supra li. ij. ar. xxxiij. Quod vero & domus proscribatur vbi detinetur est ar. vlti. li. ij.

Statim qui eos tenent, &c. vbi enim iudex propter obstaculum aliquod vel impedimentum iudicare nō valet. Illud Rex solus iudicabit, vt supra li. ij. ar. xxv.

perator principes vtriusq; status infeudat qui & Duces esse debent Christiani populi, vt in frā ar. lxij. & li. feu. a. princi. hic tandem declaratur de iudicibus qui vltius per principes infeudantur vt sunt Comites. Isti etenim sub iudices principū sunt, vt supra eo. li. ar. lviij.

Vnde in articulo presenti quatuor ex ordine tanguntur. Primo quod Comes non semper statuere & indicere potest iudicium suum, & hoc propter id ne homines iurisdictioni vel prouintie subiectos destruat quotidianis multis & depauperet. Istud etenim & leges ipse ventant, vt. C. de modo multarū. L. eos. Idq; tangitur in textu ibi post decem hebdomadas. Ponitur etiam tempus quādo id fieri debeat ne videlicet semper molester & fatiget Bannitos qui ex eorum proprijs ad iudiciū comitis venire tenentur, vt supra li. i. ar. ij. §. ij. Ponitur præterea propter id ne agricole in suis laboribus impediuntur, ididem etiam cauetur legibus & hoc ex eo ne operibus defraudentur suis, vt in autē. de quæsto. §. i. coll. vi.

Qui libet enim iudex prouidere tenetur ne subditi Imperij depauperentur, sed vt diuites fiant vt in autē. vt iudi. sine quoquo supra. circa medium coll. ij. & Insti. qui sui vel alie sunt iuris. §. penulti. & C. de offi. diuer. iudi. L. nemo. ff. de offi. præto. L. i. Statutū etiam est de terminatū tēpus propter id ne Comites negligentes sint. Quemadmodū etenim illud quod mensuram excedit viciū est, ita defectus vitio tribuitur, vt in autē. vt determinat. sit nume. cleri. §. dudum quidem coll. i. & in autē. de referen. sacri Pallaci. §. si. coll. ij. & in autē. de mensu. cleri. §. i. coll. iij. & in autē. de consul. ciuita. in prin. coll. iij. Si etiam Comes negligens sit extunc iniuriæ maneret non iudicate quod tamē fieri non debet. Publice etenim vtilitati inest vt prauis medio bonorum eradicentur sicut paleæ a tritico separantur, vt supra li. ij. ar. xij. & C. de ferijs. L. penulti. & C. de penis. L. si operis, & hoc tangitur ibi post decem & octo hebdomadas.

In legitimo iudiciali termino, &c. per id prouiditur quod locus determinatus iudicij sit, vt vnusquisque sciat vbi iudiciū expectare debeat ne per ignorantiam se quis excusare possit. Ius etiam publice edici debet, vt. iij. dist. c. erit, & in autē. vt factę nouę cōstitutiones. §. i. coll. v. Notanter etiam in textu istud addicitur propter scultetum qui ibidem adesse tenetur super comitem si necessarium foret iudicaturus vel vt primam inueniat sententiam vt supra li. i. ar. lix. & li. iij. ar. liij. Banniti etiā propter id adesse tenentur, illis em proprie cōpetit sententias inuenire & nulli alteri, vt supra li. ij. ar. xij. quodq; homines sententijs cōpescant in excessibus eorū & etiam qui multam dare recusent, bona eorum consignari decernant, vt supra li. ij. ar. xli.

Nemo potest prefectus esse, &c. Tertium tangitur quod videlicet prefectus aut iudex libet esse debet & illius prouintię natiuus.

c. Iudex quilibet prouidere debet ne subditi depauperentur.

E. Vide supra li. ij. ar. xij.

a. Concordat li. i. ar. ij. clarius uero iur. mu. arti. xlv. textus uero uerustiores ita legunt articulum istum. Comes quilibet iudicium suum semper indicare debet in decem octo septimanis extra tempus feriaturum in loco legalium iudiciorum ubi scultetus scabini & præco generalis assuerint.

b. Seruus enim iudex esse non potest, ut C. de iudi. L. seruus. ff. de arbi. L. pedius. §. finali. ff. de offi. præto. L. Barbarius. extra de rescrip. c. falsatus & iij. q. vij. c. infamis. §. tria.

Articulus LXI

Dost decē & octo hebdomadas a comes suū iudicium in legitimo iudiciali termino ubi scabini prefectus & præco sunt præfentes extra dies feriales & ligatos debet pronunciare. Nemo potest prefectus esse nisi ingenuus sit^b & de illa iurisdictione oriundus. Præco adminus dimidium mansum habere debet proprietatis, Omnes illius iurisdictionis ab ortu solis si iudex ibi fuerit usq; ad meridiem iudiciū debent expectare.

Glosa.

Dictum est in præcedentibus, quomodo Im-

Præco adminus, &c. Vnde præco in vulgari dicitur Buttel ex eo quia iudicis & iudicij nūctius est, necessarioque habere debet mediū māsū propriū, quia alias nō esset proprietarius quod tamen requiritur, vt supra li. i. arti. ij. §. vi. & li. iij. ar. xlv.

Ab ortu solis si iudex ibi fuerit, &c. Tangitur quantum in textu quādiū videlicet populus iudicium prestolare cogitur & dicit quod ab ortu solis vsq; ad meridiē & non vltra. Ratio autem istius quia iudiciū exerceri sobrie debet, vt infra ar. lxxix.

Articulus LXII



Vinq; Ciuitates quæ Palancie dicuntur in Saxonia inueniuntur, in quibus Rex legitimis debet præsidere curijs. Prima dicitur Grona, Verlicz secunda a qua modo in Goslariā ē translata, Walhusen tertia, Haldesthete quarta, Quinta Merseborgk, Septem etiā feuda vexillorum in Saxonia sunt definita, Ducatus Saxonie, a Palentia, Marchia Brandeburgē. Lanthgrauionatus Thuringie, Marchia Misne, Marchia Luzacie, & Comitatus Ascarie. ^b Quatuor Archiepiscopatus cum quindecim sufraganeorum diocesibus in Saxonia reperiunt, Magdeburgē subest Episcopus Neuburgē. Meseburgē Misne. Brādenburgē. & Havelbergē. Archiepiscopatus Magutinen. quatuor in Saxonia habet sufraganeos scilicet Halverstaden. Hildensemē. Vuerden. & Padelburnē. Archiepiscopo Breme obediunt Episcopus Lubicen. Schwerine. & Raczeburgē. Episcopus vero Ossemburgē. Minden. & Monasterien. Archiepiscopo obediunt Colonien.

Glosa.

Satis abunde superioribus declaratū est quod

modo Comes iudicio suo præesse debet locuscq; iudicij notus vnicuiq; vt sit, hic tandē declarare vult loca vbi supremus iudex iudicium exercere debeat quæ tamen vnicuiq; nota esse oportet, quæ & ex ordine in textu expressa sunt, dicunturq; loca illa alio vocabulo Palantie vbi Rex legitimis curijs residere tenetur. Qui autem ad pallantiam citari debeant & qui interesse tenentur, & quomō citandi sunt vide iur. mu. ar. xiiij. xv. &c. Septē vexilla feudorū in Saxonia sunt definita, &c. dictū est superius quod Principes imperij prouintias habere tenentur in quibus feuda vexillorum sint. Declarat tandem hic quot numero prouintie huiusmodi sint, & dicit quod sunt numero septem, Principes vero nō nisi quatuor, Marchio Misne habet vexillum feudi in Marchia Misne & Lansberga ac Duringia. Marchio Brandenburgē. habet vexillum feudi in Marchia Brandenburgē & Luzacia. Dux Saxonie vexillum feudi habet in Saxonia, Brandenburgē vero Dux vel ex hanhalthe feudum vexilli habet in Ascaria, & ita quatuor principes septē habent vexilla feudalīa. Quid autem sciendum est de principibus ex Braunschweyck, vel de Lunenburgk. &c. dimissis opinionibus quod nunc princeps Saxonie vtrunq; ducatum possidet, pro illo tempore enim Dux Braunschwiczen vtrunq; possidebat prouintiam vnā vocitabat ducatu Vene, alij dicunt Sclauorum. Aliam vero ducatum Saxonie quæ & palantia dicitur.

Quatuor Episcopatus. &c. Codices nonnulli tum & textus germanicus nonnulli duos Archiepiscopatus ponunt in Saxonia, Colonien & Breme extra Saxoniam esse dicunt, Sufraganeos tamen seu Episcopos nihilominus prenotati Archiepiscopi duo in Saxonia existentes habent suos vt textus habet, nec per id aliud innuere vult nisi explodit quorundam opinionem qui dicebant, quod Ius Maydeburgē seu Saxonicum in tantū se extendat, in quantum se iurisdicio seu bannus Episcopi extendit, nō aliud etenim textus innuere vult nisi declarat quod Episcopatus huiusmodi in terra Saxonie situati sunt.

Sciendum circa id quod liber præsens speculum Saxonum ex eo nuncupatur quia generaliter omnibus inseruit Saxonibus, & omnibus hominibus qui isto iure vtuntur. Dicit etiam ius prouinciale ex eo, quia omnium hominum istius prouintie quicunq; sint ius est, & nō dicitur ius istud Ius Maydeburgē propter id quod omnes homines ad illam Ciuitatem se trahere debeant. Sed quia illi domini sunt iuris istius, vel super ius istud, & hoc ex eo, quia ipsi seniores sunt prouintie istius & Capitanei iuris. Ius tamen istud non ipsis solum statutum est.

Articulus LXIII

a. Cōcordat infra ar. lxxix. iur. mu. ar. xvi.

a. Alij textus loco Palentia legūt Landsberga.

b. Textus germanicus habet duo Archiepiscopatus in Saxonia inueniuntur cum quindecim Episcopatibus.

Speculi Saxonum Liber Tertius



Constantinus Imperator Siluestro apostolico & per eum Ecclesie multam sexaginta solidorum concessit temporalem, adiungens eam spirituali ad puniendum & constringendum omnes quod deo & Ecclesie satisfacere contemnant & in foro Ecclesiastico poenas incidunt criminales, ut ius alterum alteri succurrat uicissim ad coartandum ut dictum est rebelles ac in Ecclesia contumaces. Excommunicatio animae non corpori est nocitura & ita corpus non perimit.^a Nec est excommunicati per hoc conditio in iure Ciuili deterior neque feudali si imperii proscriptio excommunicatione non subsequatur. Proscriptio hominem morti condemnat si in ea fuerit prehensus. Ius autem sibi non auferit^b nisi in ea diu contumaciter perseueret.

Glosa.

Constantinus Imperator. &c. Iste Constantinus ut habetur in Cronicis annis triginta imperauit suoque tempore uigebat heresis Arriani & celebratum fuit Nicenum consilium, hic Constantinus magnus mundatus est a lepra & baptisatus a Papa Siluestro, ac omnes dignitates imperiales imperiumque totius occidentis Papae Siluestro contulit, & ipse Basilicæ saluatoris Romae construxit quam Papa Siluester dedicauit, & hec fuit prime Ecclesie consecratio quæ adhuc Romæ & circumquaque celebratur, prædictæque consecrationis tempore imago saluatoris non opere humano sed diuino omni populo picta in muro apparuit. Nicos medeq; Constantinus moritur & parum antehac cometa apparuerat.

Quomodo Imperator Constantinus in Papam beatum Siluestrum & eius successores Imperium urbis Romæ quoad omnem potestatem cōscentiente senatu traustulit, uide, xvi. dist. Constantinus & de elect. fundamenta. §. ne autem, li. vi. Et de ista donatione an teneat disputare graue est peccatum cum iure sit de terminatū de iureiur. in cle. Romani. §. porro & ibi glosa. & an per successorem imperium reuocari potest uide in remisso, Q. ad de cal. ver. reuocatio. De ista donatione uide in. c. Constantinus. xvi. distin. per totum, conferendo

etiam imperialia sceptrā simulque cuncta signa atque banna.

Excommunicatio non corpori. &c. hoc omnino est erroneum ut de iudi. intelleximus, & c. pia. de excep. & c. decernimus de senten. excommuni. & quæ ibi notant. lib. vi. cum similibus. Vide quid de excommunicatis & proscriptis notatur supra li. i. circa arti. i. Et domino excommunicato heretico vel bannito uasallus non tenetur eidem seruire vel iurare, xi. q. iij. c. vlti. in. i. glossa.

Si imperii proscriptio. &c. Et tunc sic in istis quæ habentur, supra li. i. ar. xxxviii. non autem in agendo iure seu. ar. xij. Alias etiam eadem ratione proscriptio repelleret, ut infra eod. §. proximo sed hoc est falsum, ut supra li. ij. ar. lxxij. §. i.

Nisi in ea perseueret, &c. uide etiam pro hoc iur. mu. ar. iij. & ar. v.

Glosa.

Articulus præsens & proxime sequens disponit de coheretionibus seu multis quas quouis iudex erga subditos iurisdictionis sue habet, frustra enim iura condita forent nisi essent hi qui ius promoucant & defendant, d. ut extra de electi. c. ubi periculum maius, li. vi. & ff. de origi. iur. l. ij. §. post originem extra de statu mona. c. ij. ver. quoniam li. vi. Vnde dicit in textu primum de multa apostolici quam Constantinus Siluestro Papae dedit quæ est sexaginta solidi, & eosdem accipiunt habentes meritum & mixtum imperium pro criminalibus factis & Circa id notandum quod huiusmodi sexaginta solidi uocantur bannus Regius, ut infra articulo sequenti. §. iij. iij. & v. & xvi. q. i. c. statumimus.

Ex textu articuli sequi uidetur quod Constantinus Imperator Apostolico ius seculare ultra spirituale concessit & dedit. f. An autem id sit uerum quod uidelicet Papa utrunque iudicium habeat & an donatio per Constantinum Imperatorem imperii occidentis Siluestro Papae facta sit ualida nec ne habentur pro & contra argumenta. Quidam dicunt quod Imperator id facere potuit quare donatio ualida, Imperatoris enim iusta uoluntas ius constituit, ut ff. de constitut. l. i. Si itaque Imperatoris uoluntas erat quod Apostolicus utrunque iudicium habeat, quare pro iure merito id haberi debet, ex quo quidem Imperator de imperio tanquam de suo proprio donare potest quod quid uoluerit, ut. C. de quadrieni prescrip. l. fi. in prin. Si itaque apostolico concessit eundem pertinebit. In oppositum alij dicunt donationem illam esse inuolidam. Si enim Imperator ab imperio aliquid alienaret non diceretur Augustus, non enim augeret imperium sed minueret. Imperatoris uero officium est imperium adaugere, ut Insti. in prin. dato etiam quod Apostolico istud concessisset, donatio illa uere gere non possit in præiudicium posteritatis sue

d. Concordat iur. mu. ar. yij. & xvij.

e. De banno Regio & quid sit uide supra li. i. ar. lix. li. ij. ar. xij. iur. mu. ar. x.

f. An donatio imperii occidentis per Constantinum Imperatorem Syluestro Papae facta sit ualida necne, uide pro & contra argumenta.

a. ARTICVLVS REPROBATVS. Ad hanc materiam uide iur. mu. ar. v. Oppositum tamen istius reperiens ibidem ar. iij.

b. Alij textus legunt quantumcumque etiam in ea perseuerauerit.

c. Vide ad hanc materiam abunde iur. mu. ar. vij. glo.

vt Insti. in prin. & ff. de recep. arbi. L. nā magistratus, & ff. ad Trebellianum. L. ille a quo s. rempestiuū. Præterea officium alicuius rei eiusque autoritas destrui & in viliorē conditionem reduci non debet, vt. C. de Episco. & cleri. L. placet. Et item nulli competit duplex gerere officium. ff. de pac. L. si plures. ¶ Hic quidam respondēt quod & siquidem donatio huiusmodi sit magna propter tamen auctoritatem persone cui facta est vt pote apostolici tollerare eam debemus. Secundum tamen rei veritatē donatio illa iure non valet, vt in auten. de non alienan. aut permutan. re Eccle. per totum coll. ij. & C. de legi. & consti. prin. L. digna vox, & Insti. qui. mo. testa. infir. §. i. Et siquidem id contra clericos dictum sit succensere tamen non debent, cum & Accursius in communi eius declaratione itidem sentit, vt in auten. vt determi. sit nume. cleri. §. i. in glo. super ver. conferent, coll. i. §. ij. & vbi & concluditur quod et siquidem Constantinus Imperator, Siluestro Papæ tribuit secularē potestatem, vel vt textus habet multam non tamen sibi concessit secularē iudiciū.

Vt q. corporaliter deo nollent emendare, &c. vt videlicet qui citatus sit & non comparer, vel qui alio modo se ostendit rebellē istemulatur vt textus habet & ita ius spirituale & secularē iniunctū in eo concordant, vt supra lib. i. ar. i. & in auten. vt determina. sit numer. cle. §. i. coll. i.

Excommunicatio non corpori, &c. Sciendum quod quemadmodum proscriptio iure seculari corpori nocet, ita excommunicatio animæ est nocitura & q. a superius circa articulu. liij. mentio facta est de excommunicationum sententia cuius declarationē in hunc passum distulit. Quare sciendum quod excommunicatio non est aliud nisi iudicis spiritualis sententia quam profert propter manifestos vel probatos excessus contra animam alicuius.

¶ Circa id notandum venit i. quod sententia quandoq. proferuntur iniuste ex multis causis. Primo si sententia emitur præter non valet vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiva & ver. venalis, & extra de vi. & honest. cleri. c. cum ab omni, & C. quā. prouo. nō est neces. L. venales. Secundo si sit pronunciata diebus feriatis vel festiuis, vt extra de fer. c. i. & ff. de feri. L. si feriatis, vel in Augusto vt extra de ferijs per totum. Tertio si est contra absentem qui nondū est cōtumax, vt. ij. q. ix. c. caueāt, & ff. de p. cu. L. absente, & ff. de feruis. L. absens. Quarto non valet si intro non contineantur verba quæ soluere & ligare possunt & similia, vt. ij. q. vi. c. ei qui. §. diffinitiva, extra de accusa. c. illa, extra de verbo. signifi. c. i. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. preses. Quinto non valet sententia si non sedendo pronunciatur, vt. ij. q. ij. c. Inducie, §. spaciū, & in auten. vt ab illustri, & qui super eam sunt dignita. §. qui. cūq. coll. v. & C. de sen. ex pericu. recitan. L. i. Sexto si non in scripto datur, vt. ij. q. i. c. in

primis in si. & extra de senten. excom. c. i. li. vi. nisi in quibusdā causis vbi non necessario requiritur scriptura, vt extra de consue. c. ad audientiam & C. de senten. ex peri. recitan. L. vlti. & ff. de recep. arbi. L. diem in prin. & L. nō distinguemus, §. quod si hoc modo. Itē si sententia pronunciata sit contra illum qui nondū viginti quinque annos habet & qui sine tutore est vt. C. qui legit. perso. standi. L. i. & ij. & C. si aduersus rem iudi. postulat. resitutio. L. cum & minores & C. de procuratoribus. L. non eo minus. Sententia etiam non ligat si non competens iudex pronunciauerit, vt extra de consue. c. ad audientiam, & extra de iudicijs. c. at si cleri. & ij. q. i. c. in primis, & C. si non a competenti iudice. L. vlti. Item si proferatur a seruo, iudeo, heretico vel infide li, vt extra de hereticis. c. excommunicamus, §. credentes. Itē si secularis iudex in causa spirituali proferat sententiā non valet, extra de foro competenti. c. si diligenti, & c. significasti, & in auten. vt cleri. apud propri. Episc. & c. §. si vero coll. vi. Item si sententia feratur post alias sententias quæ appellare sunt, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiva, & C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. post, & C. quando reuocare non est necesse. L. i. Item si lata sit in locis suspectis & inhonestis, vt extra de appel. res. cusa. & rela. c. qua fronte, & C. de senten. & interlo. L. cum sententiā, & ff. de reg. iur. L. omnia quæcūq. Item si non seruetur ordo iuris vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiva, & extra de lite non contestata. c. i. Item sententia non valet si tramites iudicij deficiāt. Vnde nota quod tramites iuris sunt multiplices. k. Primo quod querela in scriptis dari debet, vt. ij. q. ij. c. inducie, ver. spaciū, & ver. offerretur, & extra de libel. obla. c. i. Secunda quando vnus quæ relam pponit & alter recognoscit vel negat vt sic dicitur litis contestatio vt extra de electi. c. dudū, & de lite cōtestata. c. vnico, & C. de litis contesta. L. vnica. Tertio est expetens dum iuramentū calumniæ hoc est quod falsē conqueretur quodq. etiam veritas fateatur si causa est spiritualis, vt extra de electi. c. dudum, & de lit. contes. c. vnico, & C. co. ti. L. vna, & de iure iur. L. si quis. Quarto quod recognitio testium seu testimoniū conscribat vt extra de proba. c. quoniam contra, & C. de sentenci. & interlo. L. prolata. Quinto vt testimonium illorum publicetur, vt. C. co. ti. L. ea. Sexto quod sententia pronūciari debet sedendo, vt. C. de ases. & domes. L. i. & C. de senten. ex pericu. recitan. L. i. & ij. m. Septimo quod sententia in scripto pronūcietur, vt. ij. q. i. c. in primis. Item sententia non valet si sit contra ius scriptum vel constitutiones, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiva, et extra de senten. & re. iudi. c. i. & c. inter cetera & c. et inter vos Item sententia non valet si proferatur a iudice qui alios socios & coniudices habet illos tamen omittit & solus pronūciat nisi forte habeat in cōmissis, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffi-

B b

h. Conclusio ista non satisfacere videtur q. stioni propositæ & argumentis in contrarium adductis.

h. Excommunicatio q. sit, concordat iur. mu. ar. v.

i. Sententia quandoq. iniuste proferuntur ex multis causis.

k. Iuris tramites multiplices vide.

l. Nota quod iuramentum calumniæ de iure saxonico non prestat ut nisi in causis spiritualibus ut hic in glo. ibi tertius Trames, vis de etiam seu. c. lxxvij. Contrariū tamen sententatur apud Lipsen.

m. Vide ad hanc materiam supra li. ij. ar. xi. iur. mu. ar. xi.

Speculi Saxonum Liber Tertius

nitua & ver, item si plures, & extra de offi. iudi. c. prudentiam & c. causam, & extra de senten. & re iudi. c. ad probandum. Item nō valet nisi ter citeatur vel vno edicto pro tribus & si solus non est debet sibi in domo denunciari vel vxori eius, vt. xxiiij. q. ij. c. de illicita, & ff. que senten. sine apela. l. i. & extra de do. lo & contumacia. c. causam, & c. prout nobis & c. vlti. & extra de eo qui mittit in possessi. c. vlti. Item nō valet sententia si super mortuum lata sit, vt. ff. que senten. sine apella. res scindan. l. penul. nisi sit contra hereticū vel infidelem quia illi post mortē etiam excommunicantur, vt. xxiiij. q. ij. c. sane. Excommunicatus autem si quis sit etiam post mortem potest super eum fieri inquisitio, vt. xxvi. q. vi. c. qui recedunt, & extra de sententia excommunicationis. c. a nobis. Item sententia non valet si quid impossibile precipitur, vt. ff. que sententis sine appella. l. vlti. Item non valet sententia si iudex solus est excommunicatus, vt extra de senten. & re iudi. c. ad probandum, & extra de excep. c. exceptionē, & extra de electione. c. vlti. extra de consue. c. cum dilectis, extra de concess. preben. c. quia diuersitate. Itē sententia nō valet si procurator falsē egit, vt extra de procu. c. in nostra & c. ex insinuatione, & extra de rescrip. c. ex pte Decani, & c. de procura. l. licet. Ligat tamen tamdiu sententia donec super fallo dinoscatur. Item sententia non valet si contra freneticum vel furiosum lata sit, vt. ff. de re iudi. l. furioso, dato etiam quod post sententiā a furia resipiscat. Item sententia non valet si illi qui officiū illud ex debito administrare & defendere debent pecuniam propter id accipiunt & se cōuincere permittunt, vt. C. de aduocatis diuerso. iudi. l. i. Item sententia non valet si proferatur ab illo cui ex avaritia cōmissum est officiū vel qui non attigerit vigesimū annū, vt extra de offi. & potesta. iudi. delega. c. cum vigesimum, nisi forsan antehac Papa vel Imperator id sciat antequam sibi iudiciū contulerit. Non valet etiam sententia si commissarius iudex datus sit qui nondū vigesimū attigerit annum, & id esset contra illud quod habetur extra de offi. & potes. iudi. delega. c. cū vigesimū, & extra de elecci. & electi. c. cum incunctis. R. tamen prout in glo. habetur extra de rescrip. c. statutum li. vi. & ff. de re iudi. l. quidam. Circa id etiam sciendum est si nō verus tutor agit causam pupilli sententia lata nō potest prejudicare pupillo, vt. C. in qui. cau. resti. in integ. non est neces. l. si tutor.

Queritur vterius n̄ excommunicatio iniuste lata an tollerāda sit vel non. Quidam dicūt quod sic. Subditus enim precauere debet sententiam superioris, vt. xi. q. iij. c. i. siue illa sententia sit iusta siue iniusta. Alij dicunt qd non est curanda, vt extra de sententia excommunicationis. c. per tuas. Qui enim alium excommunicat iniuste, seipsum excommunicat, vt xxiiij. q. ij. c. cōperimus, & c. qui negligunt

& c. si quis, & c. de illicita. R. tamen soluendo argumenta preacta quod excommunicatio aduertenda est & rimenda dato etiā qd iniuste excommunicatus quis sit, beniuole etiā debet separari ab Ecclesia P nisi forsan in duobus casibus si scilicet sit lata post appellatiōnem factam vel si huiusmodi sententia & excommunicatio in se contineat notariā & importabilem iniusticiā, vt extra de senten. ex cōmu. c. per tuas Canones vero allegati qd sententia excommunicationis iniuste lata curari nō debet, hoc intelligitur quod animē nocere non potest, ex quo minus iuste contra eū lata sit. ¶ Vnde sciendum quod Iudex iniuste excommunicans aliquē ab officiō suspendit ad annū, & si exercet interim officium efficiit perpetuo irregularis, vt extra de sentē. & re iudi. c. cum ceteri Regis li. vi.

Proscriptio tollit vni vitam, & c. hoc idē habetur supra in plerisq; locis, & C. de custo. & exhibi. reo. l. in quacunq;.

In annotationibus in fine textus vbi habetur quantumcunq; etiam in ea perseverauerit. & c. Vnde sciendū qui propter aliquem excessum proscriptus sit, excessus huiusmodi siue malum per eum patratum quantumcunq; etiam per longū tempus in eo perseverauerit bonū non efficitur, quod em̄ a principio malū est, successu tēporis non cōualefcit, vt. ff. de reg. iur. l. quod in initio, nec excessus ille minorē sequitur pœnam si quis in proscriptione seu excommunicatione perseverauerit, vt. C. de pœnis. l. impunitas.

Articulus. LXIII.

Cum Rex publicam indixerit expeditionem a vel suam curiam sententiando illustribus per sacra programmata seu literas sex septimanis antehac declarauerit ad hoc omnes generaliter conuenire tenentur ubicunq; fuerit intra Saxoniam seu Theutonicam nationē quod si omiserint mulctando puniuntur. ^b Illustres vexillo feudali insigniti centū talenta seu libras Regi mulcte dabunt. Omnes alij decē talēta seu libras ubi pro iniuria seu pace fracta nō mulctatur. Duci decem talenta præstet quilibet Generosus seu Nobilis pro mulcta cuius est patria infra ducatum. Multa ta

^a. Concordat iur. mu. ar. v. glo.

^p. Excommunicatio in duobus casibus aduertenda non est.

^q. Iudex iniuste excommunicans aliquem suspenditur ab officio Concordat iur. mu. ar. v. glo.

^a. De expeditione etiam vide in usi seu. de capitulis corrad. §. vlti. & in cōstitutione Fredericki. l. hac edita §. vlti. & l. Imperialē §. firmiter, & supra ar. xxxiij.

^b. Concordat iur. mu. ar. ar. xv. & alij.

ⁿ. Excommunicatio iniuste lata an tolleranda sit.

men nationes in terra Saxonie sunt quæ sibi aliena competere iura dicuntur, ut Holtzaci, Haldeleri, & Stormeri, quorum iura & multa hic non describo. c Sexaginta solidi Comiti seu aduocato si bannum a Rege susceperit pro multa præstatur. Bannum nemo conferre potest nisi Rex ipse solus. Rex etiam denegare non potest bannum conferre iudici cui iudicium est collatum. Si Comes partem Comicie alteri conferat aut iudex seu aduocatus partem iudicij seu aduocacie in hoc aut perperam & est contra ius attentatum nec desuper infeudatus bannum habebit regalem ita quod illud ab eo sustinere seu pati quis oporteat.

¶ Bannum confertur sine dominio. ¶ Palasgrauus seu Pallatini & Lādgrauus sub banno ut Comites iudicant regis & ideo eis sexaginta solidi pro multa dantur Cuilibet Marchioni triginta solidi multantur & ipse iudicat sub gracia seu Omagio suo, d Sculteto seu præfecto sui pagani octo solidos multæ præstāt. c Aduocato autem infeudato sine banno regio ad maximum tres solidi dantur. f Gograuius solidus aut sex nummi tribuuntur. Vel secundum quod in arbitrio uillanorum continetur. Sculteto qui & præfectus rusticorum dicitur sex nummi & alii quando tres solidi pro crinis & cutis liberatione tribuuntur qui ad potandum omnium uillanorum cedunt.

Glosa.

Cum Rex publicam indixerit expeditionem. & c. g Militare enim non est delictum sed propter prædā militare peccatum est, nec rem publicam gerere criminofum est sed ideo agere republicā ut diuicias augeas videtur esse damnable, propterea enim quadā prouidentia militantibus sunt stipendia constituta ne dum sum-

ptus queritur preda crassetur, vt. xxij. q. i. militare. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes principes sit. Sed si humana cupiditate bellum geritur non nocet sanctis in quos non habet quispiam potestatem nisi desuper datam, non enim est potestas nisi a deo, siue iubente siue sinente, ergo vir iustus si forte etiam sub Rege homine sacrilego militet recte potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruans quod sibi iubetur vel non esse contra dei præceptum certum est, vel virtus sit certum non est, ita vt fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi. Innocentem autem militem ostendat ordo seruandi. xxij. q. i. quid culpatur, & facit etiam. c. audacter. viij. q. i. g lusus enim militare est solenitas belli inferendi, nexus federis faciendi id est pacis componende, egressio in hostem, commissio pugne, disciplina flagitij militaris modus stipendiorum, dignitatum gradus, honor premium decisio prede, & propter sonarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio ac principis portio, vt. i. dist. ius militare. h vbi dicit glo. fin. quod omnia que acquiruntur in bello sunt principis, sed ipse tenet ea diuidere secundum merita personarum. Summa autem laus milicie est obedientia Reipublice utilitatibus exhibere & quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare, vt. xxij. q. i. summa. Iustum namque bellum est quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulsandorum hominum causa, vt. in. c. iustum. xxij. q. ij. In iusto enim bello virtus quis aperte pugnet an ex insidijs nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent que vlciscuntur iniurias, vt. in. c. dominus noster. xxij. q. ij. Vbi notatur in prima glossa, quod sicut per insidias sic & per dolum possumus licite vincere hostes nostros. all. xxij. q. ij. vtiliter & xliij. dist. in mandatis. Dum tamen hosti non rumpamus fidem, vt. xxij. q. i. noli. Fides enim quādo promittitur etiam hosti seruanda est contra quem bellum geritur quanto magis amico pro quo pugnatur. Bellum autem debet esse necessitatis vt deus liberet a necessitate & conseruet in pace. Non enim pax queritur vt bellum exerceat, sed bellum geritur vt pax acquiratur. Ad hoc conuenire tenentur, & c. Et merito quia etiam in dubio est obediendum. xxij. q. i. quid culpatur in si. melior enim est obedientia quam victime de manu & obedi. c. illud, & de here. c. ad abolendam. Nam per victimam aliena caro, per obedientiam vero propria maciatur. viij. q. i. sciendum.

Multe sunt in terra Saxonie. & c. Nota quod qui a Principe de ducatu aliquo inuestitus est dux solito more vocatur. Qui vero de Marchia, Marchio appellatur. Dicitur autem Marchia quia in archa locata cum iuxta mare plerum sit posita. Sed qui de comitatu aliquo est inuestitus hic Comes appellatur, vt in v. si. seu. qui dicatur dux mar. co. c. i. in prin. ibi vide.

B b ij

c. Cōcordat iur. mu. ar. xlvij. c. cxxix.

g. De bello inferendo vide hic per totum.

h. Cōcordat supra li. i. in prolo. iur. mu. ar. i.

d. iur. mu. arti. xlvij. ar. xxix.

e. Et illi uocantur etiam Gograuii qui ad tempus eliguntur spatiosum, ut supra lib. i. ar. lvij.

f. intelligitur de iudice ad casus subitos electo cōcordat iur. mu. ar. x.

g. Militare non est delictum sed propter prædā sed propter predam militare est peccatum.

Speculi Saxonum Liber Tertius

I. Multa quid sit secundum leges & alia plura de multis hic uide.

Nota quod in isto articulo tractatur de modo multarum secundum ius municipale, i Scias autem secundum leges communes quod multa est animaduersio pecuniaria arbitrio iudicis statuenda, ff. de verb. signifi. l. aliud, § i. Poena vero est & corporalis & pecuniaria, a poena etiam non appellatur sed a multa. Et multa non dicitur nisi a maioribus magistratibus. Poena autem a quolibet qui habet potestatem iudicandi, ut in predicta, l. & l. si qua. eo. ti. Item si multa imponatur ultra modum a lege concessum non tenet impositio. Secus si in poena. C. quoniam prouoca. non est ne. l. cer a & ff. de his qui nor. infra. l. quid ergo, § poena. Secundum leges ergo communes multare possunt Illustres usque ad. l. libras auri cum peccatum est grauissimum. C. de modo multa. l. illustres. Spectabiles autem usque ad tres uncias auri preter Proconsulem & Comitem orientis & prefectum Augustalem qui usque ad sex uncias auri multare poterint. Sed clarissimi puta praesides prouinciarum usque ad duas tantum uncias indicunt multas. Nullus tamen istorum in aliquem etiam si cencies peccauerit in anno secundum dictum modum nisi ternam imponat multam & si excedat tenetur condemnato in duplum. Procurator vero Caesaris vel curator Reipublice non potest indicare multas. Sicut nec magistratus municipalis seu ciuitatis defensor. C. de defen. ciui. l. i. Nisi forte modicas non graues. C. de sportulis. l. ij. Imponuntur autem haec multae pro delictis omnibus secundum predictum modum preterquam pro peculiaribus & manubijs. i. depredationibus, concussionibus, furtis, & alijs flagitijs quae coerceri seuerius conuenit, & ideo in eis seuerior multa est imponenda pro arbitrio iudicantis. ^k Item multa imposita non est remittenda nisi paupertas condemnati ipsum persuaserit. C. de modo multa. l. eos. Et multae applicantur fisco nisi iudex pro operibus publicis vel necessarijs causis vel lex deputauerit. C. de modo multa. l. multarum, & C. de Episco. audien. l. ij. ff. de iure. pa. l. diuus, § vlti. Et multa non irrogat infamiam. C. de modo multa. l. i. de ista materia etiam plene vide in specu. de senten. prola. § i. ver. est etiam quarta cum sequen. vide etiam quae notantur in diuerso. respon. i. circa ar. xvij. § ij. & per Hostien in sum. de re. iudi. sub rubricella de mult. per totum.

Glosa.

I. Multa quid sit & propter quid datur.

m. Rex tria deman dare potest.

Pro intellectu articuli notandum quod multa non est aliud nisi illud quod pro excessu datur cum quis in iudicium delinquit a multando seu puniendo dicta. Poenam enim quandam & dolorem infert illis a quibus exigitur ut timeant & praecustodiant se in post iudicij obediens sint. Cum Rex indixerit publicam expeditionem & c. ^m Nota quod Regis mandatum triplex est, Pri-

mo mandare potest expeditionem bellicam, ut sibi auxilium praestent contra inimicos imperij & illud mandatur in instanti & absque omni mora ut fiat, ut li. feu. c. iij. § ij. & ff. de capti. & postlimio. reuer. l. hostes. Secundo mandat curiam suam idest iudicium suum & istud indicit sex septimanis antehac ut supra eo. li. ar. lx. Tercio indicit curiam suam hoc est seruicium quando ultra montes seu alpes expeditionem facit ad consecrationem consequendam, & istud indicit sex septimanis & vno anno & tres dies antehac. ⁿ Circa id notandum etiam venit quod ab expeditione bellica vnus se liberare potest decima parte bonorum suorum, ut li. feu. c. iij. v. & vi. Per sacra programata vel literas & c. ^o Nuncius etenim Imperatoris & Papae non creditur absque literis quantumcumque insignes sint, ut C. de mandatis principum. l. si quis. Vbi cumque fuerit infra Saxoniam & c. Hoc est intelligendum de primis duabus expeditionibus quia tertiam expeditionem insequi tenentur cum Rex ad consecrandum iuerit, ut li. feu. c. vi. Et hi qui ultra Salam fluuium ex ista hic parte commorantur non tenentur obsequium Imperio expeditionis bellice praestare nisi in Bohemiam & Sclauoniam seu Vandaliam.

Illustres principi centum talenta multae dabunt, ceteri omnes decem. Duci etiam decem pro multa praestent & c. Intellige de ducibus qui Principes non sunt, sed qui duces exercitus fuerint, ut sunt Capitanei, quare non immerito superadditur in textu & quilibet Generosus, ut in vli. feu. quis dux Marchio. Comes & c. § i. Vel dic quod duci multa datur decem talenta si nobilis sit ille qui multatur & iudicium illud ubi multa soluitur sit nobilium iudicium, ut est ius feudale feu. ar. lxvii.

Multae sunt in terra Saxonie nationes & c. Notandum quod illi qui in textu enumerantur inferius appellantur Lamburgen.

^p Si bannum a Rege susceperit. Vnde bannus Regius quemadmodum etiam superius dictum est non est aliud nisi coactio Regis quae est sexaginta solidi, sicut hic & articulo praecedenti, & xvi. q. i. c. statuimus. ff. de reg. iur. l. nemo. extra eo. ti. c. nemo. li. vi. ff. de penis. l. si quis forte.

Rex denegare non potest bannum conferre, & c. Quamuis enim multa contra ius fieri possunt. Rex tamen ea plurimum obseruare tenetur ne quid contra ius sit quod ipse condidit, ut ff. de reg. iur. l. non omne, & extra eo. ti. c. quod semel li. vi. & extra de consti. c. cum omnes, & C. de legi. & consti. l. digna vox.

Palansgrauij. Quid autem Palansgrauius sit dictum est superius eo. li. ar. liij.

Ex quo itaque Palansgrauij Lanchgrauij sub eo banno Regio iudicant ut comites quare ipsis eadem multa praestatur sexaginta videlicet solidi, quia ubi est eadem ratio, ibi est

ⁿ. Ab expeditione bellica unus liberari potest decima parte bonorum.

^o. Nuncijs imperatoris seu apostolica absque literis non creditur, concordat supra ar. xxxvi & xxxvii. eo. li.

^p. Bannus Regius quod sit concordat supra li. i. ar. lix. li. ij. ar. xij. iur. mu. ar. x. glo.

eadē iuris dispositio, vt extra de confli. c. trā-
flato, & extra de rescrip. inter ceteras. Quod
autem minus datur Marchioni quam comiti
est ratio, quia ipse iudicium bannit sub suo
Omagio & nō sub banno Regio, vt infra ar-
ticulo proximo.

Præfecto seu sculteto dant octo solidi, &c. itel-
ligendū est in comitatu & coram eodem iu-
dex iustificare se cogitur si quis contra eū age-
re debeat, vt supra li. eodem ar. liij.

Sui pagani, &c. de his vide supra li. i. ar. ij. &
li. iij. ar. xlv.

Aduocato autem infeudato sine banno, &c.
hoc intelligendū est in Marchia vbi iudicia
habentur in feudū. Ad maximū tres solidi
stantur, &c. Intelligendum est non quod ad-
uocatus quamlibet mulctam habeat quæ mi-
nor sit. Sed dicitur qd' ad maximū hæc mul-
cta se extendit. Quidam etiam intelligunt iu-
dices huiusmodi Gograuios esse qui ad tem-
pus spaciosum eliguntur de quibus habetur
supra li. i. ar. lviij. eosdēq; infeudare Marchio-
nes tenentur. Opinio tamen ista stare non po-
test Gograuius enim ex consensu villani eligi-
tur eundemq; dominus infeudare cogitur vt
ibidem in dicto articulo habetur.

Sculteto sex nūmi, &c. & hoc est præfecti rus-
ticorum vera mulcta & aliquando tres soli-
di, & hoc fit cum vnus crines vel cutim libe-
rauerit infamēq; & iure priuatus pronuntia-
tur, vt supra lib. ij. ar. xij. Exindeq; fit quod
istud cedit in communem potum rusticis. Ex
isto articulo quidam intelligere volūt quod
propter negligentiam, ignorantia, inceptaq;
iniuriarum querelam quæ non continuatur
mulcta & emenda coram iudicio rusticorum
solui deberet sculteto tres solidi, cuiuslibet ru-
sticorum sex nummi cōmunes dominorū su-
priori decem solidi Brandenburgē. Artic-
ulus tamen iste non istud intendit per expres-
sum, iure etiam municipali in huiusmodi ex-
cessibus sculteto datur octo solidi, datur præ-
terea in vtroq; iudicio emēda parti li. i. ar. liij.
& lxiij. & li. ij. ar. viij.

Ex his iam declarata habetur vniuscuiusq; iu-
dicis mulcta quæ de iure propterea statuta est
ne iudices mensuram mulctarū excedant, vt
C. de modo mulct. l. eos. Iudices enim sub-
ditos cohercere debent seruata pietate magis
q̄ seueritate penarum, vt in auten. vt iudi. sine
quoquo supra. §. quod si, coll. ij. & hoc si leuis
excessus sit. Ibidem etiam parua mulcta iniū-
gi debet, vt in auten. de manda. princ. §. qd'
si, coll. ij. Præcauere itaq; iudices debēt in his
& alijs ne auaricia obcecati quæ & mater est
omnis maliciæ vt in auten. vt iudi. sine quo-
quo supra. §. cogitatione, coll. ij. secus faciant,
premeditantes quod & ipsi extremo iudicio
subiecti sunt, & quemadmodū ipsi se in iudis-
cando præstiterint eodem modo a supremo iu-
dice deo omnipotenti iudiciū suscepturi sunt.
Immo magnam in eo esse differentiam, nam
is quem iudex iudicat homo mortalis est, ille

vero qui iudicem iudicaturus erit deus est, vt
C. de iudi. l. rem nouam, diligenter itaq; acce-
dat vt æquum se in iudicando præbeat.

Articulus LXV



Archio iudicabit sub si-
bi præstito fidelitatis sa-
cramento post sex heb-
domadas, a Ibidē po-
test quilibet contra alium sententiā
inuenire qui in suo iure reprobari
non poterit. b Attramen ibi nullus
respondebit ad duellum sibi gene-
ratione inequali. Si quis a sibi in ge-
neratione æquali infeudatur nō su-
am originē aut Civilia iura sed tan-
tummodo feudi dignitatē idest scu-
tum bellicum minorauit.

Glosa.

Super intellectu articuli presentis nonnullæ
fuerunt opiniones & controuersie. Quidam
enim vt Burchardus Episcopus Maydebur-
gen, & Comes Otto de Falkenstheyn intelli-
gere voluerunt articulum Marchio iudicabit
sub sibi præstito fidelitatis sacramento, hoc est
sententiæ quæ in Marchia inueniuntur quod
videlicet inueniri debeant sub iuramēto qd'
ipsi Marchioni circa Omagiū fecerunt. Op-
inio tamen ista non placet multis. Iure em̄ p-
uinciali nulla sententia inuenitur sub iuramē-
to Omagij. Istud enim ad ius feudale magis
pertinet, vt seu. c. ij. iij. Alij vero vt Wolrad
& Conradus de Rossaw intelligere textū vo-
luerunt quod Marchio iudicare debeat sub
suo Omagio, hoc est sub Omagio & iuramē-
to quod Regi præstitit. Sed istud etiā nō pla-
cet nec enim id speciale Marchionis est. Om-
nes etenim iudices sub iuramento præstito iu-
dicāt, vt supra ar. liij. & in auten. Iusturandū
quod præstatur ab his, §. i. col. ij. Si vero id ita
sit qd' Marchio iudicaret vt alij iudices mul-
cta eque similis esse deberet alijs iudicib⁹ qd'
tamen non est ex textu articuli præcedentis.
Palansgrauijs enim, Lansgrauijs, Comitibus
cedunt sexaginta solidi, huic vero nō nisi tri-
ginta. Alij vero vt Henricus & ceteri textum
intelligere voluerunt quod Marchio iudica-
ret propria autoritate. Quemadmodū enim
alij iudices iudicia eorū banniunt autoritate
Regis, ita etiam intelligere voluerunt quod
Marchio iudicaret autoritate sua, hoc etiam
fieri non potest Marchio etem̄ nec quouis al-
ter iudex iudicare pōt nisi autoritate ab im-

a Quis autem dica-
tur Marchio qui dux
& quis Comes, nota-
tur supra eodem lib-
ro circa arti. lxiij. ibi
uide & iur. mu. ar. x.

b. Textus antiqui le-
gūt post quadraginta
dies.

Speculi Saxonum Liber Tertius

perio concessa & secundum rei veritatē nul-
lus iudex verus est nisi Imperator ipse q̄ alijs
cōmunicat tandē iudicia, & hoc ex eo liquet.
Imperatore enim prēsentē iudiciū omniū
cessat vt in p̄cedentibus dictū est li. ij. ar.
xv. supra eo. ar. xxvi. & lx.

Reiectis itaq; opinionibus. Pro intellectu ar-
ticuli nota quod ibi est immutatio personarū
cū dicitur Marchio iudicabit. Intelligi enim
textus debet de iudicijs Marchioni subie-
ctis qui iudicant sub p̄stito fidelitatis sacra-
mento. Sic scz iudex iudicat sub Omagio
Marchionis. Q. d. Imperatori omnes iudices
iurate coguntur quod iuste iudicabunt, vt su-
pra eo. li. ar. liij. & C. de iudi. L. rem non no-
uam. Sed pro iudicijs in Marchia. Marchio
ipse iurat, & in illum Imperator prospectum
habet pro his omnibus. ^c Hoc modo etiā p-
curatores iurant pro principalibus & huius
iuramenti reus efficitur tam ille qui iurat q̄
pro quo iuratur, vt extra de iuramento calū-
nie. c. penulti. & fi. Nec mirari debes qd̄ hic
in textu ponitur Marchio, & per id intellige-
re vult iudices, quia si quis loco Marchionis
facit & iudicat, Marchio ipse facere videtur,
sicut quicquid nomine Imperatoris quis fa-
cit Imperator ipse facere dicit, vt. C. de emen-
dan. Codi. iusti. L. Cordi nobis. §. supradis-
tis. C. ibidem potest quilibet contra aliū sen-
tentiam inuenire. Oppositū videtur esse in cō-
muni p̄actica. In iudicio etenim marchionis
nullus sententiā inuenire potest nisi sit ad Oli-
peum natus prout cōmuniter habetur in ius-
dicis marchionalibus quę in cōmuni came-
ra marchionū habentur. & aliqui quod hoc
forsan ex eo fit, quia aliter ex cōsuetudine ve-
nit, fieri em̄ potest vt consuetudo opprimat
ius, vt. ff. de legi. & senatuscon. L. non est no-
uum, & ita credunt in proposito fore. Respō-
sio tamen ista non est sufficiens. ^d Iuris enim
abrogationem in glossis maxime euitare de-
bemus. Intelligēdus ergo textus est quod ibi
dē potest quilibet contra alium sententiam
inuenire, hoc est in iudicio p̄uinciali vel in
iudicio iudicis infeudati, hoc autem non fit
coram marchione vel in ciuitatibus vbi ca-
mere huiusmodi habentur. Vel dic cum di-
citur quod vnusquisq; sententiam contra aliū
um inuenire potest, hoc fit ex eo, quia ibi non
attenditur si sit sede scabinorū dignus vel nō.
Indifferenter ergo quilibet ibidē sententiam
inuenire potest in iudicio. ^c Attamē ibi nul-
lus respondebit ad duellū. & c. hic exponitur
illud quod prius dictū est. Q. d. velit, in mar-
chia Thuringię quilibet sententiā inuenire pōt
contra aliū coram iudicibus infeudatis. Nul-
lus tñ sibi gñatiōe inequali in dignitate nobi-
litaris p̄ duello rñdere tenet, vt supra li. i. ar.
lxij. Qui etiā aliū ad duellū puocare vult ne-
cessario sibi equalis esse debet.

Si quis a sibi in generatione equali infeudat
non suam originem sed tantūmodo dignita-
tem minorauit, & c. Ratio, origo enim & gene-

logia est ex natura, feudi vero dignitas est de
iure scripto, sed ius scriptū obfiscare nō pōt
ius naturale, vt Insti. de legitti. agnato. tutel.
§. fi. ^c Vt si ego dominus sim illius cui bona
confero istud est ex constitutionibus, fieri em̄
potest quod conferre possim bona fratri meo
& ita de iure scripto essem domin⁹ eius. Iurē
vero naturali esset frater meus, nec ius scriptū
auferre sibi potest quod non sit frater meus,
& hoc innuitur in textu cum dicitur non suā
originem aut iura Ciuilia, hoc est emendam
quę iure p̄uinciali sibi debetur non minuit
vt Insti. de iniurijs. §. atrox, sed duntaxat feus-
di clipeū id est militarem dignitatem, vt. i. dif.
c. ius militare.

Articulus. LXVI.



Non liceat castrum ^a uel
forū ædificare nisi oc-
to stadia distet ab alio ^b
Non debent etiam op-
pida aut castra muniri, aut in præ-
dijs seu uillis muri fossata ualles aut
Turres ædificari absq; licentia iudi-
cis puincialis. ^c Absq; licentia tamē
eius fodere licet in altum quamdiu
fossor cum fossorio terrā eicere po-
terit absq; adiutorio asseris, gradus,
aut scabelli ad ulterius prociendū.
Licite etiam sine eius licentia trium
mansionum altitudo cū lapidibus
& lignis edificetur, dummodo una
subterranea & aliæ super terrā ap-
parebunt ita quod ianua sit in infe-
riori mansiōe super terram usq; ad
hominum gēua. Fūdus etiam seu
curia cum sepibus uirgis seu lignis
aut muris extensis in tali altitudine
quod sedēs in dextrario manu pos-
sit attingere summitatem circumda-
ri potest, sed in his propugnacula
minime construantur. Castrū præ-
terea quod propter uiolentiam uel
iniuriam destructum est sine licen-
tia iudicis & actoris reedificari non
debet. Destruat etiam dominus ca-
strum uel propter paupertatē eius
paciatur ruinam uel si illud ammi-

^c. Vide infra ar. lxxv.
viiij.

^a. Pro materia istius
articuli si uis seire ius
commune uide .C.
de edi. priua. per totū.

^b. Textus uetustiores
istum textum ita lo-
gunt, nō liceat castrū
forum seu uillam fore
sem nisi unum milia-
re ab alia distet con-
struere.

^c. Concordat iur. mu.
ar. ix.

^c. Procurator iura-
mentum explere pos-
test pro prināpe.

^d. Cōcordat infra ar.
lxxviij.

ferit uolēter sine licencia iudicis illud licite poterit reedificare.

Glosa.

Ex textu articuli presentis nonnulla colligi possunt Ciuitatibus vel villis foralibus que de nouo fundari debent maxime appropriata. Primum quod oppidū vel villa foralis nō debet in p̄p̄inquo alteri edificari, esset enim in damnum alterius quod fieri non debet. Ius enim prohibet ne quis dīretur cum damno alterius, vt. ff. de condicio. indebi. l. naturaliter, & ff. de reg. iur. l. iur. Forum enim aut oppidū esset uilius ex erectiōe in p̄p̄inquo alterius. Item Ciuitas seu villa foralis erigi non debet sine licencia iudicis, & in testimonium istius quod voluntatis imperij sit Imperator mittit cirothecam suam & vel potius litteras sigillatas consensum p̄ben in locū illum vt habetur Iur. mu. ar. ix. Quod autem istud pertineat ad imperium admissio uidelicet erectiōis fori vel oppidi habet, ff. de nundinis. l. i. & ij. & c. co. ti. l. qui exercēdorū. Sciendū etiam e quod qui in huiusmodi foro vel nundinis quid emerit in instanti solui debet, nisi aliter compositū sit, vt. ff. de nundinis. l. si quis. f. Item in foro non debent fieri contractus monopolistici, quod uidelicet cōponant aliter merces non vendere nisi secundum quod mercatores secū contraxerint sub pena quinquaginta lib. aurī imperio soluēdorum, iudices vero id admittē, xl. libras aurī puniuntur, vt. C. de monopolis & conuentu negociatorū, l. iubemus, & ff. ad le. iul. de annona. l. i. § Frumenta etiam non debent carius nec alcius statui nisi secundū quod deus illa statuit, ff. ad le. iul. de anno. l. Impatores. C. Nō debent Oppida aut Castra muniri, & hoc propter id ne augeatur numerus inobediētis, h q si pauciores fortalicia vel munitiōes sint etiam pauciores inobedientes inueniuntur, qui enim non habent propugnacula facilius iudici obediunt, & quia quedā fortalicia sunt uilia p̄uincis, & quedā nō, quare officio iudicis p̄uincis interest admittēre castrū vel forum erigere ubi pro cōmodo sibi uidetur, & hoc tangitur in textu cum dicitur sine licencia iudicis. Potest etiam illud prohibere propter futurū damnum, vt. ff. de operis noui nūctiatiōe per totum. Licite etiam sine eius licencia, & c. Lex ista potissimū posita est pro cōmodo ciuium & si gnanter mercatorū, quia ex huiusmodi cōstructione seu edificatione nemini damnum imminere potest, & ita iure admittitur, vt. ff. de reg. iur. l. domū, & C. de seruitutibus, l. alcius. Fundus etiam sepibus aut muro in tanta altitudine qd sedens in dextrario attingere possit summitatē circumdari potest, & c. Ius istud p̄pter militares positū est, illis enim licet curias suas circummunire in quantum insidentes

dextrario, gladio summitatē attingere possint & hęc est mensura munitiōis illorū. Alij vero munitiōes faciunt vt textus habet, vt. C. de militibus. l. penul. Destruat etiam dominus Castrum, & c. Intelligi illud prius ex admissiōe iudicis cōstruētum erat extūc reformare illud poterit. Sed si per sententiam destructum sit reedificari nō potest, vt textus habet, & infra ar. proximo, & supra li. ij. ar. vlti.

Articulus LXVII

Qui alterius castrū minus iuste expugnauerit seu occupauerit, & ammittens hunc pro ut iuris fuerit prosequitur expugnātorem castrum adhuc uiolenter obtinentem, nulla isto tempore aduersus prādictum castrum poterit actio proponi propter quam in prādictum ueri domini desolationis cōtra illud sententia promulgetur.

Glosa.

Sensus articuli presentis est. Si castrū alicuius occupatū fuerit, occupator vero tandem ex castrō prēdam committat per factum illud suum, castrum illud demoliendū non est, nec factum illius uero domino cui per uolentiā castrum ablatū est nocere debet. Nullus enim ex culpa sua alteri nocere poterit vt superius dictum est.

Minus iuste, & c. Si enim iure castrum sententietur agere pro illo nō poterit nec illud reedificare vt iur. seu. c. lxxij. Sciendū etiam quod Castrum destrui seu demoliri potest ex quatuor causis. Primo si quis violatorem pacis in castrō hospitauerit, vt supra. li. ij. ar. lxxi & lxxij. Secundo si mulieres vel uirgines ibi dem opprimātur, vt supra li. ij. ar. i. Tertio si captiuos ibidem detinuerit ultra mandatum Regis, vt supra eo. li. ar. lx. Quarto si domin⁹ castrī iurare non uult pacem ex illo castrō seruare, vt in auten. de pace seruau. §. hac edicta li in fi. coll. x.

Et ammittens hunc prout iuris fuerit prosequatur, & c. idq; fieri debet coram iudice p̄uincis cum clamore, vt. ff. de vi. & vi. arma. l. p̄retor, & supra li. ij. ar. lxxij. Tum etiam pro uolētia & prēda, vt supra li. ij. ar. xxv. & ff. ad le. iul. de vi priua. l. hac lege, & de vi. & vi. arma. l. p̄retor ait. §. neq; C. de vi. publi. & pri. l. si quis, & l. omnibus. Tenebitur etiam quęrelā huiusmodi annuatim innouare, vt li.

B b iij

d. Cōcordat Iur. mu. ar. ix.

e. In nundinis emens aliquid in instanti solui oportet nisi aliter contractum sit.

f. Monopolia interdicitur. Concordat li. ij. ar. i. in anno.

g. Frumenta carius statui non debent nisi secundum quod deus illa statuerit.

h. Vbi pauciores munitiōes ibi maior obediētia & econtra.

a. Castrum ex quatuor causis demoliri potest.

Speculi Saxonum Liber Tertius

feu. c. xxij. ff. de vi. & vi. arma. l. ij.

Articulus. LXVIII.



Vdex siquidem debet primo in castrū uel in tignū^a tres ictus uerberare quod iure extitit condemnatum, & ad hoc uillani debent excidendo & destruendo adiuuare. Cremari nō debet nec lapis aut lignū abduci nec aliquid quod intus habetur nisi per spoliū fuerit inductū, quia illud spoliato qui id iure consequi poterit tribuatur. Aggeres fossata ab incolis illius iurisdictionis sub eorū expensis in tribus diebus complanentur si ad hoc cum uiolenciarū clamore cōuocē.

Glosa.

^a. Alij textus addit securi, ad hanc materiam uide supra li. ij. ar. ult. li. ij. ar. i. iur. mu. ar. xxxix.

^b. Iudex castrum destruere non potest nisi ex rationabilibus causis.

^c. Iudex externos milites ad comprimendum predones conducens incole expensas illis ministrare nō coguntur.

Pro intellectu articuli^b nota quod iudex castrū diruere non potest nisi rationabiliter^a adductis causis. Primo quod iudicialiter ad id citetur, ut supra li. ij. ar. lxxij. Secundo si opinantur in arce fore pacis violatores & denegatur inquisitio illorum, ut supra li. ij. ar. vlt. ti. qui enim inquisitionem admittere nō uult signum est quod ipse solus culpa non caret, ut Insti. de oblig. quæ ex delict. nascū. §. est etiam. Tercio si castrum non defenditur cū per duellum alloquutum sit, ut supra li. ij. ar. vlt. ti. & ff. ad le. lul. maiest. l. lex duodecim tabularum. Quarto si tenens arcem iurare nollit pacem tenere quia ut sic opinatur illum uelle perperam agere, ut in auten. de pa. tenen. l. hac edictali coll. x.

Et ad hoc uillani debent excidendo. & c. ^c Quid si dominus vel iudex prouinciæ externos milites in prouintiam adducere uelit ad comprimendos predones, an incole expensas illis ministrare tenentur. R. quod non, ut in auten. ut iudi. sine quoquo supra. §. interdictimus, coll. ij.

Cremari nō debet. & c. Intelligendū est etiam de edificijs, ut supra ar. i. li. ij. & hoc si arx cōsequi potest sine crematione, qā alias si aliter occupari non poterit cremari admittitur, ut in auten. de pa. tenen. l. hac edictali, coll. x. Nec lapis aut lignū. & c. Quāuis enim homo perperam agat bona tamen eius non auferuntur, non enim bona delinquent, sed homines ipsi bona occupantes, ut in auten. de manda. princi. §. oportet, coll. ij. nisi spoliū

sit quia illud spoliator restituere cogitur, ut supra li. ij. ar. xxv.

Aggeres & fossata complanentur. & c. & hoc tunc contigit cum aggeres in fossata deiciuntur ab incolis illius iurisdictionis. & c. Omnes enim uolentie clamorem sequi tenentur, & qui nō sequitur multam præstabit, ut supra li. i. ar. liij.

Sub eorum expensis. & c. Iudex nihilominus etiam suos habere tenetur quos incole expensis prouidere non coguntur, ut. C. de Epis. & cle. l. si quis.

^d Queritur si uasallus dominū habeat in iurisdictione illa & in destructionem castrī domini sui feudalis expeditio sit, an sequi tenetur nec ne. Quidā dicunt quod non, quia qui in destructionem domini auxilium præstat feudū perdit & honorem, ut in li. feu. qui cau. feu. amitti. c. i. R. tamen, quod sequi tenetur, ut in fraar. lxxvij.

^d. Vasallus an castrū domini oppugnare licito possit, uide infra, ar. lxxij.

Articulus LXIX



Si sub Regis cognoscitur banno iudices seu scabini Capucia, Pilea, aut Pepla & cirotecas habere non debent, Clamides seu mantela habeant super humeros iudicentq; inermes, ^a Ieiuni & sedes etiam debent sententias inuenire contra quemlibet Theutonicum aut sclauum suo iudicio subditū liberum aut seruū & hoc nemini alteri licet facere nisi ipsis. ^b Quod si eis in generatione æqualis sententiam eorum increpet is sedem postulet quam ei pronuntiator debet accommodare, & postq; sederit sententiam ab eo opinatam uerorem promulget, & se trahat cum illa ubi de iure se trahere debet & eā ut supra dictū est obtineat uel amittat. ^c

Glosa.

Sedendo pronuntiant. & c. Sedere enim iudices non solum debent cum diffinitue pronuntiant, sed etiam cum res quæ agitur plenā cognitionē desiderat, ut ff. quis or. in bo. poss. ser. l. ij. §. dies, & in autē. ut ab illis. & q. sup. eos sunt. §. sanximus, coll. v. & in autē. de iur.

^a. Vide supra co. lib. art. lxi. in fi. glo. iur. mu. ar. xvi.

^b. Textus uetustiores ita legunt & ille qui sententiam inuenierit, cedere sibi de loco tenetur, iste uero locū illum occupabit.

^c. Ad hanc materiam uide supra li. ij. ar. xij.

di. §. sedebunt & de re. iudi. c. fi. lib. vi.

Glosa.

In articulo presenti docetur quomodo iudex & scabini in iudicando habere sese debeant cū sub banno Regio iudicāt, honestatem etenim preferre maxime in omnibus tenentur, cui enim deus omnipotens plus donorū impartitur etiam maiorem honorem seruare debet & maiori laude & gloria ratione donorum prestitorum deum laudare tenetur de pluribusq; eum respondere oportet. Ex quo itaq; scabini in exercendo iudicio plus honorati sunt q̄ alij simplices, ergo etiam plus honestatis pre se vt habeant necesse est, nec id sine quodā spirituali misterio fit. Per id quod dicitur, Caput non tecum eos debere habere. Intelligi datur illos ad imaginem dei creatos esse quare nec animas vicij maculare pmittant, facies etiam & vultus eorū rectos nō habeanā d insinuandum quod iustitiam cū iniquitate obregere non debent, vt. xxxiij. q. v. hęc imago. Nudas etiam habere debent manus. Per manus etenim opera hominū intelliguntur, ad insinuandū quod ab excessibus liberi esse debēt pro quibus alios condemnāt. Fur etenim non libenter furem iudicat, vt in auten. de sanctis, Epis. in prin. coll. ix. & ff. de eden. l. si quis, & in auten. vt iudi. sine quoquo supra. fi. §. ff. coll. ij. Manus preterea eorū immunes a donis esse debēt, munera etenim iustū puerūt iudiciū, vt. xi. q. ij. c. quatuor. Clamides seu mantella, &c. per id designatur verus amor quem habere tenentur in iudicando, quia sicut mantella obtegunt alias vestes & corpus, ita amor illorū iustitiam obtegere debet in humerisq; illa gestare eos oportet, hoc est amorem & fauorem probis ostendere sicut pater fauorem filiis ostendit, vt in auten. de defenso. Ciuita. §. si qua, coll. iij. Et sine armis iudicēt, & hoc ex eo, quia pace imperij sunt muniti, vt supra eo. li. ar. ij. Tū etiā vt nullus eorum arma timeat, sine enim ira iudicabunt.

Ieiuni. &c. hoc fit ex eo ne ebrietas eos ad iustitiam inducat, d Ebrietas etenim est sepius origo mali, vt. xliij. dis. c. i

Quemlibet hominē, &c. Intellige eius iurisdictionis subiectū, vt in auten. vt om. obedi. iudi. §. hęc cōsiderātes, coll. v. Vnde nec Sclauus potest se eorum sententie defendere quīs respōsioni defendere se poterit si actor Theutonicus sit & ille eum non intelligat, vt infra ar. lxxi. Tum etiam vt sequens articulus habet, si non iudicatur sub banno Regio. Siue sit Theutonicus siue Sclauus, hoc est sententias scabini inuenire possunt contra vnumquēq; qui coram eis responderit. In oppositum licet videtur articulus sequens, vbi dicitur quod Saxo contra sclauum sententiam inuenire nō potest. Intelligitur tamen articulus allegatus sequens si iudicium sit extra

bannum regium, articulus vero presens disponit cum sub banno iudicatur Regio. Sedentes pronuntiabunt, &c. Sententia etenim que non sedendo pronuntiatur est ipso iure nulla, vt in auten. vt ab illustri. & qui super eam sunt dignita. §. sancimus, coll. v.

Articulus LXX



Bi uero sub banno non iudicatur Imperiali ibi quilibet contra aliū sententiam inuenire & testimonium dare poterit, dummodo rationabiliter increpandus non uenit, Excepto Saxonæ super Sclauū & econuerso. Sed si Sclauus uel Saxo in iniurijs uel crimine recenti pacis fracte deprehensus & cum uiolentiariū clamore iudicio fuerit presentatus, extunc Saxo Sclauī & econuerso sic deprehensus testimonium & sententiam sustinebit.

Glosa.

Precedenti articulo dictum est, quomodo iudicatur sub banno Regio & quomodo iudex & scabini se habere debeant quodq; nulli sententiā inuenire licet nisi iudici & scabinis. In articulo presenti determinatur quomodo iudicatur extra bannum Regium, sicut in Marchia Brandenburgen, Landzbergen, Luzacien, quia istarum prouintiarū ius discrepat a Saxonico quodammodo, vt supra li. ij. ar. xij. & hoc ex eo fit, quia huiusmodi Marchie habēt speciales iudices, vt supra li. iij. ar. lxiiij & ita liberiores sunt in multa. In comitatu enim sexaginta solidi multe dantur. In Marchia vero nō nisi triginta vt in pretacto. lxiiij ar. Tum in marchia quilibet probus ferre sententiam potest. In Comitatu vero nisi bannatus, vt supra ar. allegato. lxiiij. habetur.

Dummodo rationabiliter increpandus non uenit, &c. Exinde liquet duplex ius marchio natus. Primo etsi quidem cōmunes inuenire possunt sententias vnus contra alium, vnus tamen alteri duellum indicere non potest si esset generatione inequalis, & hoc intelligitur de illis qui in Clieo sunt inequales, vt supra ar. lxxv. & in li. seu. de pace viola. Secūdo qd quilibet sententiam inuenire potest qui in iure suo increpandus non est.

a Circa id nota qd diuersi homines sunt q̄ iuri derogari potest, ita quod sententias eorū

^a Diuersi homines inueniuntur quibus iuri derogari potest, uide supra li. i. ar. xxxviij. li. iij. ar. xvi. iur. mu. ar. iij.

^a Ebrietas origo mali.

Speculi Saxonum Liber Tertius

ram in Marchia quilibet tollerare non oportet. Primo quia occasione prede, furti, concordiam inierint, ut supra li. i. ar. xxxviii. & c. ex qui cau. infra. irroga. L. non damnatos. Secundo qui iudicialiter conuicti sunt, ut C. eo. ti. L. si furti, & L. et si. Tertio publici fures & predones. ff. de furtis per totum, & extra de testi. c. ex parte A. Quarto certantes & eorum proles, ut supra li. i. ar. xxxviii. Quinto sunt periuuri, ut extra de testi. c. sicut nobis, & c. testimonium, & extra de presumpti. c. literas. Sexto sunt lutores, ut supra li. i. ar. xxxviii. & ff. de his qui notan. infra. L. i. & iij. q. i. c. i. Septimo aleatores ut extra de excessibus prelatorum. c. inter dilectos, & extra de vita & honest. clerici. c. clerici. Octauo contra quos probari potest quod fidefragi sunt, ut supra li. i. ar. xl. & ff. de his qui notan. infra. L. ij. Nonoprofcripti, ut supra li. i. ar. xxxviii. lxviii. & alijs pluribus locis. Decimo illegitimi seu inhonesti, ut C. de testi. L. si testis, extra de testi. c. ij. ver. vilissimi. Intellige tamen quod isti supranominati sententias inuenire & testificari in iure spirituali & etiam seculari possunt in tribus casibus. b. Primo occasione simonie, sicut contra illum qui rem sacram vendit vel emit. Secundo occasione heresis. Tertio occasione fraudis in imperium commisse, ut C. ad le. lul. maiest. L. nullus, & extra de Simonia. c. licet, & ij. q. vij. c. oues.

Excepto Saxone super Sclauum, & c. Saxo enim super Sclauum sententiam inuenire & testificari non potest, & hoc ex eo, quia ab antiquo semper inimici fuerunt, ut supra eo. li. ar. xliii. Postquam etenim Saxones Sclauos qui & Thuringi dicebantur ex eorum sedibus usque in ducatum ultra Albim pepulerunt, dum magnum posthac inter eos ortum est bellum, & usque ad tempora Caroli Imperatoris durauit qui magno adueto exercitu Sclauos debellauit, & ex illo ducatu eosdem per omne Saxonię prouintiã dispersit inhabitarique iussit. Exindeque in hunc diem multe Sclauorum ville ibidem sunt. Ad hanc materiã plura habentur iure municipali, exindeque vnus contra alium testificare non potest. c. Inimicus enim contra alium in testem non admittitur nec contra eius sententiam inuenire debet, sicut nec vnus consanguineus contra alium, ut extra de Simonia. c. per tuas.

Sed si Saxo vel Sclauus in iniurijs, & c. quia ut sic captiuatus vnus sustinet sententiam alterius, ut C. vbi Senato vel claris. L. i. & hoc intelligendum est de iudicio prouintię vbi iudicatur sine banno Regio, quia ibi vnusquisque sententiam inuenire poterit contra alium. In iudicio vero Marchionis vbi contra legales homines iudicium exercetur rusticus sententiam inuenire non potest, ut ex antiquo seruatum est. f. Vnde etsi quidem antehac forsan seruabatur, consuetudine tamen aliter fit, quę & pro iure custoditur, ut Insti. de offi. iudi. §. i. ff. de legi & senatusconsult. L. de quibus, C. quę

sit longa consuetudo. L. preses. xi. dist. In his extra de successi. c. vbi ver. de hoc. Sed si in iniurijs deprehendatur & c. Extunc contra eius exteditur iudicium, ut C. vbi senato, vel claris. L. i.

Articulus LXXI



Quilibet reus respondere ad actionem non tenetur si actio non innata sibi idiomate proponatur. Vnde si in Theutonico contra vnun agatur iste uero iuramento assermet Theutonicum ignorasse respondere ut sic non cogitur. Si uero conquærat contra eum in sermone suo sibi intelligibili, ipse etiam aut eius ferendarius respondere tenetur sermone quę etiam actor & iudex intelligat. Si autem in Theutonico antehac quęstus est uel respondebat, uel sententiam in iudicio promulgauit, & hoc contra eum comprobetur, eundem in Theutonico respondere oportebit, excepto in pallacio Imperatorie Maiestatis quia ibi quilibet iura suę genelogię noscitur obtinere.

Glosa.

Quilibet reus ad actionem respondere non tenetur & c. Ratio quia nemo cogitur in iudicio respondere nisi prius veraciter intelligat ea quę sibi obiciuntur, ut v. q. ij. relatum, & lxxxiiij. error. Item quia nemo ex sua responsione obligatur nisi prius intellexerit ea quę ex aduerso proponebantur, ut de spon. ex lib. teris, & de verbo. obliga. L. i. in fi. ff.

Glosa.

Ex quo quidem sententia fit ex querela & responsione iudicialiter factis, ut supra li. i. ar. lxij. actorque aliquando agere veller sermone illo quem respondens non intelligit, quare in articulo presenti datur doctrina quo pacto in eo casu procedendum sit. C. Vnde nota a quod respondere vnus non tenetur alteri in quatuor casibus. Primo si accusatur in idio-

a. Respondere vnus alteri non tenetur in quatuor casibus concordat supra eo. li. ar. xxx

b. Iure priuati testificari possunt in tribus casibus concordat supra li. i. ar. viij. lib. iij. ar. xvi. iur. mu. ar. iij.

c. Sclauus & Saxones ab antiquo inimici a semper fuerunt.

d. Vide infra ar. lxxxij. iur. mu. in prolo.

e. Inimicus in testem non admittitur.

f. Clariore huius glorse declarationem iude supra eo. li. ar. lxxv. glo.

mate quod ignorat vt textus habet. Alij casus habetur supra eo. li. ar. xxx. in glo. Potest tamen actor vna lingua querulari, & respondens itidem alia respondere dūmodo vterq; se intelligat, vt Insu. de verbo. obli. §. in hac re. & ff. eo. ti. l. i.

Si iuramento affirmet quod Theutonicum ignorauerit &c. Allegare forsan quidā posset Theutonicum se ignorare cum tamen illud calleat. Quare tria in textu ponuntur super eo documenta. Primum si testificari contra eū potest quod antehac in theutonico respondebat vel agebat &c. respondere vt sic cogitur vt textus habet.

Circa id quæritur quid si in Theutonico alia disposuit negotia, an testimonio vinci potest &c. quod non, quicquid enim extra iudiciū aliquid saxo fecerit, iuramento absolui potest vt supra li. i. ar. xvij. Sed si coram iudicio actum quid sit testimonio conuincitur, vt iuxta li. i. ar. vij. Secundum quod iurare eum oportet est, quod videlicet non intelligat proposita actoris, si vero iurare noluerit respondere cogitur, vt C. de iur. iuran. l. in bonis, & l. cum proponas. Tertium si recognoscat linguam illam, & in ea accusatur, postmodum vero eam negare vellet, illud auxiliari sibi minime potest, quia nullus immutare verbum poterit in damnum alterius, vt ff. de reg. iur. l. nemo.

Quem actor & iudex intelligat &c. Iste §. contrariari priori videtur vbi dictum est, quod innato sermone querela proponi debet, quomodo id fieri potest si respondens Italus vel Sclauus sit, & actor Theutonicus vt sibi responderet sermone sibi intelligibili, videtur enim id esse impossibile, sed ad impossibilia nemo obligatur, vt ff. de reg. iur. l. verum. Ius autem & lex possibilis esse debet, vt iij. diff. erit autem, & prout in antiquis originibus scriptum habetur, quod articulus iste respondentem cogere non vult, vt respondeat sermone sibi incognito, sed quod ferendarium habeat qui verba & responsionem eius notificet, quicquid enim statuitur contra actorem, hoc etiam reus facere cogitur, vt ff. de reg. iur. l. non debet.

Articulus. LXXII.



Legittima & ingenua ples, Clipeum patris sui & hereditatē eius matrisq; obtinet si sit æqualis generationis uel melioris.

Glosa.

Legittima & ingenua proles &c. b Sed quā

liter probetur filia cio viriusq; dic quod maternitas legitima & naturalis potest probari per testes scilicet per obstetrices que inter fuerunt, ff. de ven. inspi. l. i. §. de inspicendo & §. sequen. Paternitas autem probatur per nuptias, nam postq; semen apposuerit id marito acquiritur qui est dominus ventris, & ideo patris debet sequi conditionem, patris inquam tanquam domini & tanq; dignioris. Et hoc est quod dicit lex quia mater semper certa est, pater autem est is quem nuptie demonstrant, ff. de in ius vo. l. quia semper. Nisi forte maritus anniculum inueniat in quo pateat quod suus non est, ff. de his qui sui iuris vel alie. sunt l. filium. it. de libe. & posthu. l. si posthumus, §. vlti. & de carbo. edic. l. i. §. Pomponius. Statut etiam in hoc casu verbo viri & mulieris, scilicet paternis & maternis, si quem filium nominent & affectum paternum erga eum demonstrarent, talibus enim violentis presumptionibus prima facie nisi contrariū probetur statut de presumpt. afferre, & c. illud, C. de adop. l. penul. si vero, maxime si inueniatur in possessione filiationis nisi contrariū probetur, C. de proba. l. non nudis, & de testa. l. necq; professio, & ff. de proba. l. imperato, grande ergo iudiciū p filio facit professio patris, ff. de libe. agros. l. i. §. Iulianus. Legittima autem filia cio & ciuilis probatur per testes, ff. de probatio. l. ab ea parte. C. de adop. l. vlti. & de emancipa. l. iij. Et idem de legitima & spiritali de cognat. spirital. veniens, & c. vlti. Naturalis vō tantum probatur per testes & famam, & recognitionem, & affectionem, de proba. per tuas. C. de nup. l. si vicinis. ff. de ritu. nupci. l. in libere, & de concubi. l. in concubinato, & xxxij. q. iij. liberi.

Ac matris hereditatem &c. Hic clarum habes textum quod legitimus succedit parentibus non distinguendo etiam an ab initio, an ex post facto fuerit de legitimo matrimonio natus, vt in c. cum inter, & c. lator, & c. ex tenore & in c. tanta, cum ibi notatis qui filij sunt legitimi. Pro quo etiam vide supra li. i. ar. li. Licet aliqui errantes dicunt quod quamdiu illegittimatio in progenitores & superiores possit computari & probari, tamdiu etiam legitimus non succedit parentibus quod falsum est, nam si nepos est legitimus quis filius est natus ex coitu damnato, succedit tamen auo secundum quosdam, Nam viciū censetur purgatum per mediam personam secundum aliquos vide in R. ij. sub ar. ij. cum remis. R. v. ar. xxxix. & ar. li. supra li. i.

Glosa.

Clipeum & hereditatem &c. hoc est feudum & insignia que deferuntur & hereditatem tollit, vt supra li. i. ar. xvij. & in auren. de hereditibus ab intestato. venien. §. que igitur. coll. l. x.

c. illegitimi filij filius succedit auo secundum quosdam.

b. Verbum immutari non debet in damnum alterius.

a. Concordat iur. mu. ar. iij.

b. Filia cio qualiter probetur inde hic.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Articulus LXXIII



Suero Pagana aut Villica bannito copuletur^a genita ex ea proles non matri sed patri in emenda & uerigeldo coequatur, quia ius obtinet patris & non matris, & ideo nō succedunt in hæreditatē matris aut alicuius cognati ex parte matris. Istud etiā ius habebāt Ministeriales usq; ad tempora Vichmani Archiepiscopi Maydeburgen, quod filius patris & filia matris iura nanciscebantur, & si ministerialis existeret conditionis eos sequabatur, nec tunc inter ministeriales erat opus permutatione. ^b A iuris autem principio hoc ius fuit quod liber partus nunquam seruillem procreauit partum. A prædicti autem Archiepiscopi temporibus hoc ius inualuit, ^c quod proles utriusq; sexus tam filius q̄ filia in conditione erat matris si mater theutonica existeret, licet pater sclauus aut theutonicus nuncuparetur, Sclauus autem proles sequitur patrem sclauum. Si uero theutonicus fuerit iura nanciscitur suæ matris. Aliqui dicunt quod sclauus sint ingenuæ ex eo quod earum proles sequitur patrem sclauum, quod reprobamus, quia suis dominis quotiens copulatur præstant mercedem copulationis, quotiens etiam a uiro iuxta eorum rittum separentur, domino soluant tres solidos, & in aliquibus locis plus secundum eorum ueteres consuetudines.

Glosa.

A iuris autē principio &c. Vide Insti. de in

genu. in prin. ubi dicitur, si quis ex libera matre nascatur patre vero seruo, ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodū qui ex matre libera & incerto patre natus est, sufficit autē liberā fuisse matrē eo tēpore quo nascitur licet ancilla conceperit, ^d Sequitur em partus ventrem quoad libertatem. C. de rei. vendi. L. partū, de na. ex libe. ven. c. vnico. ff. de sta. ho. L. & seruorum, & de ser. non ordi. c. vlti. Illud verum de iure communi, de consuetudine vero vel alio iure singulari posset esse secus, ut in c. licet de coniu. ser. & infra hoc eo. arti. Qualiter autem & in quibus partus sequitur patrem & matrem, vide ad plenū per Hostien in sum. de seruis non ordinan. §. quid sit libertas, ver. est & quarta, & de coniu. seruo. §. & an consensus, & in prin. de na. ex libe. ven. §. cuius conditionem. Illud etiam certum est, quod si dominus ancillam suā dotē sibi conscribēdo quod in liberis tantū mulieribus fieri consuevit, & non in ancillis, ut ff. de iure do. L. si mulier. §. vlti. & L. proculus. Vel tanq̄ liberam alicui libero tradiderit matrimonialiter in uxorem, vel sciens eam duci a libero taceat, amittit propterea ius suum, & mulier eripitur in libertatem. Et idem est de seruo si sciens, tacente, vel tradente domino suo cum libera contrahat, ut in auten. ut liberti. de cetero. §. sed et si quis. coll. vi. & in auten. de nup. §. si vero ab initio. coll. iij. & C. de lat. liber. tol. L. vnica. §. si quis. de hoc per Hostien in sum. de coniu. seruo. in dict. §. & an cōsensus. ver. verum si dominus. Si autem seruus vel ancilla matrimonium contraxerint, nulla ratione propter id est dissoluen. Sacramentum em Ecclesię est quare & seruis minime denegari debet, ^e ut in c. i. de coniu. seruo. inuito domino & contradicente, dominus tamen non debet seruicijs debitis defraudari ut ibi. Et partus ancille vxorate eiusdem domini cuius erat ancilla quicunq; etiam fuerat pater siue liber siue seruus efficitur. ff. de sta. homi. L. & seruorum. Et pecunia tradita ex parte ancille viro dotis nomine, an sit viri, quod dic ut in allega. legi. si mulier. §. vlti. & L. proculus. ff. de iur. doti.

Glosa.

Articulus præsens tractat, quomodo quis alteri similis in generatione sit quę in iure magnam facit controuersiam, ^f unde nota quod similem generatione esse alteri intelligitur quadrupliciter. Primo ratione officij, & de isto loquitur hic cum dicitur bannito. Bannitus enim dicitur qui proprium libere possidet ut ex illo officium scabinatus in Comitatu habere possit, ut supra li. i. ar. ij. & istud ratione officij quod habet deriuatur in filium & propinquiores agnatum, & non in pueros filij quia illi nanciscuntur iura sui patris ut supra li. ij. ar. xxvi in fi.

d. Vide iur. mu. ar. ij. & ar. iij.

e. Contrarium istius uide supra eo. li. ar. xxvij. iur. mu. ar. iij.

f. Siuilem esse generationem intelligitur quadrupliciter, ad hanc materiam uide supra li. i. ar. ij. & ar. vi. li. ij. ar. xij. iur. mu. ar. xxxiij.

a. Concordat iur. mu. ar. iij. Textus tamen uetustiores hunc textum ita legunt, si mulier orta de idoneo scabinis, nubat tabernario aut colono seu uillico simplia genita ex ea proles &c.

b. Vide ad hanc materiam iur. mu. ar. iij.

c. Alij textus hunc paragraphum ita legunt Proles utriusq; sexus in conditione matris erat & cui ipsa pertinebat ut pote si theutonica fuit proles eam insequabatur & eidē pertinebat, & per cōsequens pertinebat etiā illi cui mater, siue pater sit Theutonicus siue Sclauus, Sclauus autem proles sequitur patrem sclauū, si sclauus sit. Si uero theutonicus fuerit matrem sequitur.

Itud etiam ius &c. Tangitur secundus modus similis generationis, quod est ratione seruitij quod occasione bonorum in feudum datorum prestat. Ex quo etenim bona conceduntur propter id quod seruitium impendatur Principibus vel Ecclesiis, ut in li. feu. c. lxij. Cum ergo alter alterius ministerialis est, ille non est generatione equalis isti cuius bona accipit, & ita bona illa sibi cedere non possunt. Si enim id contingat quod bona ex quibus ministerialis ad Maideburgum esse deberet hereditare possent in illum qui in Brandeburg vel alibi ministerialis est perirent & desolarentur officia in feudatorum principum, quia iste ad seruitium nasceretur, & alter bona possideret que loco mercedis esse deberent istius hic ministerialis quod fieri non debet, ut infra ar. lxxxj. quod etiam hic textus habet, quod ministeriales eiusdem iuris sint sicut banniti hoc in toto fieri non potest, & hoc ex eo intelligitur. Banniti enim accipiunt hereditatem & omne ius post decessum patris. Sed ministeriales iura nanciscuntur matris, & hoc usque ad tempora Wichmani archiepiscopi, qui ut textus habet de consensu Imperatoris hoc ius immutauit, statutumque fuit, quod filius patris & filia matris iura nanciscuntur, ut si pater liber fuit, mater vero serua, filius natus liber erat, & non filia. Si vero mater libera, & pater seruus, filia nata libera erat, & non filius, de hoc vide supra li. i. ar. xvi.

A iuris autem principio &c. Tangitur tertium quomodo vnus alteri similis vel dissimilis generatione existit, & dicit quod seruus non est similis generatione libero. Seruus etenim non potest hereditare bona liberi, quia quicquid seruus acquirit domini est, ut supra eo. li. ar. xxxij. & Insti. per quas perso. acqui. §. i. & Insti. qui sui vel alieni sunt iuris. §. ij.

Quod liber partus nunquam seruilis partus &c. Tangitur id quod a principio legibus cautum est, quod videlicet mulier libera seruilis partum procreare non potuit, dato quod maritus fuit seruus, ut Insti. de iure perso. §. vlti. & Insti. de ingenu. §. i.

A predicti autem archiepiscopi temporibus &c. Quidam intelligunt hunc textum quod puer seruilis conditionis non existit, quis pater sit seruus mater tamen libera, secus vero intelligendum est ut patet ex post sequentibus, cum dicitur si mater cui proles illa pertinebat theutonica existat licet pater Sclauus aut theutonicus &c. si vero sclauo pertinebit, proles illa non erit libera & ita id quod prius sequitur. Si aliqui dicunt quod sclauus sint ingenuus &c. Sciendum quod sclauus ab antiquo ut in plurimum serui erant, quia cum saxonum predecessores in prouinciam istam aduenerant Northuringos hoc est sclauos occuparunt, & qui viui remanserunt serui & captiui effecti sunt & exinde venit eorum seruitus sicut & quolibet alia, ut Insti. de iur. perso. §. serui. & Insti. de libet. §. manumissio, supra eo. li. ar. xlij. &

xliij. Notandum tamen circa id quod vbi certo nescitur aliquem esse seruum pro libero reputari debet, ut supra eo. li. ar. xxxij. & ff. de reg. iur. l. libertas.

Secundum consuetudinem prouincie &c. Hoc erat tempore quo fidem non susceperant Christianam, nam tunc temporis dimittebant vxores pro libitu, quia tamen id repugnat Christiane charitati, consuetudo illa abolita est nec seruari debet, ut extra de consuetudine. c. si. supra li. i. ar. xvij. in fi. & i. dist. c. consuetudo & viij. dist. c. mala. Quarto similis generatio alteri fit ratione militaris originis, sicut in secundo bellico quod nobilitatem vocamus.

Notandum quod hec quadruplex similis generationis differentia in hoc libro maxime est necessaria, sepius enim mentio de eadem habet, multique ignorant ad quam illam applicari aliquid debeant. Ut itaque maior illius notitia habeatur breuiter transcurrendum est, vbi & in quibus articulis mentio de illa fit, & ad quam ex his quatuor applicari debeat. Vnde sciendum quod li. i. de simili generatione habetur ar. ij. xxij. & xxvij. §. ij. & xliij. §. ij. li. ij. ar. iij. & xij. §. iij. & iij. & li. iij. ar. xix. xxvi. liij. lxx. lxxij. he omnes similis generationis acceptiones pertinent ad primum modum quia ad iudicium referuntur. Quoad secundum modum habetur li. i. ar. ix. & lxx. vbi agitur de ministerialibus. Quoad tertium modum habetur li. i. ar. iij. §. vi. & ar. v. §. i. & li. iij. ar. xxij. xxxij. xli. xl. iij. & ix. Ibi enim habetur de seruatorum simili generatione. Quoad quartum habetur li. i. ar. iij. §. iij. & ar. x. xx. xxij. xxv. xliij. §. iij. & li. §. ij. & xl. §. iij. & li. ij. ar. xv. & item li. iij. ar. lvi. li. feu. c. lxxij. §. iij. & hoc pertinet ad militarem dignitatem.

h. Similis generatio differentia iure nostro maxime est necessaria. vide supra li. ar. xlv. glo.

Articulus LXXIII

Duortium si iure fuerit celebratum inter uirum & uxorem, mulier dotalitium id est uitae prouisionem si in proprietate uiri donatum fuerit & aedificia in ea locata obtinebit, sed aedificia huiusmodi destruere aut auferre minime poterit. Præter id nihil consequetur de aedificio sed neque dotem. Suppellectilis sua id est utensilia & comestibilia id est pulmentaria debet etiam sibi reddi, & quicquid ad maritum secum attulit aut tantum sibi de uiri bonis dabitur, quantum in contractu matrimonij promissum fuerat.

C. c.

Vide supra eo. li. ar. lxx. iur. mu. in prolo.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Glosa.

^{a.} Cause matrimoniales diuorciij & occasione dotis ad iudicē Ecclesiasticum pertinent.

Diuortiū si iure fuerit &c. ^a Scias quod causa matrimonialis seu diuorciij est de iure communi tractanda coram iudice Ecclesiastico sicut & causa dotis que est accessoria ad matrimonium, vt in c. de prudentia. de dona. inter virum & vxorem. Et est huiusmodi iudex Episcopus. xxv. dist. perfectis, vel eius officialis, vel alius ab eo specialiter delegatus, de frigi. & male. c. i. de regula. c. ij. & de Insti. c. ex frequentibus, cum tunc Episcopo succedat in iurisdic. de maio. & obe. cum olim. Et etiam inferior Episcopo puta Archidiaconus Archipresbyter. Abbas, vel alius minister Ecclesię ex speciali priuilegio vel mandato Episcopi, aut ex consuetudine prescripta & sic intelligitur de testibus. c. Albertus, & de testi. cogen. preterea.

Tempore copulationis &c. Et illud proprię est dos, vt in c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. vbi dicitur. Illud vxo tenolum⁹ ignorare quod vxor dare dicitur viro dotē, vir autem vxori donationem facere propter nuptias secundum legitimas sanctiones, & illa mulieribus est restituenda. ^b Etiam de iure canonico, quod sic disponit. Mulieres cum pro aliqua licita causa a proprijs viris fuerint sepeperate totam dotem precipimus eis reddi. Et sicut soluto matrimonio dos redit ad mulierem, ita & donatio propter nuptias redit ad virum, vt de dona. inter vir. & vxor. c. i. & vlti.

Glosa.

Mulier seperata iure &c. vt textus habet & supra ar. xxvii. dotalicium obtinet & edificia que tamen auferre non poterit quod facere possit si post mortem eius ad eam veniant, quia vsic obtinet dotem, supellestem, & comestibilia, vt Insti. de donatio. per totum. Et quicquid bonorum ad maritum attulit vel sibi promissum fuerit &c. Circa id sciendum quod mulier vt sic tollit proprium suum & donationem propter nuptias, vt in auten. de nup. §. per occasionem coll. iij. etiam si cui extraneo alienatum sit totum recuperabit. Attamen diuortio subsequito pueri si quos antehac genuerint ex utroq; nutriti debent, apud matrem tamen manebunt q̄diu non adoleuerint, vt in auten. vt lice. ma. & au. §. illud quoq; coll. viij. & C. de alimentis. L. i. ij. & iij. Si vero ex vnius culpa diuortium sit illud, pueri manebunt circa illum qui occasionem diuorciij non dederit, vt C. de diuorcijs. L. i. & in autē. de nup. §. i. coll. iij. & C. de pa. potes. L. filia. Attendendum etiam quod mater per triennium pueros fouere ex debito tenetur, vt C. de pa. potes. L. penulti.

Articulus LXXV



IN proprietatibus uera donatio seu uitę prouisio fit mulieri & non in feudo. ^a Quia in proprietate nemo illis ad uitam ipsarum infringere potest, in feudo uero eā multis modis uiciari contingit. Feudum marito uiuente propter nuptias est mulieris donatio, ipso mortuo eius feudum appellatur. Neq; uir neq; mulier diutius feudum q̄ ad uitę suę tempora retinebunt, licet uir ipsum iure hæreditario et nō mulier post se relinquat.

Glosa.

In feudo uero &c. Et si maritus concesserit vxori rem feudalem in donationem propter nuptias viro defuncto, mulier ipsam rem retinere amplius non potest, nisi dominus ad quem dominium istius rei pertinet a principio vel ex post facto voluerit consentire, vt legitur & notatur in c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. Et si dominus alienationi rei feudalis consenserit, tūc non poterit postea reuocare. Ar. ff. qui. mo. pig. sol. L. sicut. §. si uolūtatem, & §. si permiserit, & L. si debitor. §. si in uenditione.

Et non mulier &c. Ad hoc Ar. in li. feu. si femina habēs beneficium moriatur, nullomō succedit in beneficium maritus nisi specialiter inuestitus fuerit, & si ipsa femina filios dimiserit, dicunt quidam filios non debere succedere in beneficium matris nisi specialiter sit dictum vel nisi inuestiti fuerint, nam secundum usum regni beneficium vocatur paternum & non maternum. Sed secundum equitatem dicamus filios debere succedere, vt in libro feu. titu. An maritus succedat vxori. c. si femina, & item iur. feu. c. xxi.

Glosa.

Quandoquidem uitę prouisio mulieribus vt communiter fit in proprio aut feudo. Declaratur itaq; hic in quo potissimum fieri debeat quod non infringatur & dicitur quod in proprio & nō in feudo. Text⁹ tamē articuli impugnari potest tribus rationib⁹. Primū quicquid mulier uitę prouisionis habet, ius ad illud habere uidetur, admissioq; quod mulieres ad feudum nullum ius habent, sed si sibi confertur ius ad illud habebunt, vt in li. feu. c. ij. §. vlti. vbi habetur si quis consequutus fuerit bonorum feudalium possessionē illa possi

^{a.} Concordat iur. mu. ar. xxij. glo.

^{b.} vide supra li. i. ar. xx. glo.

^{c.} Diuortio subsequito pueri apud matrem manebunt, quoad adoleuerint.

dere debet & continuatur vsq; ad alium do-
minum. Secundo improbatur articulus quia
mulier & que nullum ius habet ad proprium
nisi iudex illud sibi tribuat, sicut nec ad feudū
nisi dominus conferat, si itaq; iudice indigeat
quoad proprium obtinendum sicut & domi-
no feudali quoad feudum, quare simili iure
vtrumq; consequi potest. Tercio quia maritus
uxori proprium conferre non potest quoad
vitę prouisionem sine consensu heredum, vt
supra li. i. ar. xxi. & ar. li. j. Feudum vero con-
fertur sine heredum consensu, sed illud quod
faciliori iure conferri potest tutius obrinetur
Nec obstat declaratio in textu articuli posita
vbi dicitur, vitę prouisio in feudo esse nō po-
test ex eo, quia vt sepius viciari & infringi
potest. Declaratio enim ista falsa est. Feudum
enim ipsis nolentibus ab eis auferri non pote-
rit. Proprium vero multis modis amittitur
per mulierem in qua vitę prouisio sibi facta
est, vt si ex possessione eam dimittat, vel ligna
fructifera succidat, vel ascripticios fugiat &c.
vt li. i. ar. xxi. Et quia & que vtrumq; perdere
possunt quare non erit porius ius in vno q̃
in alio. Soluuntur tamen instantię per inter-
emptionem earundem. Tempore enim Eicke
qui translator priuilegiū fuit, ius mulierum
non erat pinguius & melius in feudo. A mul-
tris si quidē feudum habebatur sine certa pos-
sessione, & isto stante varijs etiam modis alie-
nabatur vel per mortem domini qui illud cō-
ferebat, nec succedere potuerunt ad alios do-
minos, vt seu. c. ij. & xxiiij. Etiam prouentus
certos dominis tribuebant, vt seu. c. iij. Pre-
terea illi q̃ feudum testificari debuissent illud
videre & audire eos necesse fuit, & propter
has controuersias ac difficultates necessaria
prouisio mulieribus erat, vt vir cum uxore
illud susceptabat, vt seu. c. lxxv. per transla-
torē itaq; priuilegiū consultum est vt in pro-
prio prouisio huiusmodi mulieribus sit. Iusq;
istud Fredericus Imperator in fauorem mu-
lierum statuit. Leges enim multa in fauorem
mulierum sanxerunt, vt Insti. qui aliena, licet
vel non §. i. & C. de rei uxorie actione. L. vni-
ca. §. cum lex. C. de iure dotium. L. quotiens
& ff. de donatio. inter vir. & vxor. in multis le-
gibus. C. de fun. dota. L. i. ff. eo. ti. L. iij. & iij.
& Insti. de actio. §. fuerat. In autem, de equali-
do. §. his consequenter. coll. vij. In autem, vt
imobi. ante. nupci. §. ij. coll. v.
Feudum marito viuente &c. hic declarat au-
tor priuilegiū quod non secutum fuit mulieribus
vitę prouisionem habere in feudo, de fa-
cili enim alienari potuit ab ea, ex eo, quia ex-
pectantia feudalis ipsius fuit. Nunc autem est
eius proprium feudum quia illud actualiter
possident cum vir & vxor inter se possideant
bona indiuisa, vt supra li. i. ar. xxxi.
Notandum circa id quod donatio huiusmo-
di seu vitę prouisio quandoq; nuncupatur
expectantia feudalis, hic vero dotalitium no-
minatur quia confertur in recompensam do-

ris apportare ^b nomina em̃ rebus adequari
debent, vt Insti. de donaci. §. sed nos. C. de Es-
pisco. & cleri. L. decerrimus.
Neq; vir neq; mulier &c. hoc fit ex eo, quia
est stipendium militare quod pater hereditat
in filium, si illud promereri poterit, sunt ta-
men nonnullę constitutiones in antiquo iure
quę disponūt quod mulieres hereditare poss-
sunt. Iure tamen saxonico constitutiones ille
abrogate sunt, vt seu. c. ij. & xi.

^b. Nomina rebus ade-
quari debent.

Articulus. LXXVI

M Oritur autē mulieri uir
cius, ^a & ipsa si cum ma-
riti hæredibus perman-
serit rebus indiuisis lon-
go aut breui tempore, si postea di-
uidere uoluerit in omnibus quę ibi
tunc supersunt rebus suam accipiet
propter nuptias donationem. Do-
mestica cibaria utensilia ^b sicut acci-
pere debuerat tpe mortis mariti sui.
Si uero mulier interim alteri copu-
letur, copulatusq; ad eam & ad in-
diuisa cum hæredibus bona ingres-
sus fuerit, & postea uxor decesserit,
uir obtinet plenum ius in omnibus
bonis mobilibus exceptis ædificiis
& suppellectili. Qui uxorem duxe-
rit uiduam habentem feudum, pro-
prium, aut dotalitium, uitę prouisi-
onem, aut terram censualem, quic-
quid in bonis arando culture tradid-
erit, laboratūue sit, interimq; mo-
riatur uxor priusquā uir seminet, li-
cebit ut sic marito seminare anno-
nam & metere, cēsumq; seu pensio-
nem aut pactum soluere successori
ad quem bona illa deuoluūtur te-
bitur. Sed si mulier agro iam semi-
nato & sub terra abscondito obierit,
uir percipere debet fructus. ^c
Censum autem sed nec quicquam
de his soluere tenebitur de quibus
ipsa dum uixerat nihil persoluebat.
^d Cēsus etiā & redditus, qui in mu-

^a. Vide supra li. i. ar.
xx.

^b. Fallit secundum ius
muni. ar. xxi. Ibidem
ad hanc materiam ut
de abundantius.

^c. Textus antiqui i a
legunt si & inquare-
tum ager huiusmodi
nemini censualis sit,
ita quod uxor olim
censum ex eo nō præ-
stabat &c.

^d. Textus uetustiores
ita habēt, si census ali-
quis mulierem pertine-
bat, interimq; eo non
percepto obierit, ma-
rito census huiusmodi
pertinebit.

Pro Parte
13.

Speculi Saxonum Liber Tertius

lieris fuerint bonis si ipsa post dies ad soluendum deputatos ab hac luce decesserit, census & pensio uiro pertinet, quasi stipendium deserui- tum, sicut hæredum esset si uirum non duxisset.

Glosa.

I Paragráphus primus articuli presentis suffi- ciēter habetur expositus supra li. i. ar. xx. §. iij. Si vero mulier alio copuletur & Quod vir mobilia post mortē vxoris retinet, est ex eo, quia nulla mobilia mulier hereditat ad heredes, huiusmodi enim bona mulierem iure p- tinebant. Quod autem edificia & geradam seu supellestilem nō capit maritus, est ex eo, quia ex gratia illud datum est mulieri. Vnde dicitur in textu maritus omne ius mulieris retinet in mobilibus. Q. d. ad quid mulier ius habet ad illud & vir, sed qd mulieri de gra- tia datum fuit hoc non iuuat maritum. Gra- da enim & proprium de gratia mulieribus confertur, & gratia autem non iuuat nisi illū cui data est, vt Insti. de iur. natu. gēci. & Cui. §. plane. Qui vxorem duxerit viduam &c. Et qā necessario sciendum fuit quantum ius ris vir habeat in bonis mulieris, & Quare in textu tanguntur quadruplicia bona, quę vt communiter vir tollit cum vxore. Primo est proprium & illud est duplex. Primum ita cō- petit mulieri quod illud hereditare potest in omnes pueros tam prioris q̄ sequentis mariti, vt supra li. ij. ar. xxij. & illud proprium est quod iure hereditario illis pertinet. Queritur vlti⁹ circa id an illud alienari poterit necne &c. sub distinctione vel illud alienare vult pro- pinquis (glosa antiqua habet & verius extra- neis) vel heredibus, vel marito suo, Si extra- neis, vel illud sit ex fauore aut ppter deum, si ex fauore, necessario requiritur consensus viri & heredum, vt supra li. i. ar. xxxi. Quid si illud det cum voluntate viri vel propin- quorum & non heredum. &c. quod vir & mu- lier illis carebunt, heredes vero illa faciliter vendicare poterint, vt supra li. i. ar. lñ. Quod si dabit cum consensu heredum sine tamē vo- luntate viri, donatio quidem illa valet sed ille cui donatur nullam vtilitatem ante mor- tem vxoris habebit, quia vtilitas vita duran- te vxoris apud maritum manebit. Illa vero mortua cui donatum est cedit & non heredi- bus, qā quod semel placuit &c. ff. de reg. iur. l. nemo. & Si vero heredibus illud dare vult consensu mariti indiget, vt Insti. de adopci. §. si vero. Item si marito donare veller, hoc fieri non potest dato quod consensus herediū sit. Maritus em̄ est tutor vxoris, pupillus au- tem tutori nihil dare potest, vt in auten. qui obliga. se habe. p. h. i. §. quod si quis, coll. vi.

e. Grada non iuuat nisi illum cui concessa est.

f. Quadruplicia bona que vir cum uxore perapit.

g. Vidua pueros ha- bens post mortem ui- ri cū pupillorum tu- tore cohabitare non debet ex lege xij. tabu ubi habetur Tutori cum pupillorum ma-

Si vero alienare veller propter deum id est te- stamentaliter, id facere non potest sine herediū consensu iure saxonico, secundum leges autē ei facere admittitur sine heredum consensu si tertiam partem relinquat pueris, vt in auten. de trien. & semis. §. hoc nos coll. iij. Aliud p- prium quod maritus cum vxore accipit est proprium quod vxori donatur ad vitam ip- sius quod & vusufructus proprie dicitur, & illud alienare non potest quia post mortem ce- dit ad heredes illius qui donationem fecerat, & illa non nisi vusufructum ad vitam habebit. Cum dicitur feudum aut dotalitium habē- tem &c. hic multi errare videntur in vocabu- lis istis feudo videlicet & dotalitio, quia vt communiter dotalitium seu vitę prouisio fe- udum mulieris est ex eo, quia ad nullum illi d- hereditat. Ad declarandum itaq; errorem & difficultatem huiusmodi i Sciendum quod mulieres quadruplex feudū habere possunt. Primo habere poterint ius feudi in bonis ex quibus imperio nullum seruicium presta- tur, vt est feudum Castrensē seu. c. iij. Secun- do quod ad vitā emitur per easdem. Tertio in bonis demortuis quando aliquid ad illas hę- reditat, vel per mortem cedit quę devoluto- ria bona dicuntur. Quarto in illo quę donan- tur sibi respectu dotis apportate quod & do- talitium dicitur.

I Pro intellectu præterea clariori horum nota differentiam expectantię feudalis, vitę proui- sionis, & dotalitiij. Feudalis expectantia dici- tur, quādo dominus confert bona alicui sub conditione, hoc est si vacare illa cōtigerit post mortem alicuius vassalli qui sine prole dece- deret. Istud pleriq; tribuere solebant vxorib⁹ suis in feudum pro eorum dotalitio, sed quia vt plurimū viciabāt & infringebatur illud idem vt potest illud vacare dominis non cō- tingebat nec ipsi habere quicquam in eo po- tuerunt. Exinde venit illud iuxta aliquorum sententiam & dictum quod maritus dotalitiū vxoris suę dimittere potest sine cōsensu eius, postq̄ etenim confertur vt sic mulieri quicq; in expectantia feudali aliquorum bonorum, is qui in possessione bona habet, dimittere bo- na huiusmodi poterit cuicunq; voluerit, vt seu. c. x. Secundum est vitę prouisio vxoris quam in possessione habet, & illam dimitte- re potest quando vult si sine tutore sit. Tertiū vocatur donatio propter nuptias, & est illud quod donatur in respectu dotis, & antequā illud vir mulieri donet, prius illud dimittere cogitur & postmodū dominus confert, virq; tandem illud aggrediatur in signum quod feudum hereditarium sit, quodq; vxori con- cessum est ad eius vitam, & de isto superi⁹ di- ctum habetur quod illud vir sine consensu et- iam cum consensu vxoris alienare non pōt alias mulier illud recuperabit ab vnoquoq; emptore nisi sibi alia donationis recompen- satio fiat, vt Insti. qui. mo. aliena. licet. §. acci- dit, & in auten. vt immobi. ante nupci. do-

tre ne habitato. Agniti seu substituti qui successionem spectant tutores sumto & da- ri tutores possūt. Sed si aliqua sit insidiariū suspicio apud alios pu- pillus educator, hæc tamen lex potius qua- drat & applicari de- bet ad art. xxij. supra li. i.

h. Feudū mulieribus in dotalitium datum circa uitam mariti est vitę prouisio, post mor- tem vero est suum feu- dum, & dominus illi admittere iure debet sequellam in bona cū tutore eius. Mulier do- talitium in bonis feuda- libus inscriptū ma- rito secundo nubenti dare non potest, Ma- ritus omnes fructus capit ex bonis feuda- libus uxori suę q̄diu ipsa uiuit, & post mortem fructus colligat, uel sibi resarari debent omnia exposita fructuum & laboris facti, & census re- tenti eidem cedūt, seu. c. lviij.

i. Mulieres quadru- plex feudum habere possunt.

k. Secundum aliquorū declarationem hic in isto passu feudum acci- piunt pro dotalitio, vitę prouisione, dona- tione propter nuptias indifferenter.

l. Differentiam uide expectantię feudalis, vitę prouisionis, dota- litiij, concordat supra li. i. ar. xxxij.

nati. §. i. coll. v. & in autem. ut nulli. iudi. lice. habe. §. & illud coll. ix. & C. ad senatusconsultum. Velleianum. L. antiqua. & L. si mulier. & ff. de donaci. inter vir. & muli. L. i. Si vero illud iuramento abrenunciauerint tenet abrenunciatio quia cogebatur iure Canonico, ut extra de iureiurando. c. i. li. vi. Et huiusmodi donatio in legibus vocatur donatio propter nuptias, ut Insti. de dona. §. sed nos. Alibi tamen in quibusdam locis, ut feu. c. v. glo. donatio propter nuptias indifferenter accipitur etiam pro expectantia feudali, quæ ut supra dicebatur est pactio seu promissio feudi, ut si vni tribuitur feudum actu & alteri promittitur post mortem illius si decedat sine herede, hic tamen dotale ius proprie est quod fit & donatur in respectu dotis quæ etiam vocatur propter nuptias.

Aut terram censualem &c. m. Nota quod bona censalia sunt duplicia, & secundum hoc dupliciter vni adueniunt, vel pertinent alii cui ex hereditate vel ex bonis, si hereditarie alicui pertinent illi ad id nati esse debent, ut supra li. i. ar. xxi. §. penult. & in autem, de non alienan. §. hęc ergo. coll. ij. & C. de agrico. & censu. L. ij. & L. quemadmodum. Secundo bona censalia alicui pertinent cum eis vnacum iure censu tribuuntur, ut hic in textu & infra ar. lxxix.

Quicquid in bonis arando &c. nec tamen aliquid deceri orabit, nullus enim locupletari debet cum iactura aliena. ff. de reg. iur. L. iure. Laborare debet & fructus percipere &c. hoc est si agrum illud ceperat laborare tempore virg vxoris debet ultra continuare laborem & censum seu pactum exinde soluere, sed si ultra laborem etiam impensas fecerit circa vitam vxoris ita quod illud seminauit nihil exinde soluere tenetur, retinet siquidem fructus pro labore & impensis suis, nullus enim laborem suum alteri gratis conferre debet, ut extra de simo. c. cum sit Romana, nec aliquis cogi potest quod labore suo alterum dicat. x. q. ij. precarie, & dignus est fructibus qui laborem prestat, sufferre enim ille cogitur damnum in segetibus, quare & commodum digne expectare eidem licebit, ut Insti. de legi. patro. tuto. §. i. ff. de reg. iur. L. ij.

Si ipsa post dies ad soluendum deputatos mortua sit &c. Est enim census deferuitus, ut li. ij. ar. lviij. & id iuste euenit ex quo quidem ille vxorem vsq; ad tempora census providebat. Cõuenientiùs est quod census percipiat q̃ heredes q̃ nullam prouisionem sibi fecerunt, Leges etenim id fieri suadent ut equitas vnus cuiq; sit, ut in autem, de non eligen. secundo nuben. §. illud quoq; coll. i. ff. de reg. iur. L. non debet, alias ius colluderet vnum quod fieri prohibetur. C. de bonis quæ libet. L. si. §. penul. In autem, de equali. do. §. hęc igitur. coll. vij.

Articulus. LXXVII.

SI agrum seminatum exponat quis ad annos determinatos sub censu aut pensione certa quæ seminatum eidem certo tempore uiceversa restituat, in quocunq; tempore locator infra annos moriatur terra seminata restituenda est hæredibus, quia defunctus non potuit agrum aratori diutius uarendare nisi quamdiu uiuebat. Hæredes autem tales ad quos bona prætacta pertinent census seu redditus præstare compelluntur cui pertinent de annis, quemadmodum locatori defuncto præstabantur, eo quod mortis suæ tempore ipsius aratrum agrum non arauit.

Glosa.

Ager seminat⁹ est heredibus restituendus &c. Quia lex conductionis est seruanda, ut Insti. de loca. & conduct. §. conductor. & C. eo. ti. L. legem, facit regula contractus de reg. iur. li. vi. Sed quid si colonus seminauit agrum, an emptor agri possit eum expellere non resarciendo ei sumptus. Quidam tenent quod possit expelli. Et contrarium videtur per. L. si colonus. ff. de vi. & vi arma. vide. L. si fundus ff. loca. & in specu. eo. titu. §. i. ver. sed pone. Et colonus sicut emphiteota non potest incidere nisi arbores ceduas quæ sunt in fructu, de hoc. ff. so. ma. L. diuortio. §. si fundum per di. & facit. ff. de dolo. L. & eleganter. §. i. Nam de uastare arbores & deuastare domum iudicantur ad pericula secundum Bal. ubi supra in adi. & supra li. i. ar. liij.

Glosa.

Superius dictum est quid maritus post mortem vxoris in bonis eius obtinere potest, hic tadem declarat quid iuris habeat ille cui bona per dominum locantur vel conducuntur ut textus habet.

Articulus tamen iste impugnari potest tribus rationibus. Primo superius enim dictum est quod mortuo domino census heredibus censum exsoluere debet nec ad varandam nisi proprio aratro indigebit, ut supra li. i. ar. lix. §. ij.

m. Bona censalia duplicia.

2. Alter textus habet sicut soluebat illi qui terram exposuit ex eo quod aratam terram eius non coluit sed alius

Speculi Saxonum Liber Tertius

Secundo, quia in cōducto & locato cōtractus simpliciter teneri debet, vt. C. de loca. & con-
du. l. legem. & Insti. eo. ti. §. cōductor. Con-
tract⁹ em ex cōuentione legē accipit. ff. de po.
l. i. §. si conueniat. quod aut hic non fit, nam
euenire poterit quod condīctamen inter eos
erat agrum restituere seminatū in triennio,
interim vero mori potest in vno anno & ita
cū iniuria esset vt seminatū agrum in vno
anno restituere cogeretur. Tertio, fieri em po-
test quod ille qui conduxit moriatur, & iste
agrum seminauerit, postmodū vero heredes
mortui cōductoris agro se introumittere pos-
sint soluendo censum locatario quem solutu-
rus esset pro agro non seminato, si forsan nō
seminatū suscepisset, istudq; iniustum vide-
retur, heredes etenim ante omnia fructus ha-
berent, censuq; nō plus penderent nisi quan-
tum ex inculto agro soluendus fuisset, & ita
ditarentur cum damno istius qui conduxerat
quod fieri non debet, vt. ff. de condi. indebi.
l. nam hoc natura. ff. pro empto. l. qui cum
ff. de perē. hēre. l. plane. ff. de reg. iur. l. iure.
Rationes præacte soluunt, quo ad primum
quod censitus varendatione non indiget nisi
aratro. Intelligi debet de bonis censualibus
q;e vtius sunt. Bona vero locata vt textus
habet non mariti erāt tantum sed illa tenebat
ex parte vxoris, & q; terram huiusmōi non
diutius habere potuit nisi ipsa viuere. ^b Qua-
re nec diutius eam varendare potest illi cui
locauit nisi quamdiu ipse cum vxore viue-
bat. Nullus enim pinguius ius in alium trās-
fūdere pōt nisi vt solus habuit, vt. ff. de acq.
re. domi. l. traditio. C. de distracti pigno. l.
si debitor. ff. de pigno. & ipo. l. pignoris. &
C. sine censu. & reliquis. l. ij. & vlti. Vel dic si
terra illius sit cum eam seminat, vt supra li. ij.
ar. lix. Quod autem censitus nulla varendati-
one indiget nisi aratro, hoc intellige quod ni-
hil aliud indiget ad id quod fructus collige-
re possit illius anni nisi quod ostendat agrum
illum laborasse. In proposito autem semina-
re eum oportet & seminatū restituere, & hoc
si seminatū suscepit & aliter non, & per
id soluitur etiam tertiu argumentum. Secun-
dum argumentum vbi dicitur quod condi-
tiones locati seruari debent. Intellige quod
obseruari debent inter eos qui contractum
fecerant & etiam per heredes si illud tollera-
re volunt, sin vero successores illud infringere
vouerint hoc fieri debet sine damno alteri-
us partis vt textus habet ibi cum dicitur he-
redes autem, ^c Secundum autem rei veritatē
sciendum est quod in omni cōductione bon-
orum requiritur consensus heredum quan-
do bona sub conditionibus locantur, quia si
non consenserint pactum seruare non tenen-
tur. ^d Ex cōducto enim aut locato & que bon-
a heredum alienari possint sicut per vendi-
tionem, vt in auten. de non. alienan. aut per
mutan. rebus Ecclesie. §. alienationis. & §. q; a
vero. coll. i. ff. de statu. liber. l. statu libero.

Quemadmodum etenim in venditione pec-
cunia p bonis accipitur ita in cōducto pos-
set tanta summa recognosci quod in eum
ille in domo sederet nec heres ad hereditatem
peruenire posset. Ad obuiandum itaq; his
quodq; heres bonis non fraudetur heredes
optionem habent si locatum tenere volunt,
vel illi qui conduxerat pactum soluere quē
ipse soluturus esset, & ita heres veniet ad suā
propriatē & conductor manet sine damno.
Quid si ille qui conduxerit damnum suscepit,
an ista quē supra dicebantur fieri possint. Rē.
quod sic, quia qui contractum occasione lo-
cati vel cōducti faciūt ignorare eos nō de-
bet ius heredum quod videlicet ipsi illud suf-
ferre non coguntur, vt. ff. de reg. iur. l. qui
cum alio. & C. de legi. & consui. l. leges. &
C. de iur. & fact. ignoran. l. constitutiones. &
l. cum ignorantia.

Articulus LXXVIII

Rex & quilibet Iudex su-
per uitam sanitatemq;
& hæreditatē cuiuslibet
sui uasalli siue cognati ^a
iudicare potest, & in his suam non
disrumpit fidelitatē. Vasallus etiā suo
Regi & iudici & alijs omni tēpore
licite iniurijs resistere poterit quīs
sint sui dñi seu cognati ac si externi
sint, & in his suā non frāgit fidem.
Vasallus licite insequi potest domi-
nū & econtra, & cognatus cognatū
in causa pacis fracte & crimine
recenti, & iurare tenetur ex parte iu-
dicij eundem detinere quādo cum
clamore ad id fuerit uocatus, nec in
eo contra fidem delinquit suam. ^b
Vasallus etiam dominum, uel do-
minus uasallum, necnon cognatus
cognatum, & etiā alter ad alterius
munitionem domum aut castrum
licite sequitur ^c & ad arrestandum
eum secundū iuris formam potest
patrocinium præstare, si ad perpe-
tratam iniuriam per uiolentiæ cla-
morem fuerit euocatus, & etiā mu-
nitio de iniurijs infamata per eum
si non excusetur licite destruat, &

^a. Alij textus legunt
indiao punire potest.

^b. Alij textus ita les-
gūt, similiter castrum
uel domum alterius
quibet prænominat⁹
tus ex parte iudicij in-
uadere debet, & ad
terram prosternere,
si non legitime excu-
setur manetq; ut su-
pra dictum est absq;
culpa.

^c. Vide supra eo. li. ar.
lxvij.

^b. vide supra eo. li. ar.
lx. iur. m. ar. xxvi. gl.

^c. In omni cōductione
consensus heredum re-
quiritur.

^d. Ex cōducto & que
bona alienari possunt
sicut per uenditionē.

Glosa.

in his suam non dirumpit fidelitatem. Licet etiā cuilibet defendere ciuitatem, burgum, castrum & terram, & uitam domini sui, & cognati, & uasalli, & etiam amici contra dominum, cognatum, & uasallum, si uiolenter impetantur, & contra eos licebit pugnare & non delinquet ut prædictum est dummodo res ipsorum nō rapiat. Si uulneret uel occidat dominus uasallum aut ecōuerso necessitate compulsus nō delinquit in fide si dicta necessitas contra lesum ut iuris est fuerit comprobata. Socium in uia & hospitē tam actiuum q̄ passiuum, hoc est apud quem hospitio susceptus est, & quem in hospitium suscepit, & item illum qui ad gratiam alicuius confugit, tenetur quisq; pro posse defendere contra quemlibet uiolentiam inferentem, nec ut sic contra fidem agere dicetur suam. Inuadat uero Vassallus dominum suum, uel dominus uasallum nondum corā uasallis secundū quod iuris est proposita cōtra eum actione, hic in suā fidem noscitur delinxisse. Si non animo damnificandi contra ipsum sese expediuerit seu aduenerit & dānum ex eius aduentu acciderit ab his qui eundem concomitantur, uel ipse adiuuerit inscienter, illud secundum formam iuris resarcire tenetur & in his suam non dirumpit fidelitatem. Qui in expeditione seu commitiua fuerit multorum & non sit principalis seu capitaneus, ab aliisq; socijs inuasio sit & damnū exinde domino suo, uasallo, aut cognato, aut cuicunq; fuerit illatum absq; consilio suo, facto iuramento manet sine culpa & absq; dolo.

Vassallus etiam suo regi & iudici &c. d. An & quādo de iure cōmuni liceat iudici resistere, vide. ff. de iusti. & iure. l. vi. vim. C. de appel. l. quoniam. de senten. ex cōmuni. dilectio. li. vi. & de tempo. ordi. c. ad aures. Libertatem autē propriā defendere quis potest etiā de iure contra principem illā sine causa auferre uolentem, ut notat Hostien. in c. signifi. cauit. de peni. & remis. vide etiam in c. fare. de excessu. prela. Et hoc scias quod quilibet potest resistere iudici & se aduersus eum tueri, etiam si sit iudex suus ordinarius, si ipso ordine iuris nō seruato iniurietur siue clerico siue laico in rebus uniuersaliter siue persona secundū Inno. in c. dilectio. de senten. ex cōmuni. li. vi. alias. C. de iure fisci. l. prohibitum. li. x. & in auten. ut iudi. sine quoquo. suff. §. volumus. coll. ij. Et dicit quo ad ordinariū processum etiam qui habitus est per modū inquisitionis, ut extra de testi. cogen. c. super his. & de offi. ordi. c. ij. Et talis processus est legitimus & secundum leges in autē. de coll. §. iubemus. coll. ix. & ff. de offi. prela. l. cōgruū. & ibi vide in dicto. c. dilectio. Idem etiam tenet Ioan. mon. & vide in nouel.

¶ Si vulnerat etiam uel occidat &c. Ignoscendum enim est ei qui sanguinē suum quomodocunq; redimere uult, ut l. i. C. de bo. eo. qui. mor. seu confit.

Suum viaticum socium & suum hos. item &c. hospes enim tenetur defendere suum hospitem, unde & lex dat actionem contra eū ut notatur xxxij. q. vij. offerebat.

Hic in suam fidem noscitur delinxisse &c. Et est talis proditor. Et est im proditor qui sine uia causa diffidatione eum qui de eo confidebat grauititer offendit uel vulnerat, & maxime committendo ea contra suum maiore. Item dicitur proditor qui sine uia diffidatione mouet bella. Item qui dat alicui porcionē uenenatam. Item proditor nuncupatur reuelator secretorum. Item dicitur proditor qui proponit transire ad gētem inimicam, de hoc per Bal. in vlt. seu. ti. qui. mo. seu. amit. c. i. §. i. Et generaliter uassallus dicitur proditor committens aliqua in personam domini contra formam fidelitatis, ut in c. i. in fi. de for. fidelitatis, & vide etiam iur. feu. c. lxxvi. Etiam in reperto. Caspa. de cal. d. p. ver. proditor.

Ita uidelicet quod aliter periculum evitare non potuit ut nota in lib. seu. tiru. in quiscu. seu. ammitta. alias enim uassallus contra omnes dominum suum adiuuare debet, etiam contra fratrem, filium & patrem nisi contra dominum antiquiorem cui ceteris est preferendus. Debet autem uassallus dominum guerram facientem tunc adiuuare cū sciat uel dubitet quod dominus eam iuste facit, sed si palam est quod irrationabiliter tunc non adiuuet eum ad offendendum sed ad de

d. iudici an resistere liceat.

c. Proditor quis dicatur.

Speculi Saxonum Liber Tertius

pendendum. Nec etiam est obligatus domi-
num excommunicatum vel a Rege bannitū
adiuare. Vassallus insuper ad seruicium vel
ad iuuandum non tenetur nisi domino hoc
petente & sibi denunciante, excepto si vassal-
lus scierit maximū periculum domino im-
minere, & si tunc illud renuerit perdet feudū,
vt in li. feu. titu. hic finitur lex in prin. & §.
ad hoc, & si. in. §. licet, si. de feu. controuer.
fuerit.

Glosa.

Ex quo quidem iudicia omnia feuda sunt vt
superioribus declaratum est, nullus enim su-
per vitam aut bonis iudicare potest nisi iudi-
cio sit infeudatus. In presenti itaq; articulo re-
uertitur ad declarandū illud quod iudicibus
maxime opportunum fore videtur, vt est ho-
nestas ipsa & fama bona, t Vnde homo sine
honore p mortuo habetur, vt. C. ex qui. cau.
insa. irroga. L. si Ruti. & Insti. de capi. diminu.
§. i. ff. ad lenatus con. tertu. L. i. §. capitis. Et q̃a
honor a fidelitate deriuatur quare hic tractat
de fidelitate ipsa.

**P. Homo sine honore
pro mortuo habetur.**

G. Fidelitas triplex.

**h. Vide supra ar. lxx.
co. li.**

¶ Vnde nota qd' fidelitas ex tribus venit, seu
triplex est. Prima ex beneficio alicuius iura-
mento subsequuto, & hanc habere debet vas-
sallus erga dominum suum & e contra. Humi-
lem etenim benignum & fidelem vassallus se
prestare tenetur erga dominū, vt clare habet
xxij. q. v. de forma fidelitatis. Secunda fide-
litas venit ex natura & ex agnatione, diciturq;
naturalis quia ex natura venit nec a iure po-
sitio opprimi potest. ^h Ius enim naturale op-
primere quidem poterit ius positiuū, sed nō
e contra, vt Insti. de legit. agnato. tute. §. vlti.
& Insti. de iur. gen. §. sed naturalia. Tertia fide-
litas venit de iure & vtilitate, sicut est illa quā
iure suadente vel erga ius & iudicium seruare
debemus, nihil etenim est sanctius & vtilius
q̃ sanctissimas leges illefas fidelit' seruare in iu-
stitiā propulsando, vt. C. de vere. iur. enucle.
L. deo autore. §. cum itaq;. Quis etenim pro-
bus iustum iudicem non veneretur aut amet,
vt in auten. vt iudi. sine quoquo suffra. §. eos
autem. coll. ij. Nulla enim vtilitas legum esset
nisi sit ille qui leges defendat & manuteneat,
vt extra de electi. & electi. potes. c. vbi pericu-
lum maius. §. preterea. li. vi. Euenit etem quā-
doq; ex causarum diuersitate quod iustus iu-
dex iudicare cogitur contra suum dilectū do-
minum, & dominus contra fidelem vassallū,
vel contra cognatum. Quare dicitur in textu
rex & quilibet iudex, & illud intelligi debet
de Rege Romanorum. Vbi cunq; etem in hoc
iuris processu Rex nominatur sine appposito,
vel Princeps intelligi semp debet de Rege Ro-
manorum, vt Insti. in prohemio. §. i. & C.
de legi. & consti. L. digna vox. & ff. ad le. lul.
maiest. L. i.

Circa paragraphum primum vbi dicitur ius

dicare potest & c. ⁱ Incidit questio an ille iu-
dex sit qui sententiam inuenit, vel qui illam
interrogat. Quidam dicūt quod is iudex sit
qui sententiam inuenit, & hoc probant aliq-
bus rationibus. Primo ille iudex dicitur qui
causam discutit, sed is qui sententiam inuenit
causam discutere & determinare videtur. Vnde
de merito iudex dicitur is & non ille q̃ interro-
gat, nomina etenim adequari rebus debet,
vt Insti. de donatio. §. sed nos. & C. de offici.
prese. vrbis. L. i. & C. de defenso. L. defensores.
& hoc non esset si is qui interrogat iudex es-
set, quia ille non adinuenit. Secundo nulla
sententia esse potest nisi exprimat eam iudex
solus, sed nullus exprimere melius potest nisi
ille qui adinuenit ergo & c. vt. C. de senten. ex
pericu. recitan L. vlti. & ff. de arbi. L. diem in
prin. & L. nō distinguemus. & extra de consue.
c. ad audientiam. Terrio sententia non li-
gat nisi per iudicem exprimat adinuenta
Ex quo itaq; illius qui adinuenit sententia li-
gat, quare iudex merito dicitur, vt C. si non
a compe. iudi. L. vlti. & ff. de arbi. L. diem, &
extra de consue. c. ad audientiam, extra de ius-
di. c. at si clerici, & ij. q. i. c. in primis. Secun-
dum tamen rei veritatem iudex dicitur ille
qui interrogat, & id probatur quinque ratio-
nibus. Primo nullus iudex fieri potest nisi si-
bi iudicium per feudum committatur, vel ad
id eligatur, vt supra li. i. ar. lv. & xxij. q. i. c.
militare, & q. ij. c. i. & xxij. q. iij. c. ille, & alijs
multis locis, sed huiusmodi feudum confertur
illi q̃ interrogat & non qui adinuenit er-
go & c. Secundo si is qui sententiam inuenit
iudex esset, extunc vassallus contra dominum
& cognatus contra cognatum iudex esse non
posset, nullam enim sententiam contra eum
inuenire potest, vt supra li. ij. ar. xij. Si ergo
vassallus iudex domini esse potest vt hic tex-
tus habet, quare is qui interrogat iudex est,
& non qui inuenit. Terrio is cui multa da-
tur iudex est, & nullus est sine emēda preterq;
iudex ipse, vt supra eo. li. ar. liij. Ex quo iudi-
ci multa datur & non emenda, ergo is qui in-
terrogat iudex est & non qui inuenit. Quar-
to in iudicio bannito mandare & precipere
est iudicis, & non illius qui mandatum serua-
re tenetur cum itaq; ex eius mandato senten-
tię inueniuntur ergo & c. Quinto iudex senten-
tiam nullam inuenire debet, vt supra eo. li. ar.
xxx. §. si. ergo nullus iudex est qui sententiam
inuenit, sed qui interrogat, & istud tenetur p
vero. Argumenta itaq; in oppositū adducta
soluuntur. Primum vbi dicebatur qui causam
discutit ille iudex videtur, sed qui sententiam
inuenit causam discutere videt, ergo & c. No-
mina enim rebus cōformari debent. ^k qd'
istud debet esse de conuenientia sed non de ne-
cessitate, nomina enim & vocabula propter
res excogitata sunt, vt C. de consti. pecu.
L. ij. §. penult. ff. de adimen. lega. L. iij.
Insti. de lega. §. longe. Vel ^h quod is qui sen-

**i. Iudex quis sit an ille
qui inuenit sententiā
uel q̃ interrogat vide.**

**k. Nomina rebus ad-
equari debent quomō
intelligitur vide.**

sententiam inuenit non dicitur negotium discutere, sed is qui sententiam precipit seruare, & is est iudex qui interrogat &c. Ad secundum ubi dicitur quod nulla sententia est nisi eam solus iudex edicat, R. quod istud tenetur secundum leges, & non de iure Saxonico. Vel dic quod postquam iudex sententiam secundum eorum consensum confirmauerit, solus eam proferre dicitur, & non ille qui adinuenit. Secundum leges etenim iudex sententiam proferre non potest sed vt colloquatur cum assessoribus necesse est, vt. C. de assessori. L. i. & illi coguntur occulte iudici declarare sententiam & non publice. De iure vero nostro illi qui adinueniunt declarare iudici debent non occulte sed manifeste, vt supra li. ij. ar. xij.

Ad tertium ubi dicitur quod nulla sententia ligat nisi illam proferat respondentis iudex. Intelligitur de iudice qui non est competens iudex respondentis, sicut si laicus spirituales iudicaret &c. vt in autem. vt cleri. apud proprii. Epi. §. i. coll. vi. in autem. de sanctis. Epi. §. si quis coll. ix. & xi. q. i. c. Christianis. Quare positum verum, R. itaque quod iure nostro sententiam solus iudex proferre debet & nullus aliter. Quauis enim multe in eodem iudicio inueniuntur sententie non tamen ligant aliquem, vt in exemplo, cum Scabini iudici insinuant id quod inter se ad interrogata partis inueniunt, utpote si in recognito debito quod solutio sit ad quindenam huiusmodi declaratio respondentem nondum cogit ad soluendum, quia non est aliud nisi declaratio mentis sue aut consilij. Sed postquam iudex illam declarationem expresserit precipiendo solutionem ad quindenam, extunc a primo fit sententia, vt. ff. de re. iudica. & effectu sententie per totum, & id facere iure nostro iudex solus cogitur sicut & secundum leges, vt. ff. eo. ti. L. res iudicata, & huiusmodi sententia ligat vel absoluit, vt. C. de sententia. & interlo. L. si.

Iuste iudicat &c. Iudex etiam iuuare actorem debet contra dominum dato quod quilibet iudex iuret domino contra vnumquemque, vt in li. seu. de forma fidei. per totum, nec vt sic efficitur periurus, non enim iurauit sibi iuuare iniusticiam, sed & in isto casu non iuuat actori sed iusticie eius.

Vasallus etiam suo Regi &c. Per Regem hic intelligi debent alij Reges extra Regem Romanorum, vt est Rex Bohemie, Dacie, &c. illis enim contraueniri potest, Regi vero Romanorum nullomodo nisi contra Imperium forsan facere quid velit, vt supra declaratum est eo. li. ar. liij. Ipse enim est super omnes leges & in scrutinio eius peccatoris omnia reconduntur iura, vt Insti. qui. mo. testamen. infirmen. §. vi. & C. de legi. & constitu. L. digna. ff. de legi. & senatuscon. L. Princeps. Resistere potest &c. vt C. de iure fisci. L. prohibitum, cum autem vasallus domino resistere debet, caute & prudenter vt id agat necesse est, plerumque etenim error in his euenit. Consultare itaque

prudenter homines super negotio quo pacto aggrediendum sit tenet. Tunc enim est quod plures sapiunt, quam quod vnus vt extra de offi. de le. c. prudentiam, plurimumque sententia vt communiter validior sit. C. de fideius. L. vi. & si tandem ex consilio plurium inuenitur quod dominus iniuriatus eidem sit iure contra eum agat, vt in autem. vt iudi. sine quoquo supra, fiant, §. volumus. coll. ij. in autem. vt differen. iudi. §. si vero coll. ix.

Vasallus etiam dominum insequi potest &c. Queritur quomodo vasallus dominum insequi vel detinere potest cum tamen sententia contra eum inuenire nequeat, vt supra li. ij. ar. xij. §. ij. m. R. quod vasallus dominum insequi potest bifariam. Primo, si clamorem audiuerit violentie, & nescit contra quem excitatus sit, euenit enim quandoque quod ille qui clamorem excitat ignorat quis sibi iniuriatus sit, vt supra li. ij. ar. vlti. Secundo dominum insequi potest & cum detinere, si sibi vel alteri iniuriatus est & non aliter, in alio enim casu contra eum agere non poterit, vt. xxij. q. v. c. de forma, nec contra eum testificari, vt extra qui fit liij sunt legitimi. c. causam.

Quilibet etiam licite ciuitates, castra proprii gnet &c. Quod autem vasallus id facere potest, hoc fit ex eo, quia sepius vtriusque alterius vasalli bona illa sunt. Quare vnus alterum in sua iustitia iuuare tenet, & hoc vult in textu cum dicit, violenter eos oppugnantem, illos vero minime defendat qui iniuste tenet, qui enim iniusticie fauet, magis eis obest quam prodest, vt. xiiij. q. vi. c. si res aliena.

Dummodo res ipsorum non rapiat &c. quia si id faceret signum esset quod non amore iusticie & fidelitatis, sed magis ex auaricia que mater est omnis mali id faciat, vt in autem. vt iudi. sine quoquo supra, §. cogitatio. col. ij.

Vasallus insequi potest dominum &c. Caute intelligi debet paraphus iste nec ita grosse vt in se sonat, magna enim premeditatione indiget vasallus vt id aggrediatur quod textus suadet, dictum etenim est supra li. ij. ar. xij. quod vasallus contra dominum sententiam inuenire non potest, quod tamen tollerabilius est quam quod dominum detinere debeat, si ergo ei facere non licet illud quod est minus, nec ei licebit id quod est maius, vt Insti. q. aliena. licet vel non & ff. de reg. iur. L. non debet. Etiam habetur in li. seu. ex qui. cau. seu. amitra. ubi iuratur domino esse auxilio contra vnumquemque, quod non esset si cum detineret vt hic textus disponit, habetur etiam. xxij. q. vlt. de forma, quod vasallus dominum tueri debet ab omni damno quod hic non esset. Quidam dicunt quod lex ista corrigit & derogat alijs legibus in contrarium. R. tamen quod noua lex corrigit antiquiorem, sed ius feudale posterius est Saxonico, quare istud non derogat illi. Dicunt etiam quidam quod ius feudale derogaret huic, quia lex posterius constituta que est contraria priori, derogat illi dato quod mentio aliqua

m. Vasallus dominum insequi potest bifariam

1. Vasallus quomodo domino resistere debet, ut id caute faciat necesse est.

n. Vide supra li. i. ar. xiiij. & li. ij. ar. xxvi. lur. mu. ar. i. §. io.

Speculi Saxonum Liber Tertius

ibidem non sit, vt de constitu. c. i. li. vi. Sed tu dic quod derogatio nulla facta est, abrogationem enim iuris in probationibus maxime vitare debemus in quantum possumus. C. de apella. l. precipimus in fi. & in auten. q. mo. natu. effi. sui. §. tribus. coll. vij. & ita nulla est iurium preceptorum abrogatio. Consilium itaq; est vt vasallus caute in his que hic in articulo habentur agat, si enim in insequendo dominum iniuriam sibi fecisse inuentus est, grauius sibi imputabitur q̄ si in pace sederet, illud enim esset periculum vite & honoris, istud vero multam iudici apportaret, vt supra li. i. ar. liij. & in auten. vt iudi. sine quoq; supra. §. cogitatio. coll. ij.

Si vulnerat dominus vasallum &c. Dictum est superius quomodo vnus contradicere potest si dominus vel iudex sibi iniuriare velit, hic declarat quomodo vnus violentie contra uenire poterit.

O. Violentie & iniuriæ differentia.

O Vnde nota differentiam violentie & iniuriæ. Iniuria enim fit per falsas & iniustas sententias, vel ex iudicio vel quod ius obtinere, vel habere non potest, vt ff. ad le. Corne. de sicca. & venefi. l. i. & Insti. de obligatio. que ex q̄ si deli. & nascun. per totum. Violentia vero committitur quando violenter contra vnum agitur, ita quod per illud corpus & bona perdesse possit, & contra id defensa fieri potest dupliciter. Cum armata & nudo sine armis. Vnde si dominus te percusserit pugno minus iuste & violenter vel per capillos trahat, si tu cum gladio cedis non facis defensam necessariam, p sed si te impetat armis que tibi nocere possint dato quod te non ledat, gladio occidere eum poteris & defensam facis, armata enim necessitatem armis repellere oportet, vt ff. de vi. & vi. arma. l. i. q̄ Tutius enim est vitam suam defendere q̄ postmodum violentiam querulare, vt. C. quan. li. vnicuiq; sine iudi. se vindi. l. i. Vbi expresse dicit textus, melius enim est occurrere in tempore q̄ post exitum vindicare, & probatur. l. vlti. in fi. C. in qui. cau. resti. in integ. non est neces. vbi dicit, melius est intacta iura seruare, q̄ post causam vulneratam remedium querere. Hoc etiam facere licet si dominus tibi hostium domus extrudere conatur, vel ad curiam violenter irruere, quilibet enim ultra suos parietes pacem habere debet, vt supra li. ij. ar. lxvi. Si itaq; te defendis & eum occidis, non facis contra fidem tuam si indefensa id fit, vt. ff. de vi. publi. l. hi qui cedet. & C. eo. ti. l. seruos, manetq; sine dano, vt. C. ad le. lul. de siccatijs. l. is qui.

P. Gladio si q̄s te impetat animo nocendi dato quod te non ledat, eum interficere licebit in defensa.

Q. Tuus est vitam suam defendere quam violentiam querulare

Ethoc probeat per necessariam defensam qua & declarare eum oportet metesprimus. Vel per duellum si cognati mortui eum alloquuntur, vt supra li. ij. ar. lxiiij. Si vero non probauerit perdit vitam, honorem, & feudum qd a domino habuit, vt infra. ar. lxxxiiij. & in li. feu. titu. q. mo. feu. amitta. Vnde ex quo quidem necessaria defensa iuris admittitur, vt ff. de iusticia & iur. l. vt vim,

R. Hodie tamen defensa probatur duobus testibus non omni exceptione maioribus adde Iso. in rubri. ff. de iurciur. uer. y. limio

& ff. ad le. aquili. l. sed & si. & in multis alijs legibus. & extra de senten. excōmuni. c. si vero. & c. dilecto. li. vi. & extra de homicidio. c. significasti.

Quare ad defensam seu repulsam necessariam aliqua consideranda veniunt. Primo quod fiat moderate & quod non excedat modum defese, vt. C. vnde vi. l. i. & extra de homici. c. significasti. Iste modus seruandus est in rebus quibus defensa sit, quia si te quis pugno percutit gladio non est verberandus, vt ff. ad le. Aquili. l. si ex plagis. & xxiiij. q. ij. c. non inferenda. & extra de sen. excōmuni. c. vt famc. nisi se aliter defendere non valeat & modum excedat. ff. ad le. Aquili. l. sed & si. & in Clement. si furiosus de homi. Vel si ignoranter egerit vt extra de homici. c. sicut dignum de restitu. spoli. olim. i. de senten. excom. c. cū voluntate. Secundo quod repulsa talis sit in instanti & non ex interuallo, vt ff. de vi. & vi. arma. l. idē est, & extra de senten. excō. c. si vo & hoc intellige si violentia personę illata sit Si vero violentia in bonis meis sit, hoc potest in facto vel etiam ex post, q̄ primum rescuero congregatis amicis defendere licebit, vt ff. de acquiren. re. posses. l. clam possideri. & extra de restitu. spoliato. olim. i. & ff. ad senatusconsult. Tertulianum l. ij. Tertio requiritur quod repulsa sit ad defensam & propulsandum iniuriam seu violentiam & non vnde dictam, vt ff. ad le. aquili. l. sed & si. & xxiiij. q. i. c. quid culpatur, & hoc fit tunc quando preceptę condiciones seruantur, & qui vt sic defensam faciunt, iustum bellum gerunt. Ius enim naturale admittit violentie resistere, vt i. dist. ius naturale, & extra de excep. cum inter, extra de re. iudi. c. pastoralis in cle. Et huiusmodi bellum permittitur eque spiritualibus sicut secularibus, vt extra de homici. si furiosus in cle.

R. Ad defensam faciendam consideranda quedam veniunt.

Vnde nota ad hoc quod iustum bellum sit, quedam necessario requiruntur. Primo quod personę sint idoneę que bellare possent, vt seculares & non spirituales excepta defensa necessaria, vt supra dictū est, & xxiiij. q. viij. clerici. & extra de homici. c. sicut. Secundo qd sit ex admissione iuris, vt Principis, Imperatoris, vel apostolici, vt xxiiij. q. i. quid culpatur. & q. ij. c. i. & ff. de capri. & postlimi. l. hostes. Tertio vt sit propter iustas causas, vt pro pace, pro fide, obedientia, bono reipublice, & his similia, & nō ex inuidia, vt in dicto. c. quid culpatur. & xxiiij. q. ij. c. i. & q. ij. c. fortitudo, & q. viij. c. si nulla, & qcquid in huiusmodi bello acquiritur ab inimicis iuste retineri potest, vt xxiiij. q. v. c. dicat. alij enim si alio proposito bellum inferatur, tam illi qui faciunt, tam isti qui consilio & auxilio adfunt, damna rescire coguntur ex iniusto bello subsequencia, vt extra de re. iudi. cum. i. & extra de eta. & quali. c. tuam. de senten. excōmuni. c. cum inter. xi. q. ij. c. quoniam. extra de resti. spo. cum ad sedem in glo. & xvij. q. ij. c. om

R. Ad hoc quod iustum bellum sit quedam requisita.

nes, & ij. q. i. c. notum.

Socium in via, & c. Mirabile quidem videtur socijs in via nobiscum existentibus hanc atri-
bui prerogatiuam, quod in defensione illorum
etiam contra dominum se opponere vasallus
potest cum tamen maiorem fidem prestare
domino tenetur q̄ filio suo, filius etenim ex
natura sibi pertinet domino vero obligatur
iuramento, vt li. feu. quemadmodum feud.
amittitur. R. tamen quod socius viē signanter
ille qui longum iter cum alio facit tanq̄ p̄es-
grinus & quasi frater eius est, quod autem ei-
dem admittatur vt ex parte socij sui contra
dominum se opponat est magis p̄ angustia
& propter periculum corporis sui q̄ socij ne-
cessitate. Postq̄ em socius suus violenter im-
peritur quis scit quid sibi tandē eueniat, quas
re sibi defensa admittitur, vt C. quan. lice. v.
nicuiq̄ sine iudi. vindica. L. liberam. Quid si
dominus dicat ad vasallum quod tutus esse
debeat. R. quod sibi credi non debet. Quia
qui semel male facit p̄sumitur maiora faces-
se si possit, vt in auten. vt iudi. sine quoquo
supra. fiant. §. cogitatio. coll. ij.

Et suum hospitem & c. Hoc est qui in domū
eius vel intra quatuor angulos curiē suę fugi
erit vel de facto ibi sit. Qui enim quatuor an-
gulos curiē tutatur iste defensionem facit ac si vi-
tam defenderit suam, vt ff. ad lē. lul. de vi. pu-
bli. L. hi qui.

Intradat vero dominus vasallum & c. Hic cla-
re habetur quod vasallus nullibi potest do-
minum accusare suum nisi coram vasallis, vt
in li. feu. titu. si inter dominum & vasallum
lis oriatur, & hoc intellige in cōtrouersia quę
sit occasione feudi vel alicuius rei, vt in li.
feu. si de feudo cōtrouersia fuerit & c. In alijs
vero casibus querulari debet coram iudice p̄-
uinciali, vt in auten. vt om. obedi. iudi. pro-
uin. §. si igitur. coll. v.

Quid si vasallus dominum accuset an eum
hostiliter insequi vel contra eum procedere
possit, quidam dicunt quod sic quia illud ius
non prohibet, sed quicquid iure non vetatur
illud nec nos prohibere debemus, ergo & c.
vt C. de testa. & quemadmodū testamen. or-
di. L. sancimus. Oppositum tamen istius supe-
rius dictum est vbi habetur quod nihil fieri
potest nisi ex admissione imperij, sed si post
querelam vasallus dominum insequi posset
contra eum bellare videretur. Quod autem
vasallo bellare contra dominum non liceat
habetur ff. de capti. & postlimi. reuer. L. hos-
tes. R. itaq̄ quod vasallus non consequitur
ex querela quod contra dominum bellare de-
beret, in eo enim prouidet fidelitati suę.

Illud secundum formam iuris rescarcire tenet-
ur & c. Hoc est secundum estimationem illius
cui damnum illatum est nisi ille iuramento
minuerit, vt supra eo. ar. xlvij. & li.

Si quis in expeditione, & c. Ille enim contra
quem equitatur defendere se potest.

Manet sine culpa, & c. Quia damnum soluere

tenet. Et impunitus & c. hoc est sine multa &
absq̄ verigeldo. Exinde iam liquet, quid &
quomodo vasallus erga dominum sibi prece-
dere debeat, vt sine damno manere possit, si
quid interim iniurie domino eueniat, vt l. i. ff.
ad lē. Aquili. per totū, & ff. eo. ti. L. si puta-
tor. & xxxi. q. ij. c. de neptis.

Articulus. LXXIX.



Vbi rustici in radicibus
desertorum uillam seu
prædium ædificant ter-
ram de nouo excollen-
do, licebit domino uillæ ius censualē
in eadem terra eisdem cōferre quis
ad ea bona geniti non uideantur.
Nulla autem iura eis dominus da-
re potest aut ipsi eis eligere poterint
per quæ ordinarij seu prouincialis
iudicis iura aut mulctæ minuantur
aut augeantur. Nullus extraneus
in prædijs secundum specialia & di-
creta eorum iura respondere tene-
tur, sed secundum ius commune ni-
si conquærat super hæreditate si-
ue bonis alijs aut debito. **C^a** Vbi
quis aliquem conuenit ibi licite re-
conuenietur, si actio in duellum nō
extendatur.

^a Cōcordat sup. li. i. ar.
lx. li. iij. ar. xij. iur. ma-
ar. xxviij.

Glosa.

Conferre potest, & c. Sed quid si quis accepit
instrumentū Emphiteosis pro se & uxore &
liberis, Dic qd̄ vxor habet dimidiam, & vir
aliam dimidiā, quia liberi partem non faci-
unt uiuis principalibus, de hoc vide in spe-
cu. titu. de loca. §. vlti. ver. cxlvij. & ibi etiam
per Bald. in addicio. Et si emphiteos, est cō-
cessa duobus fratribus, vt post mortem corū
ad ecclesiā reuertatur, vno mortuo pars eius
fratri accrescit non ecclesię, vt in dict. §. ver.
lxviij. Et istud ius accrescendi trahit secum su-
um effectū sine noua possessione, vt in allega.
§. ver. lxx. Et si duobus pro indiuiso res con-
ceditur vno non soluente tota reuertitur ad
ecclesiā, vt in dicto paragrapho, ver. lxxi.
& lxviij.

Glosa.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Superius declaratum est quomodo dominus respectu vassalli & econtra ratione bonorum feudaliū obligatus sit, hic tandem habetur de rusticis, vbi domini ratione bonorū censualiū desuper dominium obtinent.

b Vnde p̄ intellectu istius nota, quod status Christianitatis pro bono reipublice diuisus est in tria hominum genera. Primi sunt spirituales, de quibus supra li. ij. ar. lxxvi. §. i. & ij. Illorumq; officium est orare pro militibus & rusticis. Orationibus em̄ corū totus mundus gaudere debet, vt in auten. quomo. opor. Episcopo. §. i. coll. i. Secundo sunt milites gloriosi, illorumq; ius est tueri & defendere sacerdotes & agricolas, vt in auten. vt neq; miles, neq; federatus, §. i. coll. viij. Tertio sunt agricolę, & illi tam spirituales q̄ milites laboribus suis enutrire debent, vt in auten. vt nullus mutu. agrico. §. i. coll. iij. & hic in textu. Vnde si qs p̄cedit culture de nouo tradiderit rusticis, potest ipsis ius hereditariū in bonis censualibus dare, quis silua illa suum feudū sit, & hoc ex eo, vt illud qd̄ excreuit ultra cēsum, sit p̄miū pro labore suo & possessione, vtile em̄ & conueniens est reipublice quod agricolę sint quodq; agri instaurētur, vt in auten. de quesiō. §. i. coll. vi.

Circa id nota quedam necessaria de bonis censualibus, & de cēsu pecuniario. Bona em̄ censualia neq; sunt propriū, nec hereditas, nec feudum, conferrunturq; bona huiusmodi in Saxonia illis qui ea emunt absq; aliqua infeudatione. Collatio tamen illa non aliud designat nisi voluntatē domini. Quod autem bona censualia propriū non sint, patet, quia dominus habet censum desup, vt supra ar. lxxvi. Propriū autem est sine aliquo censu, quod autem non sit hereditas. Iudex enim illa resistere non potest, sed nec est feudū, quia census ex eo soluitur, ex feudo autem census non p̄statur vt feū. c. xij. lv. & lxxij.

c Nota etiam quod rustici in bonis residētes censualibus quadruplicia quedā iura specialia habent. Primum quod liberi ab illis esse non potest, q̄diu aliquis inuenit natus ad illa bona, sed nec ab illis alienari possunt, vt supra li. ij. ar. xxi. **f** Secūdo quod nullum ius scire tenentur nisi naturale, vt C. de in ius vocando L. venia. & C. de agri. & censu. L. ij. Tertio qd̄ in quęrelis statim experiri iudicialiter debet, ita qd̄ in instanti respondere per affirmationē vel negationem eos oportet, & hoc ex eo, ne in laboribus impediātur, vt in auten. de quesiō. §. i. coll. vi. Quarto quod mense augusto ad nullum ius vocari possunt, vt ff. de ferijs. c. vlti. **g** Notandū etiam quod censualia bona duplicia sunt, Quedam quę diuēdi & alienari nō possunt, & illa habent originarij seu latini qui ad id nati sunt, & qui vt sic succedere debet necessario ad id natus esse tenentur, multiq; in hunc diē reperiuntur q̄ & serui plurimum sunt, vt C. de agri. & censu. L. vlti. & isti etiam nūcupantur proprietarij, Alia bo-

na censualia sunt quę vt cōmuniter rustici atq; omnes habent, & isti hereditant & succedunt in bona quę ultra censum sunt extimata, vnde deq; possunt cui volunt, dominis tamen prius suis denunciando, vocanturq; bona huiusmodi mēioratio bonorū ultra cēsum quia videlicet labore eorum bona adauctā sunt, & isti liberi rustici dicuntur, vt C. de iure Emphiteo. L. Cum dubitabatur.

Articulus LXXX

Si proprietas a pagano relinquatur ad quam hæres non existat quę se ad tres mansos extēdit uel minus a hoc præfecture id est scultecie adiciatur. Sed si triginta mansorum uel minus se summa extēderit Comitatus applicetur, si uero hunc numerum transcendat ad Regalem pertinebit Maiestatem. Si rex aut alter dominus ministerialem uel seruum faciat liberum ille ius obtinet puincialium liberorū.

Glosa.

Vel minus, hoc præfecturę id est scultecie adiciatur &c. **b** Deficientibus em̄ omnibus consanguineis post virum & vxorē, etiam secūdo dū leges cōmunes succedit fiscus affinitib⁹ exclusis, vt C. vnde vir & vxor L. i. & C. de bo. vaca. L. i. li. x. Et notat Hostien. in sum. de success. ab intesta. §. fi. in principi. & vide etiam supra li. i. ar. xxvij. & li. ij. ar. xxxi. & xxxvij.

Glosa.

c Pro intellectu text⁹ nota quod mors euenit alicui dupliciter. Primo quando morit⁹ morte iuris, & hoc dupliciter. Vno modo si se in seruum det, idq; de consensu agnatorum faciat propriū domino vacabit, quia per seruitutem mortuus efficitur, vt li. ij. ar. xxxij. & ff. de reg. iur. L. seruitutē, vbi habet quod seruitus mortalitati comparatur. Secundo moritur iure cum in imperij illegalitatem supremam incidit, vt sic enim p̄topriū imperio vacabit, vt supra li. i. ar. xxxvij. & Insti. de capti. diminu. §. ij. & C. de bonis proscript. L. Deportati. ff. de senten. pal. L. Si deportatus. Secūdo da mors dicitur naturalis, & huiusmodi bona cedunt libere domino, si nullū consanguineū reliquit vsq; ad septimum gradum, vt su-

a Concordat lxx. mu. ar. lxx.

b Consanguineis deficiētib⁹ fiscus succedit affinitibus exclusis.

c Mors euenit alicui dupliciter, vide supra li. i. ar. xxv. glo.

b Christianitatis status in tria genera hominum diuisus est.

c Agricole reipublice plurimum utiles

d De bonis censualibus & de censu pecuniario uide quedam necessaria.

e Rusticorum censualium iura quedā specialia.

f Rustici nullū ius scire tenentur, Concordat supra li. i. ar. xxvij. li. ij. ar. lv. li. iij. ar. xxxix. glo.

g Bona censualia duplicia.

Concordat iur. mu.
ar. lix. glo.

pra li. i. ar. iij. in fine. d
Si Rex ministeriale & c. vt habetur In sti. de li-
berti. §. libertinorum.
Aut seruum & c. Ex isto passu cum dicitur, si
Rex ministeriale aut seruum manumiserit per
istam disiunctiua, aut, clare habet quod mi-
nistriales serui non sunt. Dicunt tamen qui-
dam hoc non esse, & hoc liquet ex his que vl-
tra sequuntur, Rex enim ministeriale imperij
liberum dimittere potest. Si itaq; seruus non
esset non necessario manumitteretur, quia qui
liber est non opus est vt manumittatur, nihil
enim differentiam maiorem in hominibus
facit nisi libertas & seruitus, vt In sti. de iur. p-
so. §. i. & In sti. de liberti. §. i. Solutur istud vt
supra li. iij. ar. xliij.

Articulus LXXXI.



Sicut alicuius comi-
tatus obierint ^a Prin-
ceps Romanus mini-
steriale imperij per sen-
tentiam licite manumittet, & cum
bannitu in eo comitatu efficiat ne
ius defectum paciatur, & ut bannu
ibidem seruetur Regium. Vnicuiq;
autem de Regali proprietate tantu
donare tenetur ut officiu Scabina-
tus exinde per eum exerceri possit,
quæ donatio in tribus māsīs uel in
plus cōtinetur. ^b Hanc etiam pro-
prietatem licite tollit a prædicto co-
mitatu ubi comiti uacat, eo quod bā-
nitorum defunctorū proprietas in
eo comitatu noscitur permansisse.
Ministeriales hereditant & heredi-
tatem accipiunt sicut liberi secun-
dum ius prouinciale, excepto quod
extra dominium suoru dominoru
nemini succedunt, nec habet succes-
sorem.

Glosa.

Articulus presens innuere quodā modo vult
quod ministeriales serui sunt, quia si serui non
essent liberi forent, nihil enim magis distin-
guat homines nisi libertas & seruitus, vt In sti.
de iur. perso. §. summa. Si ergo liberi essent
manumitti eos necesse non esset, vt In sti. de li-

berti. §. i. & ff. de acquir. re. domi. l. adeo. §.
cum quis. Solutur tamen instantia ista secun-
dum quod habetur supra ar. xliij. li. eodem
¶ Ministeriales sicut liberi succedunt & c. Quā-
doquidē dei adiuvante gratia Ius Saxoni-
cū in finem perductū est, differētiaq; status ho-
minū, dignitatis, & bonorū sufficiēter declar-
ata, tum quomodo seruus liber esse possit.
Hic in ultimo articulo huius incliti privilegij
amplissimis viris Saxonibus ipsis largiti de-
claratur ius ministerialium, poniturq; in calce
huius operis ex eo, vt privilegij presens cū
notabili finiat materia prout & insigne sum-
psit exordiu, tum etiam vt ius ministerialium
apertius declaretur & publicetur, est enī mi-
rabile & diuersum, vt supra, ar. xliij. in prin.
Illud vero qd bene deliberatur optime eti-
am exprimitur ac declarat, vt C. de senten.
expericu. recitan. l. hac lege, & in autē, vt iu-
di. sine quoquo supra. §. i. coll. ij. Etiam pro-
pter id in fine ponitur ius ministerialiū vt me-
lius memoriē teneatur. Illud etiam quod est vl-
timū memoriē melius cōmendatur, vt de cō-
secre. dis. n. .c. liquido.

Ministeriales vt liberi & c. Ex isto textu iterū
colligit quod ministeriales serui sunt, & hoc
ex eo liquet cum dicitur Ministeriales vt libe-
ri succedunt, vbi enim hæc dictio assimilati-
ua, sicut, apponitur, denotare videtur differe-
ntiam illius cui assimilatur. Si ergo mini-
steriales hereditant sicut liberi, signum est qd
liberi homines non sunt. Omnes enim homi-
nes aut liberi sunt aut serui, vt In sti. de iur. p-
so. §. i.

Vnde & siquidem supra ar. xliij. sufficiēter id
declaratū est, ex superabundanti tamen instā-
tia ista hic soluitur, vbi dicitur. Ministeriales
vt liberi succedunt, non per id distinguere
vult eorum generationem, sed tantum iuris
eorum diuersitatem, quare notanter hic ad-
dit excepto quod extra dominium suorum
dominorū succedere non possunt, hoc enim
ex eo fit, qui enim ad seruitutē natus est rationē
cuius bona habet, eadē etiam hereditare pos-
set. Qui ergo ministerialis alterius nō est, ius
huiusmodi bonorū habere non poterit, & ita
nec succedere ad bona sup. que seruitutē insinua-
tū est. Qui enī sentit commodū, damnu etiā
sentire tenet, vt In sti. de legit. patrono, ru-
te, §. i. in fi. Etiam dicitur ideo quia iste ex
potestate domini venire non potest, & hoc ex
eo intelligi datur, quia cum nulla re sua Co-
miti vel sculteto cedere aut in eius potestatem
venire seu adici possunt si sine herede dece-
dāt, quēadmodū res per mortē aliorum ad-
dicuntur, vt in præcedenti articulo habetur.
Proprium etiam eorū iudici deuenire nō po-
test, ex morte vel propter excessum eorū, vt
supra li. i. ar. xxxviij. §. iij.

Articulus. LXXXII.

Concordat iur. mu.
ar. xxxij.

^b Alij textus ita legit
hanc proprietatem
Rex a prædicto comi-
tatu ubi eam uacare
contigit licite tollit,
eandem tandē mini-
steriali manumisso et
ad scabinatum electo
conferendo ex eo, quia
proprium illud scabi-
norū qui decesserant
ad comitatū per uac-
antiam deueniat.

Speculi Saxonum Liber Tertius

*a Concordat iur. mu.
ar. iij. glo.*



Qui iuri suo coram iudicio in uno derogauit loco a ubiq; in eo erumna sustinebit, dumodo per iudicem & scabinos probetur. Nemo tamē hanc probationē seu hoc testimoniū ad alium iudicem producere tenetur, nisi iudex coram cuius iudicio ius fuerit amissum. Iudex siquidem coram quo proponitur huius infamiae exceptio, duos nuncios ad iudicem coram quo id esse actū perhibetur transmittere cogitur. ^b Et postq̃ testimoniū eius audiuerint ipsi coram iudice qui eos miserat testimonium perhibeant ueritatis.

b Testimonium ex auditu fieri potest, ut hic.

Glosa.

Qui iuri suo coram iudicio &c. Sic etiam qui est excommunicatus in vna ecclesia censetur excommunicatus quantū ad omnes ecclesias, vt xi. q. iij. c. ij. & c. iij. & iij. q. v. quisquis, & notatur de appel. pastoralis in vlti. glo.

Glosa.

Qui iuri suo in vno derogauit &c. Id enim est possibile & conueniens, sententia siquidem quę contra excessiū extenditur, facit eum iure priuatum. Vnde in quemcūq; locum uenerit, ibi iure priuatus erit. In oppositum istius instare vnus possit textum articuli minus esse verum, quia si sic, extunc ille qui in vno loco proscriberetur, in omni loco proscriberetur, quod est contra articulum xxiij. eo. li. & quod hic non loquitur de proscribis sed de iure priuatis, qui ideo priuati dicuntur, quia vnus eorum sententias aut testimonia sufferre non cogitur. Vel quod inter probos homines locum habere minime possunt, de his abunde supra li. i. ar. xxxvii. & li. habetur. Sic etiam excommunicatus in vno loco ubiq; pro excommunicato reputabitur, vt xi. q. iij. c. ij. & vij. q. i. c. si quis presbyter, & iij. q. v. c. quisquis.

Dumodo per iudicem condemnatio comprobetur &c. Vt sic enim negare illud non poterit quia testimonio conuincetur vt supra li. i. ar. viij. Iudex tamen sex viros sententias inuenientes circa se habere tenebitur vt supra li. i. ar. viij.

Testimonium autē iudicis nemo tenetur &c. Hoc dicitur propter id quod superius tactū

est, qui se per testes probaturum offert, ille in sex septimanis testes afferre tenetur, vt li. i. ar. lxij. §. iij. Hic vero iudicē afferre vel statuere nō tenet ex eo, qd null⁹ iudex officiū iudicis habet nisi in sua iurisdiccione, vt ff. de iurisd. om. iudi. l. si. & ff. de offici. presi. l. iij. & de con. li. vi. c. ij. Nullibi etiam testificari potest vt iudex nisi in sua iurisdiccione. Si ergo in testem adduci deberet ad aliū iudicem, extunc testificari ibidem non poterit vt iudex. Exindeq; venit nonnullorum hominū opinio qui dicunt quod testes per campū ducēdi nō sunt, quod verum est in casu presenti, & etiā qui ponuntur extra de testibus c. si qui, & extra de iudicijs c. mulieres, li. vi. In alijs vero causis per campū duci secure possunt, hoc est in aliam iurisdiccione apportari, vt C. de testibus, l. si quando, & ff. eo. ti. l. i. & extra de testibus cogendis in. c. delictorū. ^c Iure etiam municipali seruatur quod testimonium datur & porrigitur ad aliam iurisdiccione per literas iudicis & scabinorū. Iudex etiam testificari potest literis suis si locus adeo longinquus sit ita quod cū difficultate illuc equitandū esset.

^c Iudex corā quo proponitur duos nuncios mittat &c. Hic habetur tertius casus ubi iudex nuncios suos mittere potest, ^d Vnde nota quod in tribus casibus iudici pro inquirenda veritate nuncios transmittere admittitur. Primo cum sententia increpatur, vt supra li. ij. ar. xij. Secundo cum quis se trahit ad domum occasione feudi, vt supra li. ij. ar. xliij. Tercio vt hic in textu.

Testimonium eius audiuerint, & ita testificantur illud quod audiuerunt. Contrariū tamen huic uidetur extra de testibus. c. causam c. licet ex quadam, extra de successi. ab intersta. c. cum dilectus. & tamē quod nuncij isti non vincunt testimonio sed iudex ad quē missi sunt, qui vidit & audiuit quod iure priuatus declaratus est, quod vero isti contra eum testificari videntur, hoc ex declaratione iudicis venit. Nuncij em testificantur quod presentes fuerunt cum iudex ille testificatus est, & hoc bene fieri potest, vt iij. q. ix. c. testes, & v. q. ij. c. relatū, & xxx. q. vlti. c. vlti.

Conclusio priuilegij.

^e Priuilegium presens largitū est Saxonibus in Saxenburgo ab Imperatore Carolo, Ab anno domini octingentesimo decimo, anno septimo imperij sui, die decima Ianuarij, meritoq; nomen diui illius Imperatoris Caroli huic operi preponitur. ^f Iura enim & leges id suadent, vt priuilegijs omnibus nomina Imperatorum preponantur, & vt in auten. vt prepona. nomen Impera. documen. & vt lati. li. te. aper. tempo. describan. §. illud omnium coll. v. & C. de testibus, l. omnibus, & in auten. de questio. in princi. coll. vi. & in auten. de ar. mis, §. i. coll. vi. extra de rescriptis, c. cam te, & vlti. regula iuris li. vi. in glo. Ioan. And.

c Testimonium per literas fieri potest.

d Iudex in tribus casibus nuntios transmittere admittitur.

e Priuilegiū presens Saxonum, quando & a quo largitum sit.

f vide supra ad hanc materiam li. i. ar. xiiij. glo. & iur. mu. in prologo.

g Priuilegijs omnibus nomina Imperatorū uel principū preponantur.

h Priuilegium q.t. Ad hanc materiam uide iur. mu. ar. i.

h Priuilegiūq; ideo nuncupatur quia priuatā legem tribuit, ut iij. dist. priuilegia. Est enim priuilegiū priuatum seu singulare ius contra cōmune indultum. Nec priuilegium diceret nisi aliquid indulgeat speciale, debet em̄ semper aliquid operari specialiter de priuilegio, in his, C. de thesau. l. vii. li. x. & ff. ad muni. ci. l. i. ad fi. & ff. de lega. l. si quando. Qualiter autem amittatur priuilegiū, vide in sum. Hostien. de priuile. §. qualiter, & de deci. c. suggestum in glosa, vide etiam pro materia supra eo. li. circa ar. lviij.

i Caroli Imperatoris uitam descriptā uide, ad hanc materiā etiā nonnihil inuenies, iur. mu. in prolo.

Iste Carolus de quo hic mencio, fuit filius Pipini, qui (ut legitur in chronicis) Regno Francie xlvj. annis preerat, xli. vero annis imperabat, temporeq; Adriani Pape fuerat inunctus, & erat primus qui inungebatur inter imperatores, ipse etiam fundando erexit episcopatum Brementē, Halberstaden. Padelburnen. & Monasterien. Etq; sepultus in manasterio beate Marię virginis Aquisgrani. Auus eius vocabatur Carolus, qui fuit etiam Rex Francię, & Lombardorum, & fecit quasdam leges in Lombar. per totum, qui etiam postea habuit imperiū. De nostro autē auctore uidelicet Carolo magno qui Saxones priuilegiauit in iureplene legitur, & notatur in c. venerabilem de electione, & lxiij. dist. Adrianus. Et plenus de ipsius statura moribus & actibus uide in historijs. Iste Carolus confirmauit omnia que pater eius dederat beato Petro apostolo, hic etiam ad petita Romanorū est factus imperator, subiecitq; imperio, & ecclesię Saxones & alios Germanos, Et derulit usq; ad pedes barbam, cibo atq; potu fuit temperatissimus, Et filios suos quamcito etas pariebatur equitare & armis intendere curabar, fillas uero asuicere sanificio colo uidelicet & fuso ad repellendū oclia, hic cultum Christianū summa pietate semper coluit, & Romā ueniendo ad militare de equo descendit, pedibusq; eundo per urbem omnes ecclesiarū potes humiliter osculatus fuit, & ipse terrā sanctam a Saracenis occupatam recuperauit, in redituq; per Constantinopolim impetrauit partem de corona domini, & vnum clauum passionis Christi, & camisiā beate Marię, unde & ad numerū literarum alphabeti cenobia fundauit, & in vnoquoq; per ordinem vnā literam alphabeti de auro fabricatam plusq; centum lib. Thuronen. valentem reliquit, que literę ad huc in plerisq; monasterijs reperiuntur. Hic Carolus etiam quatuor Archiepiscopatus, Threuerensem, Coloniensem, Maguntinensem, & Salisburgensem, diuitijs ac honoribus ampliauit, predictasq; reliquias concomitantibus miraculis secum detulit, & in Aquisgrani in Basilica beate Marię, quam ipse construxerat, & ubi honorifice est sepultus recondidit. Qui Carolus relicto filio suo primogenito Ludouico coronato plenus bonis operibus est mortuus, & quādo moriebatur prelati ecclesiarū, quos

habere potuit omnes thesauros dedit per necessitates ecclesiasticas distribuendos.

Articulus LXXXIII.

Qui alteri bona donauerit aut uendiderit, & aliter in eorū per ipsum et iudicē presentet possessionē, cū ea primus adhuc personāliter non possedit. Possidens huic licite cōtradicat dummodo pro eisdem bonis in primo iudicij termino se præbeat responsurū, quia possessionē suam nullus tenetur relinquere, nisi ipsa ei ucris actionibus et sententijs prohibeatur. Donata uiro uel mulieri per tres dies possideri oportet. Quæ uero per querelam euincuntur aut hæreditario per successiōnem ueniunt non est necesse possessorio illud obtinere. Qui alteri feudale prædium confert aut dimiserit per annū & diem illorū uarendator esse debet. Qui uero proprium aut res mobiles uendiderit quousq; uixerit illorum uarendator esse tenetur, res tamen illa pro qua litigatur ad manus tradi debet uenditoris ad defendendū uel perdendum q̄diu illud defendere tenetur. Cui autem quid donatū est in co donatarius probare non poterit nisi si donationem.

Glosa.

Qui alteri bona donauerit &c. Auctor istius constitutionis & duarū sequentiū, fuit Otto primus magnus imperator Teutonicorum, hic potens cū esset in Almania p̄ijs operibus in allodio apud Maydeburgen. ecclesiam mire pulchritudinis in honorem sancti Mauricii fundauit, h & maximis possessionibus ampliauit ibidemq; est sepultus. Iste Otto habuit duos filios, scilicet Guilhelmū Episcopum Maguntinen. & Ottonem qui sibi successit in regno, qui cum non haberet nisi septem annos uictus fuit in regem Aquisgrani, de quo

De ij

nis uero possessori cōtradicare, dummodo p̄ eisdē bonis in primo iudicij termino &c. ut textus habet concordat iur. mu. ar. xxxix. ar. lx. & lxiij.

b Vide supra ad hanc materiam, l. i. ar. lxx. li. ij. ar. lxx. iur. mu. ar. xxix. ar. cxxxix. & xl. glo.

c Qd si uni abiudicata sint, & alter iudicialiter in eorūdem mutetur possessione rēcorē eūde nisi per ucras sententijs haud licebit.

d Concordat iure mu. ar. xxx. uide etiā li. ij. & ibi salice. C. si propter pub. pens.

e Concordat supra li. i. ar. xxxix. li. ij. ar. iij. iur. mu. ar. xxi. & ar. xxx.

f Vide supra li. ij. ar. xliij.

g Nota quod possessorio obtinere, & sic cū dū determinatos annos præscribere assuimilantur iure. Saxonicō. Bona etenim tantum possideri debent quousq; præscribuntur, scilicet mobilia per annū, ut h. Immobilia triginta uno anno & die, ut supra li. i. ar. xxxix. & cōuenienter id fit, ex preescriptione etenim ille a primo tutus erit bonorum, & ita necessario euincere ille tenetur, quod & consuetudine confirmatur.

h Ottonis magni laudes, & gesta Egredo.

a Textus uetustiores ita legunt & rectius, qui alteri bona donauerit, eidemq; per iudicem possessionē daret, si procuraret, solus uero eorūdem bonorū nullam habet possessionē, licet huiusmodi assig nationem possessorio

luntate & consilio principū, & hoc in p̄ciū
diciū Ludolphi senioris filiū sui, qui se sibi op
posuerat cū Vngaris & Sueuis ¶ Nisi dona
tionē &c. Quasi velit dicere quod donator
de euictione seu varēdatione non tenetur. An
autē & quando donator teneatur de euictiōe.
Sic distingue, aut enim donatio incepta a tra
ditione, & tunc dicit quod donator de euicti
one nō tenetur, vt ff. de edi. edic. L. ad res do
natas. Si autē donatio incepta ab obligatione,
tunc donator tenetur de euictiōe, vt ff. de do
natio. L. Aristo. §. vlti. de hoc notatur in c. in
ter cetera. de p̄ben. Et licet donator regula
riter non teneat de euictione. ⁱ Donatarius ta
men donatori ad antidona, id est remuneratio
nem naturaliter est obligatus, vt ff. de p̄ci. i.
heredi. L. sed & si lege. §. consuluit. & viñ. q. ij
illud, & notatur in c. cum in officijs de testat
men. in glo.

Est enim de natura emptionis & venditionis
p̄ciū, & res sine quibus emptio esse non
potest. ff. de contra. emp̄ci. L. i. & L. nec em
pcio, & vt venditor de euictione teneatur, etiā
si non sit promissum, vt hic & supra. eo. li. ar.
liij. & C. de euictio. L. non dubitatur. Et tes
net emptor ad hoc vt p̄ciū soluat & ipsum
faciat accipientis ff. de actio. emptio. L. ex em
pto. Sed venditor non tenetur rem facere res
ipientis, nam ipse tenetur in specie, & ideo
sufficit quod de euictione teneat. Emptor au
tem tenetur in genere, ideo cogitur nummos
facere venditoris. Venditor vero tenetur ad
traditionem p̄ciū secundū Mar. ff. de acti.
emp̄cio. L. si quis alienā, & L. ex empto. Alij
dicunt quod condemnatur ad interesse vt ff.
eo. L. i. Et tenetur tradere vacuum possessionē
vt emptor potior sit, ita quod ab eo nequeat
aduocari alias perinde est ac si tradita non fu
isset, & si alius sit in possessione. ff. de acti. em
pcio. L. i. §. i. L. iij. & L. emptorem, §. inde Ne
racius. Ante traditionem vero rei debet satisfi
fieri de p̄cio, vt ff. de cōtrahen. emp̄ci. quod
vendidi, & de tributoria. L. procuratoris, §.
sed si dedi. Et contrahitur emptio & vendi
tio solo consensu cum de p̄cio conuenit In
sti. eo. in princ. & inter p̄sentes & absentes
per nunciū vel epistolam, vt ff. eo. L. i. §. vlti.
& L. ij. §. i. & p̄ciū debet esse in certa quan
titate non in spe, C. de contrahen. emp̄ci. L.
emp̄ci. & ff. eo. L. hęc venditio. §. huiusmodi,
vide etiā pro materia supra eo. li. circa. ar. iij.
& supra li. ij. circa. ar. xxxvi. & C. de acti. em
pcio. & vendi. per totum.

Glosa.

Constitutio p̄sens est Ottonis imperatoris,
quę pro confirmatione & roboramento iurii
per Carolū imperatorem Saxonibus sancito
rum lata est. ^k Iste Otto imperabat, Anno
Christi noningentesimo trigesimo octauo
historię tamen veriores habent, quod anno
noningentesimo quadragesimo quinto, p̄ciū

fuitq; imperio annis triginta, constitutionēq;
p̄sensem tulit anno imperij decimo, prima
mensis Iunii in loco vbi nunc ciuitas Mayde
burgk locata est. Motuum autē huius consti
tutionis fuit, Iuris em̄ periti inter se disceptare
cōperant super possessione. Quidam & illo
rum maior pars assererat quod ille qui cor
poralem possessionē in aliqua re habet meli
us & efficacius ius desuper obtineret, q̄ ille q
per iudicem in possessionē intrōmittatur. Alij
vero oppositum tenentes dicebant, quod qui
per iudicem in possessionē mittitur, ius poti
us habeat. Ad sopiendum itaq; controuersia
lata est constitutio p̄sens per imperatorem,
sensuq; illius est, quod ille qui possessionem
rei habet, ius potius obtinet, vt si de facto in
possessione sim, Iudexq; alium intrōmittere
velit, cedere sibi ex possessione non teneor &
econtra, si iudex aliquē intrōmiserit, alter tan
dem veniens priorē eicere non potest, nisi iure
contra eum agat, dato quod iniuste possides
ret &c. vt extus habet, de hoc etiam uide su
pra li. ij. ar. xxiiij. & ff. ne vis fiat ei qui in pos
sessione, L. i. Qui em̄ aliquid possidet illud te
nere debet, quoad sibi per veram actionem
euincat, vt ff. vti possi. L. ait p̄tor, & C. eo.
ti. L. i.

Vnde circa id sciendū quod possessio rerum
triplex est. ^l Primo possidet vnus rem seu bo
na quę sibi vendicat absq; iudicio ad quę nul
lum ius antehac habuit, & hoc fit dupliciter.
¶ Primo si nullus illud defendit, illa bona fit
untillius qui primū occupat, vt Insti. de re di
uisi §. insula, & ff. de acquiren. re domi. L. qd
enim. Secundo quando vnus occupat aliqd
quod antehac alterius erat, sed illa dimiserit,
& illis abrenunciavit proieceritq; a se, vt ff.
de acquiren. re domi. L. qua ratione & alijs
multis legibus. Secundo possessio fit quan
do bona alicuius sibi per mortē cedunt, & il
la bona in possessionem accepit, quę tamen
per sententiam non sunt sibi tradita, & huius
modi possessio venit ex iurii constitutionibus
vt Insti. de here. quę ab intesta. deferun. per to
rum, & Insti. de here. quali. & difer. §. sin autē,
& in auten. de heredi. ab intesta. venien. §. si ve
ro coll. ix. Tertio acquiritur possessio bono
rum cum coram iure nobis abscedunt vel
donantur, vt supra li. ij. ar. xxiiij. & Insti. de re.
diuisi. §. per traditionē. Et quia multi homi
nes vendunt bona quę ipsorum non sunt, qua
re obuiatur his per articulum p̄sentem, nul
lus em̄ ius potius alteri dimittere potest q̄ so
lus habuit, vt ff. de acquiren. re domini. L. tra
ditio. & Insti. de re. diuisi §. per traditionē. C.
de distractione pignoriū L. si debitor. & C. si
ne censu, vel reliquis fundum comparare non
possi. L. ij. Si ergo nullū ius habuit ad illa bo
na, nec ius possessorium in illum transfunde
re potuit. Si vero per iudicem p̄sentē, ex
tunc qui possessionem habet iure contradice
re potest, vt extus habet.

Circa id nota quod possessionē impedire vo

^l Possessio rerū triplex
concordat iur. mu. ar.
xxix.

m. Possidere bona seu
cundum ius seu cō
tigit tripliciter. Prio
mo cum per mortem
alicuius nobis uenit.
Secundo si coram iu
dicio nobis abscedun
tur. Tertio per que
relam iuridicam, &
hoc dupliciter, secun
dū quod querela du
plex est, Ciuilis uide
licet & criminalis. Ci
uiler tunc fit si bona
impignorantur, ut si
debet certam summā
ad tempus determina
tū inscriptūq; in o
nibus bonis, creditor
inuestitur in bona iux
ta huiusmodi obligat
ionem. Inuestituraq;
huiusmodi quandoq;
fit in p̄sentia respō
dentis, & hoc cum
debitum recognoscit,
& ille tandem querit
quācito soluere debet
sentenciatur in quinq;
dena. In defectu solu
tionis inuestitur tano
dē. Criminaliter uero
sicut si sit p̄scriptus,
& interim bona sibi
abiudicentur. Tertio
possidetur bona ex in
uestitura, ut cū q̄s q̄
ritur super feudo alio
cuius, & tria astitit
iudicia, mittitur tano
dem in possessionē, eti
am in absentia eius
seu. c. xliij.

ⁱ Donatarius tenetur
donatori ad antidona
na.

^k Tempus imperij Ot
tonis.

*Possessionem impedi-
dire uolens tria in se
habere debet, concorda-
tur iur. mu. ar. xxix.
glo.*

lens tria in se habere debet. Primo quod so-
lus iuste & legitime illam possessionem ha-
beat, ut superius declaratum est. Secundo quod
ad illam intromissionem iudicialiter non sit
interdictus, ut etiam superius declaratum
habetur, & ff. de re iudi. in plerisque legibus.
Tercio quod presens non sit quando bona illa
donabantur & intromissio adiudicabatur,
qui enim sententiam audit, debet illi in instans
ti contradicere, ut supra li. ij. ar. vi. & qui tace-
ret censentur videtur, ff. de reg. iur. l. q. tacer.
& in autem. de sanctis Epis. §. si seruus coll. ix.
Dummodo pro eis bonis se prebeat respon-
surum, hoc est ut in proximo iudicio decia-
ret ius suum & iudici scabinisque id quod iusto
pertinet soluat, ut ff. uti possidetis l. ait pre-
tor. §. hoc interdum.

*O. Emptori iura uena-
doris prodesse debet*

Si vero in varenda deficiat &c. Scilicet ille qui
donauit aut vendidit. O. Emptori etenim ven-
ditoris iura prodesse nemo ambigit, ut C. de
eius actionibus. l. emptori. Si vero aduersario
possessio adiudicetur, extunc venditor empto-
rem indemnem seruare debet, & hoc si iure
sibi abiudicentur alias non, ut C. de cuius actione.
l. non dubitatur, & l. qui rem, & C. de pericu-
lo rei vendite, l. i. & C. de actione empti. l.
si pater.

Donata viro vel mulieri. Intelligendum est
de bonis mobilibus quia ad illa non plus re-
quiritur nisi fauor & gratia illius qui donauit,
ut Insti. de re diuisi. §. sed & si quidem §.
interdum. §. item, & C. de peric. rei. vendi. l.
post perfectam.

Hoc possident tribus diebus &c. Querere ali-
quis posset quid istud iuuabit ad rei possessio-
nem. & aliqui, quod exinde prescriptione acq-
rit sed contra istud opponi potest quod vide-
licet prescriptio nulla erit. Mobilia enim isto
modo prescribi non possunt, immo ut articu-
lus presens dicit, euincere illa vnusquisque tene-
tur quoad vixerit, etiam esset contra articulum
xxiij. li. ij. P. R. itaque quod id ubi loquitur
de possessione trium dierum non per id intel-
ligere vult quod mobilia prescribantur tri-
bus diebus, quia contrarium huius declara-
tione est, sed dicit hic quod tribus diebus possi-
dens non potest de iurto accusari in illis reb-
us si non occultando illa tenuerit quous forsan ille
qui sibi donauerat eadem furatus sit, ut Insti.
de usufructu. §. res fisci, & supra li. ij. ar. xxiij.
Nec opinio illa que in prima responsione hu-
ius questionis tacta est, quod videlicet possessio
trium dierum conducere ad prescriptionem
locum habere potest, quia & infra sequenti §.
ringitur quod annus & dies faciunt possessio-
nem, ut etiam supra li. ij. ar. xxiij. ar. xliij. ar.
xliij. habitum est.

Que vero per querelam euincuntur aut heredi-
tario cedunt &c. Illud enim quod heredita-
rio ad nos deuoluitur illius mortui possessio
adminiculo est heredi quoad prescriptionem,
ut Insti. de usufructu. §. res fisci, & ff. eo. ti. l.
possessio. C. de annali. prescripti. siue exces-

pci. l. i.

Qui proprium aut res mobiles vendiderit &c.
Hec est secunda diui Ottonis Imperatoris con-
stitutio. Estque sancita propter controuersiam
iurisperitorum. Ex quo quidem enim lus
Saxonicum disponit quod pro bonis mobi-
libus se vnus trahere potest usque ad illum qui
educavit si pecus est, vel si solus fecit, ut su-
pra li. ij. ar. xxxvi. Dubitabatur itaque quoad
proprium varendare vnus debeat, ex quo ve-
ra prescriptio non nisi in triginta annis, & an-
no & die sit, ut supra li. ij. ar. xxix. huiusmo-
di controuersia & dubitatio, partim venit
ex legibus que disponunt quod prescriptio
mobiliu sit in triennio. Immobiliu vero
in decennio, inter presentes, inter absentes vero
in viginti annis, ut Insti. de usufructu. §. & cum
hoc. Alię vero leges, ut C. de usufructu. tra-
sforman. l. i. disponunt quod prescriptio ter-
minatur triginta annis. Ad sopiendum itaque
has controuersias Imperator Otto statuit, quod
ille qui mobilia aut proprium vendidit va-
rendare illud deberet quamdiu viveret, &
hoc ex eo, quia ille qui propriu alienare vult
cum consensu heredum id facere tenetur, ut
supra li. ij. ar. liij. Nec est textus presens contra
articulum xxix. li. i. ubi habetur quod proprie-
tas in triginta annis & anno & die prescribitur.
Loquitur enim ibi de bonis que per successionem
ex admortuo cedunt, hic vero intelligitur de
bonis venditis.

¶ Dicitur posset. Quid si pater meus moriatur,
& eodem anno mortis vel precedenti ante
hac proprium alienet me nesciente an carere
illo debeat. Quidam dicunt quod sic. Prede-
cessor enim meus illa varendaui quoad vixe-
rat, nec ulterius varendare tenebatur, ut tex-
tus presens. Est tamen contra articulum li. ij. li. i.
ubi habetur quod sine heredum consensu pro-
prium alienari non debet. R. sub distinctione
one quod heres alienationi illi contradicere
potest ex eo, quod de alienatione ignorabat,
vel quia ex necessitate contradicere non po-
tuit, pecunia tamen restituere cogitur, quia
si proprium eidem restitui deberet, non per
soluta viceuersa pecunia, efficeretur ditior cum
alterius damno, quod fieri non debet, ut ff.
de conditi. indebi. l. naturaliter, & l. vlti. &
ff. pro emptore, l. qui cum, & ff. de perione
hereditatis, l. plane.

Res tamen illa pro qua litigatur &c. Hoc est
res ille dari libere debent venditori, in lucrum
enim & damnum illa tueri tenetur, ut C. de cuius actione.
l. auctore, & l. si predium, & Insti. de empti.
& venditi. §. prelati. ¶ Queritur quid si vnus ve-
lit in possessionem viceuersa restituatur rei illi-
us an iurare possit, quod bona illa ipsius sint.
¶ R. quod sic, non enim vendidit bona illa nisi
illa varendare potuisset, & dato quod non va-
rendauit adhuc sua manent, ut C. de pericu-
lo, & comodo rei vendite, l. i. & Insti. de ac-
tionibus. §. rursus. Illius etenim interest defen-
dere & quagulari, cuius damnum vel lucrum
D d ij

*¶ Nota passum istud
diligenter.*

*¶ Alię glose habent
an res huiusmodi uen-
diti adhuc sint.*

*P. Concordat iur. mu.
ar. xxx.*

Speculi Saxonum Liber Tertius

imminet, vt Insti. de obligati. quæ ex delict. nascun. §. furti. & Insti. de vi bono. rapt. per totum, & ff. co. ti. L. ij.

Cui autem quid donatum est, non aliud probare poterit nisi donationem, hoc idem supra habetur, li. i. ar. li. j. & Insti. de donatio. §. alie autem. & ff. de donatio. L. aristo. ait. & C. de iure domini impetrando. L. i. Vel dic quod desuper non aliud probare tenetur nisi donationem, per idq. differentiam innuere vult inter donationem & emptionem, ille enim qui vendit, varendare tenetur vel restituere pecuniam si varendare non poterit, hoc is facere non tenetur q. donauit, vt patet ex legib. allegatis, & Insti. de actio. §. rursus. & C. de iure dori. L. eucta. Idq. intelligendum est de donationibus simplicibus. f

f Alie glosæ addunt e. nō de illis donatiōnibus quæ coram iudicio fiunt.

Articulus LXXXIII.

Vi bona alterius uiolenter aufert seu occupat ante mortem unius, seu sic occupata uiolenter tenet usq. in istius mortem, omne ius perdit quod habere debuit in bonis illis post decessum spoliati. Vassallus si interficit dominum suum in uita honore & bonis cum quibus ab ipso fuerit infeudatus cōdemnetur Idem etiam de domino censendum est si occidit uassallum. Et superior dominus sic occisi uassalli natos ad prædictum dominum cum inuestitura dicti feudi dirigere non ualebit. Qui occiderit patrem, matrem, fratrem, aut alium quicumq. de cuius morte proprietatis aut feudi successionem expectet, hanc se noscat perdidisse nisi forte id ignoranter, uel causa necessarie defensionis accidisse prout iuris fuerit super mortuum comprobetur.

Glosa.

Qui occiderit patrem &c Immo lex erubescit filios esse castigatores parentum, vt in auct. de nup. §. si vero. ver. si. Hanc se noscat perdidisse &c. Sic etiam vxor quæ facit occidi virum, perdit dotem, vide ff.

de adimen. lega. L. penul. & alias causas propter quas quis perdere debet ius hereditarium, vide notatas in. c. quinta. vallis de iureiuran. & supra li. i. ar. xvij.

Glosa.

Hoc modo etiam filius exhereditari potest si bona parentis occupat ipso viuentē, vt in cōsti. imperatoris Alberti habetur. Indignum enim est quod is alicui bona relinquere deberet a quo antehac lesus est, vt Insti. de donatio. §. sciendum & C. de reuocan. donati. L. finali. Vassallus si interficit dominum suum &c. Est tertia constitutio imperatoris Ottonis, propter auaritiam maliciamq. nonnullorum sancta. Adeo etenim quorundam creuerat auaricia, vt cum eis bona infeudum de futuro promittebantur vel in expectando fuerūt, mortem illis ministrabant vt eocius bona consecui possent. Vnde etsi quidem omnibus sicarijs pœna statuta sit, vt supra li. ij. ar. xij. & q. excessus & homicidium huiusmodi grauius & maius est, quare de mente iurisperitorum pœna deberet esse grauior, vt Insti. de publi. iudi. §. alia. & ff. de pœnis. L. capitalium. & L. Si quis, ff. de priuatis delictis, L. nunq. C. de pœnis, L. cum reis. L. ne quis. L. si vindicari. Leges allegatæ disponunt quod pœna esse debet iuxta enormitatem excessus. b Alij vero dicunt quod ex quo iure Saxonico nulla grauior pœna sancta est, quare nec maior imponi debet, iudex enim nullam pœnam pro excessu imponere audeat, nisi quæ de iure super excessu descripta habetur, quod si in aliquo dubitatur magis moderare debet q. exacerbare, vt ff. de penis. L. respiciendum. & L. penulti. & ff. de reg. iur. L. semper in obscuris. ff. de re. iudi. L. inter pares de arbitris. L. diem. ff. de liberis & posthu. L. cum quidam. ff. de exceptione rei iudicate. L. si ex testamento. Soluuntur tamen leges allegatæ ubi dicitur quod pœna ad augeri non debet, nisi quæ descripta habetur. Minorari tamen etiam non debet nisi cum dubitatur, sicut si iudex dubitet inter duas leges irrogare debet mitiorem pœnam. c Tutius enim est & melius q. vnus ex opinione liber dimittatur, q. quod ex dubio occidatur, vt ff. de penis. L. absentem. Ex quo itaq. de huiusmodi excessibus occisione videlicet parentis, agnatorum & aliorum quorum bona quis in expectando est, cum dominorum suorum nulla maior pœna statuta erat. Quare Imperator Otto supplendo defectum iuris nostri presentem superaddidit constitutionem, quod is vitam amittat, vt præcedentes leges suaderent, vt supra. li. ij. ar. xij. & C. ad le. Corne. de Sicarijs. L. i. ff. eo. ti. L. iij. Insti. de pub. iudi. §. item lex Cornelia. Et cum hoc honorem, & id superaddit constitutio præsens & hoc propter periurium eius quod circa Omagium fecit, vt xxij. q. vlti. de forma fidelitatis. Quod autem periuri infames sint, habetur extra de testibus. c. sicut

b. Concordat supra li. ij. ar. xij. glo.

c. Tutius est unum ex opinione liberum dimittere quam ex dubio occidere.

a Textus antiquitalis gunt, & dominus superior nō poterit ulterius pueros occisi remittere ad dominum, ut sibi seruicio astringantur.

nobis, & c. testimoniū ver. preterq̄ pro reatu
periurij extra de iureiuran. c. querelam. & iij.
q. vij. c. infamis.

D. quis posset, quid nocet quod quis hono-
rem perdat cum iam vitam amiserit. & qd̄
is etiam perdit honorem quamuis vita si-
bi condonetur, vt. C. ex qui. cau. infa. irroga.
L. ad tempus, perdit etiam cum hoc bona sua
& illa cedunt domino, & non illius hominū
de heredibus.

Circa id nota regulam in successione honorū
d̄ Si vassallus feudum perdit ppter excessum
erga suum dominū patratū, feudum illud ce-
dit heredibus domini, & non heredibus occi-
soris. Qui vero perdit feudum ex causa cons-
tra alium extraneū, feudum cedit heredibus
quisunt in expectando, hoc idem etiam fit in
excessu domini respectu vassalli, eandem enim
fidelitatem etiam dominus tenetur vassallo,
vt in li. feu. qui. mo. feu. amitta. & xxij. q.
vlti. de forma fidelitatis. & xcv. dist. esto sub-
iectus, extra de iureiurando. c. perucnit, & xxij.
q. vi. c. nihil.

Qui occiderit patrem, matrem &c. Hic col-
liguntur causę propter quas puer exheredita-
ri potest Prima si manus intenderit in parentes.
Alias vero causas vide sup̄ li. i. ar. xvij. in glo.
Perdit omnē expectationē &c. Idem quod
aliquis in expectando bona alicuius est, hoc
sibi tribuit gratia illius, vel ius quod ex illo
habet, qui ergo interficit illum cuius gratiam
vel ius expectat gratia illius carere debet, vt
Insti. de dona. §. sciendū, & C. de reuocan. do-
nati. & in auten. vt liberi. de cetero. §. propter
ea. coll. vi. & xx. q. iij. c. constituit, & extra de
donatio. c. propter eius ingratitude.

Nisi forte id ignoranter &c. hoc declaratū ha-
betur supra li. iij. ar. xij & Insti. ad le. Aquili. §.
iij. iij. & ff. eo. ti. L. iij. & C. ad le. Corne. de sit-
caris. L. eum qui.

Articulus LXXXV.



Bi plures uerigeldum
seu aliā cōiunctim pro-
miserint pecuniam, a nō
quilibet in totum sed in
uirilem condemnetur portionem,
nisi forte aliquis in soluendo defici-
at sociorum. Si plures pro uno de-
bito ponerent promissores, & pro-
missio a pluribus recipiatur satisfac-
to soli creditori ab omnibus libe-
ratur, Qui pecuniā soluere promit-
tit, & fideiussorem ad hoc quod
promisso satisfiat statuatur, soluente

principali fideiussor liberatur, dum-
modo per eūdem id comprobetur.

Qui autem per seipsum pecuniam
soluere pro alio promiserit sibi incū-
bit probatio facte per se uel ex par-
te eius per alium solutionis.

b. iur. mu. ar. xxxi.

Glosa.

Vbi plures uerigeldū &c. Ad materiam istius
us articuli dicit ius cōmune, ex huiusmodi
obligationibus & stipulationibus solidum sin-
gulis debetur, & promittentes singuli in soli-
dum tenentur, tamē in utraq̄ obligatiōe vnā
res vertitur, vel alter debitum accipiēdo vel
alter soluendo omnī perimit obligationem,
& omnes liberat, vt Insti. de duobus reis sti-
pulan. & promit. c. Vnde dicit glosa, quod
reus sti. ulandi dicitur ille qui rem vel pecu-
niam aliquam stipulatur, a re non a reatu dis-
ctus. Ete conuerso reus promittendi dicitur
qui aliquam rem promittit. All. ff. eo. L. i. itē
dicit lex cōmunis alibi. Creditor prohiberi
non potest exigere debitū cum sint duorei p-
mittendi eiusdem pecunię a quo velit. C. eo.
L. i. Et sicut ex beneficio diui Adriani scindit
actio inter plures fideiussores, mādatores, &
constitutores, quis quilibet in solidum obli-
gatur qui sunt soluendo, & litis contestatione
presentes, vt C. de cor. sit. pecu. L. diui Adria.
& Insti. de fideiussor. §. si plures, & sequen. Sic
& inter plures reos debetur per beneficiū no-
uę constitutionis, vt C. de duobus re. per to-
tum, de his vide plene per Hostiē. in summa
de fideiussor. §. quid si beneficiū, & tribus. §. se-
quen. & in specu. de renunc. §. i. ver. nota era-
go, & multis ver. sequen.

Nota autem quod illud nomen fideiussor
est ita generale vt contineat in se mandatorē
& constitutorem, & eum qui ex toto in se alie-
nam obligationē transfert, quod & promis-
sum vocatur, ff. ad vell. L. quamuis. §. si mu-
lier. Sed tamen mandator p̄cedit obligati-
onem, constitutor sequitur, & fideiussor p̄-
cedit, & sequit aliquando per Hosti. in sum-
ma de fideiussor. §. quis dicatur.
Promiserint pecuniam &c. Si duo sunt ab ali-
quo stipulati in solidū, & vni est totum solu-
tum, an alter de iure cōmuni possit petere par-
tem eius quod solutum est, & an vnus credi-
tor negare possit quod alteri iam est solutum
Vide in addi. specu. de obliga. & solu. super
rubrica. vers. est & alia, & sequē. p. Ioan. And.

d. Nomen fideiussoris
est generale.

Glosa.

Constitutio presens est imperatoris Ottonis.
Ruffi, magni Ottonis filij, anno septimo im-
perij sui. Motuum huius constitutionis fuit,
quod homines quidā quibus multi fideiussor

D d iij

a. Regulam successio-
nis bonorum attende.

e. Ad hanc materiam
vide supra li. i. ar. xvij
abundantius.

a. Textus uetustiores
ita legunt omnes sunt
astrecti per iusticiam
ad soluendum quam
diu non sit persolutū
non quous totum sed
quolibet quantum ad
se pertinet, & q̄diu p-
iudiciū cōstringi po-
terit cui fuerat pro-
missum, uel huic qui
cum eo stipulatus est
& soluere est coas-
tus. Concordat iur.
mu. ar. xxxi. glo.

Speculi Saxonum Liber Tertius

Articulus LXXXVI

res super solutionē extiterant, a quolibet illorum solutionē aut verigeldū expetere volebant fundantes opinionem suam in eo, quod quicumq; quid promiserit adimplere tenetur. Ex quo itaq; glibet eorum verigeldū promiserat, ergo &c. Habebantq; pro se articulum septimū libri primi, & Insti. de obliga. §. obligatio, & Insti. de obliga. ex consensu. §. vlti. & Insti. de fideiussori. §. si plures, & ff. quod iussu, L. finali. Alij dicebant quod quilibet eorum non plus teneret nisi partem suam exsoluere, & habebant pro se. Auten. §. i. coll. vij. de duobus reis promittendi, & ff. eo. ti. L. reos. Hanc vero controuersiam sopire volēs Imperator Otto mediā statuit viam, & est, vbi plures manu coniuncta solutionē promiserint vnus soluere tenetur, & hoc sub distinctione si socius suus in soluendo non est. Vel si ad iudicium haberi non possit, sed si ad ius vocari possunt omnes, debet quiuis pro sorte impeti sua, nec vnus ad solutionem totius cogi. Si vero contingat quod vnus pro omnibus totam summā soluere compellatur, illi dabitur actio contra alios fideiussores extorquendi sortes illorum, vt in auten. de duobus reis promittendi, §. i. coll. vij. Leges enim in contrarium allegatę sunt iam correctę, vt insti. de fideiussori. §. si plures in glo.

Nota cum promittitur indistincte decem vel viginti, ^e non tenetur soluere nisi illud quod est minus. ^f Et in obscuris sequitur minimum vt ff. dereg. iur. L. semper in obscuris, & extra eo. ti. c. in obscuris li. vi. & ita in simili quilibet iurifconsultus medium eligere debet in omnibus, vt C. de iudi. L. rem non nouam, & Insti. Qui ex cau. manumit, non pos. §. iuste, & ff. de offici. procon. L. solet.

Satisfactio soli creditori &c. Vt sic enim satisfaciens principali seipsum & si qui alij pro eo fideiusserunt tam contra principalem q̄ contra alios qui fideiussoriam & promissum acceptantur liberat, vt insti. de duobus reis stipulandi, §. ex huiusmodi, & ff. de arbi. L. si duo. Sed si solutio in vno defecerit, alij rependere tenentur, vt in auten. de duobus reis pro. §. nouimus, coll. vij. & ff. qui ex cau. ad eun. iudi. eatur, L. si. & C. de fideiuss. & manda. L. iij. & C. ad senatuscon. Velleia. L. antique. Dummodo solutionem probare poterit &c. huiusmodi autem probatio fieri debet cum duobus testibus qui solutionē viderunt & audiverunt, factaq; probatione fideiussores liberantur, vt supra declaratum est li. i. ar. lxxv. & li. ij. ar. vi. & C. de solutio. L. solutionem, & ff. de negotijs gestis, L. soluendo, & id facere tenetur principalis ipse vel alter ex parte illius qui loco eius solutionē fecerat. ^g Et ex isto passu habetur quod eque valet solutio per subdelegatum sicut per principalem, vt Insti. qui, mo. coll. obliga. §. i. & C. de solutio, L. vl.

Qui terram seu communem agrum suorum uillanorū, arat, fodit, aut sepit incusatus pro eo coram sculteto tres solidos mulctę persoluet. ^a Qui si ibidem quod iuris est reddere negauerit & causa ad superiorem trahatur iudicem, eidē mulctam dabit, & cum hoc triginta solidos uillanis emende cum agri restitutione. ^b Sic etiam uilla uillæ cū triginta solidis & damni restauratiōe, si ut iuris est coram circumfidentibus hoc conqueratur & ostendatur emendabit, quod si uilla hoc facere noluerit, & coram superiori iudice pro eo accusentur, scultetus eorum communem mulctam pro eis sustinere debet, & ipsi cum triginta solidis & damni restauratione suis aduersarijs emendabunt.

Glosa.

Hic nota quod ad hoc vt cōmunitas, vniuersitas, villa, vel ciuitas delinquere dicat, ^c Requiritur quod conueniant maiores seu consiliarij quocunq; nomine nuncupantur, siue iurati seu consules, siue prefecti, & habita deliberatione id concludatur, in quo maior pars cōmunitatis concordat, & quod hoc fiat ab eis cōgregatim, & vt a corpore non tanq̄ a singularibus ad id, vt C. de sacrosan. eccle. L. iubemus, & ff. de reg. iur. L. aliud. §. refertur ver. de hoc, & facit etiam quod notatur de symo. dilectus. & secundum Ioan. Andre. in c. felicitis de penis, li. vi. in nouellis, & dominū Pan. & Ioā. de lig. post eum in Cle. si qs suadente de penis, facit etiam ad hoc supra li. ij. ar. iij. vide plenius de hoc in li. repetitionū, §. ex narratis in numero xxij. in repetitiōe, c. omnis de peni. & remissi. super verbo omnis in numero, xxvi. & per Bald. in vsibus feudo. titu. qui, mo. feu. amit. in i. R. & per Ioan. Andre. in nouel. de penis felicitis super verbo ciuitas li. vi.

Glosa.

Constitutio p̄sens est Ottonis Ruffi Imper

^a. Textus uetustiores ita legunt quod si coram sculteto respondere aut id quod iuris est exsoluere recuset, causaq; ad superiorem deuoluta fuerit iudicem &c.

^b. Textus alij habent eodem etiam modo uillania uillanie &c.

^c. Ad hoc quod uniuersitas uel ciuitas delinquere dicatur que requiruntur.

^e. Promittens decem uel uiginti soluere nō tenetur nisi illud qd est minus.

^f. In obscuris sequitur minimum.

^g. Solutio eque ualet per subdelegatum sicut per principalem.

ratoris. Quidam etenim opinabantur quod ille qui alterius bonis se intromiserit, huiusmodi bona communia sunt quod unicuique ex communitate mulctam soluere deberet, & respectu uniuscuiusque emende mulctam iudici, ut supra li. ij. ar. xlvj. Alij vero opinabantur quod liberari possit cum una emenda, ut etiam superius tactum est, li. i. ar. liij. Vbi enim unus partem non habet determinatam, non poterit etiam pro ea agere, ut seu. c. viij. sancit, tamen est constitutio presens ut aboleretur avaricia iudicum que in extorquendis mulctis maxime inoleverat, ut in autem, ut iudi. sine quoquo. suffra. §. cogitatio circa mediū coll. ij. d. Avaricia enim est origo omnis mali, & mater peccati, unde dicitur in textu tres solidos mulctam dabit, facile etenim evenire potest quod unus agrum vicinū suo agro ex limitibus adiacentem limites excedendo suos aree aut sepiat. Quare & secundum id ius expressum ac determinatum habetur, ne ratione illius difficultas habeatur. Iudex enim maxime curare debet, ne quid aut durius aut remissius pro excessibus quod constitutum est fiat, ut ff. de penis l. respiciendū. In oppositum istius videtur esse articulus xij. li. ij. R. tamen quod ibi loquitur de mulcta in criminalibus causis, hic vero agitur de emendatione in causis civilibus. Preterea contrariū etiam videtur esse supra eo. li. ar. lxij. vbi habetur quod Sculteto pro nulla alia re tres solidi mulctam dantur, nisi in causa furti pro cute & crinibus. Ex quo itaque is nullum furtū commisit, quare iniuste sibi solvantur tres solidi. R. quod iste solvit tres solidos non ratione mulctam sed ratione emende & meliorationis. Preterea contrarium huius etiam videtur supra li. i. ar. ij. §. vij. Vbi habetur quod Scultetus in omnibus legitimis iudiciis iniurias, clamores, &c. inquirere & accusare debet, nec ibidem exprimitur quod coram eo accusari debeat quis. R. quis ibi expressum non sit, tamen nec interdictum habetur ne id fiat, sed illud quod iure non interdicitur ius admittere videtur, ut C. de testamen. l. sancimus. Vel dic quod Scultetus huiusmodi inquisitionem & scrutinyum bene facere potest propter commodum villanorum, quicquid enim commodum communis utilitatis statuitur tenendum est, ut supra li. ij. ar. lv.

Triginta solidos, hoc fit ex eo, quia magnę impensę desuper factę sunt, ut insi. de poena. teme. liti. §. hæc autem.

Et cum agri restitutione &c. Quando enim aliquis iniuste in bona alterius se intromittit, emendare sibi cogitur, ante omnia tamen ablatum restituendo. S. Iniuria enim & furtū non dimittitur, nisi prius ablatum restituatur, ut ff. de vsuca. l. sequit. §. quod autem, & xij. q. vi. c. si res, extra de reg. iur. c. peccatum, li. vi. de pe. dist. i. si peccatum.

Sic etiam villa villę &c. In similibus etenim simile ius observari debet, ut insi. qui ius pa-

tri potes, §. pariratione. ff. de edendo. l. que. dam. Insu. quod cum eo qui in aliena, §. istas. ff. ad le. Aquil. l. illud.

Si ut iuris est ostendatur, &c. hoc est cum duobus viris ut supra li. ij. ar. xlvj. communē mulctam, id est communem rusticorum mulctam solvit sculteto tanquam iudici.

Articulus LXXXVII.



Quis laicus laicum co-

tra Ecclesiastico iudice

impecierit in causis ibi

de iure non tractandis

a & ei damnū dederit, si is pro eo ci-

uilerit accusetur, iudici ad mulctam

b & damnū passo ad emendam, &

ad prioris iudicii indemnitate ob-

feruationem condemnatur. c Idem

solvet paganus si contra alium in

extraneo vel municipali iudicio ege-

rit, dum sint unius uille vel iurisdic-

tionis incole, nisi forte eidem a iudi-

ce uel a parte ius fuerit denegatum

d Ius autem iudex denegare dicitur,

cum iudicare non uult aut suos de-

bitos iudiciales terminos non obser-

uat. Ius etiam reus denegat quando

de ipso fit quærela postquam fuerit pro-

scriptus, aut alteri adiudicata debita

non persoluit, nec habet ut pro his

pignoretur, uel per uadium ad sol-

uendum astringatur, contra huius-

modi hominem licebit actori que-

rulari ubicunque eum reperire posset

ipsis autē nullus respondere cogat.

Glosa.

Constitutio presens est Frederici de Stupfen Imperatoris. Motiū eius fuit. Quidam enim putabant quod quicuius passim coram quolibet iudice possit accusari fundantes opinio-

ne suā super ar. lix. & lxx. li. i. Alij vero dice-

bant, quod quilibet non nisi coram suo iudice respondere teneretur, super ar. xxv. li. iij. Pro-

positum ponentes suum, hæc controuersia limitatur per constitutionem presentem.

Vnde pro intellectu textus sciendum, quod

a Vide supra eo. li. ar. xv. glo. iur. mu. ar. xxx. viij. & ar. Ci.

b De mulctis uide supra li. i. ar. liij. li. ij. ar. xl. xli. li. iij. ar. lxij. & alijs plerisque locis.

c. Textus uetustiores legunt idem soluit iur. prouincialis, si contra alium sibi parem, &c.

d Ius quando denegare dicitur.

d Avaritia est origo omnis mali.

e Iudex maxime curare debet, ne quid aut durius aut remissius pro excessibus quam quod constitutum legis sit, fiat.

f Quicquid iure non interdicitur, illud ius admittere uidetur.

g Iniuria uel furtū nō dimittitur, nisi ablatū restituatur.

h In similibus ius simile obseruari debet.

Speculi Saxonum Liber Tertius

e iudicium duplex con-
cordat iur. mu. ar.
xxviii.

iudicium duplex est. ^e Spirituale, & coram eo
spirituales agere debent, vt xi. q. i. c. peruenit.
Et seculare & coram illis secularibus actio ve-
nit, vt xi. q. i. c. te quidem. In contrarium istius
sunt certa iura, vt xxvi. q. vlti. c. his quibus.
Et tamē quod iudicare quidem seculares pos-
sunt, in causis tamen ad Ecclesiam pertinens
tib⁹. Sed si in alijs causis clericus agere vellet
contra laicū, vt id coram competenti suo iu-
dice faciat necesse est, vt xi. q. i. experientie, C.
de iuris. om. iudi. & foro compe. L. iuris ordi-
nem.

f Cause quedam in
quibus secularis coram
spirituali iudice re-
spondere tenetur, con-
cordat iur. mu. ar. xx.
viii. glo.

In causis ibi de iure non tractandis. ^f Circa id
nota quod sunt nonnullae causae pro quibus
secularis coram spirituali iudice respondere
tenetur. Prima est occasione fidei vt extra de
senten. & re. iudi. c. ad apostolici. ver. de here-
si li. vi. Secundo occasione pacis fractae. Ecclesi-
asticis vel ecclesijs, vt extra de foro competen-
ti. c. cum sit. & etiā supra li. i. ar. liij. Tercio oc-
casione periurij, vt extra de iudi. c. nouit, & ex-
tra de foro competenti, c. vlti. Quarto causae
matrimoniales, vt xxxv. q. vi. c. multorum.
Quinto occasione usury, vt in dicto c. cum sit
de foro competenti.

g. Ad extraneum ius
aliquem trahens que
ponit.

Et ei dānū dederit &c. ^g Hoc est si in damnum
aliquem inducit coram extraneo iudice, po-
na eius est quod actionē & querelā amittere co-
gitur, & istum indemnem reddere, vt hic, &
C. ne filius pro patre in constitutiōe noua Fre-
deri L. habita. Is vero qui accusat & se iure nō
defendat quod ibi respondere non cogatur, si
sententia contra eum processerit ligat, vt C.
de iurisdic. om. iudi. L. in criminali, & xi. q.
i. c. in soluta, & c. placuit.

Si vero cogatur quis ad respondendū senten-
tia nulla, vt ff. de iudi. & ubi q. agere debeat
L. ij. Sciendū etiam venit si actor ante respon-
sionē facti pensuerit, & causae renunciauerit,
non subibit penam istam, vt ff. de inoffici. te-
sta. L. Papinianus §. meminisse.

Si is pro eo ciuilitur, vel coram iudice pro-
uinciali accusetur &c. Vt sic etem coram iudi-
ce provinciali querulare cum oportet pro il-
lo quod in iudicio spirituali intentatum est.
Contrarium tamē istius videtur militare ius
commune quod disponit, vt iudex secularis
manuteneat sententias spiritualis iu-
dicis, & contra, vt extra de exceptio. c. cum
quidam li. vi. ^h Et tamē quod videlicet vnus
iudex alterius sententias manuteneat & exe-
qui tenetur in causis quae iudicio pertinet suo
In isto etiam casu actor reo respondere tenet,
nisi causa eius prius discussa fuerit, vt supra
eo. li. ar. xij.

h Iudex vnus alterius
iudicis sententias ma-
nutenere debet quom-
modo intelligendū.

i Ius denegari quan-
do dicitur, concordat
iur. mu. ar. xxviii.

Nisi forte ius denegatum sit, &c. ius denega-
re dicitur vni ⁱ cui se ad ius trahi non permis-
sit. Iudex etiam ius denegare intelligitur cum
iudicare nō vult, vt supra li. ij. ar. xij. ^k vnde
circa id cōmunē nota regulā, cōueniri p. que
relā vbiq. pōt siue clericus siue laicus, & al-
ter quiuis quē suus iudex ordinarius ad iudi-
ciū trahere nō potest, & ita vbiq. actio cōtra

eum intentari poterit, vt xvij. dif. c. nec licuit
& xi. q. i. c. si quis sacerdotum, & in auten. vt
cleri, apud propri. conueni. Epif. §. i. coll. vi.
& in auten. de sanctis. Epif. §. si quis, coll. ix.

Articulus LXXXVIII.



^a Vicquid aliq. iudicia-
liter probare debeat iu-
dex testimoniū sub im-
perij deponere tenetur
fidelitate, postea scabini hoc idē fa-
cient negotium sub eadem declarā-
tes fidelitate. Ceteri uero ad iudiciū
seu iuri pertinētes sub suo deponēt
sacramento. ^b Vbi proscriptus sine
manuali facto in iudiciū deducitur,
& ab actore positio eius postulet,
& si reus se proscriptū fore nō fate-
atur, iudex cum sententiarū repre-
sentatoribus proscriptionem ante
positionis permissionē debebit cō-
probare. Actor tūc non iurabit, qa
ubi cum iudicio cōprobabit, suo nō
indiget iuramento. Facta autem po-
sitione actor prius iurare debet eū
facti reum esse, pro quo passus est
proscriptionem, sic deus eum adiu-
uet & sancti eius, deinde iurabūt te-
stes iuramentū actoris iustum pu-
rum, mundum esse, & immune. Sic
etiam actor cum suis testibus pro in-
iurijs proscriptū, & in manuali fa-
cto deprehensum, iudicioq. prae-
sentatū & positum iurando superabit.
Vbi autem quis testibus probatu-
rus est coram iudicio uel contra iu-
diciū siue pro bonis, siue pro ua-
renda, deponens prius intentū su-
um exprimere debet testibus, & po-
stea iuret. ^c

^a Concordat iur. mu.
ar. xi.

^b Alij textus ita le-
gunt, quādo proscriptus
in recenti scelere
deprehensus iudicio sta-
tuitur, & actor petat
positionē, reus uero p.
scriptionem neget, p.
scriptio in eo casu an-
te hac debet per iudicē
& scabinos proba-
ri, nec oportet actore
sup. proscriptione iu-
rare, si per iudicē ut
dictum est possit pro-
bati.

^c Alij textus habent
hoc debēt testes in pri-
mis sacramento testa-
ri, & actor ipse hoc
esse uerum postea iu-
rabit.

Glosa.

Quicquid aliquis iudicialiter &c. Intelligo
tamen quod iudiciū bannitum sit, & iudex

iudicio p[re]sident ut iudex, ut sic e[ss]e testifica-
ri & testimoniū dare cum scabinis poterit ali-
as non, ut in auten, ut nulli li. habe loci, con-
ser. §. & hoc. coll. ix. ff. ad sena. consul. Trebe.
L. ij. C. senten. rescin. non pos. L. neq[ue].
In manuali facto &c. De hoc uide supra eo. li.
ar. xxv. Actor enim id probare teneret m[er]ito
p[ri]mus si est actio criminalis, ut supra li. i. ar.
lxx. Vel metertius si actio sit ciu[il]is, ut li. ij.
ar. xxxvi. §. penultimō.

Articulus LXXXIX



Vi alterius gladiū, ue/
stimenta, peluim^a aut
quid aliud pro suo simi-
li opinatiue de balneo
seu alio loco abstulerit, b uel de mo-
lendino saccum plenum aut uacuū,
aut huiusmodi quid deportauerit et
suam rem ibi dimiserit, hoci demq[ue]
non celando tenuerit, suamq[ue] rem
fore opinatus sit, si innocentiam in
eo suam sacramento asirmet, alter
quidem rem suam ciu[il]iter poterit
uendicare. Criminaliter autē si pro
huiusmodi accusetur suo absoluitur
sacramento, dummodo ipsam rem
se non occultando tenuisse testibus
poterit comprobare, nec etiam tūc
de manuali facto poterit inculari.

Glosa.

De balneo &c. c Scias q[uo]d potest de iure cō-
muni balneū edificari, dum tamen fiat secun-
dum consuetudinem. Vnde dicit lex cōmunis,
& balneū ut desideras extruere, & edifici-
um ei supponere potes, obseruata tamen for-
ma qua ceteris super balnea edificare permis-
titur, id est ut concameratas superinstruas, &
ipsum concameres, nec modū vsitatū altitū-
dinis excedas, ut in L. i. C. de edi. priua.

Glosa.

Si vero illa occulte tenuerit furtiua res nunc
pari possit, & furto inculpari poterit, d Furtū
etenim est voluntaria contrectatio rei alie-
ne, ut Insti. de obligat. quę ex delict. nascū.
in prin. qui enim non occultando rem in-
uentam seruat denunciare eam non tenetur,
ut supra li. ij. ar. xxxvij.

Articulus XC.



Occidatur aut quis in cā-
po & perpetrates igno-
rantur, si quis eum cum
socijs suorum uillanorū
ibidem aut in uilla tumulauerit nō
delinquet. Occidatur etiam alicuius
pater, frater, aut cognatus quamuis
sibi de patratore sceleris cōstet, eun-
dem licite dummodo cum ipso iu-
dicialiter actionē nō inceperit tumu-
labit. Sed si cū eo actio incepta fue-
rat, ante actionis determinationem
sine licentia iudicis non sepeliatur.
Si cadat quis aut uulneretur, uel ita
grauiter percutiatur quod ad uillā
uenire non ualeat, is qui ipsum in-
tulerit, in eiusq[ue] domicilio lesus
postmodū moriatur, manet absq[ue]
damno, hæredes etiam mortui
tenentur hospiti expēsas exsoluere,
si res quę circa mortuū in mortē
superfuerint ad exolutionem non
sufficiant expensarum.

Glosa.

Sed si cum eo actio incepta &c. Licet enim in
causa ciuili quandoq[ue] uoluerit recedere a
lite per gratiā vel per transactionē sine licētia
iudicis, a secus ubi actio sit famosa, in q[ua]
requiritur auctoritas iudicis, alias transigēs effi-
ciatur infamis, ff. de his qui notā. infā. L. furri.
§. pactis, sicut & impune etiam in criminali
ante litem inchoatam sine iudicis licentia po-
test quis desistere per gratiam, ff. ad turpil. L.
mulier, & L. quesitum. b Post inchoatam ve-
ro litem non licet sine iudicis auctoritate & cō-
sensu rei, siue fuerit tormentatus siue non, ali-
as per hoc remanet infamatus, ut hic & supra
li. i. ar. lxxij. & li. ij. ar. viij. & ix. Et si post litem
fiat transactio tunc secundū ius cōmune cri-
men est publicū, puniēq[ue] fideiusor in quan-
titate promissa & accusator notatur infamia,
& extra ordinē pro motu iudicis punitur, ut
ff. de custo. & exhiben. re. L. iij. & ff. de pre-
uari. L. iij. in fi. & L. si is. Si autē delictum est
priuatum tunc extra ordinē punitur, ff. ad tur-
pil. L. si quis in fi. hoc secundum leges. Sed
secundum canones omne crimen quasi pub-
licum si sit per transactionē a lite recedere

a In actione famosa si-
ne consensu iudicis ab
actione recedere non
licet.

b Lite contestata ab
actione sine iudicis au-
toritate & consensu
rei in actione crimina-
li recedere nō licet.

a Antiqui textus ade-
dunt aut rasorium.

b Textus uetustiores
ita legunt, aut saccum
de molendino uacuū,
aut plenū, sellam aut
filtrum, frenū, calca-
ria, lectum, de plumis
cusinum, aut lintea-
men alterius, uel quic
quid aliud huic simile
ea intentione, & opo-
nitione, quod res huius-
modi sua sit coeperit
exportauerit, &c.

c Balneum de cōmuni
iure edificari potest.

d Furtum q. t.

Speculi Saxonum Liber Tertius

nō licet. An. c. i. & si. de collu. dete. Quis autē sit de iure municip. li. dic. ut in dictis articu. et supra li. i. ar. lxx. & li. ij. ar. iij. & li. iij. ar. ix. cū sumi. Et hoc verū si vtiliter exposuit, ut enim negotiorum gestor habeat de gestis actionē requiritur, ut exactissimam diligentiam gerat. Vnde dicit lex Imperialis. Sicut autem is qui vtiliter gessit negotiū obligatū habet dominum negotiorū. Ita econuerso iste tenetur, ut administrationis reddat rationē quo casu ad exactissimā diligentiam quisq; compellitur rationē reddere, nec sufficit talem diligentiam adhibere qualē suis rebus adhibere solet, si modo alter diligentior cōmodius administraturus esset negociū, ut Insti. de obliga. quę quasi ex cōtra. nascun. §. sicut, & vide ibi glo. Et contraria prohibitio domini tollit actionē negotiorū, ut C. de nego. gest. l. si. Et est talis actio personalis C. eo. l. negocijs, quę tollitur spacio triginta annorum, ut nota in reg. Accessorium de reg. iur. li. vi. Et casus fortuitus sine speciali pacto non uenit in hac actione, ut in l. negotium, C. de negocijs gestis.

Glosa.

Si quis tumulauerit nō delinquet &c. **C**ui enim mortuum tumulauerit opus misericordię facit, Thobie i. & ij. impensasq; funebrales eidem refarcire tenentur heredes, ut ff. de sepul. viol. per totum, & hoc si interfectus tantum bonorum post se relinquerit, si vero nihil bonorum super sit heredes ad solutionem non cōpellentur, ut extra de soluti. c. Odardus. **P**otestq; ut sic interfectus in sacro sepeliri loco, & hoc si excōmunicatus non sit qd; q; manifestum fuerit illo anno eum confiteri, & sacrosanctū corpus domini acceptauit, ut extra de raptori. c. in literis, & de pēni. & remi. c. omnis vtriusq; sexus.

Articulus XCI.



Colligat si qs seu suscipiat in hospiciū aliquos, & unus alium occidat uel uulneret aut aliquā iniuriam fecerit sine hospitis culpa, hospes impunitus manebit. Tū etiā uillani si uiolatorem nequeunt cōprehendere, sine culpa manebunt, si hoc suis sacramentis afirmabunt, huiusmodi tamen casus in iudicio sunt referendi. **I**udex non potest neq; cum tutore neq; sine tutore aliquem inculpare durius q̄ ad suam

negationem excepto actore duelli. Nec licet iudici aliquod preceptum aut hospicia seruiciaue, neq; præcariam exactionem expeditionemq; aut consuetudinem nouam statuere in confinio, aut incolis imponere absq; prouincialium communi consensu.

Glosa.

Colligat si quis aliquos &c. Vnde dicit canō Ab sit quod ea quę propter bonum & licitū facimus aut habemus, si aliquid per hoc præter nostram voluntatem cuiq; mali acciderit nobis imputetur, ut xxij. q. v. de occidendis.

Glosa.

Hospes impunitus manebit &c. Et hoc si sacramento ut iuris est se excusabit, quod sine scitu & mandato factum sit, ut de offici. delega. c. i. & dereg. iur. c. ratum. li. vi. Huiusmodi tamen casus in iudicio sunt referendi, seu potius examinandi, ut supra li. i. ar. iij.

Finis tertij libri.



c Mortuum sepeliens opus pium facit.

d Interfectus in campo in sacro sepeliri potest, nisi aliquod obstet impedimentum.

a Textus uetustiores ita legunt. Iudex non potest cū tutore uel absq; illo aliquem impetere præter actore ad duellū, nec altius q̄ ad rei excusationem si ipsam reus secundum

ARTICVLI SPECVLI SAXO NVM IN CONCILIO BA silien. reprobati.

ET QVIA INTER HAS SPECVLI SAXONVM constitutiones nonnulli habentur articuli quos & annotatos inferius comperies de indulgentia diuorum olim Constantini & Caroli Imperatorum, Saxonibus cum ad fidem conuersi sunt Christianam propter euitare maius malum & ut in fide perseverarent suscepta admissi, & ad eorundem preces pro illo tempore confirmati. Sacra tamē mater Ecclesia posthac in Basiliensi Concilio eosdem tanq̃ erroneos fidei Christiane repugnantes, legi diuine ac sacris scripturis, Naturaliq; & Ciuili Iuri contrauenientes, auctoritatēq; Ecclesiasticam conculcantes refutauit iuxta bullam diuini olim Gregorij Papae desuper confectā. Vt ergo iuris Saxoniae Maideburgen. praefecti et Iudices eiusdemq; studiosi lectores eo facilius ab hijs quae ut supra tactum est a sacrosancta Ecclesia Catholica damnata & refutata sunt eis praecauere possint. Articulos huiusmodi erroneos cum eorundem refutationibus aggregatum hic inferere usum est. Sequitur in primis Bulla diuini Gregorij Papae.

GREGORIVS seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus &c. Ad reuerentiam dei, extirpationem errorum, exaltationem catholicae fidei iustitiaeq; & animarum salutem, quaedam execrabilia scripta leges in Speculo Saxonum contentas, multa examinatione & maturitate in hac parte praehabita auctoritate apostolica reprobamus, damnamus, decernimusq; irrita, inania, & carere omni robore firmitatis prout continetur in nostris literis inde confectis, quarum tenor talis est. Gregorius &c. Saluator humani generis dominus noster Iesus Christus cuius licet indigne uices gerimus in terris cernens ipsum genus a delicijs paradisi corruisse, & in perpetue damnationis descendisse profundum, ac sine intermissione descendere, sua ipsi generi ineffabili pietate compadens & miseratione subueniens, ut illud genus suo praedoso sanguine redimeret & secum in coelestibus collocaret, descendit in mundum misericorditer homo factus in eoq; praesentia corporali existēs, suam sacratissimam fidem, consilia, & mandata salubria discipulos docuit quos elegerat, ut ea per illos in terram transfunderet uniuersam, & cuncta humana creatura praedoso redempta sanguine fideq; firmata, & salubribus consilijs atq; mandatis instructa, per ipsam fidem & iustitiae opera ad perpetue saluationis grae

diam perueniret. Idemq; discipuli plenitudine spiritus sancti recepta mandata dominica promptis affectibus exequentes huiusmodi doctrinam continentē fidem, spem, & charitatē, aliaq; uirtuosa opera, nec non consilia & mandata salubria, bonosq; mores uniuersis populis praedicarunt, documentisq; sanctissimis per quae credentium & scientium certa & aeterna saluatio peruenit uniuersam Ecclesiam instruxerunt. Et quia futurorum praestitor deus prouidebat inter satum purissimum iriticum, inuidum hostē seminaturū Zizaniā, ac inter sancta, propheta, inter sincera, figmenta, et recta, iniqua, machinatione hostili callidis suis astutijs positurū, cultores agri sui uidelicet beatum Petrum Apostolorum Principem, cui & suis successoribus per eundem tradidit plenissimam potestatem, aliorumq; apostolorum & discipulorum successoresq; Ecclesiarum praesules qui superuacuum euellerent lolium ne inficeret semen, bonumq; agrum praesatum purgaret assidue, ut in eo fructus uber & suauis excreceret in suum horreum inferendis ineffabili prouidentia substituendum esse prauidit, ut pro primis sanctis patribus filius nasceretur, futuri spirituales Principes per climata orbis terrae. Idemq; ad nostrum aliorumq; praetorum Ecclesiae sanctae dei spectat officium & animarum saluti solerti solitudine intendentes, ut agrum huiusmodi saepius cum expedit expurgantes ac ea quae nouerimus dictae saluti contraria studio pastoralis solitudinis euellamus, sane fide digna, & admodum molesta relatio plurimorum ad nostrum perduxit auditum quod in Saxonia ac nonnullis alijs partibus quaedam detestabilia scripta. II. Speculum Saxonum uulgariter appellata, & inferius annotata apud nonnullos tam nobiles q̃ plebeios reperiuntur, quae iudices & incolae paruum earundem omissis canonibus alijsq; scripturis sacris competentisq; naturae & auiibus bonis meribus procul pulsas a longis aera temporibus obseruarunt & obseruant etiam de praesenti, ex quorum obseruantia deus offenditur, proximus grauatur, uera iustitia & aequitas rumpitur, &c. II. condemnatur, enormiter reatum iudicium subvertitur, ueritas impugnatur, contra bonos mores & leges naturae agitur, dehonestatur honestas, libertas Ecclesiastica conculcatur, & quod deterius est apostolica denegatur potestas, & ueritati fidei catholicae derogatur. Nos igitur de his tanto dolemus amore, quanto exinde illa seruantium animae non longioribus temporibus & strictioribus laqueis alligatae fuere. Et propterea paternis desiderantibus affectibus, tot & tantis periculis obuiare, ne nobis praedicta dissimulantibus sanguis peccantium in praedictis de manibus nostris a domino requiratur. Eadem scripta uel. II. quae nos mature uidimus & per nonnullos ex fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales ac etiam alios in sacra pagina magistros, ac utriusq; iuris doctores dili

Articuli

genter examinari fecimus, habita super ea delibera-
tione matura tanq̃ falsa, temeraria, iniqua, iniusta, et
in quibusdam paribus eorum hæretica ac sasmatis-
ca, & contra bonos mores existentia, periculosa
nimium animabus de ipsorum fratrum consilio,
auctoritate apostolica tenore præsentium reproba-
mus, dānamus, ac decernimus, irrita & inania &
carere omni robore firmitatis, necnon processus &
sententias si quos & quas forsan ipsorum scripto-
rum & reprobatarū legum prætextu & fieri &
ferri contingant in posterum penitus non ualere.
Vniuersis Christi fidelibus p̃ apostolica scripta mā-
damus quatenus ipsis scriptis siue legibus reproba-
tis de cætero non utantur, & domini terrarum tam
Ecclesiastici q̃ seculares suos uti non permittāt sub-
ditos. Alioquin contrariū præsumentes cuiuscunq;
præeminētie dignitatis status conditionis existant,
Etiam si Pōtificiali, Imperiali, Regali, uel alia qua-
libet præfulgeant dignitate, excommunicationis sen-
tentiam incurrere uolumus ipso facto & ut repro-
batio, dedignatio, & mandata nostra huiusmo-
di tam salubria effectum debitū irrefragabiliter
consequantur. Vniuersos & singulos principes ac
dominos temporales tam Ecclesiasticos q̃ seculares
per. præsentis requirimus & rogamus, ut per eorū
constitutiones & statuta perpetue ordinent ac mā-
dent sub grauibz temporalibus poenis, quod nullus
eorum subditorum deinceps utatur reprobatis scri-
ptis seu legibus memoratis ip̃s q̃ poenas in con-
trafacientes taliter exequantur quod eorū scripto-
rum seu legum detestanda iniquitas de terris eorū
totaliter extirpetur. Tenor autem siue effectus scri-
ptorū seu legum huiusmodi est ut infra sequitur.

PRIMVS ARTICVLVS.

Li. i. ar. iij. §. ultimo.

Papa seu apostolicus decretalem seu ius condere
minime potest in præiudicium iuris Saxonici Ciui-
lis seu feudalis.

Secundus.

Li. i. ar. vi. §. ij.

Hæres non tenetur respondere de furto uel spolio
per illum cui in hæreditate succedit patrato. Istud
erroneum est salim in foro conscientie.

Tertius.

Li. i. ar. xviij. §. ij.

Quicquid Saxo quantumcunq; notorium sit extra
iudicium fecerit, si sacramentaliter negare uoluerit,
hoc eidem facere licet, conuincibili probatione ali-
qua non obstante, nec contra illum aliquod ualebit
testimonium.

Quartus.

Li. i. ar. xviij. §. iij.

Nulla sententia in terra Saxonie coram imperio
tam uera & iusta promulgari potest si eam Saxo
increpare uoluerit deferens manu sue dextre mul-
titudinēq; maiori, & si septenus alios septem debel-
lauit maior pars uincentiū sententiam obtinebit.

Quintus.

Li. i. ar. xxxviij.

Quicumq; cognouerit uolenter mulierem aliquam
si postea in matrimonium eandem superducat, pro-
lem legitimam ex ea nunquam procreare poterit

Sextus.

Li. i. ar. xxxviij.

Vxorem alicuius manifeste adulterans uel iuiente
eius marito publice eandem cognoscens, si post ma-
riti mortē eandem in uxorem ducat, prolem ex ea
nunquam legitimam habebit.

Septimus.

Li. i. ar. xxxix. §. i.

Qui iuris beneficia per furtum aut spolium perdi-
derit, denuoq; furti uel spolia comisisse dicatur,
ipse iuramento se excusare non poterit, sed uel fero-
rum candens manibus portabit, uel in aquam bu-
lientem brachium usq; ad cubitum immittet, uel cō-
tra pugilem proprio corpore decertet.

Octauus.

Li. i. ar. liij. §. i.

Sine hæredum consensu & legitimo termino iudici-
ali, nulli seruum alienare licet à proprietate, alias
hæredes ipsius repetere ea poterint, ac si donator
mortuus fuisset.

Nonus.

Li. i. ar. liij. §. iij.

Quicumq; uir succinctus gladio clypeum tenens, nō
poterit de ligno uel lapide ulnam ad altitudinē hæ-
bentem super dextrarium ascendere, is non poterit
cedere, dimittere, donare, aut in feudare bona sua,
ita quod hæredibus eius id nocere posset. Isti duo
articuli erronei sunt in quantum elemosinas testamē-
ta & alia pia opera despiciunt.

Decimus.

Li. i. ar. lxiij. circa me-
dium.

Quilibet homo duellum sibi in generatione deterio-
ri sed non deterior meliori denegare poterit.

Vndecimus.

Li. i. ar. lxiij.

Interfectus in furto seu spolio si consanguineus in-
terfecti se præbeat pro eo ad duellum, talis per du-
ellum omne repellit testimoniū, nec tunc talis mora-
tuus sine duello conuinci poterit.

Duodecimus.

Li. ij. ar. xij. circa me-
dium.

Sententiam inuentam si Saxo reprobauerit, deferēs
eam manui sue dextre & multitudini maiori con-
sentientium, ipse pugnabit septenus cum sibi simili-
bus aduersus totidem, & uincentes sententiam ob-
tinebunt.

Tredecimus.

Li. ij. ar. lviij. §. i.

Imperator à tempore consecrationis ab apostolis
co aut alio non nisi in tribus casibus excommunicari
potest qui sunt hæresis, si refutat uxore legitimā,
aut Ecclesias destruat.

Quartusdecimus.

Li. ij. ar. lxiij. §. penult.

Excommunicatio neminem in suo iure tam terrestri q̃
feudali debilitat, nisi cā regalis sequatur pscriptio.

Bullæ Apostolice conclusio.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam no-

Reprobati.

stre reprobationis, damnationis, constitutionis, mandati, uoluntatis, ac requisitionis infringere, uel ausu temerario contraire, Si quis &c. Datū. &c. Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus quatenus reprobationem, damnationem, constitutionē; huiusmodi, totumq; tenorem presentium in singulis uestris cathedralibus & collegiatis, ac alijs ecclesijs locorū insigniū ueststrarum ciuitatū ac diocesis infra missarum solennia existentibus populis ad diuina per uos uel alium seu alios sepe & solēniter publicetis ac exponatis eisdem populis in uulgari, & manderis ea sub pœnis in ipsis contentis inuolabiliter obseruare, ipsas literas in libris constitutionum uestrarū curiarū registrari faciatis fideliter, & de publicatione huiusmodi cū sermone totius tenoris earundē literarum publica confici instrumenta quē in signum completi mandati nostri ad cameram trāsmittatis nostrā, et quia propter uiarū distantiam & alia impedimenta legitima, literæ præsentis singulis forsan præsentari commode non possunt, uolumus quod per te frater Archiepiscopo earundem literarum transsumptum manu scriptum publice; tuo munitum sigillo nostris fratribus suffraganeis transmittatur. Cui quidem transumpto ac si ipsis literis originalibus plenam fidem adhiberi uolumus.

ARTICVLI IVRIS SAXONICI ex Typo doctoris Bucksdorff. sub hac quæ sequitur forma collecti, & per eundem supposita correctione sancte matris Ecclesiæ Romanæ ac aliorum quorum interest iuxta intentionem legū & Canonū erronei declarati.

PRIMVS.

Li.i.ar.ij. §.ultimo.

Papa seu apostolicus nullam decretalem seu ius cōdere potest in præiudicium iuris ciuili seu feudalis

Secundus.

Li.i.ar.v.circa mediū.

Mulier cum luxuria sui corporis ius suum, sed nec hereditatem perdit.

Tertius:

Li.i.ar.vi.

Furta, spolia, lusorie perditæ, heres soluere non tenetur.

Quartus.

Li.i.ar.vi. §.ij.

Heres debita illius cui succedit soluere non cogitur, nisi de quibus hereditas fuerat ampliata si ei per septuaginta duorum bannitorum testimonium fuerint comprobata.

Quintus.

Li.i.ar.xvij. §.i.

Saxones ius suauit in odium sceminarum ab Impe-

ratore Carolo consecuti sunt, ita quod mulieribus hereditas denegetur.

Sextus.

Quicquid Saxo extra iudicium fecerit si sacramentaliter negare uoluerit, hoc eidem facere licet probatione conuincibili non obstante.

Li.i.ar.xv. et xviij. §.ij.

Septimus.

Nalla in terra Saxonie coram imperio sententia tã uera & iusta promulgari potest, si eam Saxo increpare uoluerit, deferens manui sue dextere militum; maiori, & si septenus alios septem de bellauerit, maior pars uincientium sententiam obtinebit.

Li.i.ar.xviij. §.ij.

Octauus.

Li.i.ar.xxy. §.i.

Nulli Monacho debetur hereditas.

Nonus.

Si adultus monachetur uel religionem intrauerit. Posthac uero infra probationis annū exiuerit iuris feudis, & ciuilibus est omnino alienus.

Li.i.ar.xxy. §.ij.

Decimus.

Quicumq; cognouit uiolenter aliquam mulierem, et postea eandem in uxorem superducatur, nunquã prolem legitimam ex ea procreare poterit.

Li.i.ar.xxxvij.

Vndecimus.

Si quis publice cognouerit uxorem alicuius, uiuentis eius marito, post mortemq; mariti eandem in uxorem accipiat, nunquam ex ea legitimam prolem generabit.

Li.i.ar. xxxvij.

Duodecimus.

illegittimum legitimis non posse acquirere liberos.

Li.i.ar. xxxvij. ar. p. nullo.

Tredecimus.

Qui iuris sui beneficia furto aut spolio perdidit, & denuo spolia uel furti commississe dicatur, iuramento excusare se minime poterit, sed uel ferrum cādens in manu gestabit, uel in aquam bulientem brachium usq; ad cubitū mittet, uel in area contra certantem proprio corpore sese defendet.

Li.i.ar. xxxix.

Quartusdecimus.

Sine consensu heredum & legitimo iudiciali termino nulli seruum aut proprietatem alienare licet.

Li.i.ar.lij. §.i.

Quindecimus.

Quicumq; uir gladio succinctus clypeum gestans, si super dextrariū de trunco uel lapide altitudinem unius ulne habente ascendere non poterit, talis bona sua dimittere alienare, donare seu infeudare in damnum heredum minime poterit.

Li.i.ar.lij. §.ij.

Sedecimus.

Quilibet homo potest duellum sibi in generatione deteriori, sed non deteriori meliori denegare.

Li.i.ar. lxiij. circa medium.

Decimusseptimus.

Duellariter agere uolentes ante iudicem accedere debent preparati & iurare, actor uidelicet quod illa accusatio uera sit, & reus quod innocens sit, ut sic eos deus adiuet in eorum duello.

Li.i.ar. lxiij. circa finē

Articuli

Li. i. ar. lxiiij.

Decimus octauus.

Interfectus in furto uel spolio si consanguineus interfecti, eundem duello excusare uoluerit, omne dirimit testimonium, interfectusq; si proscrip- tus non sit sine duello non condemnetur.

Li. ij. ar. x. circa me-
dium.

Decimus nonus.

Si duo in iudicio pponant sententias contrarias, quicq; maiorem sequelam habuerit ille sententiam obtinebit.

Li. iij. ar. ij. §. i.

Vigésimus.

Clericum arma deferentem & ut iuris est non tonfuratum percuciens, non aliam nisi ut laico emendam prestabit.

Li. iij. ar. lvj. §. i.

Vigésimus primus.

Imperator a tempore consecrationis ab apostolico & ab alijs non nisi in tribus excommunicari potest casibus, hoc est occasione hæresis, si legitimam repudiauerit uxorem, uel ecclesias destruat, sacrilegusq; sit

Li. iij. ar. lxij. §. penul.

Vigésimus secundus.

Excommunicatio neminem debilitat, nec conditionem eius in iure civili uel feudali deteriore facit, si imperij proscrip- tio excommunicationem non subsequatur.

IMPR. OBATIO ARTI- culorum ex typo ut supra, doctoris Bucksdorff, collectorum. PRIMVS ARTICVLVS.

Legi repugnat diuine ubi conceditur Pape seu apostolico, quod quicquid correxerit in Ecclesia dei correctum censeri debeat, Luce. x. Ioan. xxi. cum dixit. Pascite oues meas Christianum populum ostendens. Ex his itaq; liquet quod Papa potest iura Saxonum corrigere præsertim ubi legi contraria sunt diuine. Præterea sacerdos in iudaismo hanc habuit auctoritatem, multo fortius eandem in Christianismo habebit. Item Imperator leges suas subicit correctioni Pape ergo &c. Insuper articulus ille repugnat Ecclesiasticeli bertati, quare eum tenentes ipso facto sunt excommunicati in c. nouit de iudi. iuxta illud Mathei xvi. Quodcumq; ligaueris super terram &c. Item articulus iste in forma condemnatur in constitutione Caroli quarti, ubi cum tenentes infames declarat.

Secundus Articulus.

Refragatur per. c. plerumq; de donaci. inter uir. & uxo. hoc idem probatur. c. ex parte in glo. de consuetu.

Tertius Articulus.

Repugnat iuri Canonico. c. ult. de sepul. & c. in literis de rapto, facit ad id regula, qui sentit commodum sentiat & damnum &c. ergo respondere debet.

Quartus Articulus.

Repugnat humane societati. In contrariis etenim non possunt haberi tot testes, & per consequens nulli alteri concederet, uel mutaret aliquid. Repugnat etiam legi diuine ubi dicitur in ore duorum uel

trium &c. & alijs iuribus que numerum non requirunt.

Quintus Articulus.

Erroneus est, ut uidelicet propter odium quod inuer- tit omne iudicium & propter peccatum parentum mulieres hereditate priuari debeant, per hunc enim modum propter primi parentis peccatum omnes ex hereditari debemus. Idem hic esset quod propter odium mulierum Saxones ius Sueuorum obtinuerunt, cum mulieres hereditate priuentur. Oppositum enim istius decreuit dominus Numeri. xxvij. scilicet Moysi de hereditate filiarum Salphaat, decernendo quod eis debeatur hereditas. Item statutum hoc assimilatur legi Foconie qua etiam unam filiam quis instituere poterat, ut Augustinus li. iij. de ciuitate dei. c. xxij. qua nihil iniquius.

Sextus Articulus.

Repugnat legi diuine. Deutro. xviij. per Moysen promulgata, & Euan. Math. xviij. ubi dicitur in ore duorum uel trium stet omne uerbum, quod exponitur. c. licet i. extra de testi. & non paucorum. Unde Canon dicit nec Euange. nec ulla lex unius testimonio quicquam iustificat uel condemnat, Et Papa. c. ad nostram extra de proba, reprobat Regem Dacie &c. Et ibidem Iohan. An. allegat. hostiens. in nouella dicentem. Quod Saxones habent talem legem, quod fur abiurat furtum dextra, sinistra illud tenentem &c. Et dicunt se habere talem legem à Carolo sicut legem de sponsalibus, ut Hostien. c. i. extra de sponsa. Item de iudicijs determinatur, quod hoc sit mandatum domini. ut in ore duorum &c. Videant ergo hoc statutum tenentes quod dicitur in Euan. Marci ult. scilicet, Qui non crediderit condemnabitur, præsertim cum illi legem iniquam tenent Euange. repugnantem. Ad hoc respondet frater Rndolfus Block doctor Parisiensis. Quod hæc lex in ore duorum &c. possit intelligi de diuinis personis patre, filio, & spiritu sancto. Cui respondetur quod in proposito ista. L. sic exponi non possit, sed ad litteram ut patet in ueteri & nouo testamento, sic enim exponit illud ius. C. ubiq; extra de testi. in plerisque locis, & in c. cum esset, extra de testa. Quare dico quod est manendum in expositione prima legis. Item hoc statutum repugnat rationi quod plus credatur reo soli quam pluribus testibus idoneis, quia presumendum est, quod reus plus inordinate seipsum diligit ut uitam tueatur quam quod testes ipsum odiant, & iniuste eum condemnare cupiant. Cum ergo sicut determinatur de consecra. c. ult. Transgressio iuris naturalis periculum anime inducit per aliquam consuetudinem que potius corruptela esset dicenda, & tanto grauiora sunt peccata quanto &c. Ex hoc statuto probabiliter dicitur in Saxonia quod quilibet Saxo tenere potest furtum in manu sinistra de quo se purgat dextra. Item hoc statutum repugnat duobus præceptis charitatis quibus pendet uniuersa lex. Math. xxij. Quia per hoc fur admittitur scienter ad perurium con-

Reprobati.

tra deum & in proximi damnum. Item iure naturali locupletaretur scienter cum damno alterius. &c.

Septimus Articulus.

Erroneus est, daretur enim sententia conformis Euangelio & rationi, postea uero sententia huiusmodi poneretur in dubium purgationis uulgaris, et triumpharetur contra talem sententiam & per consequens obtineretur contra Euangelium & fidem, fortioresque opprimere possent debiliores quod fieri non debet, ergo &c.

Octauus Articulus.

Reprobatur per ius Can. c. cum ad monasterium, de sta. mona. Et item li. i. ar. v. admittitur & conceditur mulieri fornicanti, uel adul. eranti, & quae se dedit seruituti malorum, quod succedere in hereditate posset. Is uero articulus religiosos priuat portione hereditatis, ex eo, quoniam se obsequio dei manciparunt.

Nonus Articulus.

Contrariatur Canonibus ubi dicitur quod ingressus monasterium beneficium non perdit. c. beneficium de regula li. vi. ergo minus feudum in quo habet priuilegium. Item talis non censetur monachus cum habitus non faciat monachum sed professio. Archi. in Rosa. xix. q. ij. c. ult. i. Vbi de hoc.

Decimus Articulus.

Aliter sapit de sacramento matrimonij quam Ecclesia sancta determinat. c. ad id de sponsa. &c. accedens de rapto, & xxxi. q. ij. c. liij. Ex legitimo enim matrimonio plures legitime procreari possunt, ergo &c.

Vndecimus Articulus.

Eiam aliter sapit quam Ecclesia determinauit, ut extra de eo qui dux. in ma. ri. quam solu. per totum.

Duodecimus Articulus.

Falsus est & repugnat sacramento matrimonij cum tale non sit impedimentum legitime prolis secundum dispositionem Ecclesiasticam quam de hoc habet decernere.

Tredecimus Articulus.

Erroneus est, quia decreuit fieri purgationem uulgarem in qua tentatur deus. Vnde Ma. h. x. & Luc. eodem dicitur, Non tentabis dominum deum tuum &c. Sed purgatio ista non aliud est quam inquisitio secreti contra naturam, scilicet quod ferrum ignitum non ledat. Item si iusticia debite requireretur per uulgarem purgationem scilicet quando quis ferro ignito uel similibus non lederetur, Sequeretur quod non fuisset dei filius quem iudei uolebant experiri, utrum dei filius esset iubentes eum de cruce descendere quod non fecit. Similiter sanctus Laurentius iuste fuisset condemnatus, quoniam ignis eum consumpsit. &c. Ex his patet quod ista priuatio repugnat legi.

Quartusdecimus Articulus.

Reprobatur supponendo quod bona parentum sufficerent pro legatione statu filiorum deducto. Tunc ar.

quo secundum Aug. de doc. Christi. ibi uideas.

Quindecimus Articulus.

Repugnat Euan. Math. xxv. cum dominus instituit quod opera misericordiae fiant, condemnans non facientem morte aeterna, non distinguendo inter sanum & aegrotum, nec inter tempus sanitatis & aegritudinis. Item si statutum ciuitatis diceret, quod nullus aeger deberet aliquid debitum suis creditoribus soluere, certum est quod praedicaret creditoribus, ergo si teneamur deo soluere fit praedictum per illud deo. Item si confessor ex lege dei quam sibi imposuit dicit aegrotum quod aliquid misericordiae gratia faciet &c. sed illud fieri contra interitum animae non posset.

Item istud statutum contrariatur to. ti. extra de testa. Ponatur ergo casus quod aliquis leget in infirmitate certa certis legatariis qui post mortem petunt Episcopum, ut haeredes cogat soluere legatum, tunc diceret quod non teneatur per istud statutum, & Papa non potest contra statuere, ut patet in articulo iij. Ergo & multominus Episcopus. Sic in illo casu haeredes agerent in testamento contra determinationem Ecclesiae, cuius est de testamentis iudicare. Debet tamen istud legatum fieri sine exhereditatione uel omnium bonorum priuatione haeredum, ut xviij. q. ij. c. ult.

Sedecimus Articulus.

De duello reprobatus est per. ll. canonicas & imperiales, ut de purga. uulga. per totum. Nec obstat quod crimine lese Maiestatis dicitur crimine perduellionis, quia tantum est quantum crimen hostile, ut L. quos nos hostes ff. de uerb. sig. Item reprobatur c. Henricus, de cle. pug. indu. Vale Ioan. fratrem ordi. praedicatorum in summa confessorum li. ij. ti. iij. Item inter duellantes uel uterque dubitat utrum habeat iusticiam uel non? Si primum cum in rebus dubijs securior pars est eligenda, potius uitandum esset duellum quam scienter committere crimen homicidij. Si uero certus est quod iusticiam habeat, & sic duellans cum alio consensit in mortale peccatum. Idem argumentum fit de iudicibus aduocatis consentientibus in duellum. Nec obstat pugna Dauid & Goliath, quia Dauid pro Repub. caesus duellauit, & ad hoc diuinam reuelationem habuit, sed quod alicui conceditur per priuilegium non est trahendum in commune. Diceres licite quis pugnat pro iusticia, quod accidit in duello praesertim cum iusticiam debeamus uitae praeposere, secundum illud quod dicitur, fiat iusticia & pereat mundus. Dico quod hoc sic intelligitur quod potius debeamus uitam quam iusticiam amittere, sed sic faciendo nunquam contingeret duellum, cum duellum legi repugnat & iusticiae, nec aliquis posset iusticiam amittere propter hoc quod nollit duellare, nec etiam sicut autumant, duellare nolens perderet honorem, cum nullus honorem perdere potest quin perdat iusticiam, sed duellando perditur iusticia, & per consequens honor quoniam contra diuinam legem infide

Articuli Reprobati.

liter agit. Vide doct. extra de cle. pug. & c.

Decimus septimus Articulus.

Reprobatur, quia pro lege peccatū constituitur, eo quod scienter exigatur, immo exigitur periuriū cum impossibile sit utrunq; uerū posse iurare.

Decimus octauus Articulus.

Erroneus est, scilicet. Quod plus credatur purgationi duellari & c. Per c. significantibus extra de purga. uulga. Itē casu dato qui cōmuniter accidere potest, quod consanguinei mortui multo forciores essent per istū articulum daretur occasio fortioribus debiles opprimēdi qđ iuri naturali repugnat.

Decimus nonus Articulus.

Repugnat legi diuinę, dicenti non sequaris turbam ad faciendum malū, nec acquiescas in iudicio multorū, nec a ueritate declines. Sed hoc fieret si contra pauperē cōmunitas consurgeret. Item si sic tunc Christus iuste fuisset crucifixus. quia maior populi pars clamauit, crucifige quia mortem meruit. Item reprobatur per c. ad nostram, extra de proba. ubi Io. an. & hostien.

Vigesimus Articulus.

Reprobatur p̄sertim dūmodo percutiens cognoscat talē esse clericū c. si uero de senten. excom.

Vigesimus primus Articulus.

Patet falsus. Papa enim quemlibet Christianū per censuram ecclesiasticā cohercere potest indistincte, ut extra de iudicijs. Ergo & c. Insuper repugnat ecclesiastice libertati dupliciter. Primo quia tenentes illū sepe induxerunt imperatores ad rebellandum & alias cohercet libertatē iurisdictionis & gladii spiritualis.

Vigesimus secundus Articulus.

Apparet esse falsus quia sicut apostolus scribit i. ad Corinth. v. Corinthum dedit Apostolus in interitum carnis & c. ubi doctores & glose dicunt. Quod ex cōmunicatio infirmitatē carnis inducit. Item probatur per c. decernimus. li. vi. de senten. excom. Idem

articulus reprobatur etiam per Carolum iij.

Ad hęc omnia respondet Reuerendus pater meus & doctor frater Rudolſus nostrę religionis & uenerabilis uniuerſitatis Parisien. sacrę Theologię professor, nationis Saxonū quod licite hęc statuta obseruari debent quia Carolus ea Saxonibus cum ad fidem conuersi sunt Christianā ut eis uterentur, ad cuitandū maius malū fieri admisit. Sicut Mosip misit quod iudei darent libellum Repudiij ne suas interficerent uxores, & quod in deserto uero deo pecora sacrificarent, ne ad idola declinarent, ut Io. an. Christo. super Mathe. xix. c. & subditur quod Moses dimidium malū permisit ne totum perdat bonum. Ita in proposito ergo & c. Oppositum tamē istius sentiendū est, nam magister Rudolſus prenotatus cōcedit quod in his statutis malū fieri permisum sit. Sed apertissimū est quod euangelū sub æterna damnationis pœna nobis Christianis sit prædicatū, & quantū ad præcepta moralia sit indispensable quibus repugnat ista statuta sicut superius ostensum est. Item tria statuta expredictis obtenta fuerunt contra uoluntatem Caroli, ut li. i. ar. xviij habetur. Item non uidetur simile de permissione Mosi cum ista statuta repugnent iuri diuino, sicut per iuria, homicidia & huiusmodi, bene credo quod Carolus & Papa fecerunt in hac parte quod potuerunt. Nec habet hęc regula locū scilicet quod inter duo mala minus est admittendū, quando utrunq; repugnat legi morali, alias licite quis fornicaretur nō cōmittendo adulterium, ut patet per beatū Thomā ij. parte. q. lxxxviij. ubi dicitur quod morale præceptū est indispensabile, ut est nō occides, cuius oppositū decernitur in duello cum alijs similibus quę articuli prenotati fieri admittunt. Ex prægustatis et alijs adducendis patet prenotatos articulos esse reprobatos nec cum salute animæ tenendos, quare secundū eosdē misericorditer cuiuslibet iudici sententiam promulgare licet.

Finis.



Errata.

Typographus candido lectori. S.

EN tibi candide lector, egregium opus hoc, Marte nostro summa cū diligentia excussum, in quo si quidpiam ultra ea quæ hic annota habentur maiora errata alia quædam leuiora repereris, ignoscas ac ueniam dabis, cum nec Argus quidem ille Centioculus longi cui perpetuoq; labore atq; ego fessus errore uacaret. Tu uero pro humanitate tua & officij nostri gratitudine si studio proderimus tuo parua ne reputaueris, literarum ad emendationem immutationem aut appositionem facile ferens, leni animo lectionem sinceram reddideris. Vti bonus tam frugiferum bonique propositi laborem boni consulens. Vale felix.

Errata inter imprimendum commissa, Ex primo libro.

Fo. i. col. iij. ver. xxxv. illa, lege illas.
Fo. iij. col. i. ver. xxvi. statuta, lege statuta.
Fo. viij. col. iij. ver. xix. à fine, & licet heli, lege c. licet heli.
Fo. xi. col. ij. ver. xxxv. actori, le. actor.
Fo. & col. ea. ver. xli. careat, lege. caueat.
Fo. xi. col. iij. ver. xij. monstrauerit, lege monstrauerit.
Fo. xij. col. ij. ver. xxvi. aliam, lege alium.
Fo. eo. col. iij. ver. vi. fecit, lege facit.
Fo. xiiij. col. i. ver. xvi. a. fi. autem. le. Autem.
Fo. & col. eadē in annota. stirpes, le. stipēs.
Fo. xiiij. col. iij. in annota. ex eo sola, lege ex ea sola.
Fo. xiiij. col. ij. ver. i. quidquid, le. quicquid.
Fo. & col. eadem in annota. ar. v. lege ar. vi.
Ibidem. It. lege. li.
Fo. xiiij. col. iij. in annota. L. ij. ar. xci, lege li. ij. ar. xxi.
Fo. xv. col. i. ver. vij. a. fi. mulier, le. mulierē.
Fo. xvi. col. iij. ver. xij. conanguinitatis, lege consanguinitatis.
Fo. & col. eadem. ver. xxij. sponsaliorum, lege sponsalium.
Fo. xvij. col. i. ver. ix. sponsaliorum, lege sponsalium.
Fo. eo. col. iij. ver. xx. a. fi. prestolare, lege prestolari.
Fo. xvij. col. i. ver. ix. vt. le. i. de tute, lege vt le. i. ff. de tute.
Fo. eo. col. iij. ver. iij. a. fi. lege pro leges.
Fo. & col. ea. in annota. circa fi. hacet pro habet.
Fo. xix. col. ij. ver. xix. & fisti, le. & insti.
Fo. & col. ea. ver. xlv. exemi oportet, lege exemi non oportet.

Fo. eo. col. iij. ver. xix. religiosum, le. religiosū.
Fo. eo. col. iij. ver. i. amittit, le. amittit.
Fo. xx. col. iij. ver. a. fi. xi. ar. lxx. le. ar. lxx.
Fo. xxi. col. ij. in annota. i. eodē. li. ar. xxi. lege eo. li. ar. xxxi.
Fo. eo. col. iij. ver. xvij. a. fi. dominiorum lege dominorum.
Fo. eo. col. iij. ver. xxij. & fiscus cū vt sic priuato succedit, lege & fiscus vt sic cum priuato succedit.
Fo. xxij. col. ij. ver. xvij. a. fi. his, lege is.
Fo. xxij. col. iij. ver. vij. a. fi. nulla mulier usufructum, lege nulla mulier propter usufructum.
Fo. xxvi. col. i. ver. xxvij. boc, lege hoc.
Fo. eo. col. iij. ver. xv. determinatum, lege determinato.
Fo. xxvij. col. iij. ver. xxvi. reperirentur, lege reciperentur.
Fo. xxvij. col. iij. in annota. circa fi. ex affectu, lege ex aspectu.
Fo. xxix. col. i. ver. iij. facta, lege sancta.
Fo. eo. col. iij. ver. i. ad velleianum, lege ad velleianum.
Fo. & col. ea. in annota. mime, le. minime.
Fo. xxx. col. iij. in annota. circa fi. sine tutore, lege sine tutore.
Fo. eo. col. iij. ver. i. in annota. Indicialiter, lege iudicialiter.
Fo. xxxi. col. iij. ver. iij. a. fi. plagiarum, lege plagiarium.
Fo. eo. col. iij. ver. vij. a. fi. priuilegium, lege priuilegium.
Fo. xxxij. col. iij. ver. ix. iuste, le. iniuste.
Fo. eo. col. iij. ver. xxxij. §. si minus, lege §. finimus.
Fo. xxxv. col. ij. ver. xxv. ipso, lege ipsi.
Fo. eo. col. iij. ver. v. a. fi. vt xiiij. q. ij. lege vt xiiij. q. ij.
Fo. xxxvij. col. i. ver. vij. a. fi. euenit, lege eo

Errata.

ueniat, et in annota. ibidem ver. vlti. & lx
vñ. lege xlvij.

Fo. eo. col. iij. ver. ix. conuitutioq̃, lege cō
stitutioq̃.

Fo. xxxviij. col. iij. in ānot. illiterati iudices
esse nō possūt. le. illiterati iudices esse possūt

Fo. xl. col. i. ver. xxxvi. deo eo, lege de eo.

Fo. eo. col. iij. in annota. infames ferendarij
esse non possūt. le. infames ferendarij esse
possūt.

Fo. eo. col. iij. in annota. veribs pro verbis.

Fo. xliij. col. ij. ver. a fine. xix. §. si in glo. lege
§. si. in glo. & sequenti ver. enim. le. cum.

Fo. xliiij. col. ij. ver. v. non tamen semper
duellū le. non tamen semper vnus duellū.

Fo. xlv. col. i. ver. xvi. ve extra, le. vt extra.

Fo. xlvi. col. iij. in annota vnus, le. vnus.

Fo. xlvij. col. iij. ver. vi. a fine. bonorum
lege bonorum.

Fo. eo. col. iij. ver. a fi. xxij. ar. xxviij. lege
ar. xxviij.

Fo. & col. ea. ver. iij. a fi. puer p̃scribi, le/
ge p̃scribere, & in annota. ibidem p̃s/
cribi pro p̃scribere, bis erratum.

Ex secundo libro.

Fo. l. col. iij. in annota. ar. lxx. le. xlv.

Fo. li. col. iij. ver. xxviij. tenebrosa, lege te
nebroso.

Fo. liij. col. iij. ver. xxiiij. a fine. Quartum,
lege Quarto.

Fo. liiij. col. ij. ve. xxxij. col. viij. le. c. lviij

Fo. lv. col. i. ver. ij. actoris, lege actoris.

Fo. eo. col. iij. ve. xv. apperitor, le. appetitor

Fo. lvij. col. ij. ver. xvi. & sic, lege vt sic.

Fo. eo. col. ij. ver. xvij. a fi. terio, le. tertio.

Fo. lvij. col. iij. ver. fi. li. i. pro. li.

Fo. lix. col. ij. ver. xxix. li. i. pro L. i.

Fo. eo. col. iij. ver. penul. vnus pro vnus.

Fo. lx. col. iij. ver. xix. a fine. Contingat ve
ro aliquem cedere. le. Contingat vero ali
quem ligna cedere.

Fo. lxi. col. ij. ver. x. triplici, lege tripli.

Fo. eo. col. iij. ver. xix. prouiditur, lege pro
uidetur.

Fo. & col. ea. ver. xiiij. a fi. pro icitatione,
lege pro citatione.

Fo. lxij. col. ij. ver. ix. a fine. reputa, lege re
putatur.

Fo. lxij. col. i. ver. xv. a fine. quo pax, lege
quod pax.

Fo. eo. col. iij. ver. xvi. a fine. interfactum,
lege interfectum.

Fo. lxiiij. col. i. ver. x. a fi. ar. lv. le. ar. lvi.

Fo. eo. col. ij. ver. a fi. xx. & item de regulis
iuris, lege ff. de reg. iuris.

Fo. eo. col. iij. ver. ix. a fine. reognitione, le
ge recognitione.

Fo. lxxvij. col. i. ver. i. esset. lege essent.

Fo. eo. col. ij. ver. iij. no. lege non.

Fo. eo. col. iij. ver. i. viros, lege viros.

Fo. lxxij. col. iij. ve. xli. diuturno p̃ diurno

Fo. lxxiij. col. ij. ver. xiiij. tuum, lege tuam.

Fo. lxxiij. col. i. ver. xij. sumpti pro sumptu

Fo. lxxv. col. i. ver. iij. proter, lege propter.

Fo. eo. col. iij. ver. xvi. si sine pupillo, lege si
sine tutore.

Fo. lxxviij. col. iij. ver. xvij. lucrare, lege
lucrari.

Fo. lxxix. col. iij. ver. vñ. a fi. sagiando, le
ge sagitando.

Fo. lxxxi. col. iij. ver. v. ipso. lege ip̃si.

Fo. lxxxiiij. col. i. ver. xxix. se, lege si.

Fo. eo. col. ij. ver. fi. se nō sequi, le. se cōsequi

Fo. eo. col. iij. ver. a fi. vi. teus, lege reus.

Fo. lxxxvi. col. iij. ver. i. v. lege vt.

Fo. & col. ea. ver. xxvi. a fine. ibidem deci
mis, lege de decimis.

Fo. lxxxvij. col. iij. ver. xix. in tempore, le
ge tempore.

Fo. xci. col. iij. in annota. ver. ij. feu. c. ij. lege
c. vij.

Fo. xcij. col. i. ver. a fi. xvij. ad ferendum, le
ge ad ferendum.

Fo. xcij. col. i. ver. a fine. v. impecione, lege
impetione.

Fo. eo. col. iij. ver. v. a fine. accomoditarum
lege accomodatarum.

Fo. xcv. col. ij. ver. xvij. seminas, lege foe
minas.

Fo. eo. col. iij. ver. xvi. a fine. iudicijs, lege
indicijs.

Ex tertio libro.

Fo. ci. col. iij. ver. xxi. vt. xxij. q. le. xx. q. iij.

Fo. & col. ea. ver. v. a fine. testificare, lege
testificari.

Fo. eo. col. iij. ver. penul. omino, le. omnino

Fo. cij. col. ij. extra in annota. lucrare, lege
lucrari.

Fo. ciiij. col. ij. ver. xvi. li. ij. ar. xxxix. lege
xxix.

Fo. cvi. col. i. ver. iij. a fi. contra, le. econtra.

Fo. eo. col. iij. ver. v. interpretare, lege inter
pretari.

Fo. cvij. col. iij. in annota. actor diuendit
parti pignus indicendo, lege actor diuen
dit pignus indicendo parti.

Errata.

Fo. cxiij. col. ij. ver. xx. preſtatione, lege preſtatione.
 Fo. eo. col. iij. ver. xxiiij. vt extra de cleri, lege de electi.
 Fo. eo. col. iij. ver. xij. & infra in aliquibus locis, cogi pro cogere.
 Fo. cxiij. col. i. ver. xxij. a fi. erant, lege erat
 Fo. cxv. col. i. in annota. iudicijs, le. iudicijs.
 Fo. cxvi. col. ij. ver. ix. in aliquibus exēplariis habetur, Mex, lege Rex.
 Fo. eo. col. iij. ver. xxiiij. & infra in aliquibus locis interpretare, lege interpretari.
 Fo. cxvij. col. iij. ver. xi. puerperia, lege puerperio.
 Fo. & col. ea. ver. a fi. xvij. hidropitici, lege hidropici.
 Fo. cxviij. col. i. ver. xv. matrimoni, lege matrimonium.
 Fo. eo. col. iij. ver. viij. diuiſio, le. diuiſio.
 Fo. eo. col. iij. ver. ix. index, lege iudex.
 Fo. cxxi. col. ij. ver. xxviij. teſtificare, lege teſtificari.
 Fo. & col. ea. in annota. ſequitur, lege conſequitur.
 Fo. cxxvij. col. ij. ver. xij. ab infra, iure naturali, lege iuri naturali.
 Fo. cxxx. col. i. ver. ix. a fi. aboluerunt, lege aboleuerunt.
 Fo. cxxxij. col. ij. ver. antepenultimo, dediticus, lege dediticius.

Fo. eo. col. iij. ver. xi. que, lege qui.
 Fo. eo. col. iij. in annota. emendatur, lege emenda datur.
 Fo. cxxxij. col. ij. ver. xxxij. & le. & i. &.
 Fo. eo. col. iij. ver. vi. a fine, tritico, le. tritico
 Fo. cxxxvij. col. iij. ver. xxiiij. a fi. genera-
 nem, lege generationem.
 Fo. cxxxix. col. ij. ver. iij. a fine, interpreta-
 re, lege interpretari.
 Fo. cxli. col. iij. ver. xiiij. a fi. addicitur, lege adijcitur.
 Fo. cxlij. col. i. ver. ix. preſtolare, lege preſtolari.
 Fo. cxlij. col. iij. ver. viij. notariam, lege notariam.
 Fo. cxliij. col. i. ver. xiiij. ait, lege agit.
 Fo. eo. col. ij. ver. iij. a fine plerum, lege plerumq.
 Fo. cl. col. ij. ver. viij. a fi. tebitur, lege tenebitur.
 Fo. cl. col. i. ver. xxxiiij. illud, lege illum.
 Fo. eo. col. ij. ver. viij. aunos, lege annos.
 Fo. clij. col. iij. ver. xv. a fine. vltra le. intra.
 Fo. clv. col. iij. ver. xix. delictorum, lege dilectorum.
 Fo. clvi. col. ij. in annota. vide etiam, li. ij. et ibi ſalice. vbi habetur, li. ij. pro L. ij. Ibidem in annota. li. ij. ar. xliij. le. xliij.
 Fo. clvij. col. ij. ver. xv. a fi. petitione, lege petitione.

Finis.





Laudate pueri Dominum.

Śląska Biblioteka Publiczna

235110

4887

4888

III

H.

Min. Osł. Zdrow. i Polityki Społecznej C851 X. 49

